2

COMMENTARII
Literales & Conceptuales
IN EXODVM

[redacted] V E L [redacted]

CONCIONATORVM VIRGA
PERCVTIENS PECCATORES.

Cuius materia LIBER EXODI, omnimoda verſionum varietate, earumque concordia, innumeris animi conceptibus pluſquam ſeptingentorum Patrum auctoritate concatenatis, illuſtratus.

AVCTORE R.P.F. IOANNE DE LA HAYE
Pariſino, Concionatore Regio, & in Gallia Obſeruantiæ
Minorum Procuratore Generali.

[redacted] Tomus ~~II.~~ [redacted]

Cum triplici Indice. 1. Conceptuum. 2. Concionum. 3. Sacræ Scripturæ.



PARISIIS.
Apud Viduam N. BVON, viâ Iacobeâ, ſub ſigno S. Claudij.
In officinâ,
Et in domo, viâ Mathurinenſium, ante Eccleſiam.

M. DC. XLI.

Cum Priuilegio & Approbationibus.

lint exaudire; nam & qui rebus Regni operam ſuam nauant, te auguſtiſſimum dignitatis Francicæ ornamentum, firmiſſimum Gallicæ maieſtatis propugnaculum fatentur, & qui Iuris ac Iuſtitiæ reſpõſa dant hominibus, te legum vindicem & cõditorem acerrimum, antiſtitem iuſtitiæ religioſiſſimum, Monarcham iuris prudentiſſimum, atque oraculũ Themidis diſertiſſimũ prædicant; & qui res ſuas priuatim agunt, te definitorem æqui bonique ſapientiſsimum, ac principaliorum beneficiorum largitorem liberaliſsimum profitentur; habent te nimirũ Eccleſiæ ſibi protectorem: Xenodochia, & præcipue illud celeberrimum Pariſienſe domus Dei patronum beneficentiſsimum, Academiæ curatorem, Monaſteria parentem, viduæ & orphani defenſorem, pauperes benefactorẽ, adeo per omnia quæ deſiderari poſsũt in ampliſsima dignitate tua ſe virtus probauit; *ſic iuſtitia & iu-*
Pſal. 18. *dicium fuit præparatio tuæ ſedis*, dũm etiã feciſti, vt Regni totius Magiſtratus à lucrorum ſordibus alieni propriis fungerentur officiis, ſolium excelſum & eleuatum purpuratus conſcẽdiſti, & ſtabis vnde caderent qui operarentur iniquitatem: ad ſtas populo, vt Moyſes ſtetit, vt auerteret irã Domini, vt Phinées, & placauit; adſtas tãquam Angelus non natura, ſed heroicis moribus & officio, numquid eminentiſsimi conſtitutus es conſilij Curiæ Parlamenti Pariſienſis Angelus? quid non ab Angelo ſperandũ? à regni pupilla? miſeros puriſſimis intueris obtutibus, exleges & rebelles equitate vincis, exaſperatas mentes, & ſolo ſanguine ſatiandas lenitate compeſcis; quid plura? Chriſtus Ieſus meus miniſtrum habebat Petrun, cuius vmbra mori-

bundis extitit ſalutaris tantane ſalus ab vmbris? dignitatem veſtram vmbram regis appello, & eadem fecit vmbra ac ſi corpus adfuiſſet. Ægros regni fines ad priorem reuocauit ſalutem, & in hoc meritum gloriâ non volaticâ, ſed æternâ beandum. Verum quis crederet ſub nitentibus infulis plus aloës eſſe, quam mellis, ſub illa externâ fœlicitatis ſpecie, quæ nō ſecus ac pulcherrima roſa purpuriſſat tot curarum ſpinas, tot moleſtiarum latere aculeos, vt plus illi doloris quā gaudij ſubſit. Non nego, vox lamenti non raro auditur in ſublimibus, vox veri tormenti, ſed vtique ſalutaris & perenni præmio compenſandi. Huc collimant iuſtitiæ veſtræ actus, hoc reſpirant mearum vigiliarum labores, quos quia de legibus, de magiſtratibus, de primariis iudicibus diffusè tractant, tibi omniū primario Iudici, ſupremo Magiſtratui, legum æquiſſimo diſpenſatori, conſecrandos merito iure duxi, quoſque, ſi benigne inſpexeris, non fruſtra laboraſſe gloriabitur.

VESTRÆ ILLVSTRISS. MÆ
DOMINATIONIS

Famillimus & obſequentiſſimus
ſeruus,
F. IOANNES DE LA HAYE.

APPROBATIO DOCTORVM ALMÆ Facultatiſ Pariſienſis.

NOS infra ſcripti in ſacra Theologiæ Facultate Pariſienſi Doctores, in libro à nobis perlecto cui titulus eſt, *Commentarij literales & conceptuales in Exodum*; volumen poſterius, auctore Reuerendo Patre DE LA HAYE, Pariſino, Concionatore Regio, & Minorum in Gallia Procuratore Generali, &c. nihil inuenimus quod ſanctæ & Catholicæ fidei probiſque moribus aduerſetur, imo elucubrationem hanc immortali luce dignam iudicauimus, vt quæ ſolidam auctoris eruditionem multis iam antea editis voluminibus manifeſtam conteſtetur, in cuius rei fidem ſubſcripſimus. Pariſijs, anno reparatæ ſalutis 1640. 11. Nouembris.

L. BAIL.

DE SAINCT SIMON.

NOS ſubſignati in ſacra Facultate Pariſienſi Doctores, *Commentariorum literalium & conceptualium in Exodum*, poſterius volumen à priori non abſimile, imo germanum, à R. P. IOANNE DE LA HAYE, Concionatore Regio, & Procuratore Generali Ordinis noſtri, in Gallia apprimè elaboratum attenta lectione perpendimus, nihil ſanè in eo Catholicis dogmatibus diſſonum, integritatiue morum alienum, imo occultioribus arcanis inſignitum offendimus, & profundis diſcuſſum conceptibus, quapropter fœliciſſimos eius ingenij partus dignos arbitramur, qui pro vtilitate communi præli beneficio luciſque vſura fruantur. Datum Pariſijs in Conuentu Magno Franciſc. Pariſ. Die 12. Auguſti, anno Domini 1640.

F. B. MARNEVR.

F. G. BELLOT.

SVMMA PRIVILEGII A Chriſtianiſsimo Franciæ & Nauarræ Rege conceſsi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, & patentibus eius literis cautum, ne quis in regno ipſius, aliiſve locis eius ditioni ſubiectis, intra decem proximos annos à die impreſſionis primùm inchoandos ac numerandos, excudendum vendendumque quouis modo & ratione curet librum qui inſcribitur, COMMENTARII LITTERALES ET CONCEPTVALES IN EXODVM &c. AVCTORE R. P. F. IOANNE DE LA HAYE, CONCIONATORE REGIO, &c. præter Petrum Billaine Bibliopolam ac ciuem Pariſienſem, aut illos quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus eius ſubditis, eumdem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, vel inſtigare, ſine conſenſu dicti Petri Bilaine, ſub pœna confiſcationis librorum aliiſue pœnis originali diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis 20. Aprilis, 1638.

De mandato Regis.

Signatum CEBERET.

Die 30. Septembris 1639. vidua, & hæredes ſupradicti Petri Billaine, ius ſuum præſentis Priuilegij conceſſerunt viduæ Nicolai Buon, quæ eadem die mediam eiuſdem Priuilegij partem tranſtulit Simeoni Piget, vt pari ſecum beneficio fruatur.

Finis ſecundo & tertio volumini commentariorum in Exodum, à Typographo impoſitus eſt die 17. Nouembris Ann. 1640.

INDEX CONCIONVM

A DOMINICA PRIMA POST PASCHA VSQVE AD VLTIMAM POST PENTECOSTEN.

Dominica in Albis.
Ioan.20.

VENIT IESVS, cur non veniret cum eſſent diſcipuli eius in vnum congregati? Quid enim magis Ieſum allicit, quam ſuorum congregatio & vnitas: f 451.c. 178

Venit Ieſus, ſi Thomæ defecerat fides, non miror ipſum Ieſum veniſſe, neſcit enim omnibus promptior, neceſſitatibus ſuorum non ſubuenire, f 176.c 32.

Venit Ieſus, Mirum ſane ſi non veniret, cum perpetuo ſuorum indigentiam conſpiciat, vt eis ſuccurrat, fol. 468. co. 234.

Et ſtetit in medio diſcipulorum, in medio collegij Apoſtolici ſtat Chriſtus, nam bonus rector æque erit beneuolus in omnes, f. 588.c. 52.

Stetit in medio diſcipulorum, ſcilicet vt ſuos inſtrueret, Chriſtus enim neſcit ſuos non illuminare doctrina, cum omnium Eccleſiarum ſit illuminatio, fol. 542 co. 151.

Et dixit pax vobis, Chriſtus Dominus poſt omnium genera tribulationum, etiam noſtra dulcedo & conſolatio, fol. 615. co. 75.

Oſtendit eis manus & latus, quaſi diceret, ex his cicatricibus colligere poteſtis quanta pro veſtra & omnium ſalute ſim paſſus, ſed & longe maiora ſuſtinuiſſem, ſi id humani generis ſalus poſtulaſſet, fol. 436. co. 116.

Oſtendit eis manus & latus, Chriſtus in quinque ſuis vulneribus factus eſt nobis propitius. f 434.c 108

Oſtendit eis manus & latus, in cruce lancea perforatum, Chriſtus enim in mortariolo crucis tuſus, vt nobis ſapiat, fol. 16. co. 110

Oſtendit eis manus & latus, hoc eſt vulnerum cicatrices, ſed quare immortalis iam & glorioſus eas abolere noluit? videntur enim eius gloriæ iniuriam quodammodo inferre; audi S. Gregor. in cat. D. Thomæ dicentem Ad dubitantium corda ſananda vulnerum ſuorum ſeruat veſtigia,] quia aliquando ita ſtupidi, vt in Deum non crederemus, niſi aliquo ſenſibili ad illud moueremur, fol 161. co: 107.

Oſtendit eis manus & latus; ſi perquiras cum vate, quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? reſpondet Auguſt ſerm.178 de temp. Agnoſco in cicatricibus ſigna bellorum vt videlicet ſignatus nobis paſſione Dominus ſit verbis quidem, ſed multo magis exemplis nos vrgens, vt ſequamur veſtigia eius] debemus enim nos ei tanquam noſtro prototypo componere, f.83 c.95 f.662.c.79.

Thomas non erat cum eis, & conſpectu Chriſti priuatur Thomas & incredulus fit dum ab Apoſtolorum ſocietate ſe priuauit, iuſtorum enim ſocietatem qui relinquit, beneficiis diuinis non potitur; cum è contra qui cum eis remanet innumera bona accipit, cum ſanctorum ſocietas ita ſit vtilis, vt etiam inanimata contactu ſuo quaſi ſanctificet, fol. 667. co. 107.

Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, peculiare id Chriſto atque virtuoſo manus tractandas date & in medium proponere, veritas quippe nihil erubeſcit niſi ſolum abſcondi, f.592. c.112.c.114.

Infer digitum tuum huc, ſcite Chryſoſt. hom. 86. in Ioann. Conſidera dominatoris clementiam, qualiter & pro vna anima oſtendit ſeipſum vulnera habentem, & accedit vt ſaluet vnum, & nimirum diſcipuli annuntiantes digni erant fide & ipſe promittens, ſed tamen quia ſolus Thomas quæſiuit, neque hoc cum priuauit Chriſtus licet ob incredulitatem Thomas in-

digous eſſet viſione Chriſti, tamen cum ipſius amor ſit ineffabilis, non potuit ei oon apparere, f.148.c 17.

Infer digitum tuum huc, & volnera mea quæ in cruce patiens accepi palpabis, non enim licet ab omni peccato immunis, neqoaquam tamen liber à pœnis quas pro te ſuſtinui, fol.473.co. 142.

Infer digitum tuum huc, præbet veſtigia vulnerum tractanda Thomæ, vt dum illa ea manu denoo aperit, eo ſplendoris fonte detecto, diuinitatem reſidere in corpore agnoſcat, & credulus fiat iniuriæ enim & ignominiæ ipſi illatæ, in ſplendidiſſimum ſolem commutatæ, quibus dioinitas ipſius cognoſci poteſt, f 117 c 117.

Dominus meus & Deus meus, conſpectis vulneribus confitetur Thomas Deum eſſe, cum enim magis humiliatur verbum Dei, exprimit ſe filium Dei eſſe & omnes ad ſe attrahit, f.18 . c.153.

Dominus meus & Deus meus, etiam infideli Thomæ illuxit, qui eum agnoſcit verum Deum & Dominom, f.477.c.260.

Dominus meus & Deus meus, à Chriſto etiam paſſo Deus nobis innoteſcit, f.511.c 62.& in ſua paſſione diuinitas eius apparuit, f.612 c.199.

Dominus meus & Deus meus, credidit eum à mortuis ſurrexiſſe, licet enim Chriſti Domini corpus igni paſſionis ſuperpoſitum, non euanuit in cineres, ſed conualuit in impaſſibilitatem reſurrectionis, f.417.c.54.

Beati qui non viderunt & crediderunt, B.Greg. hom.8 .in Euan Lætificat valde, quod dicitur beati qui non viderunt & crediderunt; in qua ſententia nos ſpecialiter ſignificati ſumus, qui eum quem carne oon vidimus mente retinemus, ſi tamen fidem noſtram operibus ſequimur, ille enim vere credit qui exercet operando qood credit, f.113.c.44.

Dominica 2. poſt Paſcha.

Ioan.10.

Ego ſum bonus paſtor, dum paſtoritiom animarom munus extollit Dominus, nihil pro ouibus paſcendis à ſe receptum perceuſet, ſed hoc vnum prædicat, quod ipſe dederit, nempe ait bonus paſtor dat animam ſuam pro ouibus ſuis, paſtoralis enim diſciplinæ verus caracter eſt beneficentia, f.150.c.26.& 27.

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro onibus ſuis, nihil ita vrgere debet prælatum quam zelus ſalutis ſubditorum, f 518.c.84.

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro onibus ſuis, hoc videant qoicumque ouium Chriſtianorum ſuſcipiunt curam, illarum enim non ſuam quærere debeot vtilitatem, f.65. c.24. & magis earum commodis quam propriis ſtudere, f.116.c.59.

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro onibus ſuis, quas tanquam gemmas pretioſas debet ferre in humeris, f.560 c.46 & tamen ſemper præ oculis eas habere ſaluti earum conſulens, f 589.c.107.

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis. D Greg.hom.14. io Euang.ait, eios bonitas formam quam nos imitemur adiungit dicens, bonus paſtor &c.fecit quod monuit, oſtendit qood iuſſit, pro ouibus animam ſuam poſuit, vt eum imitaremur, non ſatis eſt enim verba illius audire, opera illius intueri, niſi & ea ſequamur, f 661 c 78.

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, bonus ergo paſtor eſt Chriſtus, qui non ſolum pro familia Iudæorum, ſed etiam gentilium ſacrificaturus crucis altare conſcendit, f. 579 c.79

Bonus paſtor animam ſuam ponit pro anibus ſuis, ſapientiſſime Dominus boni paſtoris præſtantiam in eo ponit, quod animam ſuam dat pro ouibos; vt hinc colligamus, præſtantiſſimũ fuiſſe paſtorem Chriſtum D. qui per feruorem dilectionis & profundam charitatem, ſanguine ſuo nos redemit, f 374.c.39.

Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, &c. S.Greg hom.14 Vtrum vero paſtor ſit & mercenarius cognoſci veraciter non poteſt; ſi occaſio neceſſitatis deeſt, tranquillitatis enim tempore, plerumque ad gregis cuſtodiam, ſicut verus paſtor, ſic etiam mercenarius ſtat: ſed lupus veniens iodicat, quo quiſque animi ſuper gregis cuſtodiam vigilat, & c vt bonus paſtor cemeteris, etiam quocumque periculo adueniant ab ouibus tuis ſeparari non debes, ſed vſqua ad finem vitæ cum eis perſeuerare, f 559 c. . 6

Et lupus venit & diſpergit oues, ecce tibi & lupus & ouium diſpertio introducitur, quia qui diuiſiones mouet is lupus eſt, Deo inuiſus, ab cuiuſque alieniſſimus ſpiritu, cum ipſe diligenter prouideat, ne diſcordiæ inter ſuos oriantur, f.3..c.124.

Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt, cur non fugeret lupum, vel lupi vmbram mercenarius, qui totus lucris inhiat temporalibus? terrenis enim deditus facile ab buſte ſuperabitur, f 80.c.77.

Mercenarius autem fugit, ad Mercenarium oimirum feruientem hominem non pertinet de ouibus, de nullo alio pertinet præterquam de lucris temporalibus acquirendis, hæc ſolum æſtimat, quæcumque alia negligit vbi enim auaritiam conſulit præſulem, ſemper ei peruerſa ſuggeret, f.95 c 141

Cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ, S. Greg hom.14 Ac ſi aperte dicat diligo oues meas & ipſæ me diligentes obſequuntur; Deum enim amantes promptiſſimi debemus eſſe ad Dei mandata exequenda, f.147.c.13.

Cognoſco oues meas & cognoſcunt me meæ. Theoph. hinc differentiam mercenarij & paſtoris eliciens, nam mercenarios ignorat oues, quia raro viſitat eas, paſtor vero cognoſcit oues proprias, tanquam erga eas ſollicitus; ſcit enim quod de eis rationem ſit redditurus, fol. 305.c.21.

Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, S. Greg. hom.14. Quia non ſolum Iudæam, ſed etiam gentilitatem redimere venerat, adiungit & alias oues habeo gentiles enim & Iudæos pretioſo ſanguine ſuo redemit, f 579.c.89

Vocem meam audient, Cur non ait voci meæ obedient? quia in vero obediente inter audire & obedire nihil intereſt, f 3 3 c 35.

Vocem meam audient, & ilico ea audita, exequentur quod audierint, velociſſima enim earum erit obedientia, f.145.c.12. f 160 c.61.

Dominica 3. poſt Paſcha.
Ioan. 16.

Modicum & videbis me, Deus perpetuam animorum præſentiam in ſuo conſpectu poſtulat, f.464 c.11?.

Modicum & videbis me, & ideo quid vobis timorem incutere poteſt, cum me præſente & videnti nihil omnino timendum? fol.183.con. 158.

Modicum & non videbis me, ô egregium Chriſti amorem erga homines ab eis videtur ſeparari non poſſe, quod ſi tantillum abeſt, ſtatim ad illos redit, nihil enim Chriſto ſuauius quam cum eis conuerſari, f 113 c.63.

Modicum & non videbis me, S.Chryſoſtom. hom.79. in Ioan poſtquam Dominus diſcipulos releuauit per ea quæ de Spiritu ſancto promiſit, rurſus eorum oppreſſit ſenſum, dicens modicum & iam non videbitis me] vult enim ſuos per multas afflictiones & tribulationes deducere in regnum ſuum, f.407 con. 27.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, & cur non vertetetur, cum iuſtus tanquam atoma tribulationis igne ſuauius redolet? f 2 c.3. f.408 c 31.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, S.Chryſoſt hom.78. in Ioan. triſtitia breuis, lætitia infinita] ex gloria enim omnium ſatietas bonorum, f.381.c.66.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, à tenebris tranſitoriæ mortis peruenient iuſti ad gaudia lucis æternæ, f 504 c.46

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, iuſti enim triſtitia non exigua afficiuntur patriam deſiderantes cœleſtem, f.6?4 c,62.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, quia perfecti velut aurum quod non reſonat ſub ictibus malleorum patienter tribulationes ſuſtinent. f.520.c.87.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, non autem gaudium in triſtitiam, ſoliditatem enim nobis attulit Chriſtus & firmitatem in bono, f.529.c. 113.

Triſtitia veſtra vertetur in gaudium, Chriſtus enim poſt omnium tribulationum genera, nobis refrigerium eſt dulcedo, & gaudium, f.655 c.75.

Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, vita enim cœleſtis non mutabilis, ſed ſtabilis, f 378 con. 59.

Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, vita enim iuſtorum futura eſt perennis, f.526.con. 106.

Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis, B Auguſt. tract.101. in Ioan. Quod hoc ſubdat ideo eſt, quia gaudium ipſorum eſt Ieſus, & ſignificat quod ait Apoſtol. Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur] Chriſtus enim ſemel oblatus in cruce iterum in ea non offerendus, f.685 c.30.

Dominica 4. poſt Paſcha.
Ioan. 16.

Vado ad eum qui miſit me, &c. triſtitia impleuit cor veſtrum, ecce vnde veniat in Apoſtolorum corda triſtitia, nimirum ex eo quod audientes mortem & preſſuras Ieſu, non interrogant quo vadat, hoc eſt non ſcrutantur, quo per tot mala tendat, non cominus intuentur qualem in finem mala hæc deſinere habeant? qui enim ſic ærumnas earumque fines viderent, non triſtitiam ſed gaudium compararent, per multas enim tribulationes & ærumnas comparanda eſt ſibi gloria, f 407. c.27. f. 411.c.39

Vado ad eum qui miſit me, & triſtitia impleuit cor veſtrum, capiuntur Chriſti diſcipuli triſtitia, ſed vnde qui Chriſto nomen dederunt, mundialibus his affectuum laqueis capi poſſunt? aiebat Dominus, vado ad eum qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis, ſed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit cor veſtrum: cur non caperentur triſtitia, qui nihil de cœleſti patre percontantur: nihil interrogant de cœleſtibus? verum diſcipuli diſcedentem Dominum mirantes, & Deum Patrem & cœleſtia regna ad quæ Ieſus ibat, animis intuerentur, & de illis ratiocinationes & meditationes haberent, nulla penitus triſtitia, nullo mundialium affectuum laqueo caperentur; quid enim in gloria appetendum, cum incomprehenſibile ſit quod Deus diligentibus ſe præparauit? f 434 c.110. f.458.c.103.

Sed ego veritatem dico vobis, cur ne afficiantur triſtitia diſcipuli diſceſſum tuum non taces? quia veritas non tegenda cum expedit dicere, f 592.c.112.c.114.

Sed ego veritatem dico vobis, inſtruere volebat Chriſtus ſuos de ſuo ad patrem regreſſu, de Spiritus ſancti miſſione, &c. ideo præponit veritatem, ea enim eſt doctrinæ ornamentum & fundamentum, f.591 c.111.

Sed ego, qui omnium ſum præſul & Dominus, *veritatem dico vobis*, vt doceret quod nihil intimius cordi prælatorum deberet eſſe quam veritas, f.591 c.109.

Expedit vobis vt ego vadam, Apoſtolis eripiebatur per mortem Chriſtus, de cuius conſpectu ipſi viuebant, & tamen dicitur, & vere dicitur, quod expedit eis, vt Chriſtus ab eorum oculis diſcedat, & qualiter expedire poteſt eis tanta doloris occaſio? mundo & omnibus mundi bonis renunciant, vt Ieſu præſentia fruerentur, imo & vitam ipſam contempſerant pro Ieſu, nec aliud ſibi bonum cupiebant extra Ieſum, modo Ieſus eis eripitur, & cum Ieſu omnia illis gaudia eripi neceſſe eſt, & hoc expedit eis: ſane viria iuſtis nulla temporalis tribulatio accidere poteſt, quæ eis non expediens & commoda ſit, iuſtus enim tanquam aroma tribulationis igne ſuauius & vtilius redolet, ſol.s.c. 3.

Paracletus veniet ad vos, in quo ex preſſuris & calamitatibus in quibus probabimini plane requieſcetis, f.226.c.108.

Et cum venerit arguet mundum de iudicio, merito poſtremo loco dicit Dominus arguendum à Spiritu ſancto mundum de iudicio, hoc eſt conuincendum mundum, ſibi manere iudicium, vbi enim cogitur mundus timere iudicium, vniuerſa mundialia decora funditus perduntur, f.61.c.4.

Arguet mundum de peccato, aliorum reprehenſores omni culpa carere deberent, f.118.c. 68.

Arguet mundum de peccato, melior manifeſta correctio quam amor abſconditus, fol. 128.c. 67.

De peccato quidem quia non credunt in me, quaſi nullum aliud peccatum eſſet, ſic ſolum peccatum infidelitatis notatur à Domino, dum ait, quod arguetur mundus de peccato, quia non credit: ſed an ſola infidelitas reputatur à Deo peccatum? abſit, multa alia ſunt in hominibus ſcelera, quæ vindicat Deus, ſed peccatum infidelitatis præ aliis omnibus infeſtum & Deo abominabile eſt, præſtat enim cum fide habere omnia peccata, quam omnes morales virtutes ſine fide, vt notat hîc Salmeron ex D. Auguſt.lib de natura & gratia: aiebat Pſal.104 Dauid, Iudicauit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis deprecabitur, ex Græco legitur & in ſeruis ſuis conſolabitur, vbi pro ſeruis Dei vniuerſi fideles, vniuerſi Chriſtiani intelliguntur: ſed miraris quod dicatur Deus in iudicio conſolandus, in vniuerſis Chriſtianis, nonne quamplurimi ex eis innumerabilium ſcelerum rei inuenientur? nonne ibi Chriſtiani aderunt raptores, iniuſti, adulteri? quomodo fieri poteſt, vt his conſoletur Dominus? equidem tam odioſa & abominabilis Deo eſt infidelitas, vt præ illa in ſeruis ſuis humanis ſcelerum aliorum plenis quaſi videatur Deus conſolandus, ita Arnobius ait, cum iudicauerit viuos & mortuos in ſolis ſuis] conſolabitur Dominus ſeruis, melior enim ibi inuenietur fornicator Chriſtianus quam caſtiſſimus idololatra] hinc eſt quod Deus ita ſatagit omnem idololatriæ occaſionem adimere, f.208.c.52.f.261.c.242.fol. 348 c.79 f 405 c.19.

Arguet mundum de iudicio, in quo pluries perſonarum habetur acceptio, f.336.c.35. verum in eo nec honorandus vultus potentis, f.330.c.17. imo nec acceptandus pauper ſi reus, f.331. con. 18.

Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed non poteſtis portare modo, non omnibus datum eſt noſſe Dei myſteria, f.150.c.224. Sed perfectiores ea perfectius capiunt, f.169.c.116. Nec coram non capientibus aperienda, ne his non intellectis præcipites ruant, f 296 c.95.

Cum venerit ille ſpiritus veritatis docebit vos omnem veritatem, venturi ſpiritus ſanctitas imò & diuinitas pulchre exprimebatur per hoc quod eſſet ſpiritus veritatis, quid enim non ſanctum & diuinum in illo à quo fax elucebat veritatis? f.591.c.109.

Dominica 5. poſt Paſcha.
Ioan. 16.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, oratio innixa meritis Chriſti efficaciſſima, f.84.c. 106.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, ille ſecurus fructuoſe orat qui ſecum Ieſum habet, f. 86.c 111.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, petat confidenter qui nomine Chriſti petit, qui ſic enim deprecatur Deo patet gratiſſimus, f.365. c.5.

Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, Deus enim ad exaudiendas preces noſtras paratiſſimus.

Petite & accipietis, nihil medium adſtat inter petitionem & acceptionem; non labor, non timor, non precum repetitio, non temporis expectatio, quæ in eis quæ homines donant intercedunt, ſecus in his quæ Deus, ab eo enim quid oratio iuſti ilico non obtinet? f 12 c.59.

Petite & accipietis, oratio enim affectuoſa quaſi omnipotens eſſet, conſequitur quod deſiderat, f 83.c.59.

Petite & accipietis, ſed hæc petitio & deprecatio veſtra, vt ſit efficax variis debet conſtare conditionibus, vitæ probitate, hæc enim volare facit orationem, f.82.c.94. eleemoſyna, & ieiunio, f.87.c.116.

Compunctione & humilitate, f 409.c.33. bonis operibus, c.35. vide alia titul. de oratione.

* *In illo die in nomine meo petetis, & non dico quia ego rogabo Patrem de vobis*, abſque alio interpellatore quam citiſſime auditur oratio illius qui ſe audientem oſtendit verbis Chriſti eiuſque doctrinæ, ad Chriſti exemplar te compone & erit efficaciſſima tua oratio, f.83.c 95.

Ipſe enim pater amat vos, amor Dei in nos ineffabilis, f.148 c.17.f. 713.c.41.

Ipſe enim pater amat vos, non quolibet amore ſed intenſiſſimo, f.2.5.c 71.

Dominica 6 poſt Paſcha quæ eſt Dominica infra Octauam.
Ioan. 15.

Cum venerit paracletus, dilatus aduentus Spiritus ſancti vſque ad legem gratiæ, minime enim conciliabatur legalium beneficij, f.520. c.88.

Cum venerit paracletus, Dydimus in cat. aurea in Ioan. Spiritum ſanctum venientem conſolatorem dicit ab operatione ei nomen imponens, quia non ſolum eos quos ſe dignos eſſe reperit ab omni perturbatione reddit alienos, verum incredibile quoddam gaudium eis tribuit, ſempiterna quippe lætitia in eorum corde verſatur, quorum Spiritus ſanctus habitator eſt] Spiritus ſancti corda electorum vniformi pace coniungantur cum gaudio & quiete, f.491.c 18.

Hæc locutus ſum vobis vt non ſcandalizemini, nondum perfecti in virtute diſcipuli, & ideo facile ſcandalum patientur, vir enim in virtute infirmus facile ſcandalizatur, f.288 c.69.

Abſque ſynagogis facient vos, prænuntiauerat Chriſtus diſcipulis aduentum Spiritus ſancti, & virtutum apicem ad quem erant euehendi, iam vero labores & mortem ſuſtinendam prædicit, illius enim virtutum faſtigij non poterat non eſſe aſſeclæ laborum ſegetes, cum labores inſeparabiles ſint virtutum ſegetes, fol. 407.c.27 f.408.c.31.

Venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obſequium ſe præſtare, Deo impius in malefaciendo promptiſſimus & paratiſſimus, f.919. c.17.

Vt omnis qui interficit vos arbitretur ſe obſequium Deo præſtare, ſub prætextu pietatis

malum non faciendum, f.331.c.16.

Vt omnis qui interfecerit vos arbitretur ſe obſequium Deo præſtare, Auguſt. tract. 93. in Ioan. zelum Dei habentes, ſed non ſecundum ſcientiam, hoc enim de Iudæis dictum debemus accipere, de quibus dixerat, extra ſynagogam facient vos: nam teſtes id eſt martyres Chriſti etiam ſi occiſi ſint à gentilibus, non tamen illi arbitrati ſunt Deo, ſed diis ſuis falſis obſequium præſtare, Iudæorum autem omnis, qui occidit prædicatores Chriſti Deo ſe putat obſequium præſtare, credens quod deſererent Deum Iſrael, quicumque conuerterentur ad Chriſtum, hinc ergo accenſi & zelum Dei habentes, non ſecundum ſcientiam obſequium ſe Deo præſtare credentes, occidebant eos] non ſufficit recta intentio & zelus Dei, niſi ſit ſecundum rectam ſcientiam, f.153.c.71.

Vt omnis qui occiderit vos arbitretur ſe Deo obſequium præſtare, quia credebant eos ſequentes Chriſtum non obſeruare legem Chriſti, licite poſſe eos interficere, zelo enim accendi debemus in legis tranſgreſſores, fol. 396. c.113.

Dominica in Pentecoſte.
Ioan.14.

Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, ex Dei dilectione præceptorum eius obſeruatio, f.217.c.76.

Si quis diligit me, ad amorem ſuum nos prouocat Deus, f.215 c.109.

Si quis diligit me ſermonem meum ſervabit, cur non ait præcepta mea ſeruabit, non autem ſermonem? quid enim leuius ſermone ita equidem, & ideo, vt indicaret præcepta ſua facillima eſſe, nominat ea ſermonem, f.195.c.10.c.11. f.487.c.5.

Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, fœlices vos ô dilectores Dei, quibus non ſolum præcepta, ſed & alij quicumque ſermones Dei & eordi ſunt, & pœne inamiſſibilem operantur gratiam, ſic enim ait Dominus, qui diligit me ſermonem meum ſeruabit, non ſolum præceptum ſeruabit, ſed & ipſum ſimplicem ſermonem, quid tunc? & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus: ecce quantam gratiam afferat dilectoribus ſuis Dei ſermo, afferet illis non quamcumque gratiam, ſed gratiam permanentem, & pæne inamiſſibilem, dum ait manſionem apud eum faciemus, ſic valent apud dilectores Dei diuini ſermones, vt vel verbulum Dei in illis gratiam pæne inamiſſibilem cauſet, f.217. c.78

Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat, attende diſcrimen, diligenti tuta lex, vnicus ſermo, ſeu vnicum præceptum fit, ſi quis diligit me ſermonem meum ſeruabit: non diligenti plurima præcepta videntur, quippe vbi Spiritus ſanctus ſuum infundit ſermonem, adeo ſuauis & facilis tota lex diuina redditur, vt vnicum iudicetur præceptum, diligenti enim Deum præcepta Dei facillima tibi videbuntur, f.487.c.5.

Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat, vacui ſunt ſermones Dei in his qui Deum non diligunt, qui iniquitate ſicut adipe aures obſtruunt, quippe vix ſignum eſt euidentius quo oſtendatur qualis ſit, quam verbum Dei in auribus eius ſonans, in quo enim eſt Chriſtiana virtus, verba Dei excipiuntur, noſcuntur, iuxtaque eorum ſenſum vita componitur: in quo autem non virtus Chriſtiana, ſed regnat vitium diabolicum, verba Dei inſtar vacui & inutilis excipiuntur ſoni, f.253.c.100.

Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat, non otioſe vocat Dominus verba virtutum aliquando ſermonem ſuum, & aliquando ſermones, cum de dilectoribus ſuis facit verba, ait quod illi ſeruant ſermonem, cum autem de impiis loquitur, dicit ab his non ſeruari ſermones, eadem ſunt Dei verba, ſed hæc dicta pio hominis amatori inſtar ſimpliciſſimi ſermonis habentur, nec maiorem ingerunt difficultatem quam ſi verbum ſimplex forent: verum vbi mundiali cœno inuolutis hominibus traduntur, eam multitudinem præſe ferunt præceptorum, quæ & ſolo aſpectu frangant hominem: ſed cum eadem ſint, vnde fit quod vel multitudine importabilia appareant, vel ſimplicitate facilia? non id ex Deo nec ex ipſis præceptis, ſed ex noſtris affectibus oritur, in noſtro affectu eſt quod grauia leuia appareant, vel ſalubria noxia, quid ſalubrius manna cœleſti? de illo tamen dicunt Iudæi num. 21. nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo: quid durius homini quam verbera, carceres, perſecutio? aiebat Paulus, gaudeo in paſſionibus meis, vnde in manna nauſea & in paſſionibus gaudia? ſane nec manna nauſeam nec paſſiones gaudia afferre poterant, ſed humani affectus in cauſa erant, quod illi nauſeam crederent in cœleſti cibo, hic autem gaudia in doloribus inueniret, f.318.c.77

Manſionem apud eum faciemus, cum audis manſionem apud illum faciemus intellige ſtationem militarem, non abſimilem ſtationibus ſiue manſionibus peractis ab exercitu Iſraelitico, cum ab Ægypto egrederetur: vbi enim manendum erat, firmabatur ſtatio, tentoriaque figebantur, & locus firmabatur prorſus hoſtibus inacceſſibilis, ſic in dilectoribus ſuis, Deus militarem ſtationem firmat, manſionem facit hoſtibus inacceſſam & terribilem, vbi enim ait Ioan. 1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. hanc Dei in nobis habitationem pulchre explicans D. Chryſoſt ait, Quid enim inducit & habitauit in nobis? tentoria fixit in nobis? ſignificat inhabitationem & quaſi in tabernaculo manſionem] neſcit Deus in dilectoribus ſuis apparere niſi militaria in illis propugnacula efficiens & reddens hominem militaribus copiis communitum; & prorſus inacceſſum, & inexpugnabilem ab inimicis, ama ergo Deum, nec perterrefaciet te totus ignis inferni, f.254.c.208.f.446.c.151.

Ad eum veniemus & apud eum manſionem faciemus, audiui cœleſte regnum pauperibus ſpiritu promiſſum, mitibus terram, lugentibus ſolatium, & aliis alia præmia à Deo ſæpe propoſita ſcio, in præſenti dilectoribus Dei non cœlũ, non terra, non cõſolatio, nõ triũphus, nec quid aliud promittitur, hoc ſolum dicit Dominus illis, ad eum veniemus & apud eum manſionem faciemus, cur non magis ait & regnum dabimus & coronam imponemus? ſine in quo

verus amor eſt erga Deum, cætera omnia vileſcunt, vnus Deus æſtimatur, nil aliud præter ipſum, omnia enim nonniſi propter Deum aut in eo diligeuda, f. 431. c. 104.

Hæc locutus ſum apud vos manens, paraclettus autem Spiritus ſanctus ille docebit vos omnia, quid poſt obſeruantiam mandatorum ſuorum quam à dilectoribus ſuis exigit, ait ille docebit vos omnia? nonne prius erat docuiſſe quam obſeruari mandata ſua? nequaquam, præceptorum enim obſeruantia mentem acuit, ſcientiam tribuit, fol. 363 con. 10. ful. 154. con. 205.

Paracletus autem Spiritus ſanctus docebit vos omnia; quaſi diceret, ſi ſeruaueritis præcepta mea, & ſic mundi ab omni peccato fueritis, Spiritus ſanctus veſter erit magiſter in vobis manens, nam munda debent eſſe pectora in quibus habitare debet, f. 19. c. 86.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ecce quid homini ſuo prouideat Dominus hinc abiturus, pacem prouidit, & tranquillitatem abſque vlla perturbatione, ait enim pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, non turbetur cor veſtrum; & quando Deus in homine ſuo non optauit pacificam requiem, & imperturbabilem tranquillitatem? f. 506 c. 107. f. 394 c. 100. f. 505 c. 48.

Vt cognoſcat mundus quia diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio, ſurgite eamus hinc, eamus inquam in mortem, eamus in crucem paratam, nullo quidem teſtimonio euidentiori ſeſe prodere potuiſſet diuini pectoris amor in Ieſu corde exiſtens, quam dum non dubitat mortem ſubire, vt ad patrem vadat, proh diuinæ charitatis ardor validiſſimus! foras mittit timores, mortem amplexatur, ad hæc aiebat D. Bernard ſer. de vite, Terreantur licet martyres, rident, feriuntur & gaudent, occiduntur & ecce triumphant quare? quia amor charitatis intus erat in corde, iamdudum mortui peccatis, mortui mundo, tanquam inſenſibiles facti, nec minas nec tormenta ſcire potuerunt, in corde tuo ardet Dei amor, & mortem nihili facis, f. 592 c. 97. f. 154 c. 208.

Dominica ſanctiſſimæ Trinitatis.

Matth. 28.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, non vt ea mundum opprimerem, ſed vt ſubleuarem, non vt tyrannice dominarer, ſed vt miſericorditer ad me attraherem, ſic principes Deum imitentur in non grauandis ſubditis, f. 149. c. 15.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, quis verborum nexus: quæ conſecutio? data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, ergo docete omnes gentes, iniuriarum memor dixiſſet, poteſtas data eſt mihi, ergo pœnas luent, qui in me ſæuierunt, qui ſanguinem meum fuderunt, crucique innocentem affixerunt, jam iudicem ſentiant, quem veluti reum condemnarunt, non dixit hæc Chriſtus, vindictam non cogitauit, nec inimicis ſuis inſultauit, iniuriarum oblitus, omnium ſalutem quærit, beneficia offert, nihil enim nos remouere deberet à benefaciendo inimicis, fol. 66. con 26. inimicis inſultare neſciamus, ad Chriſti imitationem, f. 535. con. 29.

Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra, ite igitur & omnes ad ſalutis viam reducite, ac ſi ob id ſolum gloriaretur ſe poteſtatem accepiſſe, vt gentes omnes ad ſe vocare poſſet, & tota Chriſti poteſtas ac virtus in eo ſita eſſet, vt omnium ſaluti conſuleret, vt omnium animas lucraretur, omneſque beneficiis proſequeretur, fol. 27. con. 52. ful. 162 con. 70.

Docete omnes gentes, cur non ait data eſt mihi poteſtas omnis, vt omnia mundi regna moderer & gubernem? ait, ite, docete omnes gentes, quia boni principis eſt præcipuè ſummam religionis curam habere, fol. 116. con. 80.

Docete omnes gentes, cur tu per teipſum non doces? cur ad hoc mittis Apoſtolos? nonne in hoc minuetur tua poteſtas aliis communicata? non equidem, non enim minuitur principis auctoritas, quando in regno viros eximios adminiſtros habet, imo quodammodo augetur & extenditur, fol. 125. con. 84.

Docete omnes gentes, quid tibi curæ, vt omnes gentes tua imbuantur doctrina? nonne tua crux ſicut Iudæis eſt ſcandalum ita & gentibus ipſis ſtultitia? nihilominus quia omnis data eſt ei in cælo & in terra poteſtas, quia omnium rex eſt & Dominus ſupremus, curat vt omnes gentes doceantur, quia Reges maximam erga ſubditos debent ferre charitatem, f. 176 c. 80

Docete omnes gentes, quid non agit aut patitur Deus, vt nos doceat f. 211. c. 55

Docete omnes gentes, ſine diſcrimine, neſcit enim Deus eſſe perſonarum acceptor, f. 714. c. 9 f. 154 c. 41.

Baptizantes eos, vt homines Trinitatis arcana diuinitatemque noſcant, & fateantur, neceſſe eſt vt primum baptiſmo abluantur, & puri reddantur, maxima enim puritas neceſſaria eſt ad legis gratiæ myſteria celebranda, f. 165. c. 82.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ecce de abſcondito Trinitatis myſterio, integram materiam, quam paucis tradit omnium magiſter creaturarum, quippe ait in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, triplicem perſonarum aſpectum ſub vno claudens nomine & eſſentia deitatis, cur non de perſonarum notionibus, de patris innaſcibilitate, de generatione Filij, & Spiritus ſancti ſiue actiua, ſiue paſſiua ſpiratione, ex tunc emanarunt longiſſima commentaria? cur ex tunc non explicatum generationis & ſpirationis diſcrimen? cur perſpicuis rationibus non propalata conſubſtantialitas? dabatur Trinitatis myſteriū, non in ingeniorum examen ſiue periculum, ſed in ſalutem animarum, & ideo vt ſimpliciter tradebatur, ſic ſincere excipiendum & credendum erat, non enim ratiocinationibus ſeu ſenſu humano profunda myſteriorum diſcutienda, f. 425.

Baptizantes eos, baptiſmum à ſanguine Chriſti efficaciam habens, f.3?? c.34. quo mundati Chriſtum induamus, f.645. c.19.

Baptizantes eos, vt corpore & mente mundi ſint, f.164. c.152.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, præ omnibus ſcripturis Euangelium ſanctiſſimam prædicat Trinitatem, f.679. c.86. in qua licet ſit Pater & Filius, nulla tamen eſt inæqualitas, f.265. c.259.

Docentes ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, docenda enim ſunt præcepta quæ docuit Dominus, f.383. c.76.

Docentes ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, non ſatis eſt doctori vita cœleſtis, niſi annuntiet peccatori viam Domini, fol 603. con.159.

Docentes ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis, omnia dixit, quod tamen non debet ingerere difficultatem, omnia enim obſeruatione facillime, f.105. c.2. & con 11. ſi autem ea obſeruauerimus ſua adimplebit Deus promiſſa, f.360. c.2.

Docentes ſeruare omnia, per omnia enim Dei præcepta excurrendum, vt ritè eum colamus, f.641. c.31.

Ecce ego vobiſcum ſum, vox ecce hunc ſenſum facit, ex his inferte me vobiſcum eſſe, me vos impensè amare, atque adeo non deſerendos à me ex reuelatione Trinitatis; quæ conſequentia infert amorem Chriſti? optima & manifeſta, nam explanatio clara abſtruſi myſterij amorem indicat in reuelante ſecretum, fol.18. con.79.

Dominica prima poſt Penteceſten.
Luc. 6.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter, Quo pacto miſericordiam quis attinget? Deus erit ſi Dei perfectionem in ſe habeat, impoſſibile ergo conſilium, ſed non vanum, audeant omnes etiam ad impoſſibilia virtutis, & eorum magnanimi conatus præmium, & victoriam de impoſſibilitate referent, fol.695. con. 63.

Eſtote miſericordes, miſericordia enim primas fert iuſtitiæ, vtpote Deo charior & vicinior, f.449. c.166. & ideo eam in alios exerceamus, f.?38. c.133.

Eſtote miſericordes, hoc nobis præcipit in noſtram vtilitatem, miſericordia enim animæ noſtræ redemptio, f.658. c.39.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter: Quid? nonne nobis iraſcitur? nos grauiſſime punit? an ſic eum vocas miſericordem? ita equidem, ſignum enim maximæ miſericordiæ eſt, ſi indignatur, ſi iraſcitur, & veluti zelotypia quadam erga nos vritur, f.212. c.59.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter, & etiam in hoc eſſe Deus cognoſcitur, nam etiam diuinitatis falſæ indicium à beneficentia, & in miſeros miſericordia ſumitur, fol.740. con. 59.

Eſtote miſericordes, ſicut & Pater veſter miſericors eſt, non alio nomine aptius inſignitur quam miſericordie, tunc enim miſericordia exercetur, cum immeritis beneficie impertiuntur, Deus autem ita hoc munus implet, vt videatur eius conſtitutiuum eſſe, beneficentia in meritos, & immeritos, fol 15. con.66. f.675. c.122.

Sicut & Pater veſter miſericors, ſed in quo miſericors & beneficus? non exprimitur, quis enim erga nos Dei miſericordiam, & beneficia enarrare poterit? fol.149. con.19. fol.68?. c.56.

Sicut Pater veſter miſericors eſt, Dominus quaſi nullius eſſet ſeueritatis erga nos, non locum iuſtitiæ, ſed ſolum miſericordiæ in hoc mundo tribuit, f.435. c.113.

Eſtote miſericordes, ſi miſericordiam in pauperes exercueris, iam plenus non vacuus coram Deo apparebis, f.341. c.71. miſericordiam ergo in pauperes exerce, quod enim eis tribuis, non tibi minuitur, ſed augetur, f.341. con.35

Nolite iudicare, & non iudicabimini, Ambr. lib.5. in Luc. addidit Dominus non temere iudicandum, ne cui conſcius ipſe delicti in alterum cogaris ferre ſententiam; nihil ergo temere iudicemus, f.2?8 c.67.

Dimittite, & dimittemini, qui enim ſciunt condonare, maximo apud Deum habentur in pretio, f.64. c.19.

Dimittite, iniuriam tibi illatam condona Dei inſtar, qui ad indulgendum facillimus eſt, f.110. c.34.

Dimittite, non ſolum inimicis condonandum, ſed etiam eis benefaciendum, f 66. c.16. puſillanimi enim eſt animi eis beneficia non impendere, f.331. c 25.

Dimittite, imo & aduerſarijs benefacite, cum enim inimico benefacimus, prunas congregamus ſuper caput eius, quibus accenditur ad beneuolentiam tibi rependendam, fol. 334. c.26.

Date, virtutum regina eleemoſyna videtur eſſe inter virtutes morales, f 69. c.44.

Date, quibus? non exprimit, nam omnibus qui neceſſitate premuntur, danda eſt eleemoſyna, f.70. c.45.

Date, de quibus? ſane de melioribus, & abundantet, f.467. c.227.

Date, & dabitur vobis, Cyrill. quod autem ampliori manu recompenſationem à Deo accipiemus, qui largifluè donet diligentibus, cum oſtendit ſubdens, menſuram bonam, & confertam, &c. dabunt in ſinum veſtrum] nam ſi exigua Deo, aut propter Deum dederimus longe maiora concedentur, f.323. c.81. exigua enim & parua dona noſtra perennem ex Deo affluentiam requirunt, f.344. c.64.

Date, & dabitur vobis, Deus enim redonat, & ampliori manu quæ ei offerimus, ibid. con. 6?.

Date, non dati quantitas, ſed dantis affectus penſatur, f.400 c 3. non enim reus efficieris ex eo quod pauca dederis, ſed quod non dederis, f 341. c.67.

Date, & dabitur vobis, quod enim dederis in tuam cedet vtilitatem, f.40?. c.7.

Eadem menſura, qua menſi fueritis remetietur vobis, Baſil. [Qua menſura vnuſquiſque veſtrum menſurat in bene operando aut peccando, eadem vel præmia, vel pœnas feret] in quo enim quis lædit, ibi eo puniendus, fol.201. c.14. gloria item non omnibus, ſed vnicuique ſe-

ſundum merita datur, fol. 457 con. 198.

Eadem menſura, qua menſi fueritis remetietur vobis, Theod. Interrogabit fortaſſis aliquis ſubtilius, ſi enim ſupereffluéter redditur, quomodo eadem eſt menſura? ad quod dicimus, quod non dicit in tanta menſura remetietur vobis, ſed in eadem, qui enim benefacit benefiet ei, quod eſt remetiri eadem menſura, ſed ſupereffluentem dicit menſuram, quia millies benefiet ei] ſi enim parua damus, longe maiora, & ampliora nobis concedentur, f 383. c.87.

Dominica 2. poſt Pentecoſten. Lucæ 16.

Homo quidam fecit cœnam magnam, quis erat hic homo? cur eius nomen honoris cauſa non propalatur? ſane liberalitas & beneficentia indicat eſſe Regem: non eget nomine, qui à liberalitate & beneficentia nobilitatur, hæc eſt Regum & Principum character, fol. 50. con .6.

Fecit cœnam magnam, non pauci tenent hanc cœnam magnam ab homine factam, Euchariſtiam paratam à Chriſtu, ſed quibus fecit? ſane omnibus; non enim Euchariſtia vni tantum nationi, ſed omnibus præparata, fol .91 con. 19.

Fecit cœnam magnam, magnam dicit, quia in ſancta Euchariſtia omnia abundant, ſine qua eſt penuria & eſuries, f.50. c.·93.

Fecit cœnam magnam, quis te ad tantam erga homines liberalitatem prouocat? an eorum merita? nequaquam ſane, nam Chriſtus Dominus ea ſuauiſſima pietate, & miſericordia hanc cœnam Euchariſticam inſtituit, fol. 667. c.135.

Fecit cœnam magnam, magnam prædicat, quid enim in Euchariſtica cœna non magnũ? ibi enim non ſolum ſatiamur, ſed immortalitatem, & gloriam conſequimur, f.21 c.94 ibi omnis vera voluptas reperitur, fol.50. con. 194.

Fecit cœnam magnam, magna fieri conuiuia non vetatur, dummodo ab eis abſit luxus, fol. 323 c.43.

Et vocauit multos, neminem repellit venientem ad ſe, imo omnes conuocat, fol.421.con. 70.

Fecit cœnam magnam, S Gregor. hom 36. Fecit cœnam magnam quia ſatietatem nobis æternæ dolcedinis præparauit] in ea enim eſt omnium bonorum ſatietas, f.381.c.65. f.514. con.75

Miſit ſeruum, nempe quem præcipue diligit, vel ſub nomine ſerui plures intelligit, quos nomine ſeruorum nominat, ſeruum enim eſſe Dei, alia eius beneficia excedere videtur, f 15 . c . 9.

Dicere inuitatis vt venirent, Deus nos allicit ad ſuſceptionem Euchariſtici ſacramenti, f.51.c.199.

Dicere inuitatis vt venirent, ad gloriam Dei vocamur, & ad eam conſequendam alios prouocemus, f. 07. c.10.

Dicere inuitatis vt venirent, quot beneficia Dei in nos profecta præcedunt eius aduentum! & vocationes & inſpirationes, & impulſus præmittit, q[illegible] animum alliciant & incendant: ad te venturus eſt Dominus, & antequam veniat iam illius domus impleris, iam illius beneficia accepiſti nus enim præcedit Deus, ſubſequitur, & comitatur beneficia collaturus, f. ·2 c.52.

Dicere inuitatis vt venirent, quem miſit eis dicere? ſeruum ſuum, quis ille ſeruus eius? Cyrill. Iſte ſeruus qui miſſus eſt ipſe Chriſtus eſt, qui cum eſſet naturaliter Deus, & verus Dei filius, exinaniuit ſeipſum formam ſerui accipiens] cur per hunc ſeruum ſuum, nempe Chriſtum inuitat ad ſuam cœnam? quia ipſemet Deus ad nos vult venire ſua beneficia collaturus, f.162. c.70.

Dicere inuitatis vt venirent, ſi enim debitè diſponamur, nullomodo Deus ſua differt beneficia conferre, f.167.c 62.

Villam emi neceſſe habeo videre illam, S Gregor. hom. 6. per villam terrena ſubſtantia deſignatur] incapax redditur bonorum cœleſtium qui terrenis bonis inhiat, qui enim eis deditus à ſublimibus reuocatur, fol.·68 con. 95.

Villam emi, & ideo habe me excuſatum, proh eximiam excuſationem hominis prorſus inexcuſabilis! villam emit, & quia villam emit, ideo ſe excuſat, quaſi & eſſe in villa, & cum Deo non poſſet. & quidem ab excuſatione ſua omnino redditur inexcuſabilis. quando cum ipſa villa per quam à Deo diſcedi poſſet, & ipſum Deum comparare, f 649. c. 48.

Villam emi neceſſe habeo videre illam, à Deo vocaris, vt ſuæ gloriæ fias particeps, quomodo villam ei proponis? quia diuiti diuitiæ ſunt idola, f. 59. c.329.

Villam emi neceſſe habeo videre illam, nonne cum à ſeruo Dei inuitabaris, ad cœnam ipſius ab amicis conſilium quærere potuiſti, vtrum tibi ſatius foret villam emptam inuiſere quam ad cœnam ire? potuit, ſed noluit; cum auaritia enim conſuluit, ſibi peruerſa ſuggeſſit, f.95. c.14. Auarus enim ita terrenis deditus, vt niſi violenter ab eis reuocetur in eis manebit, f. 25. c. 06.

Villam emi, licet emeris, nonne ex diuitijs tibi à Deo conceſſis? cur ergo ſubterfugia quæris ex villæ emptione, vt diuinam non ſequaris voluntatem? quia ita peruerſa hominum natura, vt bona temporalia ipſis à Deo conceſſa, mentem eorum obtenebrent, vt illius auctorem non agnoſcant, fol. 738. con. 52.

Iuga boum emi, eo probare illa, renuit ad cœnam inuitatus venire, quia iuga boum emit quibus arare debet, terrenorum lucrum quærens, nec miror affectum inordinatum ipſi præualere, cum ad terrena incœperit deprimi, f.84 c.100.

Iuga boum emi quinque, nonne duo vel tria ad neceſſitatem familiæ ſufficerent? cur quinque emiſti? neſcit terrenorum amator bonis ſatiari, quæ tandem eum corrodent, f.37.con. 146.

Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire, duo priores homines ſic à cœna Dei recedunt, vt inuitatori aliqualem reuerentiam habeant, dum dicunt illi rogo te habe me excuſatum, hic poſtremus ſolus nihil reuerentiæ, nil boni

reſpectus, nihil comitatis prætendit, ſed omni eo, quod ad reuerentiam ſpectat, & comitatem conduceret, prætermiſſo, tantum ait non poſſum venire. Quid impudentius? quid magis ruſticum, & inhumanum? quod ſi tantæ impudentiæ & ruſticitatis quæras cauſam, illam ipſe præmiſit, aiens vxorem duxi, quibus verbis impudicitiæ libidiniſque exceſſus notatos putant communiter & Patres & expoſitores. Nec miror quod ab exceſſu libidinis tanta impudentia naſcatur, ſiquidem libidinoſi homines omnium impudentiſſimi, ne dicam ſcelerati, nam vbi laſciuia ibi omne ſcelus, f.250.c.190.

Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire, verum dicere videtur cum ait, non poſſum venire, libidinoſos enim difficile ab æſtu luxuriæ retrahitur, f.573. c. 76.

Vxorem duxi non poſſum venire, B August. ſerm.33. de Verbis Domini, Ita eſt voluptas carnis, quæ multos impedit, vtinam foris & non intus, qui enim dixit vxorem duxi, carnem amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur, à cœna excuſatur, obſeruet ne fame interna moriatur] in ipſo enim laſciuiæ puncto extenſa eſt diuina iuſtitiæ manus ad capiendum, & puniendum laſciuum, f.243. c.156

Vxorem duxi non poſſum venire, licet vxorem duxeris, ad cœnam potes venire, poteſt quidem, ſed mentitur, matrimonium enim minime ſaluti nociuum, f.102. c.2.

Vxorem duxi, & ideo non poſſum venire, D. Baſil. dicit, Non poſſum venire, eo quod intellectus humanus vergens ad mundanas illecebras debilis eſt ad agendum diuina] mentem enim deprimit ad inferiora, f.16.. c.86.

Tunc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo, &c. iratus Deus oſtenditur, iam putabam conuiuium diſſoluendum, imo menſas ipſas euertendas, obſerandas fores, ne vlli pateat locus roganti, ſic facere ſolent homines irati, ſic de Nabal aiebant ſerui 1. Reg. 25. ipſe eſt filius Belial, ita vt nemo poſſit ei loqui, neſciunt iracundi homines moderationem ſeruare, ſed cum iraſcuntur in aliquem prorſus inacceſſibiles ad vniuerſos putent, non ſic Deus iraſcitur, quin potius inter iras, non obliuiſcitur benefacere, iratus in vnum, præbet ſe ſe miſericordem alijs, f 759.c.135.

Et debiles & cæcos & claudos introduc huc & pauperes, & debiles & claudi, & cæci iubentur adduci diuinæ menſæ, quo quid abiectius? eo vtitur Deus ad aliquod præclarum facinus, f.358.c.111.

Claudos & pauperes, nonne conuiuium erat paratum pro omnibus? ſane ergo plura ſuperabundabunt, cum ſoli pauperes cum claudis, &c. vocentur: falleris, nam pauper ſtudioſus multorum ad inſtar, & apud Deum pro ingenti eſt multitudine, f 316 c.48.

Claudos pauperes & debiles introduc huc, ecce qui diuitijs præpotentes, qui delicijs dediti, in cœnam paratam non introducuntur, ſed ſolum miſeri, calamitoſi, egeni, per multas enim tribulationes introeundum eſt in regnum cœlorum, f.407.c.27.

Claudos pauperes, D Gregor. hom 16. in Euang. Hoc eligit Deus, quo mundus deſpicit pauperes, ſed horum præcipuè curam gerit Deus, f.341.c.52.

Dominica 3. poſt Pentecoſten. Luc. 15.

Erant appropinquantes ad Ieſum publicani, & peccatores, vt audirent eum, bene appropinquant, vt audiant ſermones eius, ſermo enim Dei omnia ſapit, noſtrarumque neceſſitatum eſt remedium, fol 53. c. 105.

Vt audirent eum plures peccatores accedunt ad Chriſtum, vt audiant ſermones eius, & conuertantur, ſed in plurimorum animis inſtar vacui ſoni habentur, f.153. c.100

Murmurabant Phariſæi dicentes, quia hic peccatores recipit, deberent hac de cauſa gratiarum actiones agere, ſed detrahunt, ingratus enim pro beneficijs acceptis murmurationes rependit, f 64 c 18.

Nonne dimittit nonaginta nouem in deſerto? miraris derelictas nonaginta nouem oues à bono paſtore: ſed ne multum mireris, conſiderandus eſt locus in quo derelictæ apparent, nimirum in deſerto, non ſic relinquerentur in tranſeuntium frequentia, deſertus enim locus, vt remotior eſt ab hominibus, ſic minus negotij præſtat diuino paſtori, vt oues in tuto habeat, non enim exiguum Dei beneficium ſeparare homines à tumultu per ſolitudinis quietem, f.18 c.79.

Vadit ad illam quæ perierat donec inueniat eam, ecce terminus ſuſcepti laboris à Paſtore in quærenda oue, donec inueniat eam, huc ſolum ſpectat bonus Paſtor, vt amiſſam ouem inueniat, & præter hoc nihil aliud: perdantur omnia licet bona temporalia teratur corpus, & periclitetur ſalus corporalis, pro his omnibus diſpendijs vna datur compenſatio, ſi ouis inueniatur, hæc inuentio dum fit, nihil amplius mouet quod Paſtor requirat, etiamſi omnia in quærendo perdiderit: ipſius enim ouis præ omnibus ſaluti ſtudere debet, fol 65.c.25. f.116. c.59.

Et cum inuenerit eam imponit in humeros ſuos gaudens, potuit inuentam ouem, vel virga minari, vel ictibus in gregem agere, ſed his omiſſis, humeros parat, hoc boni præclarique Paſtoris indicium, quod priorem benignitatem obtulit erranti, quo reſpiciens Ruricius lib.2. epiſt.22. ait, Ipſe eſt bonus Pater qui ouem perditam ad caulas Dominicas mauult proprijs humeris reportare, quam ſtimulis vrgentibus reuocare, diſtrictus non ſtatim virgam, non ſtatim ſtimulos monſtrauit, ſed prius humeros adhibuit, quibus laſſam benignè ſuſtentaret,] fol.503.con.41. fol.556. con. 33.

Imponit in humeros; quid? nonne onus ſatis ponderoſum, ouis? nonne in ea deferenda fatigabitur? nequaquam, bonus enim Prælatus ouium delationem, & pondus laſſitudinis ſuæ leuamen eſſe iudicat, f.573. c 74.

Imponit in humeros, eam in ouile reducens maximo ſudore, & labore conquiſitam, nec miror, nihil enim ita vrgere debet Prælatum, quam zelus ſalutis ſubditorum, fol.578.con. 85.

Imponit in humeros, non tanquam ouem conſiderans, ſed tanquam gemmam pretioſam, Paſtor enim ſubditos, tanquam gemmas pretioſas in humeris habeat, fol. 560. con. 46

Imponit in humeros, ouem perditam, ſed iam mucotam, pudeat plurimos Paſtores, ſolum crediti muneris ſpectare gaudia, ſed onera refugere, ſolum lanam ouium quærere, non ipſarum ſalutem, ſed ſiimiter teneant ouium quæ ſibi commiſſæ ſunt ſtrictiſſimam reddituros rationem, f. 305. c. 21

Imponit in humeros, ouem quæ iam ſuæ ſalutis non eſt negligens, ſed pœnitentiæ ſe addixit, vnde nequaquam tanquam reus damnandus eſt, qui pœnitentiæ ſole illuminatus, f. 301. c. 8.

Imponit in humeros, humeri inſigne poteſtatis, iuxta illud Iſai. 9. cuius imperium ſuper humeru n eius; ouem peccatricem, ſed pœnitentem Chriſtus ſuper humeros fert, vt ſcites pœnitentem maximo in honore eſſe apud Deum, f. 71. c. 35.

Imponit in humeros, blande & ſuauiter illam portat, nam ad tyrocinium virtutis redibat, virtutis autem tyroues leuiter ſunt tractandi, ne deſiſtant, f. 06. c 1.

Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quæſitam enim, & iouentam ouem gaudens bonus Paſtor ſuſcipit, & gaudens refert domum, & conuocat amicos, & vicinos, & congratulationes fieri ſibi poſtulat, totus plenus gaudio, quo tot gaudia de inuenta oue perdita ſpectant? ita gaudium etit in cœlo, cœleſtia & quæ à Deo ſunt gaudia exprimuntur, non carnalia. & temporalia, quæ potius inuentis rebus deſideratis, & anxiè quæſitis feſtinantiſſimè perduntur, ſola quæ ex cœleſti deſiderio quærunrur, bona ſolent inuenta longas parturire lætitias, quæ autem ex carnali deſiderio inueniuntur, bona nil citius pariuut quam deſpectum & faſtidia, & ideo conculcanda, f. 600. c. 147.

Dominica 4. poſt Pentecoſten. Lucæ 5.

Factum eſt vt turba irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, S. Chryſoſt. Erant enim ei connexi diligentes eum, & mirantes, tenere cupientes, quis enim diſceſſiſſet dum huiuſmodi miracula faciebat? quis noluiſſet ſolam proſpicere faciem, & os talia loquens, neque enim in agendo miracula ſolum admirabilis erat, ſed & viſus eius abundabat plurima gratia, vnde & eum loquentem audiunt in ſilentio, ſeriem locutionis non interrumpentes, dicitur enim, vt audirent verbum Dei] cur eum interrumperent loquentem à cum verba eius & panis ſint quo fortiores aluntur, & olus quo infirmiores nutriontur? f. 53. c. 106.

Vidit duas naues Dominus ad ſtagnum Geneſareth, oculos conuertens vidit duas naues, & quid alind cerni poteſt in vaſtiſſimo pelago mundialis vitæ? nihil mundus alind exhibere poteſt. quam naues nauis eſt quiuis homo furentibus fluctibus vndequaque cinctus, vita humana nauis eſt commendata fluctibus, tempeſtate actis, nihil ſecurum, nihil firmum videt Nauta, dum tempeſtas furit, imo nihil non incommodum, & lethale expertur, vbique inconſtans fortuna, ſic prorſus homines in bono inconſtantia incredibilis, fol. 755. c. 116.

Et ſedens docebat de nauicula, quandonam docuit? poſt innumera perpetrata miracula, poſt infirmis redditam ſanitatem, &c. rectus quidem ordo, præceptis enim dandis præſtruenda eſt ſignorum claritas, f. 145. c. 9.

Sedens docebat, Principum & Prælatorum munus, legem dicere & explicare, fol. 119. con. 74

Sedens docebat, bonis moribus, ſicut & doctrina omnes imbuens, f. 126. c. 82.

Et ſedens docebat, non ſatis eſt doctori vita cœleſtis, niſi & annuntiet peccatori vias Domini, & vt à ſuis recedat, f. 603. c. 159.

Sedens docebat, quid non agit Chriſtus, vt nos doceat? f. 211. c. 35.

Sedens docebat de nauicula, quæ non coniuncta ripæ ſtagni Geneſareth, ſed ab ea ſeparata, doctrina enim extra turbam, & tumultum melius percipitur, f. 144. c. 2.

Sedens docebat de nauicula, Lucas ait, quod Ieſus docebat de nauicula, & non explicat quid de nauicula doceret: ſane quia ea docebat, quæ manifeſtiſſime nos docent vniuerſæ naues, quis neſciat doctrinam & Philoſophiam nauium, quæ nimis oneratæ pereunt, & euacuatæ ocyſſimè nauigant? D. Baſil. in 2. Iſai fatur, Quemadmodum naues onere immodico degrauatæ, ad portum multo cum negotio prouehuntur, at facile ſubeunt naufragium. Pari ratione corpora quæcumque, tandem multa redundanti alimonia, ad obeſam carnulentiam demergunt per voluptatum illecebras, in imam vorɑginem perditionis natando immerguntur,] æmulamur naues in periculis, dum cupiditatum oneribus preſſi, & grauati, aut in perditionis voragines immergimur, aut hæremus in ſalebra, aut ægrè & difficulter portum attingimus fœlicitatis. Sit igitus nobis in nauibus portus pretioſior omni alia re, vt nauis portum attingat, nullis bonis, nullo auro parcat, omnium iacturam patitur, quo ſuperet tempeſtates: ſic & uos pro anima, nihil non contemnamus, f. 600. c. 147. qui ergo cum Deo ſecurè eſſe voluerit, ab omnibus mundanis ſe ſeparet, f. 251. c. 117. & ab ijs ſeparatus, quæ ſuauiſſima nuo ſentiet? f. 58. con. 123.

Dixit ad Simonem duc in altum, non multum moratur Dominus in vno loco, ſed continuo iubet vela ventis dare, & pergere in altum, condemnans eos qui ſic incubant mundialibus, vt toti ibi hæreant, plane licet temporalibus bonis vti, ſed pertranſeunter, occ in illis diutius immorari, Pſal. 103. Hoc mare magnum & ſpatioſum manibus, illic reptilia quorum non eſt numerus, animalia puſilla cum magnis, illic naues pertranſibunt: ecce fœlicitas nauium præ reptilibus, præ maris animantibus, & hæc & illæ in mari ſunt, ſed reptilia morantur ibi, nigroque incubant profundo, naues autem minime morantur, ſed pertranſeunt, & dum tranſeunt, manibus

fruuntur maximè illæ commendantur, ita ex ex omnibus commendabiles ſunt, oon qui pœnitus immerguntur bonis temporalibus, ſed qui per illa pertraoſite nouerunt, ne in his igitur immoremur, cum ſola memoria eorum vere noceat, f.91. c.140. ne eorum cupiditate teneamur, vitam enim periculo objicient, fol. 248. c. 180.

Dixit ad Simonem duc in altum, notanter imperat Dominus Simoni Nauim ducere, vt ſubdi & obedire ſciat, qui ad Eccleſiæ eligebatur præfecturam, quando melius diſtis imperare, quam vbi ſubditum perfectum agis, fol. 473. con.138.

Per totam noctem nihil cepimus, ſed in verbo tuo laxabo rete: Quid inde? & cū hoc feciſſent, concluſerunt copioſam piſciū multitudinem, ecce obediunt verbo Chriſti, & illico ſuis deſiderijs fit ſuperabundanter, virtutis enim obedientiæ multiplex eſt præmium, f.153.c 30.

Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam, nnōe verum per totam noctem ne piſciculum cepiſſe? quis ergo credet quod in ſolo retium ictu, pœne innumeram ceperint piſcium multitudinem? qui virtutem obedientiæ nouit, illi nihil omnino impoſſibile, f. 146. c.11.

In verbo tuo laxabo rete, dixit ei Ieſus, vt laxaret retia in capturam piſcium, & illico laxat, promptiſſima enim eſſe debet obedientia, f.146.c.12.f.160 c.61.

Quod cum videret Petrus, procidit ad genua Ieſu, agnoſcens tanti beneficij eum auctorem, impijs enim ignorantibus dona Dei iuſti ilico ea agnoſcunt, f.30. c.120.

Exi à me, quia homo peccator ſum, Chriſtus eū ſua viſitatione, & vocatione dignatus fuerat, & nihilominos prædicat ſe indignum ſua præſentia, iuſti enim de ſe humillima ſentiunt, f.14.c.62.

Exi à me, quia ego peccator ſum, quantis donis te cumulat Chriſtus? viſitat, vocat, ante te miracula perpetrat, te hominum piſcatorem conſtituit, & nihilominos ea non agnoſcens, hominem peccatorem te eſſe fateris? nec miror, quanto enim quis à Deo donis pluribus cumulatur, eo de ſe humilius ſentire debet, f.700. c 74.

Ait Ieſus ad Simonem, noli timere, non antea ad intimam amicitiam trahit Ieſus Petrum, quam ab illo prorſus timorem ſeruilem expellat, aiens noli timere, qui enim nimis meticuloſus eſt inſtar ſerui, Dominica conuerſatione putatur indignus, hoc eſt vox ſimiliter timentis à Petro ſtupente dicta, nimirum exi à me, quia homo peccator ſum, quis crederet quod Ieſum Petrus ſic expelleret? ſed non faciebat hoc Petrus, ſed ſeruilis metus in Petro exiſtens illum reddebat indignum Ieſu familiari conſortio, quo ſpectauit Nazianz. orat. de ſtatu Epiſt. factus, Petrus Ieſum à nauicula repellit, tanquam minime dignus, & ob timiditatem] ſic ſeruilis timor Petrum afficiebat illum Chriſti intimis fauoribus indignum redderet, nunquam enim timor ſeruilis concedit ſuis alumnis, vt fruantur de magnalibus, timor enim, & ſeruilis bona à nobis remouet, f 179.c.140.

Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Ieſu, eum redemptorem agnoſcens, miraculorum enim certa cognitio ad Dei fidem adducit, f.151.c 32. miracula autem fiunt ad fidei confirmationem, aliquando ad meritum fidelium, f.427. c. 95.

Ex hoc iam eris homines capiens, Venerab. Beda cap.15. in Luc. Hoc ad ipſum Petrum ſpecialiter pertinet, exponit enim ei Dominus, quid hæc captura piſcium ſignificet, quod ſcilicet ipſe ſicut nunc per retia piſces, ſic aliquando per verba ſit capturus homines] vnde Petro tantum beneficium collatum? quid antea dictum? Petrus procidens ad genua Ieſu; innumera enim bona ſequuntur humilem, f.108. c.29.

Dominica 5. poſt Pentecoſten. Matthæi 5.

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Phariſæorum & Scribarum, quam facilia petit Chriſtus à diſcipulis, nempe vt excedant virtute Phariſæos & Scribas, viros ſceleratos, inuidos, ambitioſos, quos excedere nullius erat negotij, ſed tamen vt diſcipulos eueharet ad virtutis culmina, Chriſtus non eis præcipit difficilia, quid ergo dicit, grauia Dei eſſe præcepta? f.195. c.10.

Audiſtis quia dictum eſt antiquis non occides, homicidium enim maximè Deo inuiſum, fol. 293.c. 87.f.179.c.41.

Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, ſol ergo ne occidat ſuper iram noſtram, fol. 319. con. 53.

Qui dixerit fratri ſuo Raca reus erit concilio, quo ſe non diffundat ira, dum ſemel intimis præcordijs efferueſcit, nullis equidem parcit linguæ contumelijs: notabat D. Petrus Damian. lib 4. epiſt. 17. linguam duabus portis ſeſe effundere poſſe, ſcilicet vel per ſonos minime ſignificatiuos, vel per ſignificatiuas voces, vtriſque occludendas in homine irato inſtat Dominus veritatis, ne dicatur fratri Raca, hæc eſt interiectio naturalis furoris, nihil aliud ſignificans, & ne dicatur fatue, hæc eſt vox ſignificatiua, & contumelioſa, vtriſque inquam portis occludendis anxius inſtat Dominus, vt qui nouerit iræ ferociam, quæ ſemel effuſa, nullis contumeliæ generibus parcere neſcit, quin potius & nutibus & clamoribus, & verbis & blaſphemijs, ſe ſe exerit in Deum contumelioſa, & homines, nihil enim grauius lingua maledica ex ira oborta, f.483.c.55.

Qui dixerit fratri ſuo Rachà, vox Racha cum nihil ſignificet, vt ex Petro Damiano, & D Paſchaſio, & alijs ſuppono, non tam propria eſt hominum, quæ non poſſit eſſe, vel fremitus beſtiarum, & iracundis hominibus merito tribuuntur clamores etiam, & fremitus communes feris, quando ſolus vir manſuetus purus & perfectus eſt homo, ſed manſuetudinem cum zelo coniungat, f. 15. c.76.

Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio, non dixit ſimpliciter, omnis qui iraſcitur, ſed addidit fratri ſuo, eſt enim ira laudabilis, quæ non pœnam meretur, ſed præmium, illa ſcilicet quā vitijs & peccatis, tam noſtris quam

alienis iraſcimur? & ſic hæc ita quæ eſt iuſtorum zelus gloriæ Dei eſt, fol. 779.c.205. hæc etiam irà armat clementiſſimos ad puniendum noxios, f.801.c.186.

Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis, gehenna id eſt, quod Hebræis gehennon, ſiue geben hinnon, erat enim vallis delicioſa, vallis viri qui dicebatur hinnon, vt aliꝗ qui voluere, vallis tamen triſtitiæ interpretatur, cohærent quidem, nam licet vallis amœna & delicioſa fuerit, quia tamen terrenæ deliciæ, verum gaudium manti inhalare nequeunt, ſed potius in triſtitiam vertuntur, potius delicioſus amœnuſque locus vallis triſtitiæ dicet, luctus enim, & quidquid funebre non longe abeſt à voluptate ac delicijs, fol. 779. c.184.

Si ergo offers munus tuum ad altare, hic ab hoc diſce quod dum in Eccleſia manes precum munera Deo oblaturus, ea potiſſimum verſare animo debes, quæ ad puritatem & pacem ſpectant, & ad animæ tuæ ſalutem, non quæ ad terrenarum rerum augmentum? non enim Saluator dixit, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus pecunias æſque tibi debet, aut ſimile, ſed ſi habet aliquid aduerſum te, ſi in aliquo eum læſiſti, non enim in ſacro loco terrena cogitanda ſunt, ſed munda & pura, fol. 694.c.53. f.627.c.241.

Si offers munus tuum ad altare, nequaquam acceptum erit, ſi aliquo odiu vel rancore aduerſus fratrem teneaeris, nam quidquid Deo offerimus, debet eſſe cum cordis puritate, & animi modeſtia, f.325.c.89.

Si offers munus tuum ad altare, &c. iubetur vt oblatum Deo munus tollat, & abeat reconciliari fratri ſuo, relicto ibi coram Deo munere, cur relicto ibi munere, & non potius ſecum lato? ideo crediderim non permitti inde iam auferri munus, ſed potius ibi iuſſum manere, vt ibi manens oſtendat obligationem qua tenetur homo perficiendi munus, quod ſemel Deo obtulit, ne ex aliqua deficiat parte, equidem non tenemur multa offerre munera Deo, ſed quæcumque offerimus, ex eo quod oblata Deo ſint, in eam nos inducant obligationem, vt illa vndequaque perfecta conſtituamus, f.321.c.76.

Si habes aliquid aduerſum te relinque ibi munus tuum, qui enim à fratre diuiſus diuiſum cor habet, cor autem integrum in oblationibus ſuis Deus requiritur, f.631.c.6.

Vade reconciliari fratri tuo, non enim Deo muneribus tuis placere potes, niſi fratri reconcilieris, eum diligas, Deum enim diligere non potes, niſi & proximum ames, fol. 445.c.153.

Vade reconciliari fratri tuo, ſi autem nolit tibi reconciliari, carbones ignis æterni ſibi congregabit, f.134.c.28.

Vade reconciliari fratri tuo, vacui enim ab omnibus peccatis, & quaſi Angeli effecti Deo ſacrificium offerre debemus, f.529.c.114.

Vade prius reconciliari fratri tuo, S. Chryſoſt. hom 11. in opere Imperf. Ecce à diſcordantibus non vult accipere ſacrificium, hinc ergo perpendite, quantum malum ſit diſcordia, propter quam & illud abijcitur, per quod culpa relaxatur, f.265.c.255.

Dominica 6. poſt Pentecoſten.
Marci 8.

Miſereor turbæ, ſi diuinitati eſſet erigendum inſigne, huc ego trophæum inſcriberem, miſereor turbæ, vincit enim & triumphat in Deo pius affectus, & miſericordia erga miſeros, f.449.c.166.

Miſereor turbæ, tantæ miſericordiæ eſt Deus, vt etiam ad petendam eam nos excitet, f. 760. c.136.

Miſereor turbæ, quia non habent quod manducent, cur Apoſtoli Chriſto non dixerunt, ecce triduo ſuſtinent te? fame deficient in eorum neceſſitati conſulatur, Chriſtus Dominus id prius dixit, ipſe enim inter omnes velociſſimus eſt ad ſuccurrendum noſtris neceſſitatibus, f 68. c.39.

Ecce triduo ſuſtinent me, &c. non diſcipuli loquuntur pro his hominibus, nemo eſt qui illorum cauſam Domino repræſentet, & ipſe Dominus illorum miſeretur, quia inquit triduo ſuſtinent me, neque habent quod manducent, ipſa pro ſe loquitur afflictio, & pœna propter Deum ſumpta, quos ergo pro nomine Chriſti afflictos videris, miſericordiam eis impende, f.323.c.59.

Quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? nondum magnitudinem diuinæ prouidentiæ agnoſcebant, cui confidere deberent, f.38. con. 150.

Quot panes habetis? dixerunt ſeptem, Remig. ſuper Matth. Non ideo interrogat quia ignoraret quot haberent, ſed vt dum illi reſpondent, ſeptem, quo pauciores eſſent, eo magis miraculum diffamaretur, & notius fieret, In miraculorum exhibitione, non vult Deus aliquam ſubeſſe ſuſpicionem, f.68. c.85.

Et accipiens ſeptem panes gratias agens Remig In eo quod gratias egit, nobis reliquit exemplum, vt de omnibus donis nobis cœlitus collatis, illi gratias referamus,]ne procedat à manu Dei mica panis quin ſecum adiunctam habeat, & ferat Dei memoriam, iugemque gratiarum benedictionem, f.110.c 32. f.451.c.101. f 47.c.178.

Et dabat diſcipulis vt apponerent & appoſuerunt turbæ, quomodo tanti participes beneficij? nonne triduu Chriſtum ſuſtinuerunt, eum ſequentes? ſi autem debite diſponimur, nullo modo Deus ſua differt conferre beneficia, fol. 167 c.62.

Et habebant paucos piſciculos, & ipſis benedixit, benedictionem Dei requiramus etiam in cibis, f.355.c. 104.

Habebant paucos piſciculos, quos iuſſit apponi, cur non adduxit eis coturnices, ſiue perdices? quia Deus non luorum gulæ, ſed neceſſitati vult ſatisfacere, f.6-.c.35.

Et ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis, quid refert quod fragmenta vilia pereant? myſticus cibus in hoc pane ſignatur, & ſauè concionator, qui illum populo miniſtrat, non quærat rarum, inuſitatum, & obſcuritate plenum cibum, ſeu criticè non concionetur, ſed clare, vt omnibus commune ſit, & ita intelligatur,

gatut, vt nec mica verborum pereat, fol. 185. c.156. f. 461.c.211.

Fra: t antem qui manducauerant quaſi quatuor millia, ita ſtupenda aliquando Dei miracula, vt eis fides non adhiberetur, niſi aliquo euidenti ſigno comprobarentur, fol. 54. con. 208.

Dominica 7. poſt Pentecoſten.

Matthæi 7.

Attendite à falſis prophetis, Venerat vt per anguſtam porta intraremus neglecta via voluptatis, quæ lata eſt, & mundanarum illecebrarum ianua, nunc monet vt à falſis prophetis caueremus: non abſurda hæc cautio, maximeque cohærens cum ſuperioribus, nihil enim ita nos ad viam perditionis ducit, quam malorum hominum exemplum, & ideo omnino fugiendum, f.354.c.100.

Attendite à falſis prophetis, intrandum per anguſtam portam, Chriſtus dixerat, intrate inquit per anguſtam portam, nunc præcipuum impedimentum oſtendit quo ſere ab ingreſſu auocamur, huiuſmodi autem eſt prauorum hominum conſortium, & ideo omnino fugiendum, f.326. c.93. nam etiam pij inter impios difficulter Deo obſequuntur, fol. 678 c.120.

Qui veniunt ad vos, non dicit nos ad illos venire, nam pergunt etiam ad vos conuocati mali homines, vt decipiant, ad perditionem trahant, ſoli perire nolunt, perire cum alijs amant, vrget illos eorum malitia, vt aliorum perniciem quærant, impius enim in malefaciendo promptiſſimus, fol.729.con.17.

Veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, lupi ſcilicet qui veras oues dilanient, peccatoribus enim vtitur dæmon, vt inſtrumentis, vt decipiant, omnis enim conatus diaboli eſt, vt nos miſere perdat, fol.736.con. 45.

A fructibus eorum cognoſcetis eos, cognoſcetis falſus Chriſtianos ab operibus, ea enim ad oſtentationem non ad ædificationem exhibent, f.145. c.4. opera noſtra non ſolum exterius candida appareant, ſed & interius, f.534. con. 126.

Non poteſt arbor bona malos fructus facere, nullus bonus fructus vnquam decerptus fuit, niſi qui dedit virtus fidelis animi, ab infideli enim non fructus, ſed corruptio naſcitur, Pſalm.52. Dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus; corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus, non eſt qui faciat bonum. Expende quid præceſſit, antequam corrumperentur, nimirum præceſſit quod inſipientes dixerint non eſt Deus, vbi enim circa res fidei naufragauerunt, ſtatim in illis, nullus bonus fructus apparuit, impoſſibile enim eſt, ſine fide placere Deo, f.425.c.84.

Omnis arbor qua non facit fructum bonum, non aſſerit omnis arbor quæ facit fructum malum, ſed quæ non facit fructum bonum; iuſtus enim eſſe deſinit, qui à bene operando deſiſtit, nunquam itaque

à virtutis operibus pede ſiſtere licet, ſed ſemper maiori perfectioni ſtudendum, f.384. c. 79. c. 63.

Omnis arbor quæ non facit, dixit non quæ fecit, non enim ſufficit ſemel, aut bis fructus feciſſe, niſi in bonis operibus perſeueres parum eſt feciſſe, niſi aſſiduè facias, fol. 598. con. 134. fol. 288. con. 68.

Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, Non ſatis eſt habere fidem, niſi & bona opera eam comitentur, fol. 113 con. 44. fidem quam in baptiſmo ſuſcepimus, operibus profiteri debemus, fol.694. c.16.

Diſcedite à me qui operamini iniquitatem, non ait operati eſtis, ſed operamini iniquitatem, quia licet facultatem peccandi impij in iudicio non ſint habituri, peccandi tamen affectu non carebunt, hæc prauorum ſtultitia & impietas, vt velint peccare cum non poſſint, adeo peccandi libidine tenentur, qui in peccatis vitam conſumpſerunt; nec mirum, impietas enim ita nobis intima aliquando vt viſceribus adhæreat, fol. 785. con. 230.

Dominica 8. poſt Pentecoſten.

Lucæ 16.

Homo quidam erat diues qui habebat villicum, & hic diffamatus eſt apud illum, Non abſolutè aſſeritur, villicus ille quod diſſipaſſet bona Domini, ſed ſolum dicitur diffamatus, quaſi diſſipaſſet; iniquum eſt non ſolum quod male agas, ſed & quod diffameris, quaſi malè agas, bonus enim vir non ſolum debet, mala abſolutè non agere, ſed & curare ne diffametur; maximè enim ſolliciti eſſe debemus de bono nomine, f.741. c.67.

Diffamatus eſt quod diſſipaſſet bona Domini, Diffamatus eſt hic villicus, quaſi diſſipaſſet bona Domini, nec immerito Dei bona quaſi diſſipata dicuntur, cum per famæ ora volitare intelliguntur, ſufficit enim hoc ad Dei bona perdenda, ad Dei fauores diſſipandos, quod eos fama loquatur indebite, & euulget, & ſic bona opera noſtra conſpectui hominum celanda, fol.266. con 26.

Diffamatus eſt villicus iniquitatis, delicijs deditus apud hominem diuitem, nempe diffamatur; non dicitur, quis eum diffamauerit, etenim non alij, niſi vitia iſta improbo infamiam pariunt, fol. 93. con. 254. fol. 94. con. 194.

Et vocauit illum, & ait, &c. Vbi facinorum villici huius fama peruenit ad Dominum, ſtatim Dominus ad iudicium eum vocat, à munere villicationis deturbandum, Geneſ.18 Dicebat Dominus ad Abrahamum, clamor Sodomorum & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, iam peccata Sodomorum clamore famæ prædicabantur, & ſingulis momentis Dei aures pulſabant, & nihilominus Deus in caſtigandis Sodomis cunctatur, nec famæ clamoribus mouetur,

ſed protectionem parat, qua omnia ipſe deſcendens proſpiciat, ſcrutetur, non ſic cum hoc villico res agitur, imo vt primum diffamatus eſt apud Dominum, vt primum ſcelerum clamor Dei aures pulſat, nulla expectata mora, nulla profectione interpoſita, confeſtim miſer in iudicium vocatur ab officio deturbandus, cur non magis hîc expectatur? cur magis Dominus credit huius malæ famæ clamoribus, quam clamoribus Sodomitarum? ij infideles erant, villicus autem pertinebat ad domeſticos fidei, malis autem fidelibus citius, & celerius ſolet ſupplicium parari, fol. 757. con. 126.

Et vocauit illum, nonne publica erat infamia? quid ergo eum vocas vt interroges de bonorum tuorum villicatione? quia cum eſſet optimus iudex noluit eum condemnare, niſi legitimè conuictum, aut confeſſum, fol. 284. c. 60.

Vocauit illum, & dixit redde rationem villicationis tuæ, ſi audiſti, quid interrogas? cur vis detineri in audienda ratione ſuæ malæ villicationis? quia optimus erat iudex, qui non curſim, ſed attentè examinare voluit eius cauſam, vt æquius eum iudicaret, fol. 559. con. 137.

Et vocauit illum, quid audio de te? redde rationem villicationis tuæ: nonne audiſti quod bona tua diſſipauerit? non eſt ergo cur velis tibi ab eo rationem reddi? non vult ex eo quod audierit bonorum ſuorum diſſipationem eum condemnare, quia ſane non ſolum illicitum, ſed prorſus barbarum ex ſola auditione aliquem in iudicio condemnare, f. 328. con. 3.

Redde rationem villicationis tuæ, Deus erat qui famam malæ villicationis huius audierat, non tamen audita fama mouetur, vt villicum officio priuet, ſed illum vocat, accuſationem denuntiat, rationem reddendam expectat, nunquam enim iudex qui Dei ſpiritu agitur, etiam vna parte accuſante, vel fama proclamante, aliquem inauditum iudicare debet, f. 328. c. 1.

Quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, in omnibus ſemper maximè debemus eſſe circumſpecti, fol. 495. con. 10. nec nos vnquam prudentia in actibus noſtris deſerere debet, f. 503. c. 44.

Conuocatis itaque ſingulis debitoribus ait, &c. nequam villicus, vbi de obtinenda ſalute agit, nihil magis curat, quam conſeruorum debita leuare, & relaxare, & cur hoc ſolū ſalutis obtinendæ medium ſibi proponit, vt conſeruorum debita ipſe relaxet? prudenter equidem hanc ad ſalutem viam habet, quod nimirum impartiendæ miſeriæ omnino vacet, miſericordia enim eſt animæ redemptio, f. 688. c. 39.

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter feciſſet, villicus in tempore reddendæ rationis Domini ſui, ſubſtantiam plus lædit, dum debitores à debiti pondere liberat, & tamen Dominus laudat villicum, quod prudenter feciſſet. Mirabar quod in tam ſibi damnoſa fraude poſſet Dominus aliquid laudabiliter inuenire; quid laudet, quid probet Dominus in tam fraudulento villico? ſapienter D. Bernard. Inuenit quod poſſit eſſe diuino Principi gratum, in hoc diſpendio villici, qui licet Domini ſubſtantiam vacuat, ſubditos auget, dum eos debitis liberat: regius autem animus id maxime probat in miniſtris, quod commune bonum ſubditorum ſuo particulari præponant, fol. 762. con. 145.

Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, &c. Eò tendant beneficentiæ noſtræ opera, vt ſanctorum amicitiam veneremur, plurimum enim valent ſancti viri, vt tempore anguſtiæ amanter à Deo recipiamur, f. 774 c 186.

Recipiant vos in æterna tabernacula, erga pauperes ergo ſis miſericors, impende egenis pecunias tuas, non tibi minuentur, ſed cœlum largiantur, f. 4 . c 55.

Recipiant vos in æterna tabernacula, in hac vita præſenti recondamus bona opera, bonis in futura vita viuitur, fol. 48. con. 179.

Recipiant vos in æterna tabernacula, iubemur de mammona iniquitatis facere nobis amicos tutelares, & defenſores, nos enim ſumus qui facimus, quod ſancti viri efficaciter nos protegere & defendere poſſint, ipſi ſancti per ſe non ſemper efficaces, cum tales fiant per pietatis & virtutum opera, efficacia enim ſanctorom in noſtra defenſione à virtutibus noſtris ſolet manare, fol. 810. con. 316.

Dominica 9. poſt Pentecoſten.

Lucæ 19.

Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam, Ob oculos tua mors tibi verſatur, ô Ieſu, & de illa non doles, & ob perituram ciuitatem lachrymatis: plus dolet de eorum ruina quam de ſuo interitu. O egregium in mortales amorem, imo ineffabilem! fol. 148. con 17. f. 215. con. 71.

Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam, cur non fleret, cum eius incolæ eum crucifixuri eſſent? & ſic omnium peccatorum grauiſſimum commiſſuri, f. 806. c. 305.

Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam, cur non fleret, cum compaſſione in alios duci debeamus? f. 314. c 19.

Videns Ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam, quis non miretur Chriſtum Dominum flentem ſuper Hieruſalem eo tempore quo orationem illam, & triumphum manſuetudinis, & pietatis facit? de quo Matth. 21. dicitur, Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit tibi manſuetus; manſuetus venis, Ieſu à Hieroſolymis, & eius vicem defles? cur lachrymas fundis ſuper ciuitatem, cui manſuetiſſima, & pientiſſima viſcera pandis? equidem nunquam magis lugenda rebellis vrbs & peccatrix, cum vbi in ſceleribus non iram vindicis, ſed manſuetudinem, non duritiem ſupplicij, ſed teneritudinem compatientis in Deo ſentit, ſicut è cōtra cum indignatur, cum iraſcetur, ac veluti

zelotypia quadam erga nos vtitur, tunc nobis lætandum, ſignum eſt enim maximæ in nos ſuæ miſericordiæ, f. 212 c. 59.

Videns ciuitatem fleuit ſuper illam, nec miror fleuiſſe, cum illius peccata cognoſceret, omnium bonorum diſſipatiua, & vltimam ei perniciem allatura, fol. 794. con. 261. con. 262.

Quia ſi cognouiſſes & tu, merito plangit Dominus Hieroſolymitarum inſenſibilitatem, qui præſentium bonorum guſtu poſſeſſi, nihil nouerunt metuere, nullum imminens excidium nouerunt præſentire, vtinam non præſentibus raperentur, ſed & futura præſagirent, præcognoſcerent, ſed ea hominis ſtoliditas & cæcitas, vt futorum & imminens excidium non ſentiat, fol. 742. con. 71.

Quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die quæ ad pacem tibi, maxima & vtiliſſima eſt ſcientia, cognitio ſui, f. 186 c 170.

Quia ſi cognouiſſes tu, mala quæ tibi imminent, ſuppliciorum grauitatem, ſi digni ſunt futuri omni punitione propter immenſa ſua ſcelera, quid luges eorum miſeriam, & perniciam? quia hoc modo ſatagit, vt ab inferendo ſupplicio eum auerteret, f. 758. con 129.

Quia ſi cognouiſſes & tu, Deus prædicit ciuitati mala imminentia, futurum excidium, vt ad pœnitentiam eius incolas prouocaret, f. 758. c. 30.

Quia ſi cognouiſſes & tu, Iudæorum cor lapideum, Iudæis regnum ereptum propter infidelitatem, f. 155. c 44.

Eo quod non cognoueris diem viſitationis ſuæ, imo quanto plura ñ Iudæe à me accepiſti beneficia, factus es deterior, f. 6 . c. 10.

Eo quod non cognoueris tempus viſitationis tuæ, imo in medijs beneficijs cum Chriſtus omnibus modis eorum ſalutem ſatagebat, eum reſpueruot, & crucifixerunt, f. 717. c. 6.

Dominica 10. *poſt Pentecoſten.* Lucæ 18.

Dixit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, Theophyl. Quia ſuperbia pluſquam aliæ paſſiones vexat hominem, ideo crebrius de hac monet, vt ab ea caueamus, fol. 393. c. 2. f. 541. c. 11.

Qui in ſe confidebant, proſequitur Theoph. Eſt ſuperbia Dei contemptus, quoties enim aliquis non Deo, ſed ſibi adſcribit bona quæ facit, quid eſt aliud quam Dei negatio? cauſa igitur confidentium in ſeipſis, non autem totum attribuentium Deo, ſed ob hoc etiam cæteros contemnentium parabolam oſtendit, vt omnia bona Deo tribuamus, f. 445. c. 1. o.

Qui aſpernabantur cæteros, alios nequaquam contemptui habeamus, f 171. c. 11.

Qui aſpernabantur cæteros, cerne ambitioſorum arrogantiam, nihil tam ægrè feruntac aliquem ſibi æquare, aut anteponi, ſed in hoc maximè cæci ſunt, f. 743. c. 74.

Phariſæus ſtans hæc apud ſe orabat, Theodor. Per hoc quod ait ſtans, elatum eius animum indicat, ipſo enim habitu ſuperbiſſimus videbatur, & ideo inutilis eius oratio, humilitas enim in ea requiritur, fol. 409. con. 35.

Ieiuno bis in ſabbato, Deum deprecaturus ſua non iactet merita, f. 765. c. 55.

Non ſum ſicut cæteri homines ieiuno bis in ſabbato, nihil faciendum ad oſtentationem, ſed ad ædificationem, f. 145. c. 4.

Do decimas omnium quæ poſſideo, ita bona opera facere debemus, vt nulla ſit in nobis intentio placendi hominibus, f 559. c. 47.

Publicanus à longe ſtans, cum magna ſubmiſſione Deum deprecaturus acceda, f. 811. con. 320.

Nolebat nec ad cœlum oculos leuare, in oratione enim debemus eſſe profundiſſimæ humilitatis, f. 766. c. 159.

Sed percutiebat pectus ſuum, pauca virtutis ſigna dantur in publicano, ſolum dicitur quod dimiſſis ad terram oculis percutiens pectus dicebat, propitius eſto mihi peccatori; parua hæc ſunt, ſed virtus quæ illa emittebat non erat parua, imo eo maior & præſtantior, quo magis intimis viſceribus occultabatur, f. 664. c. 95.

Deus propitius eſto mihi peccatori, ad ſedandam Dei iram non tam aſſumenda innocentiæ atteſtatio, quam culparum confeſſio, f. 278. con. 39.

Deus propitius eſto mihi peccatori, oratio peccatorum remiſſionem poſtulans Deo gratiſſima, f. 815. c. 335.

Amen dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam, in tribunali enim diuino poſt peccatorum confeſſionem, abſolutio & corona, f 813. c. 317.

Deus propitius eſto mihi peccatori, ante Deum enim nullus ſe cenſere debet eſſe alicuius momenti, f 507. c 51.

Deus propitius eſto mihi peccatori, hoc dicebat percutiens pectus ſuum, pectus percutit bonus hic publicanus, vt in pectoris percuſſione, & contritione intimam cordis ſui exprimat pœnitudinē, quis enim non credat cor eſſe verè contritum cui omnia externa ſunt integra, & vel à quouis paruo vulnere libera? quæ exterius cernitur corporis contritio & percuſſio, illa verè fidelis eſt index intimæ perfectæ ſalutis, f. 709. c. 100.

Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur, & quanto quis apud ſe humilior fuerit, apud Deum altior erit, f. 421. con 68.

Qui ſe exaltat humiliabitur, &c. Deus humiles approbat, ſuperbos reſpuit, f. 847. c. 67.

Dominica 11. *poſt Pentecoſten.* Marci 1.

Adducunt ei hominem ſurdum & mutum; S. Chryſoſt. ſeorſum à turba oblatum ſurdum, & mutum apprehendit, vt diuina miracula non faceret manifeſtè, inſtruens nos vanam gloriam eijcere, ea enim in bonis operibus fugienda, f. 445 c. 148 f. 664. c. 95.

Et deprecabantur eum, vt ei manus imponeret, ita Deum petitionibus noſtris obſtring

gamus, vt eas reijcere non poſſit, fol 852. con. 354.

Deprecabantur eum, non dixerunt impone eis manus, potes eum ſanitati reſtituere, ſed deprecabantur, cum humilitate enim noſtræ fieri debent petitiones, fol. 63. con. 16.

Et apprehendens eum de turba, ecce vt eum deprecati ſunt, ilico apprehendit vt ſanet, Chriſtus enim in auxilium noſtrum velociſſimus, fol 459. con. 157. & ad exaudienda noſtra vota paratiſſimus, fol 672. con. 123.

Et apprehendens eum, affectuoſe eum deprecati ſunt, vt ſurdum ſanare dignetur, & ilico quod petiere, obtinuerunt, oratio enim affectuoſa, quaſi omnipotens eſt ad omnia quæ petit, f 83. c. 99.

Et apprehendens eum, confidenter Chriſtum deprecati ſunt, & ecce obtinent quæ petierunt, ſi enim confidenter Deum deprecatus fueris, repulſam non patieris, fol. 764. con. 149.

Miſit digitos in auriculam eius, vt auditum reſtitueret, ſumma enim Chriſti in miſeros miſericordia & charitatis ſuæ diffuſio, f. 478. cun. 16.

Suſpexit in cœlum, & ingemuit, Beda, Ingemuit, non quia opus eſſet illi cum gemitu aliquid petere à Patre, qui cuncta petentibus donat cum Patre, ſed vt nobis gemendi daret exemplum, cum pro vel noſtri vel pro noſtrorum erroribus proximorum ſupernæ pietatis remedia poſtulamus, cogitationes & actiones noſtræ lachrymis abluendæ, vt Deo ſint acceptæ, f. 649. c. 59.

Reſpiciens in cœlum ingemuit, forte quis dicet Dominum ingemuiſſe, vbi ad ſoluendam linguam acceſſit, quaſi præuoſcens, quantum obeſſet lingua ſaluti, & neſcio an tantum abſit æneus murus interpoſitus, vt obeſſe ſolet vitium linguæ, f. 285. c. 53. vide titulum de murmuratione, contumelia, detractione.

Et præcepit eis ne cui dicerent, S. Hieron. Per quod non in virtutibus gloriandum eſſe docuit, ſed in cruce & humiliatione, fol. 664. con. 95.

Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, Hieronym. Ciuitas in monte poſita vndique circumſpecta abſcondi non poteſt, & humilitas ſemper præcedit gloriam, Chriſtus tunc maior apparet hominibus, cum magis ipſe ſe deijcit, & humiliat, fol. 186. con. 169.

Tanto magis plus prædicabant, licet temetipſum humiliaueris, nihilominus ſublimis in conſpectu hominum apparebis, fol. 436. con. 28.

Tanto magis plus prædicabant, ita ſis gratus, vt gratitudo tua omnibus ſit nota, fol. 98. con. 150.

Tanto magis plus prædicabant, prædicet ipſe qui ſanctitatem recuperauit? prædicant ipſi, non ſolum enim de bonis alteri collatis gaudendum eſt, ſed etiam pro eis gratiarum actiones agendæ, f. 10. c. 35.

Tanto magis plus prædicabant, quamuis plures ex Iudæis Chriſto detraherent, ſed ille Deo gratiſſimus, qui ea prædicat illius beneficia, quæ alij negant impudenter, f. 738. c. 54.

Bene omnia fecit, & cur non omnia benefaceret, cum omnia in eo ſint eximia? f 418 c. 57.

Dominica 12. poſt Pentecoſten. Lucæ 10.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis, miracula Chriſti eiuſque vita beatos redduut oculos, à quibus videntur, ergo ne Phariſæorum, ſcribarum, & incredulorum oculi beati erant? ſane ſi vidiſſent Chriſti opera beati fuiſſent, at peccator non videt Chriſti opera, viſum enim amittit, & obcæcatur à culpa, f. 157. c. 2.

Beati oculi qui vident quæ vos videtis, cum Deus hic in ſe videri non poſſit, per operationes ſeſe præſentem indicat, f 181. c. 150.

Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, non ſemper datur pia deſideria adimpleri, f 737. c. 48.

Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, ſummo deſiderio ſancti Patres in aduentum Meſſiæ ferebantur, f. 547. c. 68.

Ecce quidam legiſperitus ſurrexit tentans eum, nihil ita Deo diſplicet quam ſui tentatio, f. 71. con. 49.

Tentans eum, quia Deum tentamus, ideo vice verſa nos tentat, ſed fine diuerſo, f. 11. c. 48.

Magiſter quid faciendo vitam æternam poſſidebo? merito dicit poſſidebo vitam æternam, ſola enim æterna poſſideri poſſunt, cætera quidem non poſſidentur, quandoquidem non ſunt, f. 471 c 187.

Vitam æternam poſſidebo, bene dixit poſſidebo, quod autem poſſidetur permanens eſt, ſic vita cœleſtis non mutabilis, ſed ſtabilis, fol. 378. c. 59.

Quid faciendo vitam æternam poſſidebo? bene dixit quid faciendo, antequam de poſſeſſione gloriæ loquatur, nam bonis operibus ad cœleſtem gloriam tenditur, f. 506. c. 49.

Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. amor enim Dei eſt, Deum omnibus anteponere, f. 217 c. 77.

Et proximum tuum ſicut temetipſum, bene præmiſit diliges Deum, deinde proximum ſicut temetipſum, quia proximum diligere non poſſumus, niſi prius Deum diligamus, f. 445. con. 155.

In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Sacra ſcriptura cibum ſalutis nobis ſuggerit, f 454. c. 187.

Homo quidam deſcendebat de Hieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, tota ruina hominis miſerabilis, quod ab Hieruſalem in Iericho deſcendat, hoc eſt à pacis Dei viſione, ad curas veniat carnales, dum enim per Hieroſolymam intelligit aſcendentes ad Deum cogitationes, pulchrè in præſenti elicit Theophyl. Niſi quis à cogitationibus ſuis deciderit, non incidit in latrones, ſecuriſſimum, & planè inuulnerabilem ſeruat hominis mentem, alta & ſublimis ad Deum cogitatio, hinc eſt quod nihil magis curat Deus, quam hominum, & oculos, & cogitationes ad ſe rapere, vt ſic in tuto homines efferantur, vt nihil habeant timendum, f. 446.

c.154. f.302. c.92. econtra qui amat terrena, & caduca, facile ab hoſtibus ſuperabitur, & ab eis percutietur, f. 80. c.77.

Qui ſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, non prius infligunt plagas latrones hi, quam ſpolient hominem à virtutum ornatu, dum enim virtutum adeſſet ornatus, dum adeſſent virtutum opera, vix nullus relinqueretur locus plagis latronum, animam ergo noſtram ſancto virtutum ambitu ambiamus, vt inuulnerati maneamus, fol. 420. c.66.

Accidit vt ſacerdos, quidam deſcenderet eâdem viâ, & viſo illo præterijt, quis poſſet videra hominem, animam media in via agentem, abſque eo quod aliqua compaſſione tangeretur, aliquodque illi officium pietatis exhiberet? ſane vnus ſacerdos, qui ſimiliter ab Hieruſalem in Ierico deſcenderet, hoc eſt qui à Deo ad vitia properaret, non inuenit Dominus hominem cui parabolam crudelitatis, & miſericordiæ aptaret, niſi ſacerdoti à Deo deficienti, & ideo ſolus ſacerdos, & leuita proponuntur deſcendentes ab Hieroſolymis, & decliuem peccatorum viam terentes, qui nulla tanguntur miſericordia, & compaſſione proximi mouentis, ſed hunc immiſericordem ſacerdotem ne crediderís, vetus enim ſacerdos quaſi eſſentialiter miſericors eſt, f.635. c. 24.

Viſo illo præterijt, quod equidem miror, nam gemina Dei & proximi dilectione fulgere debet, f.554. c.30.

Samaritanus videns eum miſericordia motus, cur erga miſerum non moueretur? miſericordia cum actibus illius ſemper in proximo fulgere debemus, f.409 c.32.

Et appropians alligauit vulnera eius infundens oleum, & vinum, hunc conueniant qui animarum ſaluti operam impendunt, & videant qualia diuinus Samaritanus adhibeat remedia peccatorum vulneribus, vinum equidem habet, quod mordax eſt, & auſterum, ſed & oleum & alligaturas adhibet, deinde ponit infirmum ſuper iumentum, & quem tripliciter fouet, per oleum, per alligaturas, per impoſitionem ſuper iumentum, ſemel per vinum mordet, & ferit, ſic quiſquis plagis peccatorum medetur, pluries vtatur mitibus remedijs, quam auſteris, fol. 585. con. 102. fol. 801. con.187.

Protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait curam illius habe, audis Deum de infirmo ſuo cum ſtabulario paciſcentem, duxerat enim infirmum in ſtabulum, cur non magis duxit infirmum in Xenodochium, & ibi egit de infirmo ſuo cum magiſtro Xenodochij, ſed maluit ducere in ſtabulum, & agere cum ſtabulario? in Xenodochio gratis prorſus curantur infirmi omnes, in ſtabulario autem illi ſoli curantur, qui pro cura accipienda recipiunt pretium: huc conueniant peccatores, & diſcant, vnde curam debent requirere ſuis vulneribus, non equidem ex Xenodochio, ſed ex ſtabulo, nec gratis, nec ſine operum ſumptu, ſed magno exhibito laborum ſumptu, labores ergo promptè ſubeundi, ſpe cœleſtis præmij, fol.159. con.57. per eos enim ad illud peruenitur, f. 407. c.27. f.411. c.39.

Ego cum rediero reddam tibi, proh charitas à Ieſu mundo illata, ſeminecem hominem videt, curandum ſuſcipit, oleo delinit, ligaturis fouet, ducit in ſtabulum, ſtabularium donarijs datis obligat, & inſuper promittit alia, dicens, cum rediero reddam tibi; & cum redierit reddet, quando ergo faciet finem præſtandi? ea eſt mihi credite ſola Chriſti charitas, humanis cordibus inſeminata, quæ nullum vnquam finem præſtandi facit, vnum enim ab eo acceptum beneficium, pignus eſt aliud accipiendi, fol.751 c.5. f.157. con 52.

Et curam eius egit Samaritanus, iſte Deus eſt, at cur totos incumbit ſanando vulnerato, & non ſimul de latronibus vulnerantibus ſumit vindictam? ſiquidem non ſolum illi viatori, ſed etiam Deo iniuriam irrogarunt, ſane de hoc curare non videtur, ſed de medela hominis, plus enim demonſtrat ſe dolere de iniuria hominibus illata, quam ſibi, f.555. c.212.

Vade & tu fac ſimiliter, non enim ſatis eſt verba Chriſti audire, & opera illius intueri, niſi & ea imiteris, f.661. c.78.

Dominica 13. poſt Pentecoſten. Lucæ 17.

Dum iret occurrerunt ei decem leproſi, non fugit à leproſis Chriſtus, nec metuit ab eorum lepra maculari, etenim cum peccatorum macula infectis iniens conſortium, nulla ſe vnquam macula fœdauit; in puritate enim, & munditia ipſam naturam ſuperat Angelicam, f 418. c.56. imo ex eo quod Chriſtus Dominus ab omni labe puriſſimus, factus eſt nobis propitiatorium, f. 434 c.109.

Occurrerunt ei decem leproſi, cur non ei occurrerent à lepra mundari petentes, cum in Chriſto omnia nobis neceſſaria repoſita ſint? f.417.c.54.

Leuauerunt vocem dicentes, Ieſu præceptor miſerere noſtri, oratio plurium efficaciſſima eſt, f.87.c.114.

Ieſu præceptor miſerere noſtri, non otioſe factum, vt cum nouem leproſi Iudæi eſſent, vnus Samaritanus eſſet, inter quas gentes nulla conſuetudo erat, Ioan. 4. In vnam tamen coiſſent ſocietatem, non ſolum conciliante eos atque cogente communi morbo, vt Theophyl. & Euth. obſeruant, ſed ſtudio etiam coniungente, vt quaſi facta manu Chriſtum expugnarent, ab orante enim omnis iniuriarum memoria debet abeſſe, f.764 c.251.

Ite oſtendite vos ſacerdotibus, cur eos à lepra non mundat, antequam mittat ad ſacerdotes? vt te doceat in bonis operibus vanam gloriam fugiandam eſſe, f.445. c.148.

Ite oſtendite vos ſacerdotibus, Quid? nonne operum tuorum æmuli, & inuidi? nonne omni peccato inquinati? cur ergo ita eis defers, vt leproſos ad eos mittas? vt te inſtruat etiam in prauo ſacerdote dignitatem venerandam, fol. 763.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

con. 8ȝ. ita enim ſacerdotas æſtimat, vt velit apud nos in minori eſſe pretio, fol. 823. con. 3,5.

Et cum irent mundati ſunt, S. Cyrill. In quo Iudæorum Pontifices æmuli gloriæ eius cognoſcere poterunt, quod inopinate & mirificè ſanati ſunt, Chriſto concedente eis ſalutem] ſed malitia mentes eorum excæcauerat, f 727. con. a

Ite oſtendite vos ſacerdotibus, præcipiebatur Leuit. 14. vt leproſi ſtatim, ac mundarentur, coram templo, & ſacerdotibus ſe ſiſterent, Chriſtus ergo dum ſanat non vult legis violator eſſe, ſed eam obſeruare, fol. 372. con 13.

Vnus vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cū magna voce magnificans Deum, & vt ſanatum ſe videt, ilico in laudes Dei prorumpit, quia gratiarum actiones ilico pro beneficijs acceptis referendæ, f. 360. c. 81.

Vnus vt vidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna vocemagnificans Deum, nonne alij etiam nouem mundati fuerant? quomodo ergo non regrediuntur Deum magnificantes? & quid Chriſtus huic ait Samaritano ſanato? ſurge & vade quia fides te ſaluum fecit, Deo enim gratiſſimus qui ea prædicat illius beneficia, quæ alij non prædicant, nec confitentur, f. 3> c 154

Non eſt inuentus qui rediret, & redderet gloriam Deo, mira eſt hominis ingratitudo, fol. 54. c. 107. & ſumma eorum ingratitudo, qui in medijs beneficijs reſpuant benefactorem, f 727. c. 6.

Non eſt inuentus qui redderet gloriam Deo, niſi iſte alienigena, Titus, per hoc oſtenditur, quod promptiores ad fidem erant alienigenæ, lentus enim erat ad fidem Iſrael,] imo Gentilibus peior, f. 746. c. 90.

Dominica 14. poſt Pentecoſten.

Matth. 6.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ, virtuti & vitio nullus ſimul obſequium præſtare poteſt, vitia enim, & virtutes in concordiam ſimul reuocari nequeunt, fol 352. con 9.

Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, Deo & mammonæ, miraberis Dominicum teſtimonium contra huius ſæculi diuites fulminatum, nimirum quod ex quo pecunijs incubabant, fieri non poſſit, vt Deo placita exequantur opera: imo dicet diues, ideo bona temporalia perquiro, ideo pecunias ſitiu, vt Deo ſeruiam, vt neceſſarijs abundans promptior ſim in Dei ſeruitium, cur non magis ad diuina paratus, qui humanis bonis petitur? ſane ex quo noui claſſicum nominatiſſimus duces in mari victores, in terra fugitiuos, in nauali certamine leones, in terreſtri pugna ceruos, ſuſpecti mihi ſunt ad fortia opera, quicumque toto niſu aſſueſcunt vanis & ludicris, quid firmius quam virtutum opus? quid inconſtantius quam bonum fortunæ? nequit ergo volubilibus, & inanibus rebus aſſuetus non eſſe prorſus imbecillis, & infirmus ad opera virtutum, fol. 80. con. 77.

Non poteſt duobus dominis ſeruire, ſi enim diuitijs ſeruierimus, certum eſt eas nos ab obſequio Dei reuocaturas, fol. 168. con. 95.

Reſpicite volatilia cœli, cur aues reſpiciendas monuit, & non alia animalia quæ in terris degunt? quia cum in ſublimi verſarentur, longius à cibo abſunt, & tamen Deus paſcit illa, terreſtria animalia plus in quærendo & recondendo cibo induſtriæ adhibent, tacite igitur nos edocet, ne nimis circa terrena ac peritura laborioſi ſimus, & induſtrij, tunc enim magis Dei prouidentia apparebit, vbi minus prouidi erimus, ſed proh dolor! non prouidentiæ diuinæ confidimus, ſed brutis ſimiles toti ſumus in ventre, fol. 4. con. 17.

Reſpicite volatilia cœli, cœli auiculas ſpectare nos monet, non leones, elephantes, & ſimilia, ſed animalium minima, quæ cantui ferè vacant, & veluti obiter cibum ſumunt, vt ab illis nos diſceremus Dei laudibus concinendis vacare, & cibum obiter, & tanquam aliud agentes ſumere, quod auiculæ actitare ſolent, ſi ergo ad neceſſitatem non ad voluptatem cibos velis, tibi bene erit, f. 52. con. 118.

Ne ſolliciti ſitis animæ veſtræ quid manducetis, vult enim ſemper Deus, vt à ſua prouidentia pendeamus, fol. 10. con. 49. non tamen ſpecialem diuinam prouidentiam expectare debemus, cum media humana ſuppetunt, f. 7. c. 218.

Conſiderate lilia agri, cur non ex auibus pauonem nobis propoſuit, aut cygnum, vel ex pecoribus agnum, ad herbarum vtilitatem ſe contulit vt magis Patris cœleſtis prouidentiam exaggeraret? qui herbas cito perituras tanto veſtit decore, tanta pulchritudine, minus exquiſitæ veſtis ambitum depretiaret, ſi ei animalia præponeret, præpoſuit inſenſibile, vt minus veſtitus cura tangeremur, nihil enim magis exacerbare Deum videtur, quam pretioſarum veſtium abuſus, neque ita eum demulcere quam earum depoſitio, f. 83?. c. 18.

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Sanctus Hilarius; Quod cras in ignem mittitur, vides quo decor omnis ac pulchritudo abeat, quem finem candor habeat? in ignem mittitur, vt tacitè nos doceret eis qui veſtium luxu laborant, ignem imminere, & flammis vanam hanc culturam puniendam, indecens enim eſt omnino peccatores quales nos ſumus, miſericordiam implorantes feſtiuis veſtibus indutos, & ornatu pretioſo excultos eſſe, f. 835. con. 15.

Si autem fœnum agri, ſi lilia agri fœnum vocat, itane lilia in fœnum verſa? cur igitur quæ lilia dixerat, nunc fœnum appellat? vt omnis pulchritudo nobis vileſceret, neue quia liliorum veſtem candoremque laudauit, magnum ali-

quid hoc eſſe putaremus, & dignum quod veſtium paratuià exprimeremus, quæ enim pulcherrima in terris videntur, ſi eum cœleſtibus conſerantur, vileſcunt, fol. 510. co. 59.

Quærite primo regnum Dei, atque vt regnum Dei quærat & obtineat homo, de cibo, da veſtibus, de diuitiis, ſolicitudinem deponat, illas non amet, non poſſideat, ſed paupertatem, cum ſingularem Deus curam pauperum habeat, f. 541. c. 52.

Quærite ergo primo regnum Dei, quo apparente omnia alia licet eximia eſſent. tanquam deſertum apparere debent, folio 19. co. 81.

Quærite primo regnum Dei, Deus enim ſpecialiter eſt eorum, qui toto anhelitu ad terram viuentium peruenire deſiderant, fol. 199. co. 27.

Et omnia adiicientur vobis, ſane tibi nihil deficiet, ſi regnum Dei vere quæſieris, f. 861. c. 109.

Dominica 15. poſt Pentecoſt.
Lucæ 17.

Cum appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, nihil magis commune nationibus eſt, quam quod ſuos quiſque mortuos efferat inuenies forſan gentes, apud quas ranges arcanis lateant penetralibus, ſeſe ambitioſis regij cubiculi vmbris tegant, ab oculiſque hominum arceant, nonquam tamen inuenies gentes, apud quas mortui non efferantur publicisque conſpectibus donentur, quod minime naturæ tribuerim, quam potius mortis pudeat neceſſum eſt. ſed diuinæ prouidentiæ, cuius ea eſt maxima cura ne mors ab oculis remoueatur humanis, quid enim ea efficacius ad commouendos animos? fol. 281. co. 49.

Quam cum vidiſſet Dominus miſericordia motus ſuper illam, dixit, noli flere, tanto eum amore proſequebatur, vt à lachrymis temperare non poſſet, tanto amore parentes in filios feruntur, vt in præceptis decalogi nullum ſit eos o[illegible]gans, ad eorum amorem, fol. 237. co. 147.

Quam cum vidiſſet Dominus miſericordia motus, neſcit Dei miſericordia ſaſe continere dum eius viſcera miſeri hominis conſpectu tanguntur, & miſeriæ malum foras erumpit, & ſtatim Dei miſerentis oculi ſuper illud, promptiſſimum enim Dei auxilium ad noſtram medelam, f. 439. c. 127.

Miſericordia motus, innumeræ Chriſti arga nos miſericordiæ, f. 864. c. 114.

Noli flere, non enim mors temporalis noſtras meretur lachrymas, maioris enim ſunt pretij, & ideo debent Deo conſecrari, fol. 525. co. 79.

Adoleſcens dico tibi ſurge, & reſedit qui erat mortuus, id eſt ſedit vt ſolebat antea, etenim qui à morte peccati per pœnitentiam reſurgit, omnia quæ amiſit recuperat in pœnitentia, enim debite facta ſit peccatorum remiſſio, fol. 495. co. 15. imo poſt pœnitentiam de peccato, peccator ſplendidior & lucidior reſurgit, fol. 771. co. 274.

Et cœpit loqui, ſane laudans Deum de tanto accepto beneficio, & illico vt ab omnibus honoretur & glorificetur deſiderare & petere debemus, f. 861. c. 110 f. 857. c. 99.

Magnificabant Dominum coram omnibus, ita enim grati eſſe debemus, vt gratitudo noſtra omnibus ſit nota. f 98 c. 150.

Magnificabant Deum, ipſe qui reſurrexit in laudes prorumpat, cur ipſi quibus vita non eſt reſtituta, ipſi gratiarum actiones referunt? quia non ſolum de bonis alteri illatis gaudere debemus, ſed etiam pro eis gratiarum actiones reddere, f. 110 c. 35.

Quia propheta magnus ſurrexit in nobis, merito magnum dixerunt, in Chriſto enim omnia eximia & eminentiſſima, f. 418. c. 56.

Dominica 16. poſt Pentecoſt.

Lucæ 14.

Cum intraſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſæorũ, &c. non vane poſitum eſt, quod dum Ieſus domum principis ingreditur, pleniſque menſis accumbit, ibi hydropicus homo ſe oculis præſentat diuinis, nullibi enim hydropiſis frequentior, quam in diuitiarum domo, cum ipſæ diuitiæ pernicioſiſſimam hydropiſim efficiant, quis diues non hydropicus? quando diuitiarum ſitis potuit extingui? ſane eorum cupiditas inſatiabilis eſt, vt infernus, f. 251 c. 195.

Ecce homo quidam hydropicus erat ante illum, bene hydropicus ſymbolum diuitis inſatiabilis ante Chriſtum præſentatur, vt poſſit curari, quia remedium peruerſæ habendi cupiditatis eſt timor Domini, f. 151 c. 172.

Ecce hydropicus erat ante illum, cur permittit Chriſtus, quod eum conuiuio adeſt principis Phariſæorum, conueniat eum hydropicus? nonne pudore ſuffunditur Chriſtus, qui ieiunium prædicat & abſtinentiam, inueniri conuiuans? cur potius conuiuium principis non damnat? ſane conuiuia licita, dummodo ab eis nimius abſit luctus, f 182. c. 41.

Ecce & ipſi obſeruabant eum, non poſſum innotatum relinquere, ad quod crimen deprehendendum paret iſte princeps conuiuiis inſidias, nimirum ad explorandum, an Ieſus ſabbato conferat ſalutem infirmis: eſto quod comprehendatur Ieſus ſabbatis curare contra legem, quale hoc crimen? nonne omnium minimum? nonne maxime commodum reipoblicæ? nonne mille ex partibus excuſabile? cur ergo non in homicidas, adulteros, ſed in eum qui videtur ſabbatum frangere, ob commune bonum, inſurgitis? ſana iam antiquitus pepererunt hoc monſtrum conuiuia & compotationes, vt faciant furere homines, in eis enim pluries latent hoſtiles incurſus, fol. 773. co. 180.

Silicet ſabbato curare? interrogat Dominus quod optime noſcit, videturque velle addiſcere legem, quaſi illam ignorat, etenim inſtruere volebat Iudæos eoſque erudire, aliquando autem ignorantia Deus laborare videtur, vt inſtruat inſipientes, quid enim non agit aut

patitur Deus, vt nos doceat, fol. 811. co. 51.

Ipſe vero apprehenſum eum ſanauit, ſciebat Ieſus Iudæorum ſcandala & offenſiones, quod ſabbatis curaret, quarum offenſionum materiam facillime poſſet tollere in alium diem differens ſanitatem, vel illam anticipans ante ſabbatum, & nihilominus id facit, ſed parum pendens ſcandala ante ſabbatum, & hunc ſabbato apprehenſum ſanauit, & paſſim alios ſanabat, cur hoc faciebat? nonne charitas monet, vt cum facile poſſumus proximorum deuitemus ſcandala? ſane ſi rem grandem poſtulaſſet Iudæi vt occaſio tolleretur, ne inciderent in tantam rabiem aduerſus Ieſum & illam deberet vir bonus facere: ſcandalum non datum ſed acceptum non tenetur vitare, tum quia in virtute imperfecti, facile & iniuſte ſcandalum patiuntur, f.188 c.69.

Sanauit eum, & demiſit, hydropicum ſanatum dimittit Chriſtus, ſcilicet vt ſepararet eum à Phariſæis, qui ibi iuxta Chriſtum erant obduratione inuidia, & odio ſcatentes, etenim hydropicus ſanitatem corporis & animæ acceperat, virtutiſque ad ſcholam admiſſus fuerat, virtutis autem progreſſui obſtat peccatorum conſortium, f.16 c.120. f.326.c.93

Cuius veſtrum bos aut aſinus in puteum cadens, notanter Dominus Ieſus hominem hydropicum aſino decidenti in puteum comparauit, vt bene meditatus eſt B August. in catena, ea illa enim ſimilitudine apte explicatur quantum ſit gulæ malum & quam inſanabile, nonne caſus in puteum dicit vtrumque, nimirum & magnitudinem vulneris & difficultatem, vt poſſit lapſus ad ſanitatem euocari? igitur gulæ magnum malum eſt, quod ſolet excipere tantus caſus, nihil enim ea pernicioſius aut ignominioſius, f.745.c 92.

Et tunc incipias cum rubore vltimum locum tenere, primus locus occupatus à non merente ruborem illi attulit, & ignominiam, gradum ergo honoris ne ſponte ambias, f.139.c.99. Imo honor poſſeſſus à non merente & indigno ipſi nociuus, f 783 c 119.

Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, ex dignitatibus nequaquam ſuperbiendum, f.556.c.36. Superbi ergo ſuam arrogantiam deprimant, per ſuæ vilitatis abiectionem, f.314.c.40.

Qui ſe exaltat humiliabitur, fol. 513.c.99. Imo quanto iuſtior fueris humiliorem te exhibe, f. 496.c.58. & ſane cum apud te humilior fueris, apud Deum altior eris, f.421.c.68.

Dominica 17. poſt Pentecoſt.

Matth.22.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, cur non ait, ſcrutaberis eſſentiam meam, vt quam incomprehenſibilis ſit agnoſcens, ei maiorem reuerentiam exhibeas & honorem? nihil tale præcipit, ſed vt Deum diligamus, Deus enim nos reuocat à perſcrutanda eſſentia ſua, & inducit ad ſuorum operum contemplationem, & ad ſui dilectionem, fol.198 c.51. f. 825. c.109.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo omnibus enim ipſum debemus præferre, f. 517.c 77.

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, creaturæ aliquod bonum, ſed Deus omne bonum, & ideo præ omnibus diligendus, f. 864.c.114.

Diliges Dominum Deum tuum, is amor à nobis Deo impendendus, vt cuncta ad eius amorem referamus, & in illo vt vltimo fine ſemper ſiſtamus, f.671.c.124.

Ex toto corde tuo, totum cor tradat Deo homo, ipſi offerat, ipſi immolet, f.631.c.6. f.658 c. 81.

Ex toto corde tuo, Cor noſtrum ſuperne ſit patens, ab omni amore inordinato vacuum, f. 52.c.110.

Diliges Dominum Deum tuum, dum legis doctor ſcientiam requirit, non dicitur illi quod ſciat ſeu cognoſcat Filium Dei, ſed quod amet Deum ex toto corde, vbi enim charitas, ibi ſcientia illa qua debemus ſcire nobis Deum reconciliare, & propitium reddere, fol.851.co. 78.

Diliges Dominum Deum tuum, quod quidem mandatum eſt maximum, & qui maximo dilectionis præcepto tenetur, cætera vt parua æſtimat, & pœno manet inexpugnabilis, f.446 c.151. f. 392.c.91.

Ex tota anima tua, Dei tabernaculo (quod eſt anima) conſtruendo charitatem adhibe, fol. 404.c 15.

Secundum autem huic ſimile eſt, diliges proximum, quem proximum? an amicum aut inimicum? vtrumque ſane, Deum enim diligere non potes, ſi proximum non dilexeris, fol.445 c. 153.

Diliges proximum, amor inimicorum etiam in veteri lege adſtruitur, f.333.c.56 Puſillanimi enim animi eſt non diligere inimicos, nec eis benefacere, ibid. c.25. Nihil ergo nos remoueat ab eis benefaciendo, ibid. c.24.

Diliges Dominum Deum tuum, amoris cauſæ hic ſuggeruntur, cum Dominus dicitur, ſignificatur amore dignum eſſe: ex propria natura; cum dicitur Deus ex collatis donis & beneficiis, Deus enim etiam quia beneficus diligendus, f.149.c.20.

Diliges proximum quod eſt ſimile mandatum, cur poſtquam dixit diliges Dominum, addit ſecundum huic ſimile mandatũ ſcilicet diligere proximum? quia ex dilectione Dei prouenit præceptorum eius cuſtodia, f 217.c.76. Amanti enim Deum quælibet præcepta eius videntur facillima, f 487 c.5.

Diliges proximum tuum, etiam ſi inimicus, non ita expreſſe hoc præcipit in lege veteri, nec mirum quod hic ita præcipiat, quia perfectioribus perfectiora ſtatuenda, fol. 591. c. 80.

In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, imo & ab illis vita noſtra & omne bonum dependet, f. 879. c. 4.

In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & ſi ea duo obſeruaueris, per omnia alia excurris, & ſic rite Deum colis, fol. 688.co.41.

Dominica 18. poſt Pentecoſt.

Matt. 9.

Ecce offerebant ei paralyticum, lapſus in peccata & idcirco in paralyſim hic qui oblatus Chriſto dicitur, fors ab vtroque liber & immunis fuiſſet, ſi Chriſti præſentia minime caruiſſet, nec adeo grauiter deliquerat, nec paralyſim fors patiebatur cum Chriſtus præſens eſt, explicari non poteſt quam proficua atque vtilis eius præſentia, ſicut econtra ex eius abſentia, quodnam malum non pullulat? f. 853. c. 18. & 19.

Ecce offerebant ei paralyticum, & merito illum Chriſtu offerunt, quia in nobis eximia & ſtupenda operator, f. 26. c. 109. & omnia quæ nobis neceſſaria, ſunt in eo repoſita, fol. 417. c. 54.

Confide tibi remittuntur tibi peccata tua, non nobis tamen adulandum, quod Deus facile omnia peccata remittat, f. 8-4. c 156.

Remittuntur tibi peccata tua, Deus ad indulgendum facillimus, f. 110. c. 24

Remittuntur tibi peccata tua, & ilico ei ait, ſurge & tolle lectum tuum, & abi in domum tuam, cur ait illi poſtquam remiſit ſua peccata, ſurge tolle grabatum tuum & vade? quia Deus non inconſulto ſed ſapienter nobis condonat, cui condonationi etiam cooperandum, fol. 433. c. 305.

Remittuntur tibi peccata tua, vidit fidem baiulantium paralyticum, imo & ipſius paralytici, vt habet D. Chryſoſt. hom 3. in Matth. dicens, erat magna fides etiam huius infirmi, non enim permiſiſſet ſe ſubmitti per tectum non credens, & ideo ait remittuntur tibi peccata tua] fides enim peccatorum confeſſione gaudet, f 53. c 124.

Fili remittuntur tibi peccata tua, S. Hieron ô mira humilitas, deſpectum & debilem totis compagibus diſſolutum, filium vocat? nec miror, humilitas enim proprium eſt Dei facinus, f. 180 c. 143.

Ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe, quis neget creatorem Deum, cui intima ſui cordis patent penetralia? vnum illum ſæculorum Regem & Monarcham, cui & à quo omnia viuût, nullum ſecretum latet, videte modo Ethnicam dæmoniorum Theologiam, cuius magna pars diuinitatis hauſtum quærens in fibris & præcordiis animalium ſectandis, meditandis, ſcrutandis oleum perdat & operam, non occiſor ſed creator eſt, qui nouit præcordia ruminari, f. 191. c. 85

Hic blaſphemat, inquit legiſperitus de Chriſto Domino, en vt ea beneficiis ſuæ genti conceſſis, Chriſto detrahit, cum blaſphemum vocat! ingrati enim ex gratiis ſibi vel alteri collatis, in detractionem inſurgunt, f. 7 c. 30. f. 64 c. 18.

Quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua, an dicere ſurge & ambula? quis dubitat difficilius perſuaderi poſſe hominis alicuius peccata de facto demiſſa, quam membra reſtituta fuiſſe ſanitati? hæc oculis patet, illud tantum conſiſtit in fide atteſtantis; licet enim verum ſit facilius homines loqui de rebus quæ in opinione ſolum manent, quam de his quæ debent oculis repræſentari, & facilius erat Ieſu dicere, remiſſa ſunt peccata paralytico facilius lingua reſpectu externæ effectus prolationis, quam dicere illum ad ſanitatem fuiſſe reuocatum quia de illo ſolum opinio de hoc euidentia facti requirebatur, tamen vtrumque potens, difficilius ad peccatum accingitur expellendum quam ad vitam defuncti reuocandam, præſtantiſſimum eſt enim Dei facinus peccatorum conuerſio, f. 712. c 37.

Vt autem ſciatis &c. tunc ait paralytico ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, continuant ſaluatoris verba argumentum à clariori & ſenſibiliori probatione externa ad minus claram, quando poteſtatem dimittendi peccata manifeſtare per effectum ſenſibilem non poterat, per hanc probat illam, & ſimul inſtruit nos quæ ſint potentiſſima ſigna aboliti peccati, dum ait ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam, non enim remittitur regulariter peccatum, niſi adhibito pœnitentiæ onere, quod nullo iam condonati peccati prætextu remittere debemus, fol 181 c. 48 fol. 494. co. 21.

Vade in domum tuam, ſed cur in domum ſanatum paralyticum dimittit? ne eius præſentia laudem ſibi conciliare Chriſtus videretur, à vana gloria alienum ſe oſtendit, & à iactantiæ vitio immunem, dum abs ſe ablegat domum quem ſanauerat, vana enim gloria in bonis operibus fugienda, fol. 445. c. 148 ful. 664 co. 95.

Vade in domum tuam, domum forte remittit, vt teſtes redditæ ſanitatis fierent, qui oculati morbi teſtes extiterant, in miraculorum enim ſuorum exhibitione, non vult Deus aliquam ſubeſſe ſuſpicionem, f 68 c. 85.

Vade in domum tuam, iam ſanus effectus, tum corpus tum anima huius paralytici ſua infirmitate premebatur, ſolum tamen corporis ſanitatem quæſierant animæ ſanitatis immemores, qui Chriſto eum obtulerunt, ſic enim fere fit, vt homines valetudinis corporalis magis ſint ſolliciti, quam ſpiritalis, bonorum temporalium quam cœleſtium, ſed hoc eſt male affectæ mentis, f. 11 c 51.

Surrexit & abiit in domum ſuam, iuſſus eſt paralyticus ſurgere, & portare lectulum humeris, & ire in domum, & ſtatim dicitur ſurrexiſſe, iuiſſeque in domum ſuam, reticetur autẽ quod humeris portauerit lectulum, cur id putas factum? quia cum peruenimus ad domum illam noſtram cœleſtem, maxima etiam laborum onera, quibus in vita premebamur, quaſi nihili reputantur nec digna cenſu videntur, f. 43. c. 170.

Glorificauerunt Deum, imo vt ab omnibus glorificaretur, ſtudere debemus, f. 861. c 10 fo. 857. c. 99.

Qui talem poteſtatem dedit hominibus, ſuis Deus maximam confert poteſtatem, f. 361. c 1. Poteſtas autem quæ à Deo venit, menſuratur benefaciendi facultate, f 457. c. 125.

Dominica 19. poſt Pentec.

Matt. 22.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, non

prætereamus communem ponderationem in eo poſitam, quod non ancea dicat regnum cœlorũ ſimile regi quam homini, vt ſciatur quod nullus regno & præſulatui aptior, quam ille cui prior eſt humanitas cordi, D. Syneſ. lib. de prouid. quemdam Oſiridem effingens, cui debeatur imperium orbis, de quo ait, quin & de via & ſede, Ægyptiis ſenibus facile ſurgebat, cum tamen eo parente eſſet natus, qui ſummũ apud ſuos imperiũ adminiſtraret, adhæc accedebat æqualium reuerentia, naturaque inſita in eo erga homines cura, adeo vt vel in ea ætate, vix inter Ægyptios vllus reperiri poſſet, cui non ab adoleſcente aliquid boni à patre eſſet impetratum] cur non reponant ſcientes nulla virtute ſeſe magis aptare ad imperium quam ſi humanitate floreant? f. 109. c. 30. Et ſane manſuetudo principis magis domat populorum duritiem, quam rigor, f. 756. c. 124.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, dum regnum cœlorum regi Dominus aſſimilabat, ſperabam dicturum ſimile eſſe regnum cœleſta regi præſtantiſſimo aut vigilantiſſimo, ſed ſolum vocat ſimile cœleſte regnum homini ragi, hoc eſt regi qui hoc habeat quod homo ſit, quaſi hoc ſummum ſit; quod à principibus ſeu prælatis petimus aliquem vera hominem eſſe, prælatum aliquando credis eſſe & bellua eſt, f. 735. c. 44.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, hominem regi necit, vt licet ſuper homines reges ſint, homines tamen ſe eſſe ſciant, nec Deos ſe eſſe putent, quo dementiæ reges aliqui peruanerunt, vt ſe Deos Iouiſque filios aut ſolis fratres tumide ſe nuncuparent, tumide abiiciat rea quilibet faſtum, cum homo ſit ad cœlorum regnum rex non pertinet niſi tumorem ponat, humilitatem tanquam homo ſectetur, f. 136. c. 116. f. 201. c. 31.

Simile eſt regnum homini regi, cur hic homini regi regnum cœlorum comparatur, cum Matth. 20. dicatur ſimile homini patrifamilias tacito nomine Regis? ecce diſcrimen, homo in præſenti vtilitati ſuorum conſulens, liberalis eſt, omneſque ad conuiuium vocat, ille vero ſolum ſuo commodo conſulebat, & in vinaam ſuam operarios conducebat, non autem meratur nomen nobilis aut Regis, qui ſibi intentus aliis parcus eſt, ille vero eſt Rex qui aliis conſulit, qui in alios beneficus eſt, bonum commune & ſubditorum ſuo particulari anteponens, f. 762. c. 145. Imo in hoc ſibi conſulit princeps, cum ſuis ſubditis de bonis prouidet, f. 851. c. 8u.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, dum ait cœleſte regnum ſimile homini regi, pulchré hominem præpoſuit regi, fundamentum enim inconcuſſibile ſplendoris regij, in eo habebis, quod ſis humanus & miſericors, f. 761. c. 140.

Qui fecit nuptias ſuas filio, nec mirum ſi eas fecerit, & omnes ad eas inuitauerit, beneficus enim debet eſſe princeps, imo caracter illius eſt beneficentia, f. 150. c. 26.

Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos, ſeruos ſuos prophetas, vt habet Origenes cur ſolũ nomine ſeruorum vocantur, cum fuerint viri maxima ſanctitate præditi? ſeruos Dei nuncupat, quia aſſumi in ſeruum Dei alia eius beneficia excedit, f. 151. c. 18.

Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, his verbis alliciunt ad nuptias, qui ſecundo loco miſſi referuntur, quæ verba primos dixiſſe non refertur, ſed tantum ſimpliciter inuitaſſe hi ſecundi ſaiii Apoſtolos Apoſtolicoſque ſeruos referunt, qui dulcius ac ſuauius ad Chriſtum homines vocant quam legis veteris tempore factum ſit, vt hinc Euangelici miniſtri diſcant, omnibus clementiæ generibus omnibus ſuauitatis modis, homines ad Chriſti fidem tandem deducere, ſuauiora enim ſunt effecta legis & prophetarum eloquia iure legis gratiæ temperata, f. 28. c. 53. f. 771. c. 140.

Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, famulorum vocantium ad nuptias verbis ſapientiſſima adiunxit Dominus altilia occiſa & occiſos tauros, ne videretur res Chriſtiana ſolis verbis agi, ſed & operibus victurum, qualia oſtendunt qui animal ſuum virtuti & Deo mactarunt, non enim ſolum verbis & nominibus gloriandum ſed operibus, f. 683. c. 40.

Altilia occiſa ſunt, Græce mactata, quod de ſacrificiis proprie dicitur; ſed ad cõniuia etiam transfertur, ac ſi ad epulas tanquam ad ſacrificium accedere debaamus, nam etiam in conuiuiis ſicut in ſactificiis abſtinentiæ ſtudera deberemus, f. 357. c. 110.

Illi autem neglexerunt & abierunt, ſed Deus non irridetur, nam ſui contemptores ſolet grauiter punire, f. 95. c. 131.

Illi autem neglexerunt, vocati venire contempſerunt, & regias nuptias flocci panderunt, illis non pararunt tantum propria negotia, quæ intermitti tantiſper potuerunt, ſed præpoſuarunt, alius enim in vineam ſuam abiit, alius vero ad negotiationem ſuam, ſic enim mali plus bona temporalia quam ſpiritualia ponderant, f. 11. c. 51.

Illi autem neglexerunt, Græce eſt ἀμελῆσ ſignificat contemptum, cum quodam faſtidio, conclamata iam res eſt, cum res ſpirituales quæque ad ſalutem noſtram pertinent, non nude negligimus, ſed cum nauſea quadam faſtidimus, quod Iudæorum erat quorum corda duriſſima & lapidea, f. 781. c. 218. f. 724. c. 44

Reliqui tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt, ad nuptias inuitabantur, & non quaſcumque ſed lautiſſimas, in quibus erant altilia occiſa, non ſolum autem venire neglexerunt, ſed & ſeruos regis inuitantis occiderunt, ſic ingratus beneficus neſcit niſi maleficiis compenſare, f. 2. c. 1. Et quo plura beneficia accipit, eo fit peior. f. 62. c. 11.

Rex iratus eſt, & miſſis exercitibus, &c. ira Dei omnibus velis fugienda, f. 856. c. 91.

Rex iratus eſt & miſſis exercitibus, vbi Deus audiuit ſeruos ſuos percuſſos ſtatim exardeſcit ita, ſtatim in percuſſores vindictam mittit, non ſic feſtinat Dominus aduerſus iniquum villicum, ſed poſt audita eius facinora, adhuc moratur, & hominem vocat in iudicium, at præſentium hominum crimina, vt audit non differt, ſed ilico iraſcitur, & ſtatim vindictam ſumit de illis, cur qui adeo lentus fuit in villicum, adeo feſtinus eſt ad hos miſeros puniendos? ſane ij crudeles erant in Dei ſeruos, illos occidentes, & ignominia afficientes, & qui ſeruos Dei offendit, hoc habet peculiare, quod celeram ſibi ex Deo trahat vindictã, f. 195. c. 85. f. 255. c. 112

Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis vocate ad nuptias, non ſemel vocauot alios ij ſerui Dñi, qui venire contempſarant, qua ergo confidentia ſperat Dominus venturos illos quos non cogi modo, ſed vocari ſolum iubet? ſignanter dixit in viarum exitibus, quærantor qui modo vocentur, ne amplius timeatur reſiſtentia vlla: vbi enim dies exitus inſtat, & ad finam vitæ peruenitur, non eſt qui reſiſtat, multi ad Deum currunt, nihil enim efficacius nos mouet quam mors, f. 181.c.49.

Ite ad exitus viarum, per exitus viarum infortunia & afflictiones ab aliquibus intelliguntur, & merito vocari iubentur, qui ad exitus viarum ſunt, quia ad Deum facilius connectuntur, quos fortunæ aduerſitas perſequitur, quos premit afflictio, f.850.c.75 f 60.c.1.

Congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, Deus enim ad Eccleſiæ ſuæ nuptias, quoſlibet venientes non repellit, f.421.c.70.

Intrauit rex vt videret diſcumbentes, ſe copulantium oculis rex ingerit, nec tamen epulatur cum eis, nempe, noſtri regis deliciæ epulæque ſunt, ſi ſuos lætos videat & debite epulantes, f. 813.c.43.

Intrauit rex vt videret diſcumbentes, Rex inter conuiuas non epulabatur, vt regiam ſcilicet dignitatem ſeruaret, non enim decebat vt inter ſuos ſubditos epularetur, quo exemplo monentur reges, ne regiam maieſtatem exuant, f. 577.c 81.

Amice quomodo huc intraſti, non contomelioſe eum increpat, nec acriter in eum inuehitur, ſed blande interrogat, vt factum ipſe damnaret & veniam deprecaretur, docuit quoque nos vt peccatores arguentes in vitia, non in homines ſæuiamus, nec contumelioſe eos qui lapſi ſunt, reprehendamus; zelus enim iuſtæ reprehenſionis modum non excedat, fol. 655.co. 74.

Quomodo huc intraſti veſtem nuptialem non habens? nuptialis veſtis charitatem ſignificat, qua quia inuitatus caruit, à nuptiis expellitur, tanquam indignus, per fidem intrauerat, ſed veſtem charitatis non habens reiicitur, fides enim ſine charitate & bonis operibus non placet, f.113.c.44.f 694 c.56.

Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? non adeo ſeuerus rex offenditur in hominem iſtum, vt illum in nuptiali conuiuio inuenit, quam vbi ipſum accuſatum de ſordibus vidit ſilentem, antea conuictus audaciæ locum habet reponendi, vt vbi obmutuit, nec vllum confeſſionis protulit verbum, tunc ineuitabilem damnationem ſentit & ligatus traditur carnificibus, non ſic ineuitabiliter perdunt hominem crimina, vt illum perdit quod nolit confiteri, confitere ergo, nam in tribunali diuino poſt peccatorum confeſſionem abſolutio & corona, f. 813.c.330.

Tunc dixit rex, ligatis manibus & pedibus, &c. iuſſit rex vt ligatis manibus ac pedibus in tenebras exteriores mitteretur foras, vt dum ligaretur errorem ſuum fateretur, & veniam humiliter poſtularet, ad pœnitentiam quippe delinquentes Deus omnibus modis allicit, f.358.c. 312 f.788 c.321.

Mittite eum in tenebras exteriores, non ſolum obmutuit, nec in excuſationem ſuam quidquã protulit: ſed pende quod non ſolum ipſe qui deliquerat obmutuit, ſed & alij qui ſine culpa obmutuerunt, nec indulgentiam pro illo poſtulauerunt; cur nullus in tanta multitudine eius qui à rege arguitur cauſam defendit? cur nullus intercedit? vt diſceremus quod in extremo iudicio nullus ſanctorum peccatorum partes tuebitur, nullus impiis patrocinabitur, vltimus enim ille dies, dies eſt ſeueritatis, & vltionis per antonomaſiam, f 814.c.559.

Dominica vigeſ. poſt Pentecoſt. Lucæ 4.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur, filius erat principis & tamen infirmabatur, deponant ergo principes ſupercilium & agnoſcant ſe eiuſdem eſſe naturæ, mille calamitatibus & morbis obnoxiæ cum aliis hominibus, f. 203.c.32.

Rogabat eum vt deſcenderet, quare ô Regule, vis vt Chriſtus in tuam domum deſcendat? nonne poterit ante deſcenſum ſanare filium tuum? ſanitatem filij optabat regulus, quam Chriſto præſente obtenturum ſperabat, à Dei enim præſentia quid boni ſperare non debemus, f.183 c.158.

Rogabat eum vt deſcenderet, rogabat pro filio pater dilecto, nec mirum, ita enim erga filios feruntur amore parentes, vt in præceptis decalogi nullum ſit eos obligans ad eorum dilectionem, f.337.c.147.

Niſi prodigia & ſigna videritis, non creditis, ita enim ſumus male affecti, vt fidem non adhiberemus Deo, niſi aliquo euidenti ſigno poteſtas eius firmaretur, f.54.c 208.

Vade filius tuus viuit, exoratur Chriſtus vt ad domum ægrotantis deſcendat, & noluit ire, rex erat qui exorabat, Chriſtus vero recuſat ire, ne perſonam acceptare videretur, eum ipſa in viliores & abiectiores ſua beneficia libentius conferat f 714.c.9.f.588 c.105.

Vade filius tuus viuit, D. Greg. hom.28. in Euang Hic ſuperbia noſtra retunditur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem facti ſunt, ſed diuitias & honores veneramur, redemptor vero noſter vt oſtenderet, quoniam quæ alta ſunt hominibus ſanctis deſpicienda, & quæ deſpicienda ſunt hominibus, non ſunt deſpicienda ſanctis, ad filium reguli ire noluit, ad ſeruum centurionis ire paratus fuit, ne ergo perſonam acceptes ex facultatibus, ex nobilitate, ſed ex virtutibus, f.689.c.42.

Filius tuus viuit, à Chriſto ſolum petebat regulus, vt poſt deſcenſum in ſuam domum ſanitatem filio reſtitueret, at Chriſtus ſtatim à morbo liberat, eius quippe liberalitas prona, f. 720.c.27. Et ad auxilium noſtrum promptiſſimus, f.439.c.217.

Credidit homo ſermoni quem dixit Ieſus & ibat, nonne ſatis erat dixiſſe, quod credidit, cur additur quod ibat? merito quidem, quia ire denotat opus quod addendum eſt fidei, quam opera comitari debent, f 113.c.44.

Interrogabat horam in qua melius habuerit, Chryſoſt. hom 34. in Ioan. volebat ſcire vtrum caſu, vel ex præcepto Chriſti hoc factum eſſet, & dixerunt ei, quia hora ſeptima reliquit eum febris, vide qualiter miracolum manifeſtum

prætereamus communem ponderationem in eo poſitam, quod non antea dicat regnum cœlorū ſimile regi quam homini, vt ſciatur quod nullus regno & præſulatui aptior, quam illa cui prior eſt humanitas cordi, D. Syneſ. lib. de prouid. quemdam Oſiridam effingens, cui debeatur imperium orbis, de quo ait, quin & de via & ſede, Ægyptiis ſenibus facile largebat, cum tamen eo parente eſſet natus, qui ſummū apud ſuns imperiū adminiſtraret, adhæc accedebat æqualium reuerentia, naturaque inſita in eo erga homines cura, adeo vt vel in ea ætate, vix inter Ægyptios vllus reperiri poſſet, cui non ab adoleſcente aliquid boni à patre eſſet impetratum] cur non reponant ſcientes nulla virtute ſeſe magis aptare ad imperium quam ſi humanitate floreant? f. 109. c. 30. Et ſane manſuetudo principis magis domat populorum duritiem, quam rigor, f. 756. c. 124.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, dum regnum cœlorum regi Dominus aſſimilabat, ſpetabam dictutum ſimile eſſe regnum cœleſte regi præſtantiſſimo aut vigilantiſſimo, ſed ſolum vocat ſimile cœleſte regnum homini regi, hoc eſt regi qui hoc habeat quod homo ſit, quaſi hoc ſummum ſit, quod à principibus ſeu prælatis petimus aliquem vere hominem eſſe, prælatum aliquando credis eſſe & bellua eſt, f. 735. c. 44.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, hominam regi necit, vt licet ſuper homines reges ſint, homines tamen ſe eſſe ſciant, nec Deos ſe eſſe putent, quo dementiæ reges aliqui peruenerunt, vt ſe Deos Iouiſque filios aut ſolis fratres tumide ſe nuncuparent, tumide abiiciat rex quilibet faſtum, cum homo ſit ad cœlorum regnum rex non pertinet niſi tumorem ponat, humilitatem tanquam homo ſectetur, f. 136. c. 116. f. 201. c. 31.

Simile eſt regnum homini regi, cur hic homini regi regnum cœlorum comparatur, cum Matth. 20. dicatur ſimile homini patrifamilias tacito nomine Regis? ecce diſcrimen, homo in præſenti vtilitati ſuorum conſulens, liberalis eſt, omneſque ad conuiuium vocat, ille vero ſolum ſuo commodo conſulebat, & in vineam ſuam operarius conducebat, non autem meretur nomen nobilis aut Regis, qui ſibi intentus aliis parcus eſt, ille vero eſt Rex qui aliis conſulit, qui in alios beneficus eſt, bonum commune & ſobditorum ſuo particulari anteponens, f. 762. c. 145. Imo in hoc ſibi conſulit princeps, cum ſuis ſubditis de bonis prouidet, f. 851. c. 80.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, dum ait cœleſte regnum ſimile homini regi, pulchré hominem præpoſuit regi, fundamentum enim inconcuſſibile ſplendoris regij, in eo habebis, quod ſis humanus & miſericors, f. 761. c. 140.

Qui fecit nuptias ſuas filio, nec mirum ſi eas fecerit, & omnes ad eas inuitauerit, beneficus enim debet eſſe princeps, imo caracter illius eſt beneficentia, f. 150. c. 16.

Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos, ſeruos ſuos prophetas, vt habet Origenes cur ſolū nomine ſeruorum vocantur, cum fuerint viri maxima ſanctitate præditi? ſeruos Dei nuncupat, quia aſſumi in ſeruum Dei alia eius beneficia excedit, f. 151. c. 18.

Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, his verbis alliciunt ad nuptias, qui ſecundo loco miſſi referuntur, quæ verba primos dixiſſe non refertur, ſed tantum ſimpliciter inuitaſſe hi ſecundi ſerui Apoſtolus Apoſtolicoſque ſeruos referunt, qui dulcius ac ſuauius ad Chriſtum homines vocant quam legis veteris tempore factum ſit, vt hinc Euangelici miniſtri diſcant, omnibus clementiæ generibus omnibus ſuauitatis modis, homines ad Chriſti fidem tandem deducere, ſuauiora enim ſunt effecta legis & prophetarum eloquia rore legis gratiæ tempetata, f. 281. c. 53. f. 771. c. 140.

Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, famulorum vocantium ad nuptias verbis ſapientiſſima adiunxit Dominus altilia occiſa & occiſos tauros, ne videretur res Chriſtiana ſolis verbis agi, ſed & operibus virtutum, qualia oſtendunt qui animal ſuum virtuti & Deo mactarunt, non enim ſolum verbis & nominibus gloriandum ſed operibus, f. 682. c. 40.

Altilia occiſa ſunt, Græce mactata, quod de ſacrificiis proprie dicitur; ſed ad cōuiuia etiam transfertur, ac ſi ad epulas tanquam ad ſacrificium accedere debeamus, nam etiam in conuiuiis ſicut in ſacrificiis abſtinentiæ ſtudere deberemus, f. 357. c. 110.

Illi autem neglexerunt & abierunt, ſed Deus non irridetur, nam ſui contemptores ſolet grauiter punire, f. 91. c. 131.

Illi autem neglexerunt, vocati venire contempſerunt, & regias nuptias flocci penderunt, illis non paratum tantum propria negotia, quæ intermitti tantiſper potuerunt, ſed præpoſuerunt, alius enim in vineam ſuam abiit, alius vero ad negotiationem ſuam, ſic enim mali plus bona temporalia quam ſpiritualia ponderant, f. 21. c. 51.

Illi autem neglexerunt, Græce eſt ἀμελεῖν ſignificat contemptum, cum quodam faſtidio, conclamata iam res eſt, cum res ſpirituales quæque ad ſalutem noſtram pertinent, non nude negligimus, ſed cum nauſea quadam faſtidimus, quod Iudæorum erat quorum corda duriſſima & lapidea, f. 781. c. 218. f. 714. c. 44.

Reliqui tenuerunt ſeruos eius, & contumeliis affectos occiderunt, ad nuptias inuitabantur, & non quaſcumque ſed lautiſſimas, in quibus erant altilia occiſa, non ſolum autem venire neglexerunt, ſed & ſeruos regis inuitantis occiderunt, ſic ingratus beneficiis neſcit niſi maleficiis compenſare, f. 2. c. 1. Et quo plura beneficia accipit, eo fit peior. f. 62. c. 10.

Rex iratus eſt, & miſſis exercitibus, &c. ira Dei omnibus velis fugienda, f. 856. c. 91.

Rex iratus eſt & miſſis exercitibus, vbi Deus audiuit ſeruos ſuos percuſſos ſtatim exardeſcit ira, ſtatim in percuſſores vindictam mittit, non ſic feſtinat Dominus aduerſus iniquum villicum, ſed poſt audita eius facinora, adhuc moratur, & hominem vocat in iudicium, at præſentium hominum crimina, vt audit non differt, ſed ilico iraſcitur, & ſtatim vindictam ſumit de illis, cur qui adeo lentus fuit in villicum, adeo feſtinus eſt ad hos miſeros puniendos? ſane ij crudeles erant in Dei ſeruos, illos occidentes, & ignominia afficientes, & qui ſeruos Dei offendit, hoc habet peculiare, quod celerem ſibi ex Deo trahat vindictā, f. 193. c. 85. f. 251. c. 212

Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcumque inueneritis vocate ad nuptias, non ſemel vocaruot alios ij ſerui Dei, qui venire contempſarant, qua ergo confidentia ſperat Dominus veuturos illos quos non cogi modo, ſed vocari ſolum iubet? ſignanter dixit in viarum exitibus, quærantur qui modo vocentur, nec amplius timeatur reſiſtentia vlla: vbi enim dies extius inſtat, & ad finem vitæ peruenitur, non eſt qui reſiſtat, multi ad Deum currunt, nihil enim efficacius eos mouet quam mors, f. 181. c. 49.

Ite ad exitus viarum, per exitus viarum infortunia & afflictiones ab aliquibus intelliguntur, & merito vocari iubentur, qui ad exitus viarum ſunt, quia ad Deum facilius connectuntur, quos fortunæ aduerſitas perſequitur, quos premit afflictio, f. 850. c. 75 f 60. c. 2.

Congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, Deus enim ad Eccleſiæ ſuæ nuptias, quoſlibet venientes non repellit, f. 421. c. 70.

Intrauit rex vt videret diſcumbentes, ſe copulantium oculis rex ingerit, nec tamen epulatur cum eis, nempe, noſtri regis deliciæ epulæque ſunt, ſi ſuos lætos videat & debite epulantes, f. 113. c. 43.

Intrauit rex vt videret diſcumbentes, Rex inter conuiuas non epulabatur, vt regiam ſcilicet dignitatem ſeruaret, non enim decebat vt inter ſuos ſubditos epularetur, quo exemplo monentur reges, ne regiam maieſtatem exuant, f. 577. c 81.

Amice quomodo huc intraſti, non contumelioſe eum increpat, nec acriter in eum inuehitur, ſed blande interrogat, vt factum ipſe damnaret & veniam deprecaretur, docuit quoque nos vt peccatores arguentes in vitiis, non in homines ſæuiamus, nec contumelioſe eos qui lapſi ſunt, reprehendamos; zelus enim iuſtæ reprehenſionis modum non excedat, fol. 655. co. 74.

Quomodo huc intraſti veſtem nuptialem non habens? nuptialis veſtis charitatem ſignificat, qua quia inuitatus caruit, à nuptiis expellitur, tanquam indignus, per fidem introierat, ſed veſtem charitatis non habens reiicitur, fides enim ſine charitate & bonis operibus non placet, f. 113. c. 44. f 694 c. 56.

Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? non adeo ſeuerus rex offenditur in hominem iſtum, vt illum in nuptiali conuiuio inuenit, quem vbi ipſum accuſatum de ſordibus vidit ſilentem, antea conuictus audaciæ locum habet reponendi, vt vbi obmutuit, nec vllum confeſſionis protulit verbum, tunc ineuitabilem damnationem ſentit & ligatus traditur carnificibus, non ſic ineuitabiliter perdunt hominem crimina, vt illum perdit quod nolit confiteri, confitere ergo, nam in tribunali diuino poſt peccatorum confeſſionem abſolutio & corona, f. 813. c. 330.

Tunc dixit rex, ligatis manibus & pedibus, &c. iuſſit rex vt ligatis manibus ac pedibus in tenebras exteriores mitteretur foras, vt dum ligaretur errorem ſuum fateretur, & veniam humiliter poſtularet, ad pœnitentiam quippe delinquentes Deus omnibus modis allicit, f. 558. c. 112 f. 788 c. 221.

Mittite eum in tenebras exteriores, non ſolum obmutuit, nec in excuſationem ſuam quidquam protulit: ſed pende quod non ſolum ipſe qui deliquerat obmutuit, ſed & alij qui ſine culpa obmutuerunt, nec indulgentiam pro illo poſtulauerunt; cur nullus in tanta multitudine eius qui à rege arguitur cauſam defendit? cur nullus intercedit? vt diſceremus quod in extremo iudicio nullus ſanctorum peccatorum partes tuebitur, nullus impiis patrocinabitur, vltimus enim ille dies, dies eſt ſeueritatis, & vltionis per antonomaſiam, f 814. c. 359.

Dominica vigeſ. poſt Pentecoſt.
Lucæ 4.

Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur, filius erat principis & tamen infirmabatur, deponant ergo principes ſupercilium & agnoſcant ſe eiuſdem eſſe naturæ, mille calamitatibus & morbis obnoxiæ cum aliis hominibus, f. 201. c. 32.

Rogabat eum vt deſcenderet, quare ô Regule, vis vt Chriſtus in tuam domum deſcendat? nonne poterit ante deſcenſum ſanare filium tuum? ſanitatem filij optabat regulus, quam Chriſto præſente obtenturum ſperabat, à Dei enim præſentia quid boni ſperare non debemus, f. 183 c. 158.

Rogabat eum vt deſcenderet, rogabat pro filio pater dilecto, nec mirum, ita enim erga filios feruntur amore parentes, vt in præceptis decalogi nullum ſit eos obligans ad eorum dilectionem, f. 237. c. 147.

Niſi prodigia & ſigna videritis, non creditis, ita enim ſumus male affecti, vt fidem non adhiberemus Deo, niſi aliquo euidenti ſigno poteſtas eius firmaretur, f. 54. c 208.

Vade filius tuus viuit, exoratur Chriſtus vt ad domum ægrotantis deſcendat, & noluit ire, rex erat qui exorabat, Chriſtus vero recuſat ire, ne perſonam acceptare videretur, cum ipſe in viliores & abiectiores ſua beneficia libentius conferat f 714. c. 9. f. 588 c. 105.

Vade filius tuus viuit, D. Greg. hom. 28. in Euang. Hic ſuperbia noſtra retunditur, qui in hominibus non naturam, qua ad imaginem facti ſunt, ſed diuitias & honores veneramur, redemptor vero noſter vt oſtenderet, quoniam quæ alta ſunt hominibus ſanctis deſpicienda, & quæ deſpicienda ſunt hominibus, non ſunt deſpicienda ſanctis, ad filium reguli ire noluit, ad ſeruum centurionis ire paratus fuit, ne ergo perſonam accepTes ex facultatibus, ac nobilitate, ſed ex virtutibus, f. 689. c. 42.

Filius tuus viuit, à Chriſto ſolum petebat regulus, vt poſt deſcenſum in ſuam domum ſanitatem filio reſtitueret, at Chriſtus ſtatim à morbo liberat, eius quippe liberalitas prona, f. 720. c. 27. Et ad auxilium noſtrum promptiſſimus, f. 439 c. 127.

Credidit homo ſermoni quem dixit Ieſus & ibat, nonne ſatis erat dixiſſe, quod credidit? cur additur quod ibat? merito quidem, quia ire denotat opus quod addendum eſt fidei, quam opera comitari debent, f 113. c. 44.

Interrogabat horam in qua melius habuerit, Chryſoſt. hom 34. in Ioan. volebat ſcire vtrum caſo, vel ex præcepto Chriſti hoc factum eſſet, & dixerunt ei, quia hora ſeptima reliquit eum febris, vide qualiter miraculum manifeſtum

eſt, non enim ſimpliciter, neque vt contingit, à periculo liberatus eſt, ſed repente & ſimul, vt appareat non eſſe ea naturæ conſequentia quod fiebat, ſed actione Chriſti] in miraculorum ſuorum exhibitione non vult Deus aliquam ſubeſſe ſuſpicionem, f. 68 c 85.

Credidit ipſe, miraculorum certa cognitio ad Dei fidem adducit, f. 110. c 32.

Credidit ipſe & domus eius tota, ſed prius ipſe credidit, bonus enim princeps in operibus virtutis debet eſſe primus, & præcipuus, f 584. c. 97. f. 601. c. 19. f 76. c. 46.

Credidit ipſe & domus eius tota, princeps enim in fide alios in eadem ſtabilit, f. 537. c. 135.

Dominica 21. poſt Pentec.

Matt. 18.

Simile eſt regnũ cælorũ homini regi, regnũ cælorum homini aſſimilatũ, dum cerno, non poſſum non mirari dignitatem hominis, quando nil cœlo aut terræ collatum video, quod ſimiliter Deus non conferat homini, homo enim longe in maiori pretio eſt quam quodlibet ſublunare, f. 284. c 60.

Simile eſt regnum cælorum homini regi, floridiſſimum cœli regnum in quo virtutum præſtantiſſimarum ſegetes mituntur, merito dicitur comparare Regi non leoni, non enim ſtrictua rigor & ferialis laniena valet ad conſequendum regnum cœlorum, ſed id præſtat hominis ſuauitas, & manſuetudo. f. 854 c. 87.

Et cum cœpiſſet rationem ponere, merito à nobis rationem exigit, debita enim quibus obſtringimur, ea nobis creditis tandem ſoluenda, f. 321. c 77.

Oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem millia talenta, cui cum ſolum ei deberet quatuor aut quinque, non eſt ei oblatus, facilius enim eorum quam tot millium rationem reddidiſſet: per illa talenta intelligit Orig. hom. 7. in Matt. grauiſſima hominis illius peccata, ſic enim ait, Nihil immodicum, ſed omnia maxima & peſſime peccauit iſte, qui oblatus eſt regi, dic ergo: tanta eſt Dei erga homines miſericordia, vt videatur noſtra non videre peccata, vt puniat, niſi cum maxime ſunt multiplicata, fol. 414. co. 527.

Oblatus eſt ei vnus qui debebat ei decem millia talenta, neſcio cur tamdiu ea peccauit ille rea rationem ponere cum huiuſmodi debitore, cum quo plura debeat, eo minus ad ſoluendum idoneus, vt hunc regem vere eſſe hominem ad eſt miſericordem agnoſcas, permittit enim aliquando nos peccatis noſtris ſatiari, vt eorum nauſeam habentes deteſtemur, fol. 784. co. 226.

Oblatus eſt ei qui decem millia talenta debebat, ipſi oblatus eſt, vt ab ipſo rationem ſuorum talentorum exigeret, cur id per miniſtros non fecit, cur per ſeipſum rationem ponit, computum init, dimittere ipſe debitum cogitabat: voluit igitur rationes conferre, nam ſi id per miniſtros egiſſet, non facile fuiſſet reperire, qui vel debiti partem remittere voluiſſet, eodum totum debitum Dominus in diuitiis omnes ſuperat, ita & benignitate & miſericordia, innumeræ enim ſunt illius miſericordiæ, fol 864. c. 115.

Iuſſit eum Dominus venundari & vxorem, & filios, cur & vxor, vedominu debitum ſoluatur iubetur vendi? quia ſors contracti debiti, præcipua cauſa vxor, ſic enim fere vt ob vxorum ſuperfluum cultum, veſtimenta, mondia, ære alieno viri premantur & familiæ, vnde non minus noxiæ prauæ viris vxoris affectionea quam debilibus nauigiis procellæ violentæ, fol. 895 c. 13. Et vxoris petitiones ſunt immenſæ & ſic mariti, vt eis non diſpliceant plura contrahunt debita, f. 288. c. 72.

Iuſſit Dominus eum venundari & vxorem, & filios, miſerrimum quod debitor Dei iudicio ſiſtaris, nullum tibi manebit bonorum ſuffugium, de quo viuas, quando iudicante Deo debitoris omnia venduntur & vxor. cur & venditur vxor? nonne vxoris pars libera eſt in quauis ſpoliatione quæ iure propter debita fiat? hoc iubent Senatuſconſulta, hoc iuſtitiæ leges mandant, quod vxorum dotes integræ ſint, & intactæ, adeo vt in iudiciis debitor quiſquis ad dotem vxoris reſpiciat, de qua poſt modum viuat; ſunt fateor vxorum dotes ſolatium & ſuffugium debitorum in ſuffugiis humanis, at iudicante Deo nullum ſuffugium manet improbis, iudicium enim eius terribiliſſimum eſt, f 591. c 42

Iuſſit eum Dominus venundari & vxorem & filios, mirabar iudicem iubentem omnia bona debitoris, & filios & vxorem venundari, & nihilominus tunc dici non iratum iudicem: paulo inferius dicitur, & iratus Dominus tradidit eum tortoribus, modo dicitur iuſſiſſe omnia eius venundari, & iratus non dicitur. nonne ira eſt ſic perdere omnia debitoris? ira eſt, ſed ita quæ miſericordiam Dei oleat, quæ non perdat ſed faciat fœlicem, quæ non in gehennam abiiciat, ſed ad pœnitentiam adducat, quippe poſt illam ait, procidens autem ſeruus ille orabat eum dicens. ô quam fœlix peccator cui iraſcitur Dominus in hac vita, qui Deum iraſcentem experitur, quia ſignum miſericordiæ illius diuinæ eſt, ſi nunc indignator, ſi nunc iraſcitur, & veluti zelotypia quadam erga nos vtitur, f 212 c. 59.

Patientiam habe in me, poſt peccatum ita Deus miſericors, vt tempus intercedendi præbeat, f. 760. c 138.

Miſertus eſt Dominus ſerui eius, & omne debitum dimiſit ei, quid decem millia talenta dimiſit? non liberalitas eſt ſed profuſio; dimittit, quia reſpectu miſericordiæ Dei immenſæ omnia peccata hominum ſcintillæ ſunt, ful. 884. c. 16.

Miſertus eſt Dominus ſerui eius, quomodo miſertus eſt ei quia ad patientiam eius confugit? Deus autem ſumme patiens vt lucretur peccatores, f. 884 c. 15.

Miſertus eſt Dominus ſerui eius, videns Dominus ſerui humilitatem, & eius ſupplicationem audiens, miſericordie commotus omne debitum illi dimiſit, cur nõ dimittit antequam procederet, antequam rogaret? quia licet Deus aliquid ſtatuerit efficere, tamen bono motu deſiderii & orationibus ad id agendum eum mouere debemus, f. 163. c. 77.

Miſertus

Miſertus eſt Dominus ſerui illius, iuſſit vendi debitorem Dominus, omnia dimiſſurus, vt ſi valde facile omnium remiſſionem percepiſſet, ſeruus gratiæ magnitudinem non agnoſceret, nec gratus benefactori ſuo eſſet: denique in hanc neceſſitatem redigitur ſeruus, vt abſolutus conſeruo compateretur, propriis edoctus calamitatibus, optima enim miſericordiæ exhibendæ magiſtra neceſſitas experta, f.314.c.4.

Miſertus eſt Dominus ſerui illius, expectat quo vſque humiliat & affectuoſe ſe deprecetur, vt miſericordiam tribueret, imo vxorem & filios eius præcipit vænundari, ne tam facile ei dimiſiſſe videretur, nimia enim aliquando veniæ facilitas peccati incentiuum eſt, fol. 811. co. 236.

Egreſſus eſt autem ſeruus ille, inuenit vnum de conſeruis ſuis, egreſſus ſcilicet à facie, à conſpectu regis, ac domini ſui, recentem beneficij magnitudinem ob oculos adhuc habens, conſeruum inuadit, eumque conatur ſuffocare, forte nec adhuc regiam exierat præſentiam, exuerat tamen omnem pietatis & miſericordiæ ſenſum, & tam durus in conſeruum fit, qui tam cito à Domini ſui præſentia ſe ſubducit, tam cito labitur. hinc collige, quam vtilis Dei præſentia ſit, quanta inuehit commoda, coram Domino ſtare; è contra quibus diſcriminibus ac ſceleribus ſit obnoxius, qui Deum præſentem non cogitat, non forte tam facile lapſus fuiſſet hic ſeruus, ſi tam cito à conſpectu Domini ſui non ſe exemiſſet; at vt verum fatear neſcio quodnam malum ex abſentia Dei non pullulat? f.8 3 c.18

Ille autem noluit, ſed miſit eum in carcerem, nonne totum tibi dimiſit debitum Deus? cur ſimiliter conſeruo tuo ſolum centum denarios tibi debentes non remiſiſti, vel ſaltem non expectaſti, quo vſque poſſet reddere? ſane ſtupenda eſt hominum ingratitudo, f.54.c.107. Et quæ beneficia maleficiis ſolent compenſare, fol. 2.c. 2.

Nonne oportuit te miſereri conſerui tui ſicut & ego tui miſertus ſum? vide quò Dei clementia collimauerit, non dimiſit huic ſeruo debitum, vt liberalis prædicaretur, & populi laudem venaretur, ſed vt ad ignoſcendum conſeruo ſeruum alliceret, ac veluti cogeret quantas adhibet Deus artes, vt nos ad indulgentiam prouocet? f.814.c.331.

Dominica 22. poſt Pentecoſt.

Matth. 22.

Tunc abeuntes Phariſæi conſilium inierunt, vt caperent Ieſum in ſermone, tunc, id eſt auditis parabolis, quibus eos compungi ac conuerti oportuerat, ad fraudes ſe conferunt, conſilium ineunt vt Ieſum capiant in ſermone, ecce inaudita Phariſæorum impietas, qui eo tempore delinquunt, quo remedia peccatorum parantur, f.1.c.1

Conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone, Græce παγιδεύσωσιν, vt illaquearent, & irretirent, ſic enim proprie verti poteſt, ſed vt eum irretirent, vt illaquearent, quid egerunt? conſilium inierunt, peruerſe ſimul ſe excitantes ad hanc fraudem componendam, f.781.c.213.

Magiſter ſcimus quia verax es, & cur non verax, cum omnium iudex futurus ſit? iudex autem non ſolum verax, ſed quaſi veritatis ſponſus debet eſſe f.136.a 119.

Scimus quia verax es, dixerunt Chriſtum veracem eſſe, deinde viam veritatis docere, quia veritas doctrinæ ornamentum, imo & fundamentum, f.591 c 111.

Et viam veritatis doces, dixere viam veritatis, quia ſicut via omnibus communis, & in aperto ſit, non latenter, ſed omnibus veritatem docuit nullo fuco eam obtegens, f.59..c.111.a. 114.

Viam veritatis doces, qua vnuſquiſque ſalutem animæ poſſit conſequi. nonne ſatis erat, quod Chriſtus fuiſſet verax? cur & adducunt viam veritatis alios docere? quia non ſatis eſt doctori vita cœleſtis, quæ per veritatem ſignificatur, niſi annuntiet peccatori viam veritatis, nempe ſalutis, f.6-3 c 1-9.

Cognita autem Ieſu nequitia eorum, obſeruatione dignum quod antequam directe ad quæſtionem fraudulenter propoſitam, Chriſtus reſpondeat, eorum peruerſum conſilium detegit, virus enim impietatis noſtræ tandem detegitur, f.753.c.113.

Oſtendite mihi numiſma cenſus, vide quam paupertatis amator Dominus ſit, numiſma ſibi oſtendi poſtulat, nec ea proprio marſupio protulit quod non habuit, vt ita doceret aurum & argentum contemnere, vt cœleſtes diuitias poſſideamus, aurum enim ſuadet idolum eſſe Deum, f.739.c.55.

Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, non otioſe notat D. Chryſoſt. in re tributi vſus eſt Dominus verbis illis, *reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari*, non sit date, ſed notanter dixit reddite, vt innueret vnde magis debeat commenſurari regius ſplendor, nimirum quod ad debiti menſuram tributum velit exigere, ne quid exceſſiuum aut nimium expectet, ſed iuxta id quod poſſunt ſubditi, f 150 c. 4.

Cuius eſt imago & ſuperſcriptio? quid interrogat, quod cuilibet erat manifeſtum? an vt ſignificet terrena iſta non eſſe ſibi curæ, qui cœleſtia tractabat? an vt ipſemet qui eum in ſermone capere volebant, ſuo ſermone caperentur? impij enim eiſdem armis euertuntur, quibus, Dei cultum euertere conati ſunt, fol.825 c. 361.c. 368.

Quæ ſunt Dei Deo, ad cultum enim Dei ex eius operibus excitamur, f.258.c.225. Quem tamen non fucatis cogitationibus colere debemus, f. 265.c.257. Sed vero corde & opere, f.224.c. 501.

Quæ ſunt Dei Deo, tam Cæſari quam Deo reddenda quæ ſua ſunt. ſed cur ait Chriſtus prius reddendum Cæſari quod Cæſaris eſt, quam Dei quæ Deo? an quia de Cæſaris tributo quæſtio erat? & hæc prius quæritur? an aliquid dandum Deo Phariſæi non quærebant? Chriſtus adiecit quæ ſunt Cæſaris &c. Cæſar mundi figuram gerit, bene igitur quæ Cæſaris ſunt reddenda Cæſari Chriſtus decernit, neque enim poteſt quis eſſe Domini niſi prius renuntiauerit mundo, prius reddendū quod eſt Cæſaris, vt cum ſoluendum eſt Deo quod Dei, nulla nos Cæſaris, nulla mundi cura tangat, qui enim cum Deo eſſe & ipſi ſeruire deſiderat, ab omnibus mundanis ſe ſeparare debet, f.258.c 227.

Dominica 23. poſt Pentecoſt.

Matt. 9.

Princeps vnus acceſsit & adorabat eum dicens, filia mea modo defuncta eſt, vbi clades, & mors nobiliſſimæ adoleſcentulæ proponitur, non miror quod princeps proſternatur & adoret, quando principum mors plurimum valet ad alios commouendos, f. 281 c. 49.

Adorabat eum dicens, Chriſtiano iam ſpiritu agebatur hic princeps, quando non de Phariſæo faſtu orans, ſed humilis ſeſe ad pedes Domini Ieſu abiicit, nunquam enim magis Chriſtianum apparet facinus, quam vbi humilitas & abiectio triumphos parauit, fol. 180. co. 143.

Adorabat eum dicens, quod proſternatur ante pedes Ieſu ſuam non amittit dignitatem hic princeps, tunc enim principis animus vere ſublimis, cum maieſtas illius ante Deum deprimitur, f. 108. c. 18. Et ſane humilitas in ſupremis hominibus maxime commendanda, f. 136. c. 117

Adorabat eum dicens, & merito eum adorat, cum Chriſtus vere ſit Deus & ſoli Deo adoratio debeatur, f. 484. c. 10.

Sed veni impone manum tuam, ſi princeps hic credit Chriſtum eſſe Deum, vt quid rogat vt in domum ſuam deſcendat? nonne extra illam poterit ſuſcitare filiam? potuit, ſed deſiderauit, eius præſentiam ſciens efficaciſſimam eſſe ad quodlibet bonum promouendum, ſicut è contra ex abſentia eius quodlibet malum pullulare, f. 833. c 19.

Sed veni, cum genuflexione id petit, & cum maxima ſummiſſione; licet enim eſſet princeps qui id peteret, tamen cum humilitate ad eum accedit, quia præſentia Chriſti cum maxima reuerentia adeunda, fol. 168. co. 98. fol. 508. co. 54.

Cum Ieſus veniſſet in domum principis vt vidiſſet tibicines, in funeribus adhibebantur tibicines, vt cantatis næniis lachrymas allicerent, plerumque fictus luctus eſt, & ſimulatio lachrymarum, quas non mors defuncti amorque in ipſum, ſed tibicines eliciunt: ſed non tibia eliciendæ in charorum morte, ſed prudentia & ratione comprimendæ, vt ſoli Deo conſecrentur tanquam ipſi debitæ, fol. 323. co. 79.

Et cum eiecta eſſet turba intrauit, noluit intrare quin foras eiiceretur turba tumultuans, quod turba indigna eſſet quæ miraculum videret, quæ tumultuaretur: ſtrepitum & tumultum fuge ſi Deum quæris, f 837. c 32. Si fructu contemplationis frui deſideras, fol. 837. co. 30.

Noli timere, crede tantum & ſalua eris: tantum inquit crede & ſalua eris quando firma de Deo opinio certaque præſumptio vnquam ſeſeſit falli? vnde monebat D. Chryſoſt. Pſalm 44. Sic nullus ergo ex cultoribus Dei dubitet, quamuis beneficia difficilia ſperet, quamuis miracula ſuper ſe venientia poſtulet, deſeri à ſummo Deo non poteſt; dubitatio noſtra derogat promiſſioni diuinæ, abſit dubia fides & ſtet noſtra in Deo ſpes firma, non nutet, & quaſi acceptas reputa omnes promiſſiones diuinas, omnia quæ à Deo excipere poſſis, f. 446. c. 156.

Non eſt mortua puella ſed dormit, notanter dictum non eſt puella mortua; virgineus enim decor ſemper de immortalitatis fulgore radiat tanquam nihil mortalitatem participans cum terrenis, f. 500. c. 39.

Ipſe autem tenens manum eius, nullius viri tenuit manum Chriſtus, vt illum ſuſcitaret, etiam cum ſuſcitauit amicum Lazarum, ſuſcitaturus tamen puellam eius primum accipit & tenet manum, quanto id myſterio factum noſcet, qui præſentiſſimum fœminæ virus ad perdendos homines nouit, cum enim tantum virus excitatur in Apoſtolorum conſpectu, ſuis proſpiciens Dominus, non patitur vel momento temporis fœmineum virus eſſe, ſine antidoto diuinæ manus repellentis contagium, fuge ergo fœminas, muliebris enim, vel vmbra, vel quod ad eam pertinet, potens eſt verum Deum à cordibus euellere, f. 739. c 58.

Quibus præcipit ne alicui dicerent, vt te doceat nihil faciendum ad oſtentationem ſed ædificationem, f. 145. c 4 ſed vanam gloriam in bonis operibus fugiendam, f. 445. c 148 & 159.

Ecce mulier quæ fluxum ſanguinis patiebatur tetigit fimbriam veſtimenti eius, fimbriam tangere eſt aliquid minimum mandatum implere, placet hoc Chriſto & ſanitatem conſequitur mulier, quæ hoc præſtat, nempe in minimis Deo obſequi non minimum eſt, ne ergo minima ſpernas ne in maiora prolabaris, f. 747 c. 96.

Dicebat intra ſe ſi tetigero fimbriam eius, non in multiloquio nec in externorum operum vano fulgore complacet Deus, qui quæ cordi ſunt homini ea æſtimare & accipere gaudet, hinc ſapiens mulier accipiens fiduciam quam de Deo concipit, corde retinet dicebat enim intra ſe, ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius, ſalua ero. Iam placitura apparebat, vt ait Chryſolo. cui cordi erat fiducia in Deum, quippe à iam humili & perfecta cordis piſcina nihil exire haud gratum oculis diuinis poterat, meditare ergo in corde tuo aſcenſiones, ad te de cœlo omne bonum deſcendet, f. 79. c. 74.

Acceſsit retro & tetigit fimbriam veſtimenti eius, & ſanitatem recuperauit, perpetuo accepti beneficij memores eſſe debemus, mulier hæc quæ ſanguinis fluxum patiebatur, à Chriſto ſanata, Chriſti ſtatuam ante domum poſuit, accepti beneficij monimentum, digna res quæ in exemplum abeat & in imitationem, fol 431 c. 101. f 110. c 31 Et ita grati eſſe debemus, vt gratitudo noſtra omnibus ſit nota, fol. 39. co. 150.

Statim cognoſcens Ieſus virtutem quæ exierat de illo, non magnis percuſſionibus opus habes vt à Chriſto fluenta gratiæ proſiliant, ſolum expectat, vt parata ſint vaſa quibus recipi poſſint, quod ſi aptatum ſit vas ad recipiendum, adeo prompta eſt gratiarum venia, vt vel leui tactu pulſata ſtatim ſeſe profuſiſſime effundat: debite ergo te diſpone, & nullo modo Deus ſua, ſibi conferre differet beneficia, fol. 16. con. 62.

Quis tetigit veſtimenta mea, interrogat Dominus à quo fuerit tactus, non ignorans ſed publicans fœminæ ſanitatem à ſua fuiſſe productam virtute, quippe à omine voluit ignorari eſſe effectum virtutis ſuæ quod homines recipiant ſalutem, amat Deus ſe ſciri collatorem bonorum, f. 67 e. 32.

Et ſalua facta eſt, Deus non ſolum communitati totius mundi proſpicit, ſed priuatæ ſingulorum vtilitati, f. 202. e. 33.

Et ſalua facta eſt, cur ſanitatem non conſequeretur à Chriſto cum ſit omnium medicus? f. 116. e 72.

Dominica 24. poſt Pentecoſt.

Matth. 24.

Cum videritis abominationes deſolationis, proh acerbas ſuppliciorum minas! quare ô Domine & tot mala portendis, & timure ingenti corda diſcipulorum vexas? non optat Chriſtus ſuos in peccato perſiſtere, ſed à peccato auerti; quod vt faciat, quod vt obtineat, ſupplicia peccatorum ob oculos verſat, vexatio enim dat intellectum, f. 921. c. 10. f. 551. e. 70.

Cum videritis abominationes deſolationis, &c. Deus comminatur punitutum, vt ad pœnitentiam prouocet, f. 758. e. 130.

Tunc qui in Iudæa ſunt fugiant ad montes, Deus timore percellit, metu malorum concutit non vt moriamur, ſed vt viuentes legem eius ſeruemus, f. 157. e. 220.

Virtutes cœlorum mouebuntur, cur ante Dei tribunal non areſcant homines terreni, quando & cœleſtes virtutes hoc eſt ſanctiſſimi viri mouebuntur & cauebunt ſibi? ſane in iudicio diſtricto nullus homo etſi ſanctiſſimus non metuet & ſibi cauebit, iudicium enim Dei terribiliſſimum, f. 892. e. 42.

Nam virtutes cœlorum mouebuntur, ſi Deus populo dilecto legem daturus timorem incutit, qualem non inferet malos iudicaturus? fol. 259. e. 213.

Tunc parebit ſignum filij hominis in cœlo, iam virtutes cœlorum inter tot terrores commotæ habent, vnde poſſint fulciri; ecce vobis dum aduerſus rebelles ſæuit ira Dei, parebit ſignum filij hominis, hoc eſt crucis vexillum, ſub quo non habent iuſti quod timeant, de illo B. Cyprian. ſerm. de Natiuit. ait, non timetur mortis periculum, vbi tantæ reuerentiæ conſpicitur ſignum etiamſi vniuerſæ inferorum legiones in arenam proſiliant, & totas gehennæ flammas iaciant in homines, adeo vt præ timore commoueantur ipſæ cœleſtes virtutes, vbi ſignum crucis appareat, omnia iuſtorum hominum ſient in tuto] efficax enim virtus crucis in liberandis hominibus, f. 78. e. 71. f. 97. e. 144.

Tunc parebit ſignum filij hominis, poſtquam ſcilicet cum tanto apparatu & maieſtate deſcendit ad iudicium, ita vt virtutes cœlorum commouendæ dicantur, quia tanta erit Chriſti Domini aduenientis maieſtas, vt omnia ei tanquam famulatura cum timore commoueantur, f. 278. e. 113.

Tunc parebit ſignum filij hominis, maxima cum maieſtate & ſplendore, iniuriæ enim & calumniæ Ieſu crucifixo illatæ, in ſolem ſplendidiſſimum commutatæ conſpicientur, f. 117. e. 117.

Tunc plangent vniuerſæ tribus terræ, ſed ſerio ſapiunt Phryges, dolebunt pœnitentiam non egiſſe, quia in hac vita recondenda ſunt bona quæ ad futuram vobis proſint, f. 13. e. 57. Quia nouniſi de anteactis bonis operibus in aliena vita non viuitur, f 48 c. 189. ne ergo bene operari in aliud ſæculum differamus, f. 347 e. 76.

Tunc parebit ſignum filij hominis, qui nube obtegitur, & ſe filium Dei eſſe non aperit, ſed filium hominis appellat, nempe à Dei inimicis diuinæque gloriæ infeſtis, erat vltio expoſcenda, & cum hæc à regia & generoſa diuinitate videatur aliena, filius Dei ſuam perſonam occultat, & quaſi ſub alterius extranei forma ſupplicia parat, vindicias monus ſub propria dedignatus; Deus enim ſe exaltat parcens & ſe humiliat vindicans, f 887. e. 27.

Tunc parebit ſignum filij hominis, qui etiam ad iudicium veniens ita nominatur, nempe filius hominis, vt hinc tota diuinitatis maieſtas exundat pompa comitatus, portenta, & iudicis munus Chriſtum Deum eſſe manifeſtant. & tamen humili inſignitur nomine, ſeque filium hominis vocat: vt cernas diſcrimen inter Chriſtum, & huius ſæculi amatores, Chriſtus nec in tanto gloriæ theatro humilis conditionis pro nobis aſſumptæ obliuiſcitur, nec maieſtas humilitatem expungit, at illi, quod humile à natalibus habent, vbi ad faſtigia dignitatum euehuntur, prorſus à memoria delent. ne ſuperbiant ergo qui ad honores euehuntur, ſed recordentur ſe eſſe eiuſdem naturæ cum aliis hominibus, f. 101 e. 3: f. 108. e. 24.

Plangent vniuerſæ tribus terræ, ecce quos maxime exhorruiſtis, dies luctus tandem aduenient dicit enim tunc plangent &c nullus peccator liber à lachryma, liber à planctu, ſed infœlices illi reprobi, tunc ſoluentur in luctum quando iam per tempus non licebit fructus lachrymarum matureſcere ad pœnitentiā, in hac enim præſenti vita agenda, non in futura, f 481. e. 48. Ne eam ergo ad hoc tempus differas, fol. 273. e 21.

Videbunt filium hominis venientem, impiis terribilem, ſupplicia æterna minantem: quam diuerſus hic aduentus à primo, primus enim in tore melleo totus ſuauiſſimus, ſed hic in amaritudine pro improbis & in fulgure, fol. 24. co. 99.

Et mittet Angelos ſuos, vt veniant ad indicium, Deus enim iratus malior eſt quam homo Angelus propitius, f. 355. e. 94.

Ab arbore fici diſce parabolam, vis noſſe qualis homo appareas ante diuinum tribunal ab arbore fici diſce parabolam, ficus te docet quæ non ſemel, ſed bis fructificat, & verno & æſtiuo tempore, ſic & tu minime hæreas, vno contentus virtutis enixu, ſed quod in ſe bonum eſt pluries operare vt ſic optatum fœlicitatis terminum obtineas, f. 384. e. 79. f. 407. e. 66.

Non præteribit generatio hac donec omnia fiant, cœlum & terra tranſibunt, &c. Ecce ſummam inter Deum & homines diſtantiam, non ſolum verba ſed & facta inſtabilia ſunt, nullamque durationem ſortiuntur,

Dei non modo facta, ſed & verba referunt æternitatem, vt diſcas hominibus non fidere, f. 958. c. 1. At in verbis Dei perpetuitatem, nulla enim maior certitudo quam in eis, f. 120. c. 19.

De die autem illa nemo ſcit neque Angeli cælorum, ſed ſolus pater, nemini dubium eſſe debet, quin & Ieſus Filius Dei, verus viuorum & mortuorum iudex ſciet diem & horam determinatam iudicij, cur ergo modo dicitur dies extremi ſcientia non in Angelis, non in filio Dei, vt Marcus addit, ſed in ſolo patre exiſtere ? ſenc ſolus pater illam ſcientiam communicat filio, filius autem illam accipit à patre, nec eam vlli creaturæ communicat, & ideo non cenſetur in illo, ex quo alijs non communicatur, ſcientiam ergo alijs communica, f. 514. c. 74. f. 925 c. 14.

Sicut in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis, & expende ſeueritatem vltoris diuini, vt inter prandia & nuptiarum delitias triſte renuntiat mundi exitium, prandentibus, bibentibus, ſane non longe abeſt à voluptate & delicijs ſors infœlix, f. 773. c. 184.

Non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit aduentus filij hominis, cuius dies ad vltimam ſententiem contra reos ferendam, dies per antonomaſiam vltionis dicendus, f. 824. c. 359.

F I N I S.

INDEX
SACRÆ SCRIPTVRÆ VETERIS TESTAMENTI AVCTORITATVM QVÆ IN HOC VOLVMINE EXPONVNTVR.

IN GENESIM.

CAP. I.

Diuiſit lucem à tenebris, f. 822.

Dedi vobis omnem herbam agri, fol. 34.

Quia compleuit die ſeptimo opus ſuum, f. 328.

CAP. II.

Ceſſauit ab omni opere ſuo, f. 229.

CAP. III.

Eritis ſicut dij, f. 8.

In quacumque die comederitis morte moriemini, f. 8.

Adam vbi es?, f. 847.

Quia audiſti vocem vxoris tuæ, f. 651.

Terra es & in terram reuerteris, fol. 261.

CAP. IV.

Sub te erit appetitus tuus & tu dominaberis illius, f. 787.

CAP. XIII.

Leua oculos tuos & vide, f. 767.

CAP. XVIII.

Deſcendam & videbo, f. 757.

CAP. XXII.

Per memetipſum iuraui quia feciſti rem hanc, f. 753.

CAP. XXVII.

Seruies fratri tuo, f. 271.

CAP. XXX.

Da mihi liberos aut morior, f. 816.

CAP. XXXI.

Vidi Dominum facie ad faciem, f. 849.

In baculo meo tranſiui Iordanem, f. 429.

CAP. XXXII.

Cur quæris nomen meum quod eſt mirabile? f. 584.

CAP. XXXIX.

Cognouit quod Deus eſſet cum eo, f. 673.

CAP. XL.

Dabis ei calicem ſicut ante facere conſueueras, f. 276.

CAP. XLIX.

Suppoſuit humerum ſuum ad portandum, f. 557.

Iſachar aſinus fortis, f. 576.

IN EXODVM.

CAP. III.

Ne appropies huc, f. 256.

CAP. IV.

Credidit populus ſimiliter, f. 428.

CAP. VIII.

Digitus Dei eſt hic, f. 457.

CAP. XIV.

Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis, f. 73.

Stetit inter caſtra Ægyptiorum, f. 150.

Vociferans omnis turba murmurati ſunt, f. 254.

CAP. XVI.

Sume vas vnum & mitte ibi man.

CAP. XVII.

Percuties petram & exibit aqua, f. 871.

CAP. XXI.

Cuſtodite ſabbatum meum, f. 300.

CAP. XXIII.

Non ſuſcipies vxorem mendacij, f. 267.

CAP. XXXIII.

Loquebatur illi facie ad faciem, f. 413.

Non videbit me omnis homo, f. 258.

IN LEVITICVM.

CAP. I.

Fundentes ſanguinem per altaris cir-

enitum, fol.642.

Veſiculam gutturis & plumas proiiciet prope altare, 697.

Cap. III.

Omnis adeps Domini erit iure perpetuo, fol. 653.

Cap. IV.

Si ſacerdos qui vnctus eſt peccauerit, 431.

Cap. VIII.

Applicuit Aaron fratrem ſuum & filios eius & lauit eos aqua, 634.

Veſtiunt Pontificem ſubucula linea, 598.

Cap. X.

Si immolaueris hoſtiam pacificorum Domino, 664.

Ignis de altari egrediens eos combuſſit, 672.

Cap. XII.

In omni oblatione offeres ſal, 464.

Cap. XXI.

Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, 309.

Cap. XXIII.

Si paupertate compulſus vendiderit ſe frater tuus, 270.

Cap. XXIV.

Si quis nomen Domini blaſphemauit morte moriatur, 284.

Erunt panes in commemoratione appoſiti Domino, 465.

Pones ſuper eos Thus lucidum, 465.

Super menſam puriſſimam ſtatues eos in conſpectu Domini, 466.

Ex ſimila flore farina, 466.

Per ſingula ſabbata mutabantur coram Domino, 466.

Cap. XXV.

Dabo vobis benedictionem anno ſexto, fol. 342.

Cap. XXVI.

Et ero eis Deus & ambulabo inter eos, 443.

IN NVMEROS.

Cap. XI.

Vulgus promiſcuum flagrauit deſiderio carnis, 5.

Quid æmularis pro me, quis tribuat, vt omnis populus prophetet, 440.

Vulgus promiſcuum quod aſcenderat cum eis, 728.

Clamauit Moyſes ad Dominum dicens ſana eam, 810.

Cap. XII.

Si quis inter nos fuerit Propheta Domini, f. 448.

In viſione apparebo ei, at non talis ſeruus meus Moyſes, f.844. f.849.

Cap. XIII.

De tribu Ruben, Zamua filius Zechur, fol. 75.

Cap. XIV.

Nolite aſcendere, non enim eſt Dominus vobiſcum, 673.

Nunc vtinam pereamus & non inducat nos Dominus in terram iſtam, 3.

Conſtituamus nobis ducem & reuertamur in Ægyptum, 755.

Cap. XVI.

Sufficiat vobis quod omnis multitudo ſanctorum, 60.

Eduxit nos vt occidat in deſerto, f.755.

Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo, 755.

Stetit inter viuos & mortuos & mitigatus eſt furor Dei, 564.

Cap. XVII.

Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, 419.

Cap. XXII.

Sicut vitulus ablingit herbam, 82.

Nonne animal tuum ſum cui ſemper ſedere ſoles, 286.

IN DEVTERONOMIVM.

Cap. I.

Ieſue filius Nun miniſter eius, 386.

Nolite aſcendere, non enim ſum vobiſcum, 673.

Cap. IV.

Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, 184.

Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem, fol. 440.

Cap. V.

Tu ſta hic mecum vt loquar tibi, 900.

Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Domini, 255.

Bene omnia ſunt locuti, 255.

Cap. VI.

Non tentabitis Dominum, 71.

Perſeueraui in monte, 40. diebus, f.395. f.396.

Non eſt qui eripiat de manibus meis, fol. 202.

Cap. X.

Dolaui duas tabulas lapideas, fol. 878.

Cap. XV.

Caue ne obliuiſcaris, 96.

Cap. XVIII.

Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum, f.255. f.256. f.546.

Cap. XXI.

Impugnotus eſt Iſrael, & recalcitrauit, 654.

Cap. XXIII.

Quod ſemel egreſſum eſt de ore tuo, 222.

Cap. XXIX.

Mortuus eſt Moyſes iubente Domino, 900

Cap. XXXII.

Ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum, 94.

Ipſi me prouocauerunt in eo, quod non erat Deus, 11.

Ponite omnia verba hæc quæ ego teſtificor vobis hodie, 185.

Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit, 384.

Lætare Zabulon in exitu tuo, f. 577.

Cap. XXXVII.

Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ neſcio vos, 600.

Cap. vlt.

Quando mortuus eſt, nec caligauit oculus eius, 905.

Nec caligauerunt oculi eius, 389.

IN LIBRVM IOSVE.

CAPVT I.

Et Deus erat cum ipſo, fol. 443.

Cap. II.

Noui quod tradiderit vobis Dominus terram hanc, 356.

Irruit in nos terror veſter, 356.

Cap. VIII.

Audiuimus quod ſiccauerit aquas maris rubri, 739.

Percuſſerunt eos in ore gladij, 94.

Cap. X.

Stabit ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus, 278.

Cap. XX.

Donec moriatur ſacerdos magnus, 281.

Cap. XXIV.

Mortuus eſt Ioſue filius Nun, 845.

IN LIBRVM PRIMVM Regum.

CAPVT VI.

*Occiſi ſunt ſeptuaginta viri honoratiores, fol.*427.

Cap. VII.

Abſit hoc à me, vt recedam à Domino, 819.

Saul timebat Dauid, eo quod Dominus erat cum eo, 911.

Vbi iudicabat Iſraelem, ædificauit etiam altare Domino, 119.

Cap. XII.

Tulit Samuel lenticulam olei, fol. 704.

Cap. XIV.

Aſcendamus quia tradidit eos in manibus noſtris, 75.

Cap. XV.

Vade percute Amalech, fol. 93.

Cap. XVI.

Homo videt quæ foris ſunt, 249.

Sanctificamini, & venite mecum ad immolandum, 623.

Cap. XVIII.

Quærite mihi mulierem Phytonem, 311.

IN LIBRVM SECVNDVM Regum.

CAPVT II.

Sterilis peperit ſeptem, fol. 543.

Cap. VI.

*Adduxerunt arcam ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini ſedentis ſuper Cherubim, f.*435.

Cap. VIII.

Hoc erit ius Regis qui vobis imperaturus eſt, f. 545.

Cap. XII.

*Dimicaui contra Regem Rabaath, fol.*135.

Cap. XV.

Quis me conſtituat iudicem, 137.

IN TERTIVM LIBRVM Regum.

CAPVT V.

Dedit Dominus Deus lucernam in Hieruſalem, fol. 325.

Cap. VI.

Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, f. 441.

Cap. VII.

Cherubim in ſimilitudinem hominis ſtantis, 437.

Cap. VIII.

In arca autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, 428.

Cap. XI.

Dabo tribum vnam, vt maneat lucerna Dauid, 235.

Cap. XII.

Nolite aſcendere Hieruſalem, ecce dij tui Iſrael, 382.

Cap. XIX.

*Foras egredere, & ſta in monte coram Domino, f.*865.

Operuit vultum ſuum pallio, 890.

IN QVARTVM LIBRVM Regum.

CAPVT II.

Pater mi currus, & auriga Iſrael, f.767.

Cap. XVII.

Teſtificatus eſt Dominus in Iſrael, fol.185.

LIB. I. PARALIP.

CAPVT XXVIII.

Aurum puriſſimum dedi, vt fieret ex eo ſimilitudo Cherubim, fol. 440.

Cap. XXIX.

Sedit Salomon ſuper ſolium Domini in Regem, fol. 155.

LIB. II. PARAL.

CAPVT IV.

Menſas decem poſuit eas in templo, f.463.

TOBIAS.

CAPVT IV.

Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu alteri feceris, fol.581.

Cap. XII.

Ego obtuli memoriam orationis tuæ, f.163.

IVDITH.

CAPVT VIII.

Improperium murmurationis contra Dominum protulerunt, fol..54.

Cap. IX.

Tu Domine cui manſuetorum, & humilium ſemper placuit deprecatio, f. 410.

Cap. X.

Tunc Ozias ſuſcepit eum in domum ſuam, fol.113.

IN IOB.

CAPVT I.

Audiens hæc ſurrexit, fol.839.
Non eſt ſimilis ei in terra, f.844.
Benedic Deo & morere, f.219.

Cap. VII.

Militia vita hominis ſuper terram, f.815.
f.663.

Cap. IX.

Si voluerit contendere cum eo, fol.218.
Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, f.760.

Cap. XIV.

Breues dies hominis ſunt, f.872.

Cap. XX.

Diuitias quas deuorauerat euomet, f.251.

Cap. XXII.

Nunc ſuper omnipotentem delitijs affluet, fol.225.

Cap. XXIII.

Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium, fol.174.
Bibent ſitientes diuitias eius, fol 138.

Cap. XXIV.

Nudos dimittunt homines, fol. 319.

Cap. XXVIII.

Terra ex ipſa egredietur panis ſubter verſus, fol.383.
Argentum venarum ſuarum habet principium, fol.406.

Cap. XXX.

Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquieſcit? fol.7.

Cap. XXXVIII.

Reſpondens Dominus de turbine, fol.162.

Cap. XL.

Behemoth principium viarum Domini, fol.852.

LIBER PSALMORVM.

PSAL. I.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum, fol.659.
Erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus, decurſus aquarum, fol.460.
Quis aſcendet in montem Domini, f.881.
Beatus vir qui poſt aurum non abijt, f.131.
In lege Domini voluntas eius, fol.431.

Pſalm. 2.

Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, fol.137.

Pſalm. 4.

Iraſcimini & nolite peccare, fol.779.
Angelis ſuis Deus mandauit de te, fol.451.

Pſalm. 5.

Perdes omnes qui loquuntur mendacium, fol.223.

Pſalm. 6.

Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam, fol. 568.

Pſalm. 7.

Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ, fol.755.
Locum aperuit, & effodit eum, fol.111.
Confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, ibid.

Pſalm. 8.

Eloquia Domini, eloquia caſta, fol.567.
Quoniam tu Domine ſuauis & mitis, f.885
Minuiſti eum paulominus ab Angelis, fol. 34.
Gloria & honore coronaſti eum, fol.447.
Minuiſti eum ab Angelis, fol. 438.

Pſalm. 9.

Vt quid Domine receſſiſti longe, fol.833.

Pro occultis filij, 450.

Pſalm. 10.

Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech, 545.

Pſalm. 11.

Argentum igne examinatum, f. 515.

Anima mea in manibus meis ſemper, 647

Saluum me fac, quoniam diminutæ ſunt veritates, fol. 592.

Argentum purgatum ſeptuplum, 300.

Pſalm. 13.

Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, fol.317.

Pſalm. 14.

Ponam in nubibus thronum meum, 219.

Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, fol.223.

Pſalm. 15.

Sub vmbra alarum tuarum protege me, fol.149.

Dixi Domino Deus meus es tu, fol. 153. fol. 344.

Pſalm. 16.

Protege me à facie impiorum, fol.419.

Pſalm. 17.

Super Cherubim volauit, fol. 439.

In auditu auris obediuit mihi, 373.

Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, fol. 449.

Occidit vites eorum in grandine, 238.

Aſcendit ſuper Cherubim, & volauit, 412.

Tenebroſa aqua in nubibus aeris, 102.

Tenebroſa aqua in nubibus aeris, 51.

Pſalm. 18.

In omnem terram exiuit ſonus eorum, 183.

Quæ non rapui tunc exoluebam, fol.436.

Meditatio cordis mei in conſpectu meo ſemper. 513.

Timor Domini ſanctus permanet, 252.

Delicta quis intelligit, 793.

Pſalm. 19.

Receſſiſti longe deſpicis in opportunitatibus, f.162.

Pſalm. 20.

Lætificas eum in gaudio cum vultu tuo, fol.465.

Pſalm. 21.

Ego ſum vermis, & non homo, fol.461.

Pſalm. 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit, fol.513.

Poſuiſti in conſpectu meo menſam, fol.514. f.115.

Pſalm. 24.

Vias tuas Domine demonſtra mihi, f.852.

Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas, f.885.

Propitiaberis peccato meo, multum eſt enim, fol.887.

Pſalm. 27.

Quæſiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram, f.848.

Pſalm. 28.

Ad veſperum demorabitur fletus, fol.16.

Pſalm. 31.

Die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, fol. 876.

Cantate canticum nouum, 472.

Verbo Domini cæli firmati ſunt, 420.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, fol. 495.

Pſalm. 32.

Verbo Domini cæli firmati ſunt, 474.

Quia in eo lætabitur cor noſtrum, 617.

Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum, 638.

Sicut in capite quod deſcendit in barbam, barbam Aaron, 638.

Pſalm. 33.

Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus, 25.

Accedite ad Deum, & illuminamini, 189.

Vultus Domini ſuper facientes mala, 94.

Non delinquent omnes qui ſperant in te, f.794.

Vultus autem Domini ſuper facientes mala, 465.

Diuites eguerunt, & eſurierunt, 469.

Multæ tribulationes iuſtorum, 489.

Pſalm. 36.

Declina à malo, & fac bonum, 354.

Pſalm. 37.

Computruerunt cicatrices à facie inſipientia mea, f.6.

Pſalm. 39.

Iniquitates comprehenderunt me, 487.

Statuit ſupra petram pedes meos, 873.

Pſalm. 41.

Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum, fol.

Si obliti ſumus nomen Domini, & ſi extendimus manus noſtras, 617.

Pſalm. 41.

In via hac qua ambulabam, 144.

Pſalm. 43.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, fol.676.

Pſalm. 44.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, fol. 6.

Myrrha, & gutta, & caſia, 409.

Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, fol. 697.

Lingua mea ſicut calamus ſcribæ, fol.698.
Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, ibid.
Immola Deo ſacrificium laudis, 110.
Pſalm. 45
Videte quoniam ſuauis eſt Dominus, 420.
Ne auertas faciem tuam à me, 848.
Pſalm 46.
Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt, fol.377.
Pſalm. 47.
Magnus Dominus, & laudabilis nimis, fol.200.
Pſalm. 48.
Immola Deo ſacrificium laudis, fol.654.
Non dabunt Deo placationem ſuam, nec pretium redemptionis animæ ſuæ, 488.
Pſalm. 49.
Si eſuriero non dicam tibi, meus eſt enim orbis, 344.
Congregate mihi ſanctos, 368.
Pſalm. 50.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, 261
Tibi ſoli peccaui, 822.
Ecce in flagella paratus ſum, 835.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, 642
Miſerere mei Domine, quoniam inops ſum, fol. 193.
Pſalm 51.
Ego quaſi oliua fructifera, 167.
Pſalm. 56.
Filij eorum dentes arma, & ſagittæ, 239.
Pſalm. 58.
Si non fuerint ſaturati & murmurabunt, fol.4.
Pſalm. 61.
Quia tu reddes ſingulis ſecundum opera ipſorum, 481.
Pſalm. 66.
Illuminet vultum ſuum ſuper nos, 465.
Pſalm. 67.
Mons Dei mons pinguis, 483.
Terra mota eſt à facie Dei Iſrael, 181.
Pſalm. 68.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, fol.804.
Non abſorbeat me profundum, neque vrgeant me, 642.
Pſalm. 70.
De ventre matris meæ, tu es protector meus, 419.
Pſalm.72.
Quid mihi eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram, 765.
Pſalm. 77.
Tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent eſcas, 11.
Mandauit nubibus deſuper, & ianuas cæli aperuit, 51.
Panem Angelorum manducauit homo, 51.
Dirupit petram, & fluxerunt aquæ, 875.
Cum occideret eos quærebant eum, 60.
Pſalm. 79.
Qui ſedes ſuper Cherubim, 435.
Non cuſtodierunt teſtamentum Dei, 415.
Qui ſedes ſuper Cherubim, 450.
Pſalm. 80.
Ego ſum Dominus Deus tuus qui te eduxi, &c.32.
Pſalm. 81.
Ego dixi dij eſtis, 504.
Pſalm. 82.
Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt, 415.
Pſalm. 83.
Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum, 380.
Ambulabunt de virtute in virtutem, 395.
Pſalm 84
Iuſtitia ante eum ambulabit, 449.
Pſalm. 85.
Oſtende mihi Domine miſericordiam tuam, 848.
Pſalm.87.
Ipſi de manu ſua repulſi ſunt, 768.
Pſalm 90.
Scuto circumdabit te veritas eius, 890.
Angelis ſuis Deus mandauit de te, 216.
Pſalm. 93.
Qui ſedes ſuper Cherubim, 452.
Pſalm. 94.
Non obduretis cor veſtrum, 71.
Pſalm. 95.
Cantate Domino canticum nouum, fol.931.
Pſalm. 97.
Nubes & caligo in circuitu eius, 161.
Pſalm. 98.
Cuſtodiebant teſtimonia eius, 185.
Iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim moueatur terra, 446.
Manifeſtare coram Ephraim, 448.
Pſalm. 100.
Eſcam dedit timentibus ſe, 15.
Mutauerunt gloriam ſuam, 410.
In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, 785.
Qui ambulat in via immaculata hic mihi miniſtrabit, 157.
Tu es ſacerdos in æternum, 157.
Miſericordias, & iudicium cantabo tibi, 4.
Pſalm. 101.
Domine memoriale tuum in generatione & generationem, 867.
Pſalm 102.
Facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius, 160.
Notas fecit per Moyſem voluntates ſuas, fol. 851.
Pſalm. 103.
Impleta eſt terra poſſeſſione tua, 487.
Qui facis Angelos ſuos ſpiritus, 461.

Pſalm. 104.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum, f.81.
Memor fuit in ſæculum teſtamenti verbi ſui, 886.
Pone cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ labijs meis, 787.
Nolite tangere Chriſtos meos, 481.
Nolite tangere Chriſtos meos, 17.
Pſalm. 105.
Fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt ſculptile, 741.
Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli, 742.
Quærite Dominum, & confirmamini, 848
Si non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione, f. 759.760.
Miſit ſaturitatem in animas eorum, fol.7.
Pſalm. 106.
Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, 5.
Pſalm. 107.
Moab lebes ſpei meæ, 523.
Paratum cor meum Deus, 153.
Pſalm. 109.
Ante luciferum genui te, 670.
Pſalm. 113.
Habitaui cum habitantibus Cedar, f.694.
Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum, 440.
Pſalm. 117.
Hæc eſt dies quam fecit Dominus, &c. 117
Lapidem quem reprobrauerunt ædificantes, 88.
Filij tui ſicut nouellæ oliuarum, 167.
Pſalm. 118.
In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam, f.370.
Dilexi mandata tua ſuper aurum, 431.
Doce me iuſtificationes tuas, 271.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, 415.
Ego dixi dij eſtis, & filij Excelſi, 242.
A mandatis tuis intellexi, 173.
Viam mandatorum tuorum cucurri, 147.
Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua, 185.
Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo, 83.
Leuaui manus tuas ad mandata tua, 83.
Deprecatus ſum faciem tuam, 850.
Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, 23
Humiliatus ſum vſquequaque Domine, fol.103.
Pſalm. 125.
Venientes autem venient cum exultatione, 345.
Pſalm. 126.
Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem fruſtra vigilat, &c. 853.
Pſalm. 128.
Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum, 500.
Pſalm. 130.
Sacerdotes eius induam ſalutari, 599.
Domine non eſt exaltatum cor meum, 103.
Pſalm. 133.
Sicut vnguentum in capite quod deſcendit, f.704.
Pſalm. 138.
Forſitan tenebræ conculcabunt me, f.472.
Confirmata eſt ſcientia tua ex me, 447.
Pſalm. 140.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum, 409.
Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu meo, 681.
Pone cuſtodiam ori meo, 642.
Aſcendat ad te Domine oratio mea, 466.

LIBER PROVERBIORVM.

CAPVT I.

Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, fol.885.
Fili mi ne ambules cum eis, 239.
Sicut cinnamomum & balſamum odorem dedi, 698.
Prouerbia Salomonis filij Dauid Regis Iſrael, 798.
Cap. IV.
Oculi tui recta videant, fol.624.
Cap. V.
Funiculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringetur, 212.
Bibe aquam de ciſterna tua, 296.
Cap. VI.
Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, 216.
Deprehenſus in furto ſeptuplum reddet, fol. 300.
Cap. VII.
Abijt via longiſſima, 215.
Cap. IX.
Doce iuſtum, & feſtinabit accipere, 123.
Cap. X.
Audiens ſapiens ſapientior erit, 121.
Cap. XI.
Vbi non eſt gubernator populus corruet, 316
Cap. XIV.
Amici diuitum multi, fol. 104.
Cap. XVII.
In igne probatur argentum, 406.
Cap. XVIII.
Frater qui adiuuatur à fratre, tanquam ciuitas firma, 688.
Cap. XIX.
Diuitiæ addunt amicos plurimos, 104.
Multi colunt perſonam potentis, 705.
Cap. XXII.
Ne tranſgrediaris terminos antiquos, 168.
Cap. XXIV.
Septies in die cadit iuſtus & reſurgit, fol. 822.
Qui arguunt eum laudabuntur, 331.
Cap. XXV.
Aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius

bonum de terra longinqua, 350.

CAP. XXVII.

Melior eſt manifeſta correctio, quam amor abſconditus, f.122.

CAP. XXVIII.

Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, 852.

CAP. XXX.

Oculum, qui ſubſannat patrem, effodiant eum corui, 283.

CAP. XXXI.

Byſſus & purpura indumentum eius, 488

ECCLESIASTES.

CAPVT I.

Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, f.22.909.

Verba Eccleſiaſtes filij David Regis Hieruſalem, 798.

CAP. IX.

Omnia hæc tractaui in corde meo, vt curioſe intelligerem, 768.

CAP. X.

Muſcæ morientes perdunt ſuauitatem odoris, f.494.

LIBER CANTICI Canticorum.

CAPVT I.

Canticum Canticorum Salomonis, fol.798.

Meliora ſunt vbera tua vino, 283.

Meliora ſunt vbera tua vino, 34.

Nigra ſum, ſed formoſa filia Hieruſalem, fol.510.

Nigra ſum, ſed formoſa filia Hieruſalem, f.771.

CAP. II.

Introduxit me in cellam vinariam, 20.

En ipſe ſtat poſt parietem, 15.

CAP. III

Emiſſiones tuæ paradiſus, 605.

Tota pulchra & abſque macula, 682.

Sicut fragmen mali punici, 709.

Vniuſcuiuſque enſis ſuper fœmur ſuum, fol.600.

CAP. IV.

Sicut vitta coccinea labia tua, 583.

Sicut fragmen mali punici genæ tuæ, 604. 605.

Fons hortorum, f.9.

Paſce hædos tuos, 751.

Deſcendi ad hortum nucum, 475.

CAP. V.

Anima mea liquefacta eſt, 870.

Anima mea liquefacta eſt, 342.

Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarum, 367

Genæ illius ſicut areolæ aromatum, 408.

CAP. VI.

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata, 419

Quid videbis in Sunamite, niſi choros caſtrorum, f.900.944.

Pulchra es amica mea, & ſuauis, 39.

CAP. VII.

Videamus ſi floruit vinea, 41.

Ecce iſte venient in montibus, 68.

CAP. VIII.

Lampades eius, lampades ignis, 540.

Fortis eſt vt mors dilectio, 577.

Pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, 153.

Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, 870.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAPVT I.

Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, fol.429.

Sanctus ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum fol.212.

Auris Zeli audit omnia, 215.

CAP. II.

Coronemus nos roſis, 250.

CAP. III.

Exiſtimata eſt malitia exitus illorum, 769.

CAP. V.

Accipiet armaturam zelus, 215.

CAP. VI

Sacramenta Dei non abſcondam, 440.

CAP. VII.

Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, 566.

CAP. XII.

Miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, fol.357.

CAP. XVI.

Omne delectamentum in ſe habentem, 24.

Manna deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, 28.

Quod ab igne non poterat exterminari, fol.40.

CAP. XVIII.

In veſte poderis totus erat orbis terrarum, f.549.562.

Interſtitis, & amputauit impetum, 562.

CAP. XXV.

Æſtimauerunt ludum vitam noſtram, fol. 748.

ECCLESIASTICVS.

CAPVT I.

Altiora te ne quæſieris, fol.173.

CAP. III.

Honora patrem, vt ſuperueniat tibi benedictio, f.232.236.

Qui honorat patrem vita viuet longiore, fol.232.236.

Gloria hominis ex honore patris, 232.

Benedictio patris firmat domos filiorum, fol.232.

Cap. VI.

Honora patrem tuum, & matrem, & ſuperueniet tibi benedictio, 236.

Eſi amicus ſocius menſæ, 104.

Quanto magnus es humiliare in omnibus, fol. 406.

Cap. VII.

Neque fratrem chariſſimum auro ſpreueris, fol. 251.

Noli eſſe iuſtus multum, 290.

Ne iuſtificaueris teipſum in conſpectu Domini, 813.

Noli fieri iudex niſi valeas irrumpere iniquitates, 130.

Cap. XI.

Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ, 638.

Cap. XIII.

Omne animal diligit ſibi ſimile, 239.

Cap. XVII.

Vaſa figuli probat fornax, 349.

Cap. XVIII.

Oratione tanquam ſcuto diuini furoris iacula retorſit, 561.

Cum conſummauerit homo tunc incipit, 441

Cap. XIX.

Qui modica ſpernit paulatim decidet, 748

Cap. XX.

Dona excæcant oculos iudicum, 339.

Cap. XXIII.

Qui aurum diligit non iuſtificabitur, 251.

Nihil melius quam timere Deum, 195.

Cap. XXV.

Qui timet Dominum cuſtodit mandata eius, 180.

Cap. XXVI.

Fornicatio mulieris in excellentia oculorum, f. 624.

Cap XXXV.

Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate, 613.

CAPVT XXXVII.

Cinxit illum in tintinnabulis, 508.

Cap. XL.

Gratiam & ſpeciem deſiderabit oculus, 854

Tripliciter ſol exurens montes, 213.

Cap XLIII.

Compleuit Moyſes manus Aaron, & vnxit illum, 657.

Cap. L.

In altaris ſancti aſcenſu, 263.

ISAIAS.

CAPVT I.

Principes tui infideles ſocij furum, fol. 616.

Audi populus meus, & loquar Iſrael, fol. 154.

Manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine, 239.

Erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtupæ, 791.

Si volueritis, & audieritis me bona terræ comedetis, 194.

Cap. II.

Venite aſcendamus ad montem Domini, fol. 483.

Erit mons præparatus in vertice montium, fol. 89.

Adorauerunt eos quos fecerunt digiti eorum, 312.

Congregamini vnus, & vnus filij Iſrael, fol. 203.

Cap. V.

Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, 744.

Cap. VI.

Sex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant, 446.

Væ mihi quia tacui, 700.

Sanctus S. S. Dominus Deus exercituum, fol. 222.

Sanctus S. S. Dominus Deus exercituum, fol. 612.

Cap. IX.

Erit altare Domini in medio Ægypti, 942.

Cap. X.

Reliquiæ ligni ſaltus præpaucitate numerabuntur, 203.

Cap. XII.

Requieuit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, 477

Cap. XIV.

Sedebo in monte teſtamenti, f. 477. 478.

Cap. XX.

Per plateas ciuitatis nudus, 625.

Cap. XXI.

Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini, 451.

Cap. XXII.

Figatur paxillus in loco fideli, 637.

Cap. XXIII.

Non eſt cingulum vltra tibi, 620.

Perdidiſti omnem memoriam eorum, 93.

Cap. XXVI.

Sicut quæ concipit cum appropinquauerit ad partum, 179.

Cap. XXVII.

Ciuitas munita deſolata erit, 825.

Cap. XXVIII.

Ecce ego mittam in fundamentis, 88.

Cap. XXXIV.

Ad punctum in modico dereliqui te, 884.

Cap. XXV.

Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos, 162.

Cap. XL.

Concidit vt flos, 509.

Super montem excelſum aſcende tu, 472.

Cap. XLI.

Gloriam meam alteri non dabo, 203.

Cap. XLV.

Suſcitaui eum Regem cum iuſtitia, fol. 157.

Cap. XLVI.
Vocans ab Oeiente auem, 147.
Cap. XLVII.
Quia ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum, fol. 93.
Cap. XLVIII.
Indutus eſt veſtimentis vltionis, opertus eſt quaſi pallio Zeli, 799.
Cap. LIII.
Deſpectum & vltimum virorum, 906.
Iniquitates eorum ipſe portabit, 617.
Pro nobis dolet, 618.
Cap. LIV.
Dilata locum tentoeij tui, 537.
Cap. LV.
Expandi manus meas ad te tota die, 80.
Cap. LVII.
Iuxta me diſcooperuiſti, 204.
Cap. LVIII.
Si vocaueeis ſabbatum dedicatum, 225.
Clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, 472.
Cap. LIX.
In foetitudine gentium comedetis, 132.
Cap. LX.
Ad annuntiandum manſuetis miſit me, fol. 478.
Cap. LXI.
Spiritus Domini ſupee me, 477.
Cap. LXVI.
Sicut cæli noui, & noua terra, quæ ego ſtare facio coram me, 504.

HIEREMIAS.

CAPVT I.
Priuſquam te formarem in vtero, 821.
Ecce dedi verba mea in os tuum, 926.
Cap. II.
Quomodo dicis non ſum polluta poſt Baalam non ambulaui, 638.
Dereliquerunt venam aquarum viuentium, 154.
Cap. IV.
Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, 208.
Cap. V.
Peopter hoc non viſitabo ſuper filias veſtras, f. 212.
Cap. VII.
Mulieres conſpergunt adipem, 113.
Noli orare pro populo hoc, 821.
Non locutus ſum cum patribus veſtris, &c. f. 260. 259.
Cap. IX.
Omnis amicus ſupplantatione ſupplantat, f. 843.
Docete filias veſtras lamentum, 624.
Cap. X.
Ipſe eſt Deus viuens, eſt Rex ſempiternus, fol. 719.
Cap. XI.
Tu ne ores pro eis, 819.
Cap. XVII.
Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera, 43.
Nolite ambulare poſt Deos alienos, 312.
Maledictus homo qui confidit in homine, fol. 441.
Cap. XXVII.
Ne occureas Domino, 758.
Cap. XXXI.
Conſummabo ſuper domum Iſeael, 188.
Dabo legem meam in viſceribus eorum, f. 772.
Dilectione æterna dilexi te, 863.
Cecauit Dominus nouum ſupee terram, 891
Cap. XLVI.
Caſtiga nos Domine in tuo iudicio, 819.
Cap. XLVIII.
Qui facit opus Domini negligentee maledictus, 147.

THRENI.

CAPVT I.
Attendite & videte, ſi eſt doloe, ſicut dolor meus, fol. 942.
Deriſerunt ſabbata mea, 225.
Cap. II.
Leuemus corda noſtra, 83.
Cap. III.
Bonum viro ſi poetauerit iugum ab adoleſcentia, 41.
Cap. IV.
Quomodo obſcuratum eſt aurum, 472.

EZECHIEL.

CAPVT I.
De igne egrediebatur fulgur, 572.
Cap. III.
Vade & ingredere ad domum Iſrael, 841.
Cap. VIII.
Habebant dorſa contra templum Domini, fol. 516.
Cap. IX.
Quoniam tu deles reliquias Iſeael, 819.
Cap. X.
Educam vos de populis, & adducam vos ad deſertum, 368.
Sabbata mea dedi eis, vt ſint ſigna inter me & ipſos, 720.
Cap. XIV.
Obteeam ſtabilimentum panis, & immittam in eam famem, 821.
Cap. XVI.
Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſuperbia ſaturitas panis, 624.
Diſcedet Zelus meus à te, & non iraſcar vltra, 212.

CAP. XVIII.

In quacumque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor, fol. 642.

Anima quæ peccauerit ipſa morietur, f. 93. 295.

Filius non portabit iniquitatem patris, fol. 210.

Tu ſignaculum ſimilitudinis, 856.

CAP. XX.

Dedi præcepta mea bona, 194.

CAP. XXIII.

Ponam in te zelum meum, 215.

CAP. XXXI.

Dolore & flagello caſtigaberis, 212.

CAP. XLIII.

Et gradus eius verſi ad Orientem, 263.

DANIEL.

CAPVT III.

Erecta eſt flamma ſupra fornacem cubitis, fol. 49. 180.

Miſſi ſunt in medium fornacis, 254.

CAP. IX.

Sine hoſtia, ſine ſacrificio, ſine ſacerdote, 23.

OSEAS.

CAPVT II.

Ecce ducam eam in ſolitudinem, 144.

CAP. III.

Dies multos ſedebunt filij Iſrael ſine Rege, fol. 590.

CAP. IV.

Comedunt peccata populi, 616.

Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, &c. 429.

CAP. XI.

Voca nomen eius non dilecta, 154.

IOEL.

CAPVT III.

Stillabunt montes dulcedinem, f. 145.

AMOS.

CAPVT V.

Nunquid hoſtias, & ſacrificium obtuliſtis mihi? f. 370.

IONAS.

CAPVT III.

Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur, 769.

MICHÆAS.

CAPVT III.

Principes eius mercede docebant, fol. 597.

CAP. V.

Sculptilia noſtra ſunt, fol. 207.

NAHVM.

CAPVT I.

Dominus patiens, fol. 211.

ABACVC.

CAPVT I.

Facies hominis ſicut piſces maris, 879.

CAP. III.

In medio duorum animalium cognoſceris, fol. 451.

Cornua in manibus eius, ibi abſcondita eſt fortitudo, f. 614. 904. 906.

SOPHONIAS.

CAPVT I.

Erit fortitudo eorum in direptionem, 132.

In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, fol. 215.

ZACHARIAS.

CAPVT III.

Super lapidem vnum ſeptem oculi, fol. 88. 444.

Offeretur oblatio munda, 463.

Non ſuſcipiam de manu veſtra, 465.

CAP. III.

Inferte omnem decimationem in horreum meum, 424.

CAP. IV.

Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, fol. 530.

CAP. V.

Iniquitas ſuper plumbi talentum, fol. 481.

INDEX
AVCTORITATVM NOVI TESTAMENTI, QVÆ IN HOC VOLVMINE EXPLICANTVR.

MATTHÆVS.

CAPVT I.

GENVIT Salomonem ex ea qua fuit Vria, fol. 242

Paries Filium, & vocabis nomen eius Ieſum, 752.

Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, 419.

Cap. II.

Turbatus eſt Moyſes, & omnis Hieroſolyma cum eo, 910.

Cap. III.

Baptizabit vos ſpiritu & igne, 757.

Cap. IV.

Non in ſolo pane viuit homo, 466.

Cap. V.

Diligite inimicos veſtros, 193.

Qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, 212.

Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, 247.

Luceat lux veſtra coram hominibus, 461.

Ego dico vobis non iurare omnino, 219.

Pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, 278.

Si quis te percuſſerit in dextera maxilla, fol. 289.

Ego autē dico vobis non reſiſtere malo, 290.

Qui occiderit reus erit iudicio, 242.

Cap. VI.

Non mœchaberis, ego autem dico vobis qui viderit, 241.

Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, fol. 222.

Si oculus tuus nequam fuerit unge caput tuum, & faciem tuam laua, 641.

Cū oratis nō eritis ſicut hypocritæ triſtes, 178

Non poteſtis Deo ſeruire & māmonæ, 208.

Non poteſtis duobus dominis ſeruire, 251.

Dimitte nobis debita noſtra, 319.

Cap. VII.

In qua menſura menſi fueritis, 232.

Nonne in nomine tuo prophetauimus, 245.

Omnia quæcumque vultis, vt faciant vobis homines, 581.

In quo iudicio iudicaueritis iudicabimini, fol. 394.

Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, 222.

Cap. IX.

Serua mandata, 535.

Cap. X.

Non veni pacem mittere in terram, 802.

Cap. XI.

Iugum meū ſuaue, & onus meum leue, 642

Cap. XII.

Si ergo in ſpiritu Dei eycio dæmonia, 724

Dixit, ecce mater mea, & fratres mei, 809.

Cap. XIII.

Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum, 43.

Cap. XIV.

Quarta vigilia venit ad eos ambulans ſuper mare, 7.

Cap. XV.

Hypocritæ bene prophetauit de vobis, 221.

Nō periurabis, reddes autē Domino, &c. 223

Deus dixit honora patrem, 233.

Si quis iratus fuerit fratri ſuo, &c. 238.

Nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa, 26.

Cap. XVI.

Caro & ſanguis non reuelauit tibi, 258.

Cap. XVII.

Reſplenduit facies eius ſicut ſol, 905.

Cap. XVIII.

Omne debitum dimiſi tibi, 319.

Qui ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, fol. 460.

Si duo ex vobis cōſenſerint ſuper terrā, 171

Non ſolū ſepties, ſed ſeptuagies ſepties, 212

Cap. XX.

Conuentione autem facta miſit eos in vineam ſuam, f. 160.

CAP. XXI.

Malos male perdet, & vineam ſuam locabit alijs, 882.

CAP. XXII.

Aneenſum licet Cæſari ſoluere, 825.

Diliges Dominum ex toto corde tuo, 200.

CAP. XXIII.

Dicunt, & non faciunt, 593.

Hieruſalem Hieruſalem, quæ occidis Prophetas. 600.

Quoties volui congregare filios tuos ſub alas, 148.

CAP. XXIV.

Vt det illis in tempore tritici menſuram, f. 463.

Dicunt enim & non faciunt, 721.

CAPVT XXVI.

Accipite & comedite, hoc eſt corpus meũ, 465

Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem, f. 454.

Amice quomodo huc intraſti, 129.

Hic eſt ſanguis noui Teſtamenti, 372.

Scidit veſtimenta ſua, 1·6.

CAP. XXVIII.

Ecce vobiſcum ſum omnibus diebus, 863.

Baptizate gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, 868.

LVCAS.

CAPVT I.

Gratia plena Dominus tecum, fol. 56.

Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, 419.

Non eſt impoſſibile apud Deum omne Verbum, 7·7.

Viſitauit nos Oriens ex alto, 533.

CAP. II.

Inueniſti gratiam apud Deum. 846.

CAP. V.

Exi à me Domini quia homo peccator ſum, fol. 869.

CAP. VI.

Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, &c. 483.

CAP. IX.

Neſcitis cuius ſpiritus eſtis, 883.

Qui te percuſſeret in dexteram maxillam tuam, præbe, &c. 193.

Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, 231.

CAP. X.

Maria ſedens ſecus pedes Domini, 217.

Qui vos ſpernit me ſpernit, 14.

CAP. XI.

Porro in digito Dei eijcio dæmonia, 457.

Si ergo in digito Dei eijcio dæmonia, f. 724.

CAP. XII.

Quis me conſtituit iudicem inter nos, 587.

Vidua hæc plus omnibus miſit, 400.

Sic eſt qui theſaurizat non eſt in Deum diues, 431.

Nolite timere eos qui occidunt corpus, 130.

Sint lumbi veſtri præcincti, 475.

CAP. XIII.

Non capit Prophetam perire extra Hieruſalem, 429.

Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, 195

CAP. XVII.

Cum omnia bene feceritis dicatis ſerui inutiles, 441.

Duo homines aſcenderunt in Templum, vt orarent, 642.

Cum feceris omnia quæ tibi præcepta ſunt, fol. 765.

CAP. XVIII.

Non ſum ſicut cæteri hominum, 829.

CAP. XX.

Veniet & perdet colonos iſtos, 882.

CAP. XXII.

Accipiens panem benedixit, Iuda oſculo filium hominis tradis, 188.

CAP. XXIII.

Si hæc faciunt in viridi, in arido quid fiet, fol. 460.

Dimitte illis quia neſciũt quid faciũt, 814

Dimitte illis quia neſciũt quid faciunt, 942

CAP. XXIV.

Nonne cor noſtrum ardens erat cum loqueretur nobis in via, 342.

CAP. VLT.

Incipiens à Moyſe, & omnibus Prophetis, &c. f. 517.

IOANNES.

CAPVT I.

In principio erat Verbum, fol. 413.

Videbitis Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis, 444.

Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti, 447.

CAP. II.

Deum nullus vidit vnquam, 378.

CAP. V.

Pater meus vſque modo operatur, & ego operor, f. 229.

Maiorem hac dilectione nemo habet, 942.

Non poſſum ego à meipſo quicquam facere, fol. 119.

CAP. VI.

Litigabant Iudæi adinuicem, &c. f. 8.

Niſi manducaueritis carnem filij hominis, 9.

Patres noſtri manducauerunt manna, f. 22. 28.

CAP. VII.

Quia nondũ Ieſus erat conglorificatus, 520

CAP. VIII.

Ecce honorifico patrem meum, 236.

CAP. X.

Ambulabat Ieſus in Templo in porticu Salomonis, 929.

Bonus paſtor ponit animam ſuam pro ouibus ſuis, 461.

CAP. XIII.

Cum intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, 112.

CAP. XIV.

Lignum ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, fol. 460.

Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, fol. 217. 218.

CAP. XV.

Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, 843

CAP. XVI.

Cum venerit ſpiritus ille veritatis, &c. 592

CAPVT XVII.

Nunc clarifica me pater, 424.

CAP. XIX.

Conſummatum eſt, 374.

Ecce mater tua, 233.

CAP. XX.

Inſufflauit dicens, Accipite Spiritum ſanctum, 520.

CAP. XXI.

Petre amas me, 937.

CAP. VLT.

Paſce oues meas, 562.

ACTA APOSTOLORVM.

CAPVT II.

Factus eſt repente de cælo ſonus, fol. 396.

Nonne hi qui loquuntur natione ſunt Galilæi, 606.

Vos autem ſedete in ciuitate, 87.

CAP. VII.

Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum, 490.

CAP. XV.

Hoc eſt iugum quod vos, nec patres veſtri portare potuiſtis, 147.

Fide purificans corda eorum, 374.

CAP. XX.

Alligatus ſpiritu vado in Hieruſalem, 468

CAP. VLT.

Seditque ſupra ſingulos eorum,

AD ROMAN.

CAPVT I.

Inſipiẽtes, incompoſitos, ſine affectione, 330

Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, 429.

Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum, f. 451. 517.

Inuiſibilia ipſius a creatura mundi intellecta conſpiciuntur, 812.

Digni ſunt non ſolum qui ea faciunt, 239.

Non ſolum qui male faciunt, ſed qui conſentiunt, 295.

Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, fol. 203.

Mutauerunt gloriam incommutabilis Dei, fol. 742.

Gratias ago Deo meo, 743.

CAP. V.

Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, f. 383.

Per peccatum introiuit mors in mundũ, 186

Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſem, 434.

CAP. VII.

Video aliam legem reſiſtentem legi meæ, 91.

CAP. VIII.

Æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis, 720.

In quo clamamus Abba Pater, 520.

Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, 177.

Quod enim mortuus eſt peccato viuit Deo, fol. 685.

Certus ſum, quia nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Chriſti, 819.

Cum nondum nati fuiſſent, aut aliquid mali egiſſent, f. 821.

CAP. IX.

Accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum, 969.

Poſt velamen ſecundum, &c. aureum habens thuribulum, & arcam, 680.

Chriſtus aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum peramplius, 685.

Veritatem dico in Chriſto non mentior, 820

CAP. X.

Prope eſt verbum in ore tuo, 222.

Æmulationem quidem Dei habebant, ſed non ſecundum ſcientiam, 123.

Ore confeſſio fit ad ſalutem, 688.

Græcis ac Barbaris debitor ſum, 963.

CAP. XII.

Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, 519.

Si eſurierit inimicus tuus ciba eum, 335.

CAP. XIII.

Non in comeſſationibus, & ebrietatibus, f. 624.

PRIMA AD CORINTHIOS.

CAPVT I.

Qui nobis factus eſt ſapientia, & iuſtitia Deo, fol. 610.

CAP. III.

Sapientia noſtra ſtultitia eſt apud Deũ, 550

Væ mihi ſi non Euangelizauero, 607.

Cum venerit quod perfectum eſt euacuabitur, quod ex parte eſt, 667.

CAP. V.

Auferte malum ex vobis, 893.

CAP. VI.

Fornicarij regnum Dei non poſſidebunt, 242

CAP. IX.

Corpus meum caſtigo, & in ſeruitutem redigo, 605.

Carnem ſuam caſtigent, & in ſeruitutem ſuam redigant, 620.

Factus ſum Iudais Iudaus, 30.
Omnes qui in agone contendit, 103.

CAP. X.

Neque idololatra efficiamur, 748.

CAP. XI.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, 694
Si noſmetipſos iudicaremus non enim iudicaremus, 643.

CAP. XII.

Membra quæ ignobiliora putamus his abundantiorem honorem circumdamus, 717.

CAP. XIII.

Charitas patiens eſt, benigna eſt, 679.
Si linguis hominum loquar & Angelorum, 404.
Charitas nunquam excidit, omnia ſuffert, 392

CAP. XV.

Sicut portauimus imaginem terreni, 612.
In nouiſſima tuba mortui reſurgent, 176.
Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur, 434.
Vbi eſt mors victoria tua, 434.

II. CORINTH.

CAP. I.

Teſtimonium conſcientia noſtra, 963.
Vt mundemur ab omni inquinamento carnis, 166.

CAP. II.

Qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, 305.

CAP. III.

Cum legitur Moyſes velamen poſitum eſt, 177
Ita vt non poſſent filij Iſrael intendere in faciem Moyſi, 904. 907.
Non glorificatum eſt quod claruit ex hac parte, 905. 908.
Cum autem Iſrael conuerſus fuerit ad Dominum amouebitur velamen, 517.
Velum in corde ipſorum, 21.

CAP. IV.

Non contemplantibus vobis quæ videntur, 939

CAP. VI.

Neque rapaces regnum Dei poſſidebunt, 283

CAP. VII.

Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, 531.
Propter fornicationem vnuſquiſque vxorem habeat, 286.

CAP. X.

Siue manducatis, ſiue bibitis &c. omnia in Dei gloriam facite, 519.
Biberunt de petra ſpirituali, 72.
Satanas transfigurat ſe in Angelum lucis, 441

AD GALATAS.

CAP. II.

Deſpondi vos vni viro virginem caſtam, 212

CAP. III.

Quicumque in Chriſto eſtis baptizati, 222.
Ordinata per Angelos in manu mediatoris, 255
O inſenſati quis vos faſcinauit & ſic ſtulti eſtis &c. 441.

CAP. IV.

Cum venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum, 873.

CAP. V.

Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt, 404.
Manifeſta ſunt opera carnis quæ ſunt ſcortatio & idololatria, 749.

CAP. VI.

Quod ſeminauerit homo hæc & metet, 13.
Nolite errare Deus non irridetur, 93.
Mihi autem abſit gloriari niſi in cruce Domini, 612.

AD EPHESIOS.

CAP. III.

Habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris, 414.

CAP. IV.

Aſcendit Chriſtus in altum, 204.
In ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis, 475.

CAP. V.

Imitatores Dei eſtote, 227.
Fornicator non habet hæreditatem, 242.
Eratis aliquando tenebræ, 248.
Aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus, 249
Fornicatio aut immunditia non nominetur in vobis, 342.
Nolite inebriari vino, 576.
Imitatores Dei eſtote, 227.

CAP. VI.

Gladium ſpiritus aſſumite, 77.

AD PHILIPPENSES.

CAP. I.

Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, 151.
Habitu inuentus vt homo, 305.
Habens in corde & in viſceribus meis, 583.

CAP. III.

Per quem omnium iacturam feci, 38.
Quorum Deus venter eſt, 205.
Conuerſatio noſtra in cælis eſt, 595.
Omnia reputaui tanquam ſtercora, vt Chriſtum lucrifacerem, 939.

AD COLOSENSES.

CAP. I.

In omnibus ipſe principatum tenet, 418.
Quæ ſunt vmbra futurorum, 396.

CAP. III.

Quæ ſurſum ſunt quærite, 537.
Nunc autem deponite omnem iram, 612.
Deponaiſt fornicatio, immunditia, &c. 242.

PRIMA AD THESALONIC.

CAP. IV.

Abſtinete à fornicatione, vt poſſideatis vas veſtrum, 242.

CAP. V.

Dies Domini ſicut fur in nocte veniet, 215.

II. AD THESALONICENSES.

CAP. II. *Oſtendens ſe tanquã ſit Deus*,684

I. AD TIMOTHEVM.

CAP. I. *Oportet autem & teſtimonium habere bonum*,476.

Venit Ieſus in hunc mundum peccatores ſaluos facere,461

Regi ſæculorum immortali & inuiſibili, 378.

CAP. II. *Leuantes manus puras ſine ira*,465

Nemo militans Deo,103.

Volo autem vos orare in omni loco, 82.83.

CAP. III. *Quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu*,51.

Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,118

Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat, 461.

CAP. IV.

Pietas ad omnia vtilis eſt,640.

Inſta opportune importune, 87.

CAP. V.

Honora viduas quæ vere viduæ ſunt,231.

Si quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit,f.234.

CAP. VI.

Oportet Epiſcopum eſſe irreprehenſibilem, 539

Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem,251.

Lucem habitat inacceſſibilem,162.

II. AD TIMOTH.

CAP. II. *Dabit tibi Dominus in omnibus intellectum*,514.

Nouit Dominus qui ſunt eius,859.

CAP. IV.

Tu vero vigila in omnibus labora,468.

AD TITVM.

CAP. III. *Apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri*,221.

AD HEBRÆOS.

CAP. IV. *Nuda & aperta ſunt oculis Dei*,200

CAP. V.

*Neque quiſquam aſſumit honorem, &c.*545

CAP. VII. *Innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus*,444.

*Rex Salẽ quod eſt Rex pacis ſine patre, &c.*227

CAP. VIII. *Qui vmbra & exemplari deſeruiunt cæleſtium*,413.

CAP. IX. *Poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum*,55.

Arca in qua & manna, 56.

Accipiens ſanguinem cum aqua & lana,371 372.

CAP. XI.

Exterritus ſum & tremebundus,256.

Introiuit ſemel in ſancta, 281.

CAP. XII. *Non acceſſiſtis ad tractabilem montem & acceſſibilem ignem*, 174.

I. PETRI APOST.

CAP. I. *Prænuntiauit eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones*,875.

CAP. II. *Nos autem genus electum, regale ſacerdotium*,157.

CAP. III.

Chriſtus ſemel pro peccatis mortuus eſt,685.

Venient in nouiſſimis diebus,325.

CAP. IV. *Nec quiſquam veſtrum tanquam fur aut maledicus*,251.

CAP. V. *Non vt dominantes in cleris ſed forma facta gregi*,468.

II. PETRI.

CAP. II. *Domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitremini*,353.

Ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini, 264.

I. EPIST. B. IOAN. APOST.

CAP. III. *Omnis homicida non habet vitam in ſe manentem*,239.

Non diligamus lingua & verbo, ſed opere & veritate, 540.

CAP. IV.

Perfecta charitas foras mittit timorem,65.

Qui manet in charitate in Deo manet,414.

CAP. V. *Mandata eius grauia non ſunt*,375

Hæc eſt charitas Dei, vt cuſtodiatis mandata eius,195.

EPIST. B. IACOB. APOST.

CAP. III.

Si quis indiget ſapientia poſtulet à Deo, 576

APOCALYPSIS.

CAP. I.

Fecit nos regnum & ſacerdotes Deo,158.

Primogenitus mortuorum,204.

Qui habet claues mortis,243.

CAP. II. *Qui ambulat in medio ſeptem candelabrorum*,855

CAP. III. *Ego ſto ad oſtium & pulſo*,215.

Si non vigilaueris veniam ad te,215.

CAP. VI. *Requiẽ nõ habebãt die ac nocte*,412

Habebant ſinguli cytharas aureas, 409.

CAP. V. *Ecce in medio throni & quatuor animalium*,477.

Phialas aureas plenas odoramentorum, 681

CAP. VIII. *Stetit Angelus iuxta altare habens thuribulum*, 409.

CAP. X. *Accipe librum & deuora illum*,429.

CAP. XIV.

Si quis adorat beſtiam & eius imaginem, 313.

Vidi agnum ſtantem & cum eo centum quadraginta 4. millia,612.

Beati mortui qui in Domino moriuntur, 533.

CAP. XIX.

Sequuntur agnum quocumque ierit habentes ſignum,617.

Byſſus ſunt iuſtificationes ſanctorum, 620

Venerunt nuptiæ agni & vxor eius præparauit ſe,488.

CAP. XXI.

Dominus Deus omnipotens templum illius eſt,414.

FINIS.

INDICVLVS PATRVM, PRÆTER eos qui in primo commentariorum noſtrorum in Geneſim volumine in medium adducuntur, quorum auctoritate, noſtri confirmantur conceptus in Exodum.

A

ABBAS Vercellenſis cuius nomen diu incognitum vocatur Thomas Gallus Canonicus regularis ſancti Victoria, primus Abbas monaſterij S Andreæ Vercellenſis, ſcripſit commentarium in D. Dionyſij Areopagitæ libros de cœleſti hierarchia.

Antonius Gueuarra, non Franciſcanus Presbyter, præter alia ſcripſit in prophetam Abakuc commentarios, iuxta hiſtoricam intelligentiam elegantes, pios & eruditos.

Adamus Abbas de Perſeonia ordinis Benedictini, vir in diuinis ſcripturis eruditiſſimus, ſcripſit ſermones ad fratres de ſanctis de variis argumentis, quoſdam ſcripturæ locos explicuit.

S Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis, ſcripſit contra Fœlicem Vrgelitanum Epiſcopum de inſolentia Iudæorum de Iudaicis ſuperſtitionibus, florebat anno 833 in auctuario bibl. SS. P.

Alexander Pontifex Max. huius nominis ſextus varia ſcripſit & Epiſt. ad Hugonem Eterianum, f. 9. bibl. SS. P.

Alexander Anglus ſummam ſeu deſtructorum vitiorum edidit.

Alexander Eremitarum D. Auguſtini Prior generalis, deinde Cardinalis poſteritati reliquis de Chriſti ortu ſermones 100. de cœna cum Apoſtolis, &c.

Alchimos ſiue Alcimus Auitus, vir ſanctus dialogos aduerſus Arrianam hæreſim, quæ Africam omnem & magnam Galliæ, Italiæ partem occupauerat, Latine conſcripſit cum aliis pluribus tractatibus.

Amabilis Presbyter inter Aruernos, miræ ſanctitatis, vixit anno 480. plura de eo narrantur dicta in actis vitæ eius

Andronicus auctor Græcus, cuius meminit Photius in ſua bibliotheca aduerſus Eunomianos duos ſcripſit ſermones.

Amalarius Fortunatus Epiſcopus Treuirenſis, ſcripſit quatuor libros de diuinis officiis in bibl. SS. P.

S. Antoninus ordinis Prædicatorum, varia ingenij ſui monumenta poſteritati conſecrauit, hiſtoriam tribus tomis diſtinctam, ſummam Theologiæ, &c.

S Antonius Paduanus, licet in 1. tomo commentariorum noſtrorum in Geneſim, nominatus fuerit in indice auctorum, tamen quia hic à nobis citatur in ſacram Scripturam, denuo in lucem prodit, ne tibi hoc inauditum ſit, quia nunc ſub prælo à me mandatur eius opera, quibus adieci expoſitionem myſticam in ſacram Scripturam ex M.S.C.

Artapanus apud Euſeb. Cæſarienſem.

Archelaus Epiſcopus Meſopotamiæ, librum diſputationis ſuæ quam habuit aduerſus Manichæum, exeunte è Perſide Syro ſermone compoſuit, qui in Græcum tranſlatus fuit, citatur à B. Cyrillo. Hieroſol. Cathec 6. floruit, 280.

Arnobius Afer auctor vetutiſſimus commentarios pios & eruditos in Dauidem emiſit.

Athanaſius Patriarcha Conſtantinopol. edidit Græco idiomate, octo epiſtolas de neceſſaria Epiſcoporum reſidentia.

B

Baſilius Imperator Conſtant. ſcripſit cap. 60 exhortationum ad Leonem filium cognomento Philoſophum, in bibl. SS. P.

Benedictus Max. Pontif. ſcripſit epiſtolam ſatis prolixam de ſancta Trinitate.

Bertharius Gallus regij ſanguinis Generalis Abbas ordinis S. Benedicti, plura ſcripſit proſa, & etiam verſibus in vita S Benedicti, quæ excuſa eſt in tertio volumine poëmatum Proſperi Martinengi.

Bonifacius de Ceua ordinis noſtri, vir eruditus quadragaſimala, reſponſionem ad Apologiam, contra ſe factam de excellentia Religionis Chriſtianæ ſcripſit; fuit Miniſter Prouincialis Prouinciæ Franciæ; florebat anno 1500.

S Brigita vidua quæ à Bonifacio 9. relata eſt in numerum ſanctarum, cuius reuelationes diligenter examinatæ & approbatæ.

S Brunus Lygno Epiſcopus Signinus, deinde Monachus Caſſinenſis, in Pentatheuc. Pſalmos, Iſaiam, Apocalypſim edidit &c. floruit an. 1110.

S Bonifacius Martyr, plures epiſtolas ſcripſit, quas reperies in 2. tom auct. bibl SS. P.

C

Coſmas Hieroſol. vir ſanctus in ſanctam Chriſti Theogoniam feſtaque alia & myſteria hymnos ſcripſit, qui extant tom 8. bibl. SS. P.

Concilium Pariſienſe.

Concilium Conſtantienſe.

Concilium Meldenſe.

Concilium Tiburienſe.

Concilium Ancyranum.

Concilium Laodicenum.

Cornelius Muſſus Franciſcanus Epiſcopus Bitontinus, vir incomparabili ingenij fœlicitate prædictus, plura eruditiſſime poſteritati conſignauit, ſed doctiſſimum in Epiſtolam ad Romanos commentarium edidit.

Chriſtophorus à Caſtro ſocietatis Ieſu, libros

quatuor de vaticinio, & in duodecim minores prophetas commentarios edidit.

D

Damaſus Pontifex maximus auctor, plurium librorum tam carmine quam ſoluta oratione, nec non plurium epiſtolarum quæ extant inter litteras aliorum ſummorom pontificum.

Daniel Malkinius Hierooyinianæ coogregationis litterarum ſacr. in acadamia Bononienſi profeſſor, præter alia vberes in ſtvgmata Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſacræ ſudori impreſſa dedit elucidationes.

E

Eechiel vel Eacchielus Græcis carmioibus exitum populi Hebræi conſcripſit: viuebat anno 667.

Erualdus citatus in allegoriis Tilmani.

Ericus Monachus, vitam Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi metrico ſtylo luculenter ſex libellis ſcripſit.

S. Edmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus libellum, qoi dicitur ſpeculum Eccleſiæ ad Ciſtercienſes Monaſterij Pontiniacenſis ſcripſit.

Euatiſtus Papa duas epiſtolas, quarum vna eſt ad omnes Epiſcopos Africanos, altera de Epiſcopis eiectis & aliis eorum loco ſubſtitutis edidit

F

Fortunatus Scacchua ordinis Eremitarum D. Auguſtioi Apoſtolici ſacrarij præfectus, ſci ipſit erudite tria volumina, primi titulus, Mirothecium ſacroprofanum ſacrorum Elæoſcrimatum, quibus ex antiquis Latinis & Græcis ſcriptoribus, quidquid ad nomina, antiquitatem, vſom & abuſum oleorum & vnguentorum ex ſacris habetur litteris dilucide explicatur: ſecundi titulus, Mirothecium alteró conſecrationis explicans compoſitionem, & vſum vnguenri à Deo inſtituti ad conſecrationem altarium ſacerdotum, & omniom Moſaicorum vtenſilium: tertij titulus eſt de inaugurarione regia Iſraelitici, io eo explicantur Reipublicæ Iſraeliticæ ordines, tam ſenatorij quam militares, inangurationis pompa, &c.

Franciſcua Mayronios ordiois noſtri, nuncupatns doctor illuminatus, plura reliquit poſteritati ingenij ſui præſtantiſſimi monnmenta, vt commentarios in Geneſim, in quatuor libros ſentẽtiarum, de decalogo ſermones varios, &c.

Felicianus Capitonus Archiepiſcopus Auenionenſis, ſcripſit explicationes Catholicas Veteris & Noui Teſtamenti locorum quibua abutebantur ad tutandas hæreſes ſuas à fide Apoſtatæ.

Fœlix Ennodius Epiſcopus, qui floruit tempore Symmachi & Hormiſdæ pontificum, plures nobis peperit libros 9. epiſt. alia opuſc. in 1. ro Auct. Bibl. SS P.

Franciſcus Ximenes Patriarcha Ieroſolym. librum edidit de vita Chriſti eiuſdem nominis, & de eadem materia habeo M S. Cod qui fuit ordinis noſtri Seraphici Doctor Pariſienſis, an autem fuerit Patriarcha ignoro.

Fabiani ſummi pontificis duæ ſunt epiſtolæ, ſed in prima quæ eſt ad comminiſtros, delendũ, quod de Nouato & de nouatiano ſcriptum eſt: ſecunda in qua agit de criſmate conficiendo exiſtimatur eſſe ab aliquibus apocrypha.

G

Gelaſius Romanus huius nominis Pontifex Max. præter alia librum edidit, cuius eſt hæc ioſcriptio, aduerſus Andromachum ſenatorem cæteroſque Romanos, qui Lupercalia ſecundum morem priſtinum colenda conſtituebant hunc habet Baronius tom. 6. ſuorum annalium ſub anno D 496

Gerardus Lorichius Hamalarius Germanus, plura poſteritati conſignauit, inter alia compendium textus Gloſſatorum in omnes vtriuſque teſtamenti libros.

S. Germanus Patriarcha Conſtant. ſæculo 12. fragmentum de ſacris Synodis habemus cum aliis to. 1 Auctarij Bibl. SS. P.

Goffridus Abb. Vindocinenſis S. Priſcæ Cardinalis epiſtol lib. 4 opuſcula 17. ſermones varios reliquit in 1. tom. auctarij Bibl. SS. P.

H

Hormiſdæ Pootif. Max habetur epiſtola ad poſſeſſorem Epiſcop in cauſa Orientalium, inſerta eſt to 7. Annaliũ Card. Baron. ſub an. 516

Hermias Philoſophus breuem tractatum emiſit quem inſcripſit irriſio gentilium Philoſophorum, extat to. 4. Bibl SS. P.

Humbertus doctrina & pietate ioſignis Dominicani ordinis magiſter plurima & hæc pietatem redolentia poſteritati reliquit de eruditione religioſorum librum, ſermones ad omne hominum genus pertinentes, &c.

Hunilus Epiſcopus Lugdunenſis, anno 833. contra Iudæos tractatum edidit.

Hogo à Palma Carthuſianus de triplici via illuminatiua, purgatiua, vnitiua librum nobis reliquit.

Hubertus Archiepiſcopus, ſcribit epiſtolam ad Lullum, quæ eſt ſeptuageſima inter eas quæ ſunt D. Bonifacij.

I

Iacobus Lauſanneoſis Epiſcopus Lauſannæ, magni vir nominis ſua ætate, ſicut & ingenij, varia in ſacram Scripturam edidit commenta, florebat in ſacru ordine Dominicanorum, anno 1317.

Innocentius I. ſumm. Pontif. plura ſcripſit, nempe decretum Occidentalium & Orientalium Eccleſiarum, aduerſus Pelagianos de regulis Monaſteriorũ, de Iudæis, de Paganis, &c.

Iacobus Naclantus Clugienſis Epiſcopus, ſcripturæ medullã arcanorum Chriſti, quibus ſingulæ mundi ætates ſunt locupletatæ edidit.

Iacobus Bolducius ſacri ordinis Capucinorũ Pariſ. pietatis & eruditionis doctiſſimos poſteritati reliquit in Iobum commentarios duobus voluminibus comprehenſus, ſcripſit fœliciter & ſolide librum de Eccleſia ante & poſt legem, plura in dies meditatur vir venerandæ ſenectutis & plenus bonorum dierum.

Ioannes de Turrecremata Cardinalis S. Sabinæ, varia edidit, in Pſalterium poſtillam ſermones de tempore, &c.

Ioannes Gualenſis ordinis noſtri, qui anno 1300. florebat, varia edidit ingenij ſui monumenta, vt lectiones in ſcripturam, in Apocalypſim lucubrationes.

Iacobus Bonfrerius Societatis Ieſu Pentateuchum Moyſis, librum Ioſue, docta expoſitione litterali illuſtrauit, plura in dies daturus.

Iacobus Ianſſenius Theologiæ Louanij profeſſor, plura poſteritati reliquit ingenio ſuo digna in Pſalterium, in Iob, in Cantica Canticorum.

Ioannes Sariſberienſis Epiſcopus Carnotenſis, plura ſcripſit, opus pœnitentiale, de nugis curialium, &c. viuebat anno 1182.

Ioannes Erigena Venerabilis Bedæ, diſcipulus libros quatuor in Euangelium Matthæi, vnum de diuiſione naturæ, alterū de officiis humanis ſcripſit, &c.

Ioannes Carpathiorum Epiſcopi, capita hortatoria ad Monachos ex India habes. t. 1. Auct. SS. P.

S. Ignatius fundator Societatis Ieſu, conſtitutiones & exercitia ſpiritualia conſcripſit.

Ioannes Cantacuzenus Imperator Conſtant. ſeſe imperio abdicans Monachus factus Ioſaphat appellatus eſt, ſcripſit contra Saracenorum hæreſim, pro Chriſtiana Religione apologias quatuor contra Mahumetem orationes quatuor.

L

Lucij Papæ epiſtolæ & decreta habentur, t. 1. Concil.

Leidradi Epiſcopi Lugdunenſis epiſtolæ habentur, 2. to Auct. Bibl SS. P.

Ludolphus Saxo Carthuſianus eruditam in Pſalmos edidit expoſitionem, hiſtoriam ſeu vitam Saluatoris è quatuor Euangeliſtis collectā.

Lucas Brugenſis Theologus, edidit commentarium in quatuor Euangeliſtas.

Ludouicus Legionenſis ordinis D Auguſtini, ſcripſit nitidam & elegantem expoſitionem in Cantica Canticorum in Pſal. 26.

M

Mattæus Boſſæus Venonenſis Canonicus Regularis D Auguſtini; ſcripſit recuperationes Feſulanas, quæ ad res Eccleſiaſticas atque politicas ſpectant, quæ ita inſcriptæ quod è multis diſperſis atque deperditis recuperatæ atque in vnum redactæ ſunt, plura alia edidit.

Matthæus Bredembachius Gymnaſiarcha, apud Embricam commentaria erudita, & pia commentaria nobis reliquit in 69 Pſalmos, in ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium ſecundum Matthæum.

Michael Augrianus Generalis Prior Ordinis Carmelitani, inter alia libros quinque commentariorum in vniuerſum Pſalterium, more ſcholaſtico conſcripſit.

Michael Mediolanenſis Ordinis noſtri, vir Apoſtolicus, Euangelicæ, veritatis feruentiſſimus concionator, qui licet ab Antonio Poſſeuino, poſt noſtrum Villotum in Athenis Franciſcanis, dicatur ſolum compoſuiſſe ſermones vndecim ſcholaſtico more in decalogum, ex vigeſimo Exodi capite, apud me habeo ſermones ſeptuaginta ſeptem in idem Exodi cap. t.

Minutius Fœlix (vt habet D. Hieron in catalogo ſcriptorum) Romæ inſignis Cauſidicus ſcripſit dialogum Chriſtiani & Ethnici, qui Octauius inſcribitur D. Cypriani temporibus viuebat.

Michael Glycas annales hiſtoriæ Byzantinæ, conſcripſit quos tamen Latine donatos habemus.

Maximi Planudis, oratio in corporis Ieſu Chriſti ſepulturam, & Sacroſanctæ Dei Matris lamentationem, t. 1. Auct Bibl. SS P.

Methodij Epiſcopi non illius, qui martyrio fuit condecoratus ſcripſit ad eos qui dicunt, quid nobis profuit Filius Dei crucifixus in terra, & homo factus &c to 1. Auct Bibl. SS. P.

Martialis Epiſcopi Lemouicenſis duæ habentur epiſtolæ, vna ad Burdigalenſes, altera ad Tholoſanos, to. 3. Bibl SS. P.

Marſilius Ficinus Florentinus, plura poſteritate reliquit tāto digna ingenio tum Platonica, tum Theologica; vt commentarium in epiſtolam D. Pauli, librum de Religione Chriſtiana aliqui tenent Philoſophica caute legenda, omnia eius opera de nouo excuſſa hoc anno 1640. Pariſiis prodeunt.

Nicolaus Remigius Lotharingus, vir nobilis & iudex Dæmonolatriæ libros tres edidit.

Nicephorus Gregoras hiſtoriam Eccleſiaſticam Græce ſcripſit, quomodo ſit legendus, vide lib. 1. Bibliothecæ ſelectæ Antonij Poſſeuini.

Nicetas Comates magnus Logotheca ſecretorum libros quinque orthodoxæ fidei, Græcò idiomate conſcripſit, in quorum primis tribus Chriſtianiſmi iecit fundamenta, quarto autem ac quinto Arcanorum & Eunomianorum hæreſes confutauit.

Nicolaus à S. Albano Ordinis D Benedicti, qui ad pontificatum aſſumptus Adriani 4. nomen accepit, plura ſcripſit inter alia decretales epiſtulas ad Henricum ſecundum contra Hybernos.

O

Odo Pariſienſ Epiſ ſcripſit Synodicas conſtitutiones, t 6. Bibl. SS. P.

S Ottonis Balembergenſis Epiſcopi acta.

Orientius, quem alij Orentium, alij vero Orientem dicunt ſanctam commonitorium verſibus, hexametris & pentametricis mixtis adidit.

P

Philotheus Patriarcha Conſtant. orationem encomiaſticam ſcripſit in Greg. Nazianz. Baſilium M. & Ioan. Chryſ.

Pantaleo Preſbyter monaſterij Byzantinorū, ſcripſit narrationem in Exaltationem venerandæ & viuificæ Crucis de luminibus ſanctis, id eſt de Domino Ieſu Chriſto, & ſancto eius præcurſore ſermonem, to 2. Bibl SS P.

Petrus Nannus Batauienſis expoſuit Cantica Canticorum, ſapientiam Salomonis, & plures Pſalmos.

Petrus Carnotenſis Cancellarius, ſcripſit paraphraſim in Pſalmos, viuebat anno 1030.

Pacianus Barcinonæ Epiſcopus, ſcripſit varia opuſcula, epiſtolas ad Symphonianum Nouatianum libellū hortatorium ad pœnitētiam.

Placidus Parmenſis Ordinis Prædicatorum reliquit in omnes Pſalmos Dauidicos explanationem eruditione, elegantia & breuitate inſignem.

Pius Secundus antea Æneas Syluius reliquit commentarios rerum memorabilium, quæ ſuis contigere temporibus, & plura alia vnico volumine comprehenſa.

Petrus Thyræus Societatis Ieſu hæc opera edidit de variis tam ſpirituum quam viuorum hominum prodigioſis apparitionibus & nocturnis infeſtationibus, de dæmoniacis librum, in quo dæmonum obſidentium conditio obſeſſorum hominum ſtatus deſcribatur.

Petrus Serranus Doctor & Canonicus Complotenſis, reliquit commentarios in Leuiticum & Ezechielem.

B. Petrus de Alcantara Ordinis noſtri Seraphici & Prouincialis D. Gabrielis Prouinciæ, in qua licet indignus habitu ſeraphico indutus, in eadem profeſſionem emiſi: cum autem ab ea ernaſſet prouincia S Didaci, in eam tranſlatus, officio lectoris tam in Philoſophia quam in Theologia, per plures annos functus ſum, hic autem S Petrus edidit librum vere aureum de meditatione & oratione.

Philippus Solitarius vir aſceticus Græce, ſcripſit dioptram id eſt regulam ſiue amuſſim rei Chriſtianæ, quatuor libris ſiue dialogis conſcriptam, quæ Latine reddita à Iacobo Pontauo.

Philippus Preſbyter auditor B Hieron. tres libros commentariorum edidit in Iob. Gennadius teſtatur familiares eius epiſtolas maxime ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias legiſſe.

Polycronius Epiſcopus Apameæ Diodori Tarſenſis Epiſcopi auditor, ſcripſit Græca commentaria in Iob, quorum fragmenta plura extant in Catena Græca explanationum in Iob.

S' Polycarpus Ioannis Apoſtoli diſcipulus ſcripſit epiſtolam ad Philippenſes in Bib. SS. P.

Pachomius ex gentili milite factus monachus, deinde Abbas, regulam monachorum dictante Angelo ſcripſit, t. 1 Auct Bibl SS. P.

Procli Archiepiſc Conſtant. homilia de Natiuitate Domini habetur 1 to. Auctarij Bibl. SS. PP cum ſerm. de Transfig eiuſdem Domini cum epiſt. ad Ioan. Epiſcop. Antiochiæ.

R

Ricardus Pampolitanus Eremita, vir in diuinis ſcripturis præſtans, ſcripſit in Pſalterium Dauidicum breuem & dilucidam enarrationem, & exegeſin in aliquot capita Iob in Threnos Ieremiæ, &c.

Robertus Arboricenſis Epiſcop Anglus ſcripſit pro cælibatu ſacerdotum per elegantem & ſolidum librum, quem inſcripſit Axioma Catholicum.

Robertus Lincolnienſis Epiſcopus varia edidit, in Pſalterium ſuccinctos commentarios, ſummam Theologiæ, de computo Eccleſiaſtico, &c.

Robertus Senalis Epiſcopus Abricenſis ſcripſit de cœna Domini, contra Martinum Bucerum, librum vnum de diuortio Moſaico, per Euangelicam legem, &c.

Ricardus à S. Laurentio varios edidit libros eruditos de Laudibus Deiparæ.

S

Stephanus Heduenſis Epiſcopus ſcripſit de Sacramento Altaris; ea autem occaſione agit de ſacris Ordinibus & quomodo Chriſtus Eccleſiaſticas adminiſtrationes aut ſuſceperit, aut exercuerit

Simeonis Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, qui claruit anno 995 ad Dadonem Epiſcopum Carmina in 2 to. Auct. Bibl. SS. PP.

Stephanus Papa primus varias conſcripſit epiſtolas decretales, to. 1. Concil.

Sylueſtri huius nominis ſecundi ſummi Pontificis plures habentur epiſtolæ to. 10. annalium Cardin. Baronij.

Sello apud Tilmanum in allegoriis veteris Teſtamenti.

T

Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis epiſtola optimis ſaluberrimiſque vitæ Chriſtianæ documentis referta legitur t 2. Auct. Bibl. SS. PP.

S. Thomæ Cantoarienſis Epiſcopi & Martyris plures epiſtolæ habentur 12. t. annal. Card. Baronij.

Thomas Cantiſpratenſis Ordinis Prædicatorum opus de myſticis apibus ſcripſit de cauſis rerum.

Thomas de Turrecremata Ordinis Prædicatorum Inquiſitor generalis, directorium pro Inquiſitoribus ſcripſit.

Theophanis Ceramei Archiepiſcopi Tauromeniæ in Sicilia orationes ante Exaltationem pretioſæ & viuificæ Crucis, tom 2. Auct. Bibl. SS. PP.

V

Vincentius Lirinenſis aureum ſcripſit librum aduerſus profanas omnium hæreſum nouitates, in Bibl. SS. PP.

Vualafridus Monachus & Abbas Monaſterij Augiæ diuitis congregationis Luxouienſis ſcripſit de officiis diuinis ſiue de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarum librum qui extat, t. 6. Bibl. SS. PP.

Vverembertus Cutienſis ordinis D. Benedicti monachus Sangalienſis edidit commentarios in Apocalypſim.

Vvolfangus Sedelius aliis Sedulius concionator Ducalis monacenſis ſcripſit epiſtolas diuerſas & alia, claruit anno 700.

Vitalis ordinis noſtri ſcripſit poſtillam in Apocalypſim, commentarios in Prouerbia & in quatuor Euangeliſtas, ſpeculum totius S. Scripturæ ordine alphabetico digeſtum.

FINIS.

COMMENTARIORVM LITERALIVM ET CONCEPTVALIVM IN EXODVM.

TOMVS SECVNDVS.

SYNOPSIS CAPITIS XVI.

Veniunt Iſraelitæ in deſertum Sin, vbi murmurantibus Iſraelitis de ciborum inopia, coturnices primo, deinde & manna à Deo ipſis tribuitur: præſcribitur quantum, & à quo tempore manna colligi debeat, idem de Sabbato ſeruando præceptum datur. Iubetur denique à Moyſe Aaron, certam mannæ menſuram, in monumentum & futuri temporis memoriam reponere & coram Deo aſſeruare.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

V*lg* Profectiq; ſunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Iſrael io deſertum Sin, quod eſt ioter Elim & Sinaï, quinto decimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſſi ſunt de terra Ægypti.

Sept. Promouerunt autem de Elim, & venerunt omnis Synagoga filiorum Iſraël io deſer-
A tum Sin, quod eſt inter Elim & Sina, quinta autem die & decima die menſe ſecundo, cum ipſi exiuiſſent de terra Ægypti.

Cald. & Pag Venit omnis cœtus filiorum Iſraël in deſertum Sin.

Vulg Et murmorauit omnis cōgregatio filiorū Iſraël contra Moyſen, & Aarō in ſolitudine.

Sept. Murmurauit omnis Synagoga filiorum Iſraël aduerſus Moyſen, & Aaron.

CONCORDIA.

NVlla quidem eſt hîc diſcordia, nam כל־עדת vel eſt omnis multitudo, vel omnis Synagoga, vel omnis cœtus, verbū autem נסע profi-
B ciſci, promouere ſe, & vltra progredi ſignificat. Sept. non habent in ſolitudine, ſed facile ſub intelligitur.

EXPOSITIO.

P*Rofecti ſunt de Elim*, media duce columna nubis, *omnis multitudo filiorum Iſrael*, nec non Ægyptiorum vulgus promiſcuum quod cum filijs Iſrael aſcenderat, *in deſertum Sin*, duplex erat in ſcriptura, vnum iocipit à littera ס ſamech סין Sin de quo hîc, alterum à littera צ tſade צין tshin de quo Num. 20. vbi mortua eſt Maria, & petra bis percuſſa aquas dedit. prius hoc ioter mare rubrum & montem Sinai interiacet, & quamuis probabiliter cum illo altero coniunctum ſit habet tamen ab eo diſtinctum nomeo, ſicuti à deſerto ſuperiori qood dicitur Sur, quodque puto etiam duobus illis Sin coniunctum fuiſſe, quia in vaſtis ſolitudinibus pars

tes ferè habent propria nomina à fluuijs, montibus, aut locis vicinis, ad commodiorem diſtinctionem: patet autem ex Numer. 33. præteritam hic vnam manſionem; non enim immediatè ex Elim venerunt in deſertum Sin, ſed altera interceſſit manſio, quæ hic omittitur, quia nihil peculiare in ea contigit. *Quintadecima die menſis ſecundi*, puta trigeſimo die ab egreſ-A ſu ex Ægypto, egreſſi ſunt enim decimo quinto die menſis primi, decimo vero quinto die menſis ſecundi in Sin venerunt. *Murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael*, dicitur *omnis*, idest maxima pars, murmurauit autem, farinâ quæ in Ægypto fuerat ſubacta partim deficiente, partim autem nauſeam excitante.

CONCEPTVS.

Inaudita impietas hominum qui eo tempore delinquunt, quo remedia peccatorum parantur.

1. *Venit multitudo filiorum Iſrael in Sin, & murmurauit contra Moyſen & Aaron.* Quandonam id contigit? quinto decimo die menſis ſecundi, B poſtquam egreſſi ſunt de Ægypto: ac ita eximium opus eſt murmuratio populi, vt neceſſe fuerit obſeruare illius diem & menſem? nonne ſatis erat eam manifeſtam fuiſſe, obuolutis ſilentio die & menſe? merito vterque obſeruatur, vt ex tempore agnoſcatur Iudæorum impietas, erat enim decimus quintus dies menſis ſecundi deſignatus ad Paſchale ſacrificium, pro ijs qui vel negotijs occupati, vel peccatis conſtricti non potuerant primi menſis Paſcha celebrare, cum populo: & quidem ita impij homines vt tunc nouis ſe ſceleribus implicent, detractiuni ſtudeant, cum alijs paratur ſalutis remedium. mens eſt Orig. homil. 7. in Exod. (Origen.) *Quid etiam dicit* (inquit) *ſcribitur in qua murmurauerat populus? ſecundo inquit menſe quintadecima die menſis. quod vtique non abſque vlla ratione ſcriptum eſt: recordare de legibus Paſcha quæ ſcri-*C *pta ſunt, & inuenies ibi hoc eſſe tempus quod ſtatuitur ad ſecundum Paſcha faciendum his qui immundi in anima fuerint, vel occupati in rebus peregrinis. Qui ergo non fuerant immundi in anima, vel non longè peregrinabantur quarta decima die menſis primi Paſcha fecerunt, qui autem immundi erant ſecundum Paſcha in hoc tempore faciunt.*

Neſcit ingratus niſi maleficijs compenſare beneficia.

2. *Venit omnis multitudo filiorum Iſrael in Sin & murmurauit contra Moyſen & Aaron.* Quid damni ab eis vobis illatum eſt? imo recurrite præterita, quot ab eis in vos illata ſunt beneficia? an è memoria vobis excidit tranſitus maris rubri &c. facilè ab ingrato beneficia labuntur, ea ſciunt detractione & maleficijs compenſare. Fauet Cyrill. lib. 4. ſuper Ioann. c. 5. (S. Cyrill.) *Ego etiam*D *quæ apud Moyſen ſcripta ſunt mente ſæpe reuoluens, quaſi paternam hæreditatem murmurationem de rebus bonis ad Iudæos deſcendiſſe comperio, quam ſemper in pernicioſum deueniſſe reipſa cognoſcere licet: murmurabant illi aduerſus Deum ex ingratitudine, in deſerto, murmurant & iſti de Chriſto & ſaluatorem ſuum inobedientia ſua vituperant: ſed draco venenoſus eos mordebit, ſemper enim in perniciem inobedientia ſolet exire.*

Iuſtus tanquam aroma tribulationis igne ſuauius redolet.

3. *Venit omnis multitudo filiorum in Sin & murmurauit contra Moyſen & Aaron.* Quid? an Moyſes & Aaron ſibi detrahi iniuſtè à populo, pro cuius ſalute tot labores exantlarant, æquo ferent animo? cũ agnouerint, an illud moleſtè patientiſſimo hanc ſatis grauẽ tentationem æquanimiter tolerarunt, ſcientes viros iuſtos tanquam aromata tribulationis & tẽtationis igne flagrare ſuauius. ad id ſpectauit Idiota l. 2. de vera Pœnitentia, dũ ait, (S Idiota.) *Sicuti vnguenta non ſolent redo-*B *lere niſi agitentur, & aromata fragrantiam ſuam emittere, niſi incendantur: ita viri iuſti virtutes tribulationibus maxime innoteſcere ſolent.* Licet enim Chriſti bonus odor ſint in omni loco, vt dicebat Apoſtolus, tamen iſte odor tunc maximè ſentitur, cum aduerſitatibus, detractionibus, tentationibus iuſti præmuntur. eadem fuit S. Laurentij Iuſtiniani mens de hac re, dum de Patientia c. 2. ita loquitur, (S. Laurentij Iuſtiniani.) *Sicut aromata odorem ſuum cum incenduntur, expandunt, ita & in nobis omne quod virtutibus redolet in tribulatione, per patientiam innoteſcat.*

In tribulatione non murmurandum, ſed Deo gratiarum agendæ actiones.

Venit omnis multitudo filiorum Iſrael in Sin, & murmurauit contra Moyſen & Aaron Qua de causa? ait Ioſephus, exortum eſt murmur mul-C titudinis contra ductorem, omnem miſeriæ ſuæ cauſam in vnum illum conferentis, triginta enim dierum itinere confecto, commeatum omnem quem ſecum extulerant, iam abſumptum conſiderabant, & cum nihil alimentorum in terra deſerta inuenirent, minimum à deſperatione aberant, atque ita præſenti egeſtate, præteritorum tam Dei quam Moſis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati ſunt; quid? Propter egeſtatem veſtro detrahitis benefactori? gratias ei agite non ſolũ in proſperis, ſed etiam in aduerſis? ita tenerentur, vt debito ſuo ſatisfacerent. Nam vt optime S. Nilus, *In omnibus quando à Deo corriperis, ne murmura, caſtigat enim vt pater ideoque vt benefactor dignus eſt vt gratiarum actione celebretur.* Probi viri nota eſt in aduerſitatum fluctibus Deo gra-D tias agere, ſolidæ virtutis conſignatio eſt in tribulationum æſtu gratiarum actionem ad Deum mittere, qui pœnas miſit & flagella, quidni? Deus medicus eſt dũ flagellat, chirurgus dũ vrit & ſecat, opportuna vulnerum medicina tribulatio, gratus medico cœleſti ſit qui ab eo curatur, etiam ille à vobis mercedẽ non quærit, quã gratiarum actionem, indignus ſanitate, qui ſordidus eſt hanc negat, ſed etiam murmurat. 4.

(Ioſephus. lib. 3 c. 1.)

(S. Nilus in Paræneſ.)

Spurij non legitimi, qui ſolum in proſperis ſciunt Deo gratias agere.

Venit omnis multitudo filiorum Iſrael in Sin, & murmurauit contra Moyſen & Aaron, quid? fame præmebatur, vel ſaltem eam futuram timebat. nonne cum Moyſe poſt tranſitum maris rubri illud eximium canticum in actionem gratiarum cecinistis? cur igitur nunc in exigua fa- 5.

tis aduerſitate, Moyſi detrahitis? nonne in omni euentu Deus laudibus efferendus? ita ſane, ſic enim filij legitimi non ſolum in proſperis, ſed etiam in aduerſis ſciunt eum benedicere, ſpurij autem & illegitimi ſolum in proſperis;
S. Antioch. rectè ſanctus Antiochus Homil. 117. *Sane ipſi conſolamur ſive affligat nos quæpiam tribulatio, & quocunque in ſtatu conſiſtimus, iuxta Apoſtolicam ſententiam gratiarum actionem debemus exſoluere: tribulationibus igitur attriti tanquam & legitimi, non item vt ſpurij, tanto ampliorem debemus rependere gratiarū actionem*, & nōnullis intellectis ait. *Hoc inſigni argumēto internoſcitur qui nihil fucatè gratus eſt, dum intermedias deprehenſus calamitates toto pectore gratias agit Domino: contra cognoſcibile indicium viri malè grati, is dum angitur quapiam tribulatione, ſi eſt querulus, ſi murmure interſtrepit, ſi diſcruciatur de hac miſeria, ſi tueatur cauſam ſuam, & excuſet innocentiam, & ſi qua his ſimilia* vt igitur te legitimum fidel filium probes, flagellis cæſus, calamitatibus preſſus, gratias age.

VARIET. LECT. Verſ. 3.

Vulg. Dixerunt filij Iſraël ad eos, vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium & comedebamus panem in ſaturitate! cur eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt occideretis omnem multitudinem f m: ?

Sept Vtinam mortui eſſemus percuſſi à Domino in terra Ægypti, quando comedebamus panem ad ſatietatem! quoniam eduxiſti nos in deſertum iſtud hoc, ad interimendum omnem B Synagogam hanc in fame?

Cald. Vtinam mortui eſſemus per verbum Domini, quando ſedebamus ſuper ollas carnis?

Onk. Vtinam mortui eſſemus coram Domino, quando ſedebamus iuxta ollas carnis, *ita Pagninus.*

Vatab. Quis dabit nos mortuos eſſe per manum Iehouæ, *ſic Arias.*

Oleaſt. Quando ſedebamus iuxta ſpinam carnis vel vncinos.

CONCORDIA.

PRo vtinam, Hebræus habet מי יתן mi itten quis det? ſcilicet nos mortuos eſſe, ſed idem ſenſus. Hebræi dicunt nomen סיר ſir ollam ſignificare, ſiue ahenum, ſpinam ſecundario: aduertit autem Oleaſter, non ſolum ſpinam ſignificare, ſed etiam ligna aut ferra, quibus carnes ſuſpenduntur, quod modum ſpinarum habeant: & forte hac ratione ſignificant ollam, quod ollæ ſoleant ſuſpendi in huiuſmodi lignis aut ferris, vt conſtat apud ruſticos, qui pinum aut arborem aliam multis acutis cuſpidibus ad modum C ſpinatum fixum in terra habent, quo ollas, cacabos, & id genus alia ſuſpendunt. 2. Reg. 4. Habes & concidit el ſir, id eſt ſuper ollam coctionis, tamen fatetur cit. Oleaſter, melius hoc nomen, olla, quadrare quam ſpina, & vncinus; quod autem dixerunt Sept. percuſſi à Domino, idem eſt quod mortui per manum Domini. 2. Reg 4.

EXPOSITIO.

V*Tinam mortui eſſemus per manum Domini!* manus Domini videtur pertinere ad mortem violentam à Deo inflictam, quaſi etiam hanc Iudæi præſentibus ſuis anguſtijs, prælegerint; & hæc acceptio pertinet ad magnam declarationem vehementiſſimæ impatientiæ Iudæorum, & contemptus erga Moyſem. tamen plures ad mortem naturalem acccommodant hanc phraſim, quæ tamen expoſitio non ſatis ſacræ ſcripturæ idiotiſmis conuenit, In qua manus Domini, & ſpeciatim Percuſſio Dei ad plagas extraordinarias pertinet, *quando ſe·.ibamus ſuper ollas carniū*, notatur vorax ingluuies craſſæ plebis, quod vt pecora herbis, ita hi ollis in- D cumberent, *& comedebamus panem in ſa·ur.tate*, quo carebant in deſerto, vel nomine panis, alia intellige obſonia, *cur eduxiſtis nos in deſertum iſtu: vt occideretis omnem multitudinem fame?* pollicitus es in terram frugiferam & fertiliſſimam nos ducere, & ecce præ alimentorum inopia, miſerè, in hac inſepulti ſolitudine, peribimus.

CONCEPTVS.

Hebræi ita peruerſi, quod mortem potius eligerent contra Dei voluntatem, quam vitam ſecundum illam.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini! in-
10. bebat eos Dominus de ſolitudine in terram promiſſionis ingredi, ipſi vero in ſolitudine mori præoptabant, vtinam pereamus inquiunt, & non inducat nos Dominus in terram iſtam,
Num. 14. Num. 14. quid? nonne vita morti præferenda? nonne terra promiſſionis ſolitudini anteponenda, ſecundum Dei bene placitum? cur potius mortem contra Domini voluntatem, quam vitam ſecundum eam eligitis? quia ita ad repugnandum Deo obſtinati, vt mallent vitam propriam amittere, quam Dei beneplacito obtemperare; ſed quid vero peruerſius quam pro diuina lege violāda vitam profundere velle cum pro eadem lege veneranda & obſeruanda millies vitam profundere opotteret? vnde Tertullian. lib. ad Martyr. capite 5. non immeritò eos notat, qui mori appetunt, vt vanam gloriam aucupentur; & idem eſt de quibuſcumque alijs inordinatis appetitionibus obſequamur. *Omnia* (inquit) *ſ nitia & cruciatus certamina, iam apud homines affectatio quoque & morbus quidam animi, conculcauit, quot otioſos? affectatio armorum ad gladium locat. certe ad feras ipſas affectione deſcendunt, & de morſibus & de cicatricibus formoſiores ſibi videntur, iam, & ad* Tertullian.

ignes ſe auctorauerunt, vt certum ſpatium in in-nica ardente conficerent; vnde interprete Pamello, alludit ad Herculem, qui vt ſuã diuinitatẽ probaret, ignem ingreſſus eſt, ſed cõbuſtus & vſtulatus egrediens, ſuam vanitatẽ confirmauit. — Pamelius.

Poſt Euchariſtiæ ſanctæ ſumptionem ne deſiderijs carnis indulgeas.

11. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, quando ſedebamus ſuper ollas carnium & comedebamus panem in ſaturitate!* quid tunc? Deus cupientibus, vacare Ægypti carnibus & ollis carnium cœleſtem panem largitur habentem omnium ſaporum ſuauitatem. Sed & Numer. 11. ſimiliter clamant, ſimiliter afficiuntur ad carnes Ægypti, illiſq; ſaturari deſiderant, quin & Deus illos carnibus implet: tot enim illis adduxit coturnices, vt poſſent & alios plures exſaturare. at quanto eorum damno? ait textus, adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiuſmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percuſſit eum plaga magna. cur ſimiliter antea non puniuntur? cur modo ſubijciuntur ſupplicio ita graui? nonne antea clamauerunt pro carnibus? nonne & antea etiam ollas carnium Ægypti deſiderauerant? cur tunc impune petunt carnes, & modo cum tanto vitæ damno? antea nondum datus fuerat illis cœleſtis panis, nondum manna guſtauerant, & ideo parcitur illis quod gulæ vacent: at poſtquam cœleſtem panem receperunt, poſt beneficum epulum, poſt menſam Angelorum, non potuerunt impune Ægyptijs comeſſationibus, & ollis vacare, ait D. Cyrill. Alex. lib. 3. in Ioan. — B. Cyrillus.
cap. 34. *Quoniam panem cœleſtem qui cor hominis corroborat adhuc non receperant, facilius poterant in cupiditates carnis incidere, propterea & venia digni viſi ſunt: poſtea verò quam Domino fruebantur, vt ſcribitur, tunc iure, quoniam corporalia ſpiritualibus prepoſuerunt, acerba dederunt ſupplicia, & ad ſupplicia inſignem calamitatis memoriam reliquerunt.* merito dure plectitur qui poſt mannæ cibum, poſt cœleſte conuiuium, imo & inter ipſas dapes Angelorum, ſe ſe Ægyptijs carnibus & ollis ingurgitat. C

Diuina manus neſcit non præmittere beneficia etiam dum iraſcitur.

12. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini quando ſedebamus ſuper ollas carnium! cur eduxiſti nos vt occideretis omnem multitudinem fame?* Licet murmur hoc fuerit in ſeruos Dei, tamen Deus tanquam aduerſus ſe factum accepit, & nihilominus ſubſequẽter ait illis; ecce ego vobis pluam panes de cœlo. cur non ait de veſtra ingratitudine ſupplicium exigam, pœnas veſtræ dabitis murmurationis? non ait ſupplicium ſumam, ſed pluam vobis panem de cœlo. Quid? ſic Deus non caſtigaturus eſt reos ſed ſolum præmiaturus? abſit hoc à iuſtitia Domini, caſtigaturus eſt reos & atrociter caſtigaturus. Sed ea eſt manus Domini quæ neſciat ad ſupplicium moueri quin prius beneficia præmittat & miſericordiam; D
Pſal. 100. Hinc Dauid Pſal. 100. Miſericordias & iudiciũ cantabo tibi Domine, quæ verba ponderans
B. Ambroſ. S. Amb. lib. de Noë cap. 3. *Principale virtutis* (inquit) *eſt inchoare à beneficijs, & præſeminare gratiam: vnde Dauid ait. miſericordias & iudicium cantabo tibi Domine, præcedit beneficij gratia ſequi-*A *tur cenſura ſobria diſciplina: diuinum eſt igitur quod bona præmittuntur, noſtrum quod mutantur.* Sic Dei cenſura, Dei ira non moueri ſolet, quam prius beneficia multa mittat, & miſericordias præmittat.

Iudæus improbus Dei miſericordiam in neceſſitatibus negare videtur.

13. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini cum ſedebamus ſuper ollas Ægypti!* deinde impiè aſſerunt ſe in deſertum adductos à Moyſe vt ibi eo miſerrimè perirent; hoc effutiunt in neceſſitate conſtituti. Sed cum omne auxilium ſuperne à Deo veniat, illudque pluries experti fuere: cur diuinam non pulſant gemitibus miſericordiam, vt illud conſequantur? ita impij, vt illam in neceſſitatibus ſibi conſulendis negare videantur, ſicque eam non implorant, ad murmurationem B recurrentes, teſtis eſt Abulens. *Dato quod Deus alicui in extrema neceſſitate poſito non ſuccurrat, non repugnat diuinæ bonitati, quia forte melius eſt illi ſic poſito in anguſtia mori, quam ſuperuiuere; tamen quod ipſe poſitus in extrema anguſtia non petat à Deo ſuccurri, quia putat Deum nullo modo precibus inclinandum vt ei ſuccurrat, negat Dei bonitatem ponens diuinæ bonitati terminum, ſcilicet quod in talibus aut tantis peccatis, pœnæ relaxationem nullatenus faciet, vel certum terminũ diuinæ bonitati aſſignans in quo magna ſit ei iniuria: dico ergo Iudæos aliqualiter, imo multum miſericordiam Dei negaviſſe, qui non crediderunt Deum ſibi ſuccurſurum in extrema anguſtia poſitis, & ob hoc non petierunt ſupplicando, ſed conqueſti ſunt de eius bonitate deſperando.* — Abulen.

Mira aliquorum ingluuies vt non iuxta ollas, ſed ſuper eas velint ſedere.

14. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum ſuper ollas Ægypti ſedebamus!* Si diceretis iuxta ollas, tolerarem equidem, hoc enim non inauditum. Sed quis vidit ſuper ollas carnium aliquem ſedentem? Iudæos vides ingluuiei deditos, & ita voraces, vt quemadmodum pecora herbis, ita hi ollis incumberent. Hanc voracitatem annotat Ab. Epiſcopus *dicebant ſe Hebræi in Ægypto ſediſſe ſuper ollas carnium, in quo eorum magna notatur voracitas & deſiderium ad ſumendum illos cibos, quia non ſolum carnes ad ſaturitatem comedebant, ſed etiam ſuper ollas carnium ſedebant affectuosè ne quid eis de cibo periret.* — Toſtat.

Plures niſi fuerint ſaturati, gulæ dediti murmurabunt.

15. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini cum ſuper ollas Ægypti ſedebamus, & comedebamus panes in ſaturitate!* Hoc murmurantes dixere, nonne ſatis eſt in deſerto ad ſufficientiam comedere? quis enim à triginta diebus, à quibus libertatem eſtis cõſequuti, fame in deſerto perijt? nullus. cur ergo conquerimini, quia in Ægypto ad ſaturitatem comedebatis? quia gulæ dediti, niſi ad ſatietatem, niſi vſque ad vomitum comedant; ilico detrahunt, ilico in murmur prorumpunt. Si non fuerint ſaturati murmurabunt. inquit regius vates Pſal. 58. quem ſic Paraphraſtice explicans noſter Titelman. ait. *Cum viderint ſe non poſſe ſaturari, cum non potuerint cibum vitæ adipiſci, eo quod nimium ſero & inopportune tempore quæſierint, loquentur male, &* — Pſal. 58. Noſter Titelm.

blaſphemabunt aduerſus iuſtitiam Dei omnipotentis, qui tale contra ipſos protulerit iudicium.

A

Gula mancipium, peccatorum officina.

16. *Vtinam mortui eſſemus per manũ Domini:* diuinæ contradicunt voluntati, detrahunt eius prouidentiæ, potentiæ, & miſericordiæ eius diffidunt, cur eduxiſtis nos in deſertum, vt occideretis omnem multitudinem fame? accuſant homicidij innocentiſſimos, viros eximios, ſui benefactores; nonne hæc ſumma ingratitudo? quid amplius murmurarũt (vt vidimus ſuperius) ex quo fonte tot emanant delicta? ſedebamus inquiunt, ſuper ollas carnium in Ægypto comedebamus panem in ſaturitate. Ecce vt ex ingluuie omnium delictorum officina, quod indicat Petrus Abbas Cellenſis lib. 3. Epiſt. 10. dum ait *tanquam proſtibulum vitiorum reputatur, quo gula & ventris tyrannidi ſubiugatur.* ventrem tyrannidem vitioſam exercere qui ventri ſeruiunt, affirmat etiam Iſidorus Peluſiota lib. 2. Ep. 40. *conſiderationis* inquit, *ope atque auxilio, ipſam ventris tyrannidem amputemus.*

Petrus Cellenſ.

B

Iſidorus Peluſ.

Brutis ſimilis qui totus in ventre eſt.

17. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum ſedebamus ſuper ollas carnium!* quid amplius? & comedebamus panem in ſaturitate; ſi in memoriam ærumnas præteritas. tyrannidem Pharaonis, duramque ſeruitutem reuocaretis, non mirarer equidem, cum ſuaue ſit à periculo immunem, periculum narrare; ſed cur iteratus veſter ſermo ſolum eſt de ventre & de ingluuie, de ſaturitate, de carnium ollis: ſane brutis ſimilis eſt, gulæ deditus, animalia ſemper prona paſcuntur, nũquam ſatiantur, ſemper cibis addicta, vnde Sanctus Amb. lib. Exam. c. 3. ventri ſeruientem ſic alloquitur; *Cur noctes & dies cibo intentus pecorum more terrena depaſceris?* ſed etiam recte Petrus Bleſenſ. Epiſ. 85. *Quidam toti in gutture merito gurgulionibus comparandi, quorum cogitatio tota de ventre, in ventre, & ſub ventre eſt, quibus ſatisfieri omnino non poteſt.*

C

B. Ambroſ.

Petrus Bleſ.

Ignauia gulæ coniuncta.

18. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum ſedebamus ſuper ollas carnium!* cur cum de carnium ollis loquuntur, verbum *ſedere* coniungunt dicentes cum ſedebamus? quis enim ſuper ollas ſedentem conſpexit? potuerunt enim dicere cum fruebamur ollis carnium. Sanctus Nilus in li. Aſcetico ait, ſedere in ſacra ſcriptura accipitur pro ignauum eſſe Pſal. 106. ſedẽtes in tenebris, & vmbra mortis; quid mirum igitur, cum de ollis carniũ ſermonem inſtituunt, cum ingluuiem memorant, dixiſſe quod ſederent? ignauia enim gulę coniuncta eſt, proſequitur idem. *Vere ſedent ſuper ollas carnium homines voluptuarij & libidinoſi, humido & perpetuo calore ſuas incendentes cupiditates.*

D

S. Nilus.
Pſal. 106.

Mirabilis Sanctorum patientia inter calumnias.

19. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini! cur eduxiſtis nos in deſertum vt occideretis omnem multitudinem fame?* Homicidam vocant benefactorem, impium, & perfidum, qui pro ſua ſalute ſe tot periculis libens obiecit: hæc ô Moyſes ſimulas! cur ſaltem à præcipuis huius calumniæ auctoribus pœnas non exigis, vt alij deinceps in loquendo ſint cautiores? tacet, obmuteſcit Moyſes, quaſi in nullo læſus calumnias populi libenter ſuſtinens. Hinc bene Tertul. lib. de Patientia cap. 9. & 10. ſic ait; *Si patientia incubabo, non dolebo, ſi non dolebo vlciſci non deſiderabo:* & cap. 15. *Sequeſter patientiæ eſt Deus, ſi iniuriam depoſueris penes eum, vltor eſt, ſi damnum reſtitutor eſt, ſi dolorem, medicus eſt, ſi mortem, reſuſcitator eſt.* Tertull.

Nequis vir nominis eſſe, qui nimium epulis & gulæ indulget.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, quando ſedebamus ſuper ollas carniũ! Quiſnã hæc profert? omnis multitudo filiorum Iſrael quæ cupida & in memoriam reuocans ollas carnium Ægypti, contra Aaronem & Moyſem murmurauit: Sed an poſtea ex deſiderio habendi cibos Ægyptios in murmur prorupit? ait Moyſes Nu. 11. vulgus promiſcuum flagrauit deſiderio carnium; cur aliquem nominis præclari non memoras? quia nullus vir nominis claritate inſignis, ſed inter fæces vulgi obſcurus maneat, neceſſum eſt, qui nimium gulæ ſatagit indulgere. Sed illud notandum, quod non contentus ſit dicere quod vulgus concupierit, ſed notanter addit *illud vulgus promiſcuum*, quaſi id faciat ad maiorem epularum obſcuritatem: quid enim eſt vulgus promiſcuum? Sane id ponitur ad diſtinctionem vulgi clarioris, compoſiti ex viris nominatis, quale erat vulgus Iſraelitarum, etenim cum Moyſe exierãt de Ægypto & Iſraëlitæ & Ægyptiorum familiæ innumerabiles: in Iſraëlitarum autem multitudinum cenſu nunquam habebatur ratio fœminarum, nec puerorum, ſed ſolum virorum illorum, qui ad nomen iam accedebant. verum in Ægyptiorum cenſu nulla erat diſtinctio inter viros & fœminas, omnes cõfusè & promiſcuè cenſebantur: vnde fit quod de epulone & vulgo locuturus Moyſes dicit, illud fuiſſe vulgus promiſcuum inter pueros & fœminas confuſum, ad diſtinctionem vulgi Iſraelitici, qui ſolis nominatis viris conſtabat. Sic ait Abulenſ. in cap. 11. Num. *Reſpondendum eſt vocari viros Ægyptios vulgus promiſcuum, ad diſtinctionem Iſraelitarum, quia in Iſraelitis non vocabatur populus niſi ipſa multitudo virorum tranſeuntium ad nomen. inter Ægyptios autem tam viri quam fœmina computabantur.* Et merito vulgus flagrans deſiderio carnium diſtinguitur à vulgo conſtanti ex hominibus trãſeuntibus ad nomen; nonquam enim ad claritatem nominis aſcendit, ſed inter promiſcui vulgi fœces confuſus cum pueris & fœminis manet, qui nimis ſollicitè epulis vult indulgere: verum eſt omnem multitudinem filiorum Iſraël murmuraſſe, & memorem fuiſſe ollarum Ægypti, ſed non tanto deſiderio carnium flagrauit quale illud vulgus promiſcuum, & ideo nullo nomine dignum. 20. Num. 11.

Abulenſ.

Ingratorum mos accepta extenuare beneficia.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, quando ſedebamus ſuper ollas carnium! Senſus eſt, quando pacificè & quiete ſedentibus ollæ carnium plenæ ad coquendum poſitæ erant, quid? nonne gemitibus à vobis cælum pulſatum eſt quod nimis oneribus oppreſſi animam exhalabatis? non enim vobis dabantur paleæ, & nihilominus nu- 21.

merus laterum ſolitus, à vobis exigebatur. quomodo ergo aſſeritis vos ſedere ſolitos in Ægipto iuxta ollas carnium? neſcit impius Hebræus Dei beneficia efferre, ſed ſolum quantum poteſt attenuare, ſic enim ex abundantia ementita Ægypti, viliorem voluit reddere ſuam libertatem, quod proprium eſt ingratorum, ſic Lippom. *ingratis mos eſt attenuare accepta beneficia.* Lippom.

Etiam mors à Domino.

22. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini!* Vatab. *quis dabit nos mortuos eſſe per manum Iehouæ!* cur potius non dicunt per manum Elohim, cum debitè mortis ſupplicium ab eis vt iudex exigeret? Nam eorũ incredulitas & ingratitudo id exigebat: Dixerunt per manum Iehouæ, qui eſt fons & principium eſſendi mortem appetituros, vt indicarent mortem etiã à Deo eſſe. Sic obſeruat Cajet. *more humano naturalem mortem vocant, mori in manu Domini, hoc eſt in operatione diuina diſpoſitionis, & nominant nomen Domini tetragrammaton, profitendo quod à fonte eſſendi emanat etiam mors.* Cardin. Cajetan.

Impij alios ſibi ſimiles exiſtimant.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini! &c.
23. *Cur induxiſtis nos in deſertum vt occideretis omnem multitudinem fame?* Si fame omnis Iſraelitarum congregatio miſerè perit, non eſt dubium quin huiuſmodi infœlicem interitum, nec Moyſes nec Aaron incolumes euadent, ita credunt: ergo ſicut iis deſertum hac de cauſa induxerunt, ita ſimiliter læti mortem admittent; vt infœlici vitæ finem imponatis. Ita arbitrantur. quid? itane peruerſi, vt homines innoxios non ſolum veſtræ mortis noxios faciatis, ſed etiam ſui homicidas? ſic ſe habent impij, vt ſibi ſimiles eſſe omnes arbitrentur, allegant quaſi cauſam eductionis crudeliſſimam, quia vellent Moyſes & Aaron vt omnes pariter occiderentur, quo quid potuit obijci tam fidelibus ſeruis Dei & crudelius atque indignius? ſic premit Abul. *iſti Iudæi erant irati, & malè iudicabant, quod putabant Moyſen & Aaron ideo induxiſſe eos in deſertum, vt morerentur* Abulenſ. *fame.*

Aduerſarius noſter conatur in memoriam reuocare præteritas delectationes, vt nos deijciat à ſtatu gratiæ.

24. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, dum ſedebamus ſuper ollas carnium!* Cur gulæ incitamenta, nempe carnium ollas ad memoriam repetitis? iam à ſeruitute Ægypti liberi, omnia quæ geſta ſunt in Ægypto ſepelire deberetis. Hoc ingenium male affectum dæmonis, vt cum agnoſcit aliquos, ſeruitutem peccati intolerabilem, mediâ pœnitentiâ excuſſiſſe, ad memoriam reducit, vel ingluuiem vel venerem, cui olim indulſerunt, vt delectatione præteritæ voluptatis & conſenſu futuro, mentem eorum inficiat, ſicque à ſtatu gratiæ deijciat. quàm benè hanc in rem Greg. mag. lib. 2. regiſt. epiſt. 53. *antiquus hoſtis* inquit, *mox vt otioſam mentem inuenerit, ad eam ſub quibuſdam occaſionibus locuturus venit, & ei quædam de geſtis præteritis ad memoriam reducit, audita quondam verba indecenter cogitatione reſonat, & ſi qua dudum turpiter acta ſunt, eorum ſpecies oculis cordis apponit, vt quem de præſentibus non valet inquinare, de malis tranſactis violet, & deceptа mens inde delectationem reparet, vnde iamdiu ſe per pœnitentiam afflixit: ita vt verè cum pſalmiſta dicat computruerunt & deterioratæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ: cicatrix quippe figura eſt vulneris, ſed ſanati, cicatrix ergo ad putredinem redit, quando peccati vulnus, quod iam per pœnitentiam ſanatum eſt, in delectatione ſui animum conuicit. Sæpe quod nunquam fecimus per hoſtis callidi inſidias cordis oculis videmus, cum in hoc inſenſibiliter delectatio ſurrepit; & quamuis iam plangat, quæ fecerat, tædet tamen infelicem animum quædam non feciſſe quæ plangat, hæ ſunt cordis noſtri tenebræ, quas in hac vita volentes nolenteſq; ſuſtinemus.* itaque primum vitæ ſpiritualis initium eſt obliuio præteritorum, vt in epithalamio ſuo præſcripſit Dauid dicens, Pſalm. 44. audi filia & vide, & inclina aurem tuam & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui: cuius rei documentum etiam vxor Loth, quæ necdum oblita ſuarum, reſpicere auſa fuit contra Angelorum præſcriptum, in ſtatuam ſalis verſa eſt, vt exemplo ſuo, ſapientiores alios efficeret, & quaſi ſale condiret. quemadmodum enim certa ægritudine laborantibus vtile eſt, vt inutiles & innoxii cibi nequidem ſub aſpectum veniant, ne appetitum irritent, poſtea vel difficulter componendum, vel infirmo lethalem; ita eos qui Deo ſeruire incipiunt, qui ab Ægypto egreſſi ſunt, & adhuc ſunt infirmi, omnino bonum eſt vt non admittant cogitationes alias, quam bonas, præſertim vero eas quibus aliquando ſuccubuerunt, ne forte etiam nunc ſuccumbant. Fit enim hoc iuſto Dei iudicio, vt ſi vel per curioſitatem aduocentur, vel per animi negligentiam admittantur huiuſmodi cogitationes, etiam deinde per eas homo facile ſuperetur, nam qui amat periculum ſæpè in illo perit. Pſal. 39. B. Gregor. mag. Pſal. 44.

Gulæ dediti, pluris faciunt ſaturitatem quam libertatem.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum ſedebamus ſuper ollas carnium & comedebamus panem in ſaturitate. Quid? Nonne libertas vitæ præferenda? quomodo ergo nihili ducentes eam, ſaturitatis præteritæ ſolum memores, iacturam eius feciſſe doletis? Nonne à tyrannide Pharaonis, & ab Ægyptiorum ſeruitute eſtis liberi? exiguum ergo vobis ſufficiat alimentum cum libertate, quam delicatiſſima & omnigena obſonia in captiuitate. Hoc ſecundum eligũt, quia gulæ dediti pluris faciunt ſaturitatem quam libertatis poſſeſſionem. *Non contentantur his* inquit Oleaſt. *quibus viuere poſſint niſi ſatientur, neque libertatem nullam æſtimaas imo pluris ea faciunt ſaturitatem.* 25. Oleaſt.

Ingratus, niſi cuncta conceſſeris deſiderata, neſcit non murmurare.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini cum ſedebamus ſuper ollas carnium! quid vobis deeſt? ciborum abundantia qua in Ægypto potiebamur: verum an aliquis ex vobis fame conſumptus eſt? an vitæ conſeruationi ab egreſſu Ægypti defuit aliquid neceſſarium? ecce vobis aqua amara aderat in mara, nonne in eam iniecto ligno, dulcis eſt facta? licet farina quam vobiſcum detuliſtis, omnino defeciſſet, nonne potentiſſimus eſt Deus vt vobis in neceſſitate etiam miraculosè ſubueniret? Hæc omnia non atten- 26.

dit ingratiſſimus populus, ſed niſi omnibus ſuis A
Luſitan. deſiderijs ſatisfactum fuerit, in murmur & de-
tractionem prorumpet. Subſcribit eit. Oleaſt.
ingrati animi eſt beneficio gratias non reddere, niſi
omnia qua deſiderat conceſſerit.

Gratiſsimum ſolet eſſe beneficium, quando
ardentiſsime conceptum.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum
27. *ſedebamus ſuper ollas carnium!* Cur ô miſericors
Deus, priuſquam peterent filij veſtri dilectiſſimi
Iſraël eſcas, non eis ſubueniſti, ſed ſolum cum
fameſcentes & pœne iam enectos ac deſperatos
videres, dicerentque vtinam mortui eſſemus per
manum Domini in terra Ægypti? cur Domine
tam tardus ad patrocinium fuiſti, qui ambulas B
ſuper pennas ventorum? ne Deum arguas, con-
uenienter enim eorum petitio dilata, clamor-
que illorum expectatus, licet eorum murmur
non approbatum: quia tũc gratiſſimum ſolet vi-
deri beneficium, quando magno ardore petitum
& imminente periculo neceſſario expectatum;
aliter animus hominis beneficij magnitudinem
non agnoſcit: videndus eſt Chryſoſtomus Ho-
milia quinta in Matth. cum ponderat illa ver-
Matth. 14. ba Matth. 14. nauicula autem in medio mari
iactabatur fluctibus, erat enim ventus contra-
rius, quarta autem vigilia noctis venit ad eos
ambulans ſuper mare, & ait, *quando dicit quar-*
ta vigilia noctis veniſſe ad eos Dominum, oſtendit to-
B. Chryſ. *ta nocte periclitatos, erudiendo eos non cito ſolutio-*
nem quærere aduenientium malorum, nec enim prius
ſe Chriſtus reuelauit quam magnitudine terroris ſu- C
perata, vna voce omnes clamitaſſent, lætior enim
atque gratior præſentia eius illis apparuit.

Qui ex afflictione murmurat, Deum
iniuſtitia incuſat.

28. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum*
ſedebamus ſuper ollas carnium! vita ſibi nauſea eſt,
dolent ſe non interfectos in Ægypto, ſicut fuere
illorũ primogeniti: & qua de cauſa? quia aliquã-
tula fame premuntur, quia incipit deficere ali-
mentum ex Ægypto allatũ, & ideo murmurant:
nonne omnia mala naturæ & pœnæ Deo volẽte
contingunt? quid ergo in murmur prorumpitis,
quaſi Deum arguentes? quia impij, qui enim ex
afflictione aliqua calamitate murmurat Deum
iniuſtitię accuſat: Sic D. Greg. mag. in Pſal. 7.
B. Gregor. mag. Pœnit. verſ. 2. *Qui cõtra flagella cõditoris murmu-*
rat, quaſi cum eo in iudicium intrat, Dei namque ac-
cuſat iudicium qui ſe æſtimat iniuſtè percuſſum, & D
quaſi cum Deo in iudicio contendit inter flagella in-
nocentem ſe oſtendit, hinc etenim Dominus ad bea-
Iob, 30. *tum Iob loquitur dicens, numquid qui contendit cum*
Deo tam facile conquieſcit?

Iudæus pronior ventri quam Dei cultui.

29. *Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum*
ſedebamus ſuper ollas Ægypti! Cur potius in me-
moriam non reducitis, quod cultui Dei indul-
gere non potuiſtis? Imo quod denegata vobis
fuerit licentia eundi viam trium dierum per de-
ſertum offerendi Deo ſacrificij gratia? cur ſo-
lum ollarum memores? populus erat Iudæus &
ideo pronior ventri quam Dei cultui. Teſte Ter-
Tertullian. tul. lib. de ieiun. cap. 5. *Primus populus primi ho-*
minis inſculpſerat crimen, pronior ventri quam Deo
deprehenſus, cum de duritia Ægyptiacæ ſeruitutis

A *valida manu Deo ereptus, terra melle & lacte ma-*
nanti deſtinatus, ſtatim ſaturitati Ægiptiæ detri-
menta ſuſpirant, quando ſuper ollas carnium ſede-
bamus, & panes in plenitudinem comedebamus quo-
niam eduxiſti nos, in hac deſerta, ad interficiendam
Synagogam iſtam fame.

Ex beneficijs, ingrati non in fiduciam adducun-
tur ſed in obtrectationem.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini! Cur 30.
eduxiſtis nos in deſertum vt occideretis fame?
quid? an cito ex memoria elapſum eſt, quid pro
veſtra ſalute geſſerit Deus? Siquidem imis ma-
ris gurgitibus, ſermone ſolo nudatis, ingentem
illam abyſſum, calcabilem & peruiã vobis red-
B didit: nonne omnes in eo ſubmerſit Ægiptios, &
idem mare vobis ſalutem, hoſtibus vero veſtris
perniciem inuexit? mitto cætera quæ vobis col-
lata ſunt beneficia. vt quid igitur ſeruis eius de-
trahitis? quia ingrati ex beneficijs non in fidu-
ciam adducũtur, ſed in obtrectationem. *Non ex* Chryſ.
beneficijs (inquit B. Chryſoſt. in Pſal. 105. ſu- Pſal. 105.
per illa verba miſit ſaturitatem in animos eo-
rum) *quibus iam effecti fuerant in eam fiduciam*
adducebantur, vt ea quoque quibus carebant ſibi
etiam affutura eſſe confiderent, verum Deo obtrecta-
bant ijs verbis vtentes, recordati ſumus carnium &
ollarum quæ in Ægypto ſunt.

Non alia populi gubernatoris menſura, quam
vt omnibus melior ſit, & quantum rem-
publicam dignitate, tantundem
virtutibus antecellat.

Vtinam mortui eſſemus per manum Domini, cum 31.
ſedebamus ſuper ollas carnium! quis hæc protulit?
omnis congregatio filiorum Iſraël cum mur-
mure; cum procliues ſimus ad malum, quomo-
do Moyſes non ignorans paſtam adductam ab
Ægypto iam iam deficere, nec vllum in deſerto
alimentum reperiri, omnemque hunc defectum
in ſe reijciendum, quomodo eodem deſiderio
non tenetur quo populus? quomodo ſimiliter
cum eo murmurans non dixit, vtinam mortui
eſſemus per manum tuam in Ægypto, in hoc
enim forte præ fame deficiemus? nequaquam
populi delicto inuoluitur, imo omnem ſpem
ſuam in Deum reijcit: optimus enim erat populi
gubernator cui in menſura eſt, vt omnibus me-
lior ſit & quantum eum dignitate, tantumdem
virtutibus antecellat: quod optimus Imperator
D Baſilius non modo religioſe & prudenter firmat,
ſed etiam dilucide & eleganter diffundit in ex-
hortatione ad Leonem filium cap. 10. Sic illum Baſilius Imperator.
enim primũ admonens *caue ne regni malus cuſtos*
degeneris aliquid atque indigni cõmittas; ſed cum cæ-
teris prælatus es, vt omnibus imperes, ita contende, in
virtute quoque cæteris antecellas: reddit rationem,
virtus enim omni principatu omnique auctoritate
præſtantior eſt; ſi ergo dignitate quidem reliquis præ-
ſtas omnibus, virtute autem ab aliis præcelleris. Im-
peratores in eo quod minoris excellentiæ eſt, in eo vero
quod præclarius eſt Imperator non es, imo alterius im-
perio iuberis: deinde, *ne ſit ergo veluti ſuppoſititius*
atque adulterinus Dominus, cum te alius præſtantior
reperiatur, ſed verus imperator cum cæteris omnibus
virtute antecellas, ibi notanter verum populi gu-
bernatorem ab adulterino & ſuppoſititio inde
diſcriminat, quod cæteris omnibus virtute præ-

ſtantior ſit, vt videlicet optimis virtutis meritis A tanquam quadratæ & ad amuſſim poſitæ baſi gubernatoris faſtigij poteſtas incumbat.

Gulæ deditι ſeruitutem etiam tyrannicam eligunt, dummodo cibis ad ſatietatem indulgeant.

Vtinam mortui eſſemus in deſerto per manum
32. *Domini, cum ſedebamus ſuper ollas carnium!* Deinde conqueruntur quod deducti fuiſſent in deſertum tranſituri in terram promiſſionis: non ergo ab Ægypto diſceſſiſſe, iugum Pharaonis tyrannicum excuſſiſſe, ab oppreſſione & populi immanitate liberari in deſiderijs eſt? ita ſane, ſed quantis clamoribus pulſata eſt diuina bonitas à vobis, vt erepti à duro regis Ægypti imperio, libertate frueremini? quando igitur tam facile mutata ſententia, regreſſum in Ægyptum molimini? nonne vobis grauius imminet iugum ſeruitutis? immineat, dummodo cibis ad ſaturitatem reficiamur; gulæ enim deditus, ſeruitutem etiam tyrannicam prælegit, dummodo ſuæ ſatisfaciat ingluuiei, à quo non alienus B Cyril. Cyrill. Alex. in lib. coll. c. 14. *Iſraelita recordati carnium deſiderarunt eſſe in Ægypto, & rurſus ſeruire, vt eis implerentur.*

VARIET. LECT. Verſ. 4.

Vulg. Dixit Dominus ad Moyſen, ecce ego vobis pluam panes de cœlo, egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in B lege mea.

Sept. Non ecce ego vobis pluo panes de cœlo, & exibit populus, colliget quod dies in die *Cypri. in lib. de montibus Sina & Sion.* Exeat populus iſte, & colligat ſibi diurnum in diem, & tentabo eum, vtrum legem meam ſuſtinere poſſit an non.

Cald. Ecce ego vobis deſcendere faciam panem, egredietur populus & colliget rem diei in die ſuo, vt tentem eum vtrum ibit in lege mea.

CONCORDIA.

IN his verbis colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, rectè vulgatus expreſſit ea quæ habetur Hæbraice הלקטו דבר יום ביומו velaktu debar iom biiomo, & colligent rem diei in die ſuo, Hebraiſmus enim eſt, ſignificans colligendum eſſe quantum ſatis erat pro ipſo die.

EXPOSITIO.

Dixit Dominus ad Moyſem qui Deum deprecatus fuerat in hac publica calamitate vt populi ſubueniret inopiæ, *Ecce ego vobis pluam panes de cœlo*; panis nomine, hic manna intelligitur, Hebraico enim idiotiſmo, quilibet cibus panis vocatur: de cœlo autem dixit ſe daturum, quia ex nubibus dabatur, quæ cœlorum nomine frequenter appellãtur; *Egrediatur populus* non ſolùm de tabernaculis, ſed etiam de caſtris, manna enim iacebat in circuitu caſtrorum C *& colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies*, ſingulis quibuſque diebus colliget, quod ad alimentum vnius diei ſufficit, quantum autem hoc debeat eſſe, dicetur infra, ſcilicet vnum gomor per ſingula capita. *Vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea*, vt experientia & re ipſa notum faciat vtrum legem obſeruaturus eſt, quam præſcribam de duplici collecta & quiete ſabbati.

CONCEPTVS.

Panis cæleſtis cæleſti tractandus puritate.

33. *Ecce ego vobis pluam panes de cœlo*, nomine panis manna intelligitur, ſed cur ait pluam de cœlo? non enim de terra pluere poteſt: de cœlo dixit, vt denotet quod maxima cum puritate, D imo cœleſti non terreſtri, panis Angelorum pane illo denotatus, tractandus & colligendus ſit: Dionyſius Areop. rectè Sanctus Dionyſius Areopag. de Eccleſ. Hier. cap. 1. *dum* (inquit,) *ad ſacerdotalem munus accedimus, ſuper oribus virtutibus propinquamus, imitando pro viribus illarum conſtantiam atque perpetuam firmitatem, cuius vbi ſimilitudinem fuerimus adepti, ad diuinum Ieſu radium aciem mentis intendimus*, quaſi nullus ad hanc cœleſtem menſam, ad hunc cœleſtem cibum pateat acceſſus niſi prius cœleſtem puritatem imitetur.

Panis concordiæ panis Christi.

34. *Ecce ego vobis pluam panes de cœlo*. ſatius eſſet dixiſſe pluam vobis manna, vel ſi hoc nomen inauditum, dicerem pluam vobis alimentum de cœlo: panis qui ex multis granis in ſe diuiſis conficitur, pacem & cum omnibus concordiam denotat. dixit ergo panem de cœlo miſſurum, vt ſciat qui eum colligere debeat nõ cum animo ab alijs ſeparato, ſed cum omnibus coniuncto beneuolentiæ vinculo, accipiat: opportune Sanctus Auguſt. Tract. 26. in Ioan. vbi explicans Ioan 6. S. Auguſt. illa verba Ioan. 6. litigabant ergo Iudæi ad inuicem dicentes, quomodo poteſt hic nobis carnem ſuam dare ad manducandum? ita ſcribit, *Litigabant vtique ad inuicem, quoniam panem concordiæ non intelligebant, nec ſumere valebant; nam qui manducant talem panem, non litigant ad inuicem quoniam vnus panis, vnum corpus multi ſumus*, non colligant hunc panem, qui litigant, qui concordiam & pacem auferunt, diſcordias diſſentiones, rixas ſeminant.

Deus tentat obedientiam hominum circa Eucharistia Sacramenti ſumptionem.

Ecce ego vobis pluam panes de cœlo, egrediatur 35.
populus & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea. Qua ratione dato manna, tentet Deus populum? ipſe Dominus exponere videtur illis verbis, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, mandat

Deus vt colligat manna per ſingulos dies, ita vt quotidie tantum importet, quantum ſufficit ad eſum eius diei. ergo per hoc mandatum tentat Deus populum, id eſt eius exercet obedientiam, ſcilicet an datam ſibi legem circa modum & quantitatem cibi colligendi exactè obſeruet: Rupertus. hoc ad Euchariſtiam retulit Rupert lib. 3. in Exod. c. 12. ergo videat, qui ad Euchariſtiam accedit, quo præcepto eum tentet legiſlator, nimirum præcepto de modo ſumendæ Euchariſtiæ. Scilicet non plus colligat quam neceſſe ſit, id eſt, an ſubtilius quam par eſt, hoc myſterium diſcutiat, vel an frequentius accedat, quam par eſt, vel quam à præfecto ſibi ſacerdote præfigatur, vel ea animi attentione, deuotione, & pietate, hiſque ſimilibus ad Euchariſtiam accedat, audi Rupertum, *Tentati quippe deprehēſi ſunt quod non ambulent in lege eius, id eſt in fide eius, dum diffidentes de craſtino colligerent plus quam ſufficeret per ſingulos dies, ſicut habes in ſequentibus.*

Deus nos tentat in Euchariſtia ſumenda, vt eludat tentationem dæmonis in ea non ſumenda.

36. *Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, vt tentem eum*, citatus Abbas de Euchariſtico pane hunc locum exponit, tentauit Deus populum, dum manna liberaliter ei conceſſit, tentauit ſimiliter Deus populum fidelem, dum manna cœleſte, id eſt Euchariſtiam miniſtrauit, probauit enim eorum obedientiam, cum ait, niſi mandu- Ioan. 6. caueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed miror quod ipſemet Deus protoparentes tentauerit de non edendo fructu ſcientiæ boni & ma- Geneſ. 3. li, quia in quocumque die comederitis (loquit) morte moriemini. cur tunc vita in abſtinentia à cibo, mors vero in eſu ipſius cibi? nunc vero econtra mors in abſtinentia, vita vero in eſu? quia tentat hominem Deus, in poſtremis ſæculis, ac in prioribus, ſed diuerſimodè: in principio nihil Deo charius fuit quam abſtinentia à ligno vetito, nihil nunc eidem charius, quam eſus huius cibi, & ſicut ſtatim ac Deus legem tulit de non edendo, diabolus inſtitit, hominem traxit ad manducandum, & hac ratione tentauit ac deluſit hominem, hac prorſus ratione nunc inſtat vt hominem à cibo auertat, & fame Rupert. perimat. quam rectè Rupertus. *Porro inde hoc ſpirituali cibo & potu tentemur non æquum eſſe manifeſta deffendit ratio; tentatus eſt homo à diabolo & victus eſt, vt illius tentationis fraudem vincat, & tali antidoto iuxta naturam morbi competenter vitæ ſuæ ſubueniat: tentati ſunt primi homines à dia-* Geneſ. 3. *bolo dicente, comedite, eritis ſicut dij & crediderunt ei potiuſquam Deo dicēti, in quacumque die comederitis ex eo morte moriemini; proinde tentatur à filio dicente, comedite, Hoc eſt Corpus meū, Hic eſt Sanguis meus, comedite & eritis dij, & credamus verbo eius pluſquam oculis noſtris carnalibus, quibus non niſi exteriorem panis & vini ſpeciem intuemur, & ita iniquam credulitatem parentum noſtrorum pia credulitate in nobiſmetipſis euacuemus.*

Panis Euchariſticus ex ſe non abluit peccata, ſed animam innumeris cumulat bonis.

Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, inſtar pluuiæ panem cœleſtem in deſerto ſuis pollicetur, 37. quare panis inſtar pluuiæ promittitur? aduerte pluuiam terram non lauare, ſed rigare, ſed fœcundare illam, fœcundam floribus & fructibus efficere: panis ergo de cœlo promittitur, quo panis Euchariſticus cibus exprimatur inſtar pluuiæ, vt innuatur quod per ſe non eſt inſtitutus ad abluenda delicta, cum ſit Sacramentum viuorū, ſed nimirum ad fœcundandā animam, virtutibus ditandam, innumeriſque bonis cumulandam. Huc reſpiciens ſponſus Cant. Cant. 4. quarto diuinam menſam non pluuiam ſed fontem vocare placuit, vide qualem fontem nominauit? *Fons hortorum* inquit, nonne ſatis eſſet dixiſſe fontem? cur maluit addere fontem hortorum? ſane qui per hortum fons deducitur, non eo fine vt lauet & abluat, ſed vt riget, ſed vt fœcundet, ſed vt in flores & fructus terram alat, ex quo pulchrè Gilliber. Abbas Serm. 37. Gillibert. Abbas. in Cant. *Vide quo in loco eius aqua fluunt, vbi? niſi in hortis. Fons enim eſt hortorum qui non lauat, ſed rigat, cuius in hoc omnis vſus eſt, non vt auferat fœditatem, ſed vt fœcunditatem afferat; bonus vſus fontis mundare, ſed melior fœcūdare; ille abluit inquinamenta, ipſe gratiarum importat augmenta; ille germina læta reddit; hic læta: ille patens eſt in ablutionem peccatoris, & menſtruatæ, hic ſignatus delicijs ſponſæ. ideo non niſi fons hortorum dicitur.* Et hoc cœleſti pane per ſe ad inſtar aquæ immiſſo, non ſperes à peccato lethifero mundari, ſed fœcundari, ſed innumeris bonis cumulari.

Non curioſius Euchariſtici panis diſcutiendum arcanum.

Ecce ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus & colligat, mandat Deus populo colle- 38. cturo manna, vt egrediatur, neque vult extra tabernacula exiſtenti decidere, ſed præcipit vt egrediatur collecturus. Cur præcipit vt ſic quotidie egrediatur, ſolius panis colligendi gratia? merito vt quiſque cum egreſſu colligat præcipit, quia populus omnia terrena tranſcendere debet; neque hunc panem ſimilem ei exiſtimare quem guſtus diſcernit, viſus haurit, odoratus percipit; ſed omnia terrena prorſus tranſcendat, & ad ſuperna tranſeat, tunc etiam egrediatur non curioſius perſcrutans panis Euchariſtici arcanum. ob hoc enim dicitur fidei myſterium, quia ſola fide tenendum, & humanæ abijciendæ ſunt rationes. Sic autem Ru- Ruperti Abbas. pert lib. 3. *propterea ſi digne manducare cupimus, ab omni curioſitate corporis ſorſus egrediamur, vt ſcilicet viſu, guſtu, odoratu & tactu dijudicandum non eſſe arbitremur, an vero ſit corpus Christi, an vere ſit caro id quod ſumimus.*

Veteris vitæ veſtigia relinquit ad Euchariſtiam acceſſurus.

Ecce ego pluam vobis panes de cœlo & egrediatur populus & colligat, cur egredi debet populus 39. manna collecturus & manducaturus? nam omnino iuxta tabernaculorum ianuas potuit colligere. egrediatur, inquit Deus, egreſſio enim hæc tacite vobis indicat, manna manducaturos veteris vitæ veſtigia relinquere debere, ac veteris

hominis mores abolendos, adeo vt ceram referamus, quæ vt nouam induat formam, priſtinam deponere debet. opportune huc flexit Rupert. lib. 3. in Exod. cap. 11. ſic enim ſcribit, *Egrediatur populus & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: profecto & nobis ſpiritualiter egrediendum eſt, vt colligamus quantum ſufficere poteſt: vnde egrediemur de priſtina conuerſatione, de vetuſtate vitæ, nondum enim depoſito vetere homine non eſt nobis hoc manna colligere, non eſt nobis hunc panem dominicum manducare.* Nunquam veteris hominis deles lineamenta, nunquam vitæ vetuſtatem deſeris, quid mirum ſi nunquam Christi tui exprimis characterem, licet tam frequenter eius corpus in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento quotidie recipias? abole omnia veteris vitæ lineamenta, omnes affectus abrade, egredere de vetuſtate vitæ, & aptus eris ad hoc manna ſanctiſſimum colligendum.

Rupertus

Viſcera charitatis extendenda vt manna cæleſte colligas.

4n. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo, & egrediatur populus & colligat:* Cur non vtitur alio verbo? potuit enim dicere, ſumat ſibi vnuſquiſque ad neceſſitatem ſingulis diebus, aduerte verbum colligere, nihil aliud quam in vnum plura redigere, quod proprium eſt charitatis, quæ diſtincta & diuiſa vnit: ſi ſumpturus es ergo manna Angelicum, vel potius diuinum, illud collige, pateant viſcera charitatis, & tunc tibi merito dicetur, egredere & collige panem de cælo. ſic monet Sanctus Fulbertus Carnotenſ. Epiſt. 1. *Exere palatum fidei, dilata fauces ſpei, viſcera charitatis extende, & ſimul accipe panem vitæ, interioris hominis alimentum nō arte piſtoria fermentatum. ſed incarnatæ deitatis vitale pulmentum.*

Fulbertus.

Cum in nobis defecerit quod eſt Ægyptiacum & mundanum, alimentum cæleſte & Euchariſticum abundabit.

41. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo*, quandonam hoc eximium beneficiū quale eſt alimentum cæleſte pollicetur? cum peruenerunt in Elim, ſed qua neceſſitate premente, ciborum? cum ſcilicet alimenta quæ ex Ægypto detulerant, ſibi defeciſſent: ſed qua de cauſa prius panē cæleſtē non immiſit? cur Ægyptij alimenti vacuitatem expectat? ſi antea eis conceſſiſſet, murmurantium defectus vitaſſet. merito tunc Deus cæleſtem pluit panem, quia cum vitioſum, cum mūdanum abeſt alimentum, tunc adeſt epulum cæleſte, panis Euchariſticus: conſulendus, B. Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſis *illud prætermittendum non eſt quod cum viatica & cibos quos ab Ægypto ſibi aſſumpſerunt, & penitus eis defecerunt tunc omni nutrimento quod ab Ægypto ferebatur abſumpto, deſuper ſibi deſluxit cibus: quod oporteat videlicet, vt omnino alien genimores & Ægyptiaca vita vitiorum, ſcilicet omnium turba nos deficiat & demum. defæcato depuratoque animo cæleſtem cibum eſſe ſuſcipiendum.*

B. Gregor. Niſſenus.

Panis Euchariſticus licet ſit cæleſtis, tamen de terra virginea eſt.

41. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo.* pluam ſcilicet in terram, in qua manna ſuſcipitur, ſed cur hic panis omnino non eſt cæleſtis, ſine vlla terræ adhæſione? vel omnino terrenus, qualis noſter? Deus enim virtute ſua omnipotenti potuit aliunde panem frumenti in deſertum adducere. merito nec totus terrenus, nec totus cæleſtis, quia panis cæleſtis en adumbratus, licet ſit cæleſtis de cælo, deſcendit tamen etiam de terra virginea, in vterum enim virginis ſe dimiſit. mens videtur eſſe eit Doctoris *Huius corporis panem non aratio, non ſatio, non agricolarum opus efficit, ſed terra intacta permanſit, & tamen pane plena fuit, quo fameſcentes, myſterium virginis perdocti facile ſaturantur.*

B. Niſſen.

Euchariſticus cibus panis quotidianus.

Ecce ego pluam vobis panes de cælo, egrediatur populus & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies, cur ſingulis diebus? nonne colligi poteſt vnico die pro reliqua hebdomada, ne quotidie tantus labor in collectione conſumatur? bene per ſingulos dies colligendus. panis enim Euchariſticus eſſe debet quotidianus, quia ſicut quotidie opus eſt cibum capere vt quotidie cibus reparet quod deperditur, ita etiam Euchariſtia cibus quotidianus dicendus eſt, quia quotidie opus eſt hoc cibo vti, quo ſumpto quotidie animum noſtrum fulciamus contra quotidiana tentamenta, ſic B. Thom. ex Caſſiano in collationib. ſic inquam in hæc verba Luc 11. panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, ait, *Cum dicit hodie, oſtendit eum quotidie eſſe ſumendum, omnique tempore hæc oratio debet profundi, quia non eſt dies quo non opus ſit huius perceptione cor interioris hominis confirmare.* 43.

Angelus Doctor.

Deus neſcit non benefacere, etiam ijs à quibus offenditur.

Ecce ego pluam vobis panes de cælo, quorum meritis tam eximium conferes beneficium? an Hebræorum? nequaquam, vidimus enim ſuperiori verſu, grauiter deliquiſſe in murmure contra ſeruos Dei. quid? an quia detrahunt, merētur alimentum celeſte? non ex murmuratione eorum, ſed ex mira Dei liberalitate, qui neſcit non benefacere etiam ijs à quibus offenditur; *Clementer & humaniter tractat Deus etiam illos,* inquit Procopius, *à quibus eſt offenſus, nam non parum irritarunt Dominum non petentes ab ipſo cum laborarent penuria annonæ alimenta, vnde enim, aut à quo alio, niſi à ſolo Deo alimenta impenſis precibus poſcenda ſunt? ſed indignantibus & murmurantibus & obliuioni tradentibus beneficia quibus antea liberaliſſime erant affecti ſuppeditat manus.* 44.

Vult Deus vt ſemper ab eius prouidentia pendeamus.

Ecce ego pluam vobis panes de cælo, egrediatur populus, & colligat per ſingulos dies, cur ſingulis diebus? nonne minor ab eis labor impenderetur, ſi qualibet hebdomada, vel quolibet menſe, panem ſufficienter colligeret? præcipit vt ſingulis diebus egrediatur & colligat, vult enim Deus, vt à prouidentia ſemper ſua pendeamus: *dignum eſt inquiſitione,* inquit Oleaſt. *Cur Domine non dediſti eis panem ad menſem, aut ad hebdomadam, ſeruare poſſent, ſed ad ſingulos dies vult Dominus nos ſemper ab eius prouidentia pendere, quoniam nouit nos non adituros eum niſi indigeamus; qua in re melior eſt conditio, ſunt enim ſingulis diebus pauperum oculi ad Dominum vt eorum miſereatur & neceſſaria ſaltem ad illum tribuat diem.* 45.

Oleaſter.

Vult Deus ſingulis diebus nobis
conferre beneficia.

46. *Ecce ego pluam panes de cœlo, egrediatur populus*
& colligat per ſingulos dies. Nonne magis tua in
eum eluceſceret liberalitas ſi copioſiſſimè pa-
nem cœleſtem immitteres, vt poſſent pro pluri-
bus diebus aſſeruare? poſſet, ſed non expedit:
vult enim vt vnoquoque die colligat, vt ſic con-
tinuo & nulla poſita intermiſſione, ſua ſentiret
beneficia: mens eſt Lippom. *Voluit præterea da-*
Lippom *re illis cibos, non per ſingulos menſes, ſed per ſingulos*
dies, vt nullus tranſiret dies in quo Dei circa ſe be-
neficium non ſentirent, atque ob id eſſent ſemper
memores Dei: ob ipſam cauſam videtur etiam
Dominus noſter Jeſus Chriſtus docuiſſe nos orare:
panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.

In minimis probamur, ſi maiora poſſumus.

Ecce ego pluam panes de cœlo, egrediatur popu-
47. *lus & colligat per ſingulos dies, vt tentē eum, vtrum*
ambulet in lege mea. In quo tentas? in illa colle-
ctione mannæ ſingulis diebus facienda: nonne
hoc facilè ſeruandum præceptum cum eis ſit
vtiliſſimum? quid enim vtilius quam fameſcen-
tem ſuis ſatisfacere deſiderijs, & famem cœleſti
pane temperare? probat tamen in hoc minimo,
vt experimentum ſumat, an in maioribus non
Oleaſter. deficiet: *Solet Dominus* (inquit Oleaſt.) *in mi-*
noribus probare nos ad maiora, quoniam qui mini-
ma non ſeruat, quomodo maiora ſeruabit? vt hinc
diſcamus quanto ſtudio minima etiam præcepta Dei
ſeruanda nobis ſint.

Quia Deum tentamus, ideo verſa vice Deus
nos tentat, ſed fine diuerſo.

48. *Ego pluam panes de cœlo, egrediatur & colligat*
populus per ſingulos dies vt tētem eum. Cur de po-
pulo qui facile tentationi ſuccumbet, ſumis ex-
perimentum? quid de hoc populo Iſraelitarum
Pſal. 77. ait Dominus per Regium Prophetam Pſal. 77.?
Tentauerunt Deum in cordibus ſuis, vt peterent
eſcas animabus ſuis, & malè locuti ſunt de Deo,
dixerunt, Numquid poterit Deus parare men-
ſam in deſerto? En vt Deum tentare auſi ſunt:
nec mirum igitur, ſi Deus eos tentauerit, ſed fi-
ne diuerſo: tentat enim eos Deus vt omnibus
nota ſit præceptorum ſuorum cuſtodia ſi vo-
Rupert. Abbas. luerint, *Planè æquum fuit* (ait cit. ſuperius Ab-
bas Tuicenſ.) *vt illum Deus tentaret populum, nam*
ille populus tentabat Deum. nam in eo magnitudo
fuit peccatorum, non quia petierunt, ſed quia ten-
tando & murmurando eſcas petierunt: ergo dum
tentātibus oſtendit Deus quid poſſit parando men-
ſam illis, æquum fuit vt ipſe vice verſa tentaret eos,
ne neſcirent quales erant ipſi: penè huic ſimile eſt
Deuter. 32. *quod dicit Deus in Cantic. Deuter. 32. Ipſi me pro-*
uocauerunt in eo quod non erat Deus, & ego prouo-
cabo eos in eo qui non eſt populus: tentati quippe de-
prehenſi ſunt, quod non ambularent in lege eius, id
eſt in fide eius, dum diffidentes de craſtino, collige-
rent pluſquam ſufficeret per ſingulos dies.

Deus ſuorum honori conſulit.

Ego pluam panes de cœlo, egrediatur & colligat
49. *populus per ſingulos dies.* Minime hoc beneficium
tunc temporis eis cōceſſiſſem, ſed poſtquam me-
ritas ſuæ murmurationis pœnas dediſſent: nam
nonne dicitur, ideo panem cœleſtem eis dediſſe,
quia in ſeruos ſuos fideliſſimos, os ſuum poſue-
runt? ſatisfacit quidem Deus populi deſiderio,
ſed non ſuæ murmurationis gratiâ, verum vt
ſuorum ſeruorum famæ conſuleret & honori,
cui detraxerant, ſe in deſertum adduxiſſe eos
interficiendi ergò, proclamantes. Hoc aſſeruit
Lippom. *Gratificatur ſtatim Dominus populo, non* Lippom
ob murmurationes, ſed ad ſuam gloriam & ad pa-
randam auctoritatem Moyſi.

Sufficientiam Deus diligit, ſuperfluitatem
habens inuiſam.

Ego pluam panes de cœlo, egrediatur & colligat
populus per ſingulos dies, quæ ſufficiunt. Cur non 50.
ait quantum in deſiderijs habuerit? Nam ſupe-
riori verſu fatebātur ſe in Ægypto panē vſq; ad
ſaturitatē comedisse. non minoris eſt virtutis, ô
Domine, quin etiā in deſerto eamdem panis abū-
dantiam præſtare poſſis: colligat inquit popu-
lus quæ ſufficiunt, non quæ ſatiant vſque ad vo-
mitum, ſufficientiam enim diligit, ſuperfluita-
tem habens inuiſam. ſubſcribit Metonēſis Epiſ- Auctor catenæ aureæ.
copus in cat. *Antea promiſiſti panem de cœlo præ-*
ſtandum, quem nullo negotio populus collecturus ſit,
ad ſufficientiam quidem, non autem ad ſuperfluita-
tem, quæ populo Dei inutilis, & pernicioſa ſit sēper.

Pluris æſtimat praua mens corporalia
quam ſpiritualia.

Ego pluam panes de cœlo, egrediatur populus 51.
& colligat per ſingulos dies, quæ ſufficiunt. Nonne
conquerebantur ſe ſediſſe ſuper ollas Ægypti,
& panem in ea cum ſaturitate comediſſe? quo-
modo qui delitijs libertatis fruebantur, qui ter-
ram lacte & melle manantem expectabant, ollas
carniū in captiuitate memorant earum æſtuan-
tes deſiderio? quia praua mens pluris corpora-
lia & terrena deſiderat, quam ſpiritualia, & à
Deo ſibi promiſſa: quam verè id obſeruat San-
ctus Greg. mag. lib. 20. Moral. cap. 16. *Ceſſa-* S. Gegor. Magn.
tionem Dominus à mund. laboribus imperat, ſancta
quietis dulcedinem perſuadet & tamen veſana ini-
quorum mens plus ſe aſſequi aſpera carnaliter, quam
tenere blanda ſpiritualiter gaudet, plus acerbitate
fatigationis, quam quiete dulcedinis paſcitur: quod
apertè in ſemetipſo nobis Iſraeliticus populus oſten-
dit, qui dum refectionem manna deſuper perciperet,
ab Ægypto ollas carnium concupiuit: quid enim
ſignatur in manna? niſi eſca gratia, ſuaue ſapiens,
refectionem interioris vitæ bene vacantibus deſuper
data? Et quid per ollas carnium, niſi carnalia ope-
ra quæ in tribulationum laboribus quaſi ignibus ex-
coquenda? manna igitur deſerentes ollas carnium
quærebant, quia videlicet peruerſæ mentes dulcia
per gratiam quietis dona deſpiciunt, & pro carna-
libus voluptatibus laborioſa huius vitæ itinera etiam
lachrymis plena concupiſcunt: contemnunt habere
ne ſpiritualiter gaudeant, deſideranter appetunt, vbi
& carnaliter gemunt.

Ita peruerſus peccator vt cum legem Dei non
ſeruet, eam adhuc odio proſequatur.

Ego pluam panes de cœlo, egrediatur & colligat
populus per ſingulos dies quæ ſufficiunt vt tentem eos 52.
vtrum ambulent in lege mea. Tentaſti, experi-
mentum ſumpſiſti, an legem etiam faciliimam
cuſtodirent, imo in multis delinquentes illius
facti ſunt tranſgreſſores. licet deliquerint, an
ſuæ tranſgreſſionis pœnitentiam egere? an de
peccatis dolucre? imo, Deum quaſi ſuæ trans-

greſſionis auctorem odio proſecuti ſunt. teſtatur B. Cypria. de montibus Sina & Sion aduerſus Iudæos. B. Cyprian. *Tentati à Deo per legem ita dicente Domino ad Moyſem, exeat populus iſte & colligant ſibi diurnum in diem, & tentabo eos an poſſint legem meam ſuſtinere, an non, & tentati à Deo per legem inuenti ſunt ab ea lege alieni, exinde Deo in odium æternum conuerſi ſunt.*

Ipſo aduentente Chriſto iam vmbræ ipſum figurantes euanuerunt.

53. *Ego pluam vobis panes de cœlo, egrediatur populus & colligat per ſingulos dies quæ ſufficiunt.* Nam

A in craſtinum aliquod ſeruare vetabantur, imo ne tantus labor ab eis impenderetur, potuiſſent colligere, non ſolum in vnum, ſed & in alterum diem: mannâ Chriſtum Dominum denotari contendit B. Cyrill. Alexand. lib. 3. in Ioan. B. Cyrill. cap. 34. ſicque reſpondet, *Senſibile illud manna intelligibile hoc figurabat, eſt autem intelligibile mãna ipſe Chriſtus, ſenſibile vero rudior legis diſciplina, ad dies autem ſingulos colligebant & in craſtinũ reſeruare vetabantur: quia ſaluatoris aduentu figuræ legis ceſſarunt, & colligere inde alimenta non poſſumus, ipſa veritate nobis & pane cœleſti ad fruitionem propoſito.*

VARIET. LECT. Verſ. 5. & 6.

V*Vlg.* Die autem ſexto parent quod inferant, & ſit duplum quam colligere ſolebant, per ſingulos dies.

Sept. Et erit in die ſexto, & parabunt quodcumque intulerint, & erit duplum quod collegerint de die in diem.

Cald Et præparabũt quæ attulerint, & erit du- B plũ ad illud quod collegerint per ſingulos dies.

Vulg. Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſraël, veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti.

Sept Et dixit ad omnem Synagogam filiorum Iſraël, veſpere cognoſcetis.

Oleaſt. Veſpera erit.

CONCORDIA.

PArum eſt quod verbum והכינו vehechinu Parabunt, vel ſibi præparabunt interpretetur, ſed nec quod ſequitur vehaia nuſue hal aſer ilketu iom iom, & erit duplum ad illud quod colligent ſiue collegerint, de die in diem, ſiue per ſingulos dies.

EXPOSITIO.

D*IE autem ſexto*, puta die veneris, die enim C Sabbati nempe ſeptimo, iuſſit eos Deus quieſcere: in Sabbato enim manna de cœlo non decidebat, *parent quod inferant* die veneris condant partẽ mannæ in tabernaculis ſuis, quo veſcantur ſequenti die, Sabbato enim à labore colligendi, mollendi, & coquendi manna ceſſandum eſt; vnde feria ſexta dicta eſt Paraſceue, à præparatione: *Veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti*, quia Deus noun prouidentiæ ſuæ argumento, dando vobis veſpere coturnices, & die ſequenti manna, quod panis vicem ſuppleat, ſatis oſtendet non eſſe vos ex Ægypto in ſolitudinem temere eductos, ſed Dei voluntate, conſilio, & imperio.

CONCEPTVS.

In hoc ſæculo non in alio Eucbariſtiæ Sacramentum ſuſcipitur.

54. *Sexte die parent quod inferant, & ſit duplum quam colligere ſolebant per ſingulos dies*, quia die ſabbati non colligendum manna, ſed ſolum ſex alijs diebus hebdomadæ. cur hic ſolus dies liber eſt à mannæ collectione? non eſt dubium quod ſicut ſabbatum, id eſt requies, futurum ſæculum deſignat, ſic etiam alij ſex dies huius vitæ periodum. non ſciſcitetis ergo cur ſabbato manna non colligatur; ſed ſolum ſex alijs diebus? quia in hac vitæ noſtræ peregrinatione frequenter ſumenda eſt Euchariſtia, & ſi fieri poſſet ſingulis diebus: ſabbato autem nequaquam, quia in futuro ſæculo Sacramentum Euchariſtiæ ſumitur, cum nullo velamine interiecto, facie ad faciem Chriſtum Dominum intuebimur. quod licet veriſſimum ſit, tamen ſua auctoritate adhuc illud confirmat Abbas Rupert. lib. 3. cap. 13. Rupert. Abbas. *Si verum Dei agnouimus ſabbatum, vbi requieſcente illo & latante in operibus ſuis, nunc depoſito carnis onere cum eo requieſcunt* D *animæ ſanctorum; ſciamus & illud, quia manna quod vobis datum eſt, ſabbato non inuenietur, ſed colligatur, ſed quod ante collectum eſt tunc manducabitur, quando facie ad faciem videbitur.*

Deus quaſi nolentes tamen ad obedientiã allicit.

Sexto die parent quod inferant, & ſit duplum 55.
quam colligere ſolebant. Hæc eſt illa tentatio, qua populum ſuum tentare voluit, an in lege ſua ambularet nec ne. ſed cur pœnam non impoſuit, cuicumque ſabbatum tranſgrederetur, quique hoc die manna colligeret? cur voluit ſolum vt in alterum diem ſeruatum manna, præterquam in Sabbatum putreſceret? vt hoc Cardin. Cajet. modo ſuauiter ad ſuæ legis obſeruantiam alliceret, *Mandatur* (inquit Cajet.) *vt quotidie colligant manna, & ſexto die colligant duplicatum, vt inobedientes cum ſe in crimine deprehendi viderint ex manna putrefactione ſeruati in alterum diem & non*

putre-

putrefactionem eiuſdem ſeruati in diem Sabbati, erubeſcant & obedire diſcant.

Dies Dominicus noſter Sabbato Iudæorum præferendus.

56. *Sexta die parent quod inferant, & ſit duplum quam colligere ſolent*, Sexta dies nominatur illa quæ ante Sabbatum ponitur, quæ apud nos Paraſceue eſt: Sabbatum autem dies ſeptima eſt. ſed quæſo qua die manna datum eſt cælitus? an die Sabbati aut ſequenti, quæ apud nos Dominica eſt? ſane Dominica, vt in hoc etiam hanc diem Sabbato præferamus, quod in ea panem cæleſtẽ populo dederit famelico. conſulendus Orig. (Origen. hom. 7.) *Si ſex diebus continuis manna collectum eſt, ſeptima autem die qua eſt Sabbati, ceſſatum eſt, ſine dubio initium eius à die prima, qua eſt dies Dominica fuit:* B *quod ſi ex diuinis ſcripturis hoc conſtat quod die Dominica Dominus pluit manna de cælo, & in Sabbato non pluit; intelligant Iudæi iam tunc prælatam eſſe Dominicam diem Iudaico Sabbato, iam tunc indicatum quod in Sabbato ipſorum gratia Dei ad eos nulla deſcenderit, panis cæleſtis, qui eſt ſermo Dei, ad eos nullus venerit, dicit enim & alibi Propheta, ſine beſtia, ſine ſacrificio, ſine ſacerdote* (Dan. 9.) *in noſtra enim dominica die ſemper Dominus pluit manna.*

In hac præſenti vita recondamus bona opera quæ ad futuram ſufficiant.

57. *Sexta die parent quod inferant, & ſit duplum quam colligere ſolent.* Quis vetat quin ſimiliter ſeptima die colligãt? cur ſexta colligere & collecta præparare in alterũ diem tenentur? merito quidem, C cũ enim ſexta dies vitæ præſentis ſæculum adũbret, quod ſex diebus hæc viſibilia & inuiſibilia Deus condiderit, ſicut ſeptima, futurũ: ſic etiam tot bona opera recondere & præparare debemus, quæ ad vitæ æternæ acquiſitionem & conſeruationem nobis ſufficiant. myſticus ſenſus eſt Origenis. (Adamant.) *Sextus dies eſt hæc in qua nunc ſumus vita, in ſex enim diebus Dominus fecit hunc mundum: hac ergo die tantum reponere & recondere debemus quantum ſufficiat & in primo die: ſi quid enim hic bonis operis acquiras, ſi quid iuſtitia, miſericordia & pietatis recondas, hoc tibi in futuro ſæculo cibus: numquid non ita in Euangelio legimus quia acquiſiuit hic decem talẽta, ibi accepit decem ciuitates, & qui acquiſiuit quatuor, quatuor ciuitates? hoc eſt quod per aliam figuram Apoſtolus dicit,* (Ad Galat. 6.) *quod enim ſeminauerit homo hoc & metet, quid ergo agimus nos* D *qui amamus illud recondere quod corrumpatur, non quod permaneat & perduret in craſtinum?*

Si dies feſtos colueris, alimentum tibi in illis non deficiet.

58. *Sexta die parent quod inferant, & ſit duplum quam colligere ſolent*, vt ſeptima die Deo conſecrata, ſoli Deo ab omni opere ſeruili liberi ſer- A uiant, ſed qui non laborat, indignus eſt alimento; ſi ergo manna die ſexta colligunt, fame premantur neceſſe eſt. nequaquam id exiſtima; ſi enim verè diem feſtiuum colueris, etiam cibos tibi miniſtrabit Deus. *Hic diſce* (inquit Oleaſt.) (Oleaſt.) *non tibi di futurum cibum ob feſtorum obſeruantiam, quoniam nouit Dominus dare duplum ad dies feſtos, ſi modo ea eius imperio colas.*

Oratio iuſti quid à Deo non obtinet?

Sexta die parent quod inferant, quid paraturi ſunt ſexta die in alterum diem? panem de cœlo immiſſum, quibus medijs adeo eximium conſecuti ſunt beneficium? an ſua in ſeruos Dei murmuratione? quis hoc aſſeret? Sed hanc ſingularem gratiam in orationem iuſti Moyſis refundamus. ſic teſtatur Ioſephus. (Ioſeph.) *Sed quoniã intelligebat non de nihilo concitatos, ad preces & ſupplicationes confugit, & conſcenſa quadam ſpecula, opem Dei rebus per inopiam afflictis depoſcebat, in cuius ſolius manibus ſalus repoſita eſſet: vtque propitius veniam daret populo duris rebus exaſperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti, Deus vero cui a ſibi populum fore pollicetur, & opem quam peterent iam affuturam.* 59.

Tunc magis Deus oſtenditur cum pro hominibus exinanitus eſt.

60. *Sexta die parent quod inferant.* Deinde Moyſes & Aaron dixerũt Iſraëlitis, veſpere ſcietis, quod eduxerit vos Dominus de terra Ægypti: an ignotum poteſt eſſe, nonniſi in manu Dei excelſa ereptos à dura Pharaonis captiuitate? quis enim dedit eis mare ſiccis veſtigijs tranſire? C an alius quam Dominus? vnde merito dixerunt, cantemus Domino, qui equum & aſcenſorem proiecit in mare: cur ergo dicitur eis, veſpere ſcietis, quia eduxit vos Dominus de terra Ægypti? cur potius veſpere deuenient in cognitionẽ deitatis eos ex Ægypto deducẽtis? an quia coturnices exhibebit? adeo ne res eximia coturnicum abundantia à Deo data, vt tũc Deus eripiens eos cognoſcatur? nequaquam. cur ergo veſpere? in Euangelio ſane legimus Ieſum hora tertia poſt meridiem exclamantem expiraſſe, & tunc à preſentibus agnitum, vt filium Dei. nec mirum, quia tunc maxime oſtẽditur, cum pro hominibus veſpere magis exinanitus eſt. rem attigit Orig. hom. 7. in Exod. (Citatus Origen.) *De hoc mihi reſpondeant velim, Iudæi, quomodo ad* D *veſperã agnoſcitur Dominus, vbi Dominus agnitus eſt ad veſperam? ſed ſi vis iſta intelligere non potes niſi per Euangelium: ibi audies terræ motum factum, monumenta diſrupta, centurionem & milites qui ad cuſtodiam poſiti erant dicentes, verè filius Dei erat iſte. agnitus ergo eſt per hæc in veſpera Dominus*, Et quidem nunquam Deus magis exinanitus eſt, quam in illo veſpere in quo ſuſpenſus in cruce animam pro nobis efflabat, & in illa exinanitione, & Deus agnoſcebatur, & prædicabatur.

VARIET. LECT. Verſ. 7.

V*ulg*: Et manè videbitis gloriam Domini, audiuit enim murmur veſtrũ cõtra Dñm, nos vero quid ſumus quia muſſitatis cõtra nos?

Sept. In exaudiendo murmurationem veſtram contra Dominum, nos autem quid ſumus quia obmurmuratis contra nos?

Cald. Eo quod auditum ſit murmur veſtrum contra Dominum.

Pag. Cum audierit murmurationes veſtras Dominus.

Arias. In audiendo eum murmurationes ve- A ſtras contra Dominum, & nos quid, quia murmurare facitis contra nos?

Aug. Dum exaudiet murmurationem veſtram ſuper Deum.

C O N C O R D I A.

AVguſtinus quod verterat, explicat, & ait, hoc tantum valet ac ſi dicerent aduerſus Deum: verbum לין lun quod muſſitare dixit Vulg. idem eſt ac murmurare, licet ad alia ſit æquiuocum.

E X P O S I T I O.

Mane videbitis gloriam Domini, in exhibitione mannæ per quod agnoſcetis Dei gloriam, id eſt glorioſam potentiam, & prouidentiam, *audiuit murmur veſtrum contra Dominum*, in tertia perſona vt ſæpe loquitur, id eſt contra ſe murmur ſuum Deus audiuit, porro prædictorum beneficiorum cauſa non fuit murmur, ſed occa- B ſio, *Nos vero quid ſumus*? quaſi dicerent Dominus eſt, qui vos eduxit; ad rem enim ita arduam quid ſumus? inutiles vtique ſerui Dei mandata exequentes.

C O N C E P T V S.

Deus in ſuos tanto fertur amore, vt ſuum honorem cum eis communem faciat, ſicut & eorum contumeliam, ſuam.

61. *Mane videbitis gloriam Domini, audiuit enim murmur veſtrum contra Dominum*, id eſt contra ſe. Quid ais Moyſes? an excidit è memoria in- C iuria tibi & fratri tuo illata? nonne poſteritati ſcriptum reliquiſti, quod in te & Aaroné murmurauere? cur ergo quaſi tui immemor, eis obijcis quod murmur contra Deũ factum ſit, quodque illud audiuerit? quia ſciebat Deum tanto in ſuos amore ferri, vt ſicut ſuum honorem cum eis diuidebat, ſic & eorum contumeliam, ſuam reputabat. ſuffragatur nobis Saluian. lib. 8. de prouidentia. *Sacrilegy* (inquit) *genus eſt Dei odiſſe cultores, ſicut enim ſi ſeruos noſtros quiſpiam cedat, nos in ſeruorum noſtrorum cedit iniuria, & ſi à quoquam filius verberetur, alienus in ſupplicio fily pietas aliena torquetur: ita & cum ſeruus Dei à quocumque læditur, maieſtas diuina violatur, dicente ad Apoſtolos ſuos Domino, qui vos ſpernit, me ſpernit: benigniſſimus ac pyſſimus Dominus communem ſibi cum ſeruis ſuis honorem ſimul & contumeliam facit, ne quis cùm læderes Dei ſeruum, hominem tantum à ſe lædi arbitraretur; cum abſque dubio iniurys ſeruorum dominicorum Dei admiſceatur iniuria*, vbi quamuis de quolibet Dei ſeruo loquatur, tamen à fortiori intelligendus eſt, de illis qui Dei vices in terra gerunt.

B. Saluianus. Luc 10.

Iuſti de ſe humillima ſentiunt, omnia Deo tribuentes.

62. *Mane videbitis gloriam Dei.* In exhibitione mannæ quo fateri cogemini Deum fuiſſe qui ab Ægypti ſeruitute eripuit, cur hoc ſilentio non obuoluis, cum crederent te ſuum liberatorem? tum cur dicis quid ſumus? nonne populi gubernator à Deo conſtitutus? cur igitur adeo te deijcis vt aſſeras te nihil eſſe? iuſti ſemper de ſe humillima ſentiunt, omnia eximia Deo tribuentes: fauet Lippom. *Intelligens hoc opus non eſſe humanum, ſed diuinũ, imo altero miraculo cognoſcetis vos, non noſtra præsũptione eductos, ſed gratia & virtute diuina, vt nihil vobis, ſed totum Domino adſcribatis, qui vobiſ veſpere carnes, mane præbebit in copia panes.*

Lippom.

Eucharisticum epulum in Dei viſionem nos ducit.

Manè videbitis gloriam Dei, cum panem cælitus immittet, nempe manna quo Euchariſticus denotatur cibus. Sed, ô Moyſes, nonne veſpere pollicitus eſt habiturum carnes populum vt ſuæ ſatisfaciat neceſſitati? cum ergo caro in maiori pretio videatur, quam panis, cur non ais ſe veſpere Dei gloriam viſurum? cur eam in matutinum tempus reijcis, cum manna collecturus eſt? quid dicat Rupert. audiamus; Per carnes, vetera ſacrificia, per manna nouum ſacrificium accepimus, illa Dominus ſacrificia permiſit fieri, hoc autem nouum corporis & ſanguinis ſui ſacrificium per ſemetipſum tradidit. quid mirum igitur ſi non dixerit quod viſurus eſſet populus gloriam Dei veſperè, ſed ſolũ mane? non enim illis veteribus ſacrificijs, ſed in D hoc nouo diuinæ gloriæ viſio communicatur: Euchariſticus enim cibus ſũptus in altari maximè cõducit ad Dei gloriam ſpectandã. conſentit B. Greg. Niſſ. hom. 10. in Cant. qui poſtquam de illo ſupercæleſti cibo loquutus eſt, quo inebriatus aliquando fuit diuinus Dauid, ait, *cum à ſe exceſſiſſet vidit pulchritudinem quæ non cadit ſub aſpectum.* 63.

Rupert. Gregor. Nyſſenus.

Propriæ gloriæ magnificentiam reputat Deus noſtram vtilitatem.

Manè videbitis gloriam Dei. Cur non ais, mane, quomodo ſatisfactum ſit vtilitati veſtræ diſcetis experimento? nam panem cæleſtem in veſtræ ſubleuationem famis colligetis. rectè dixit manè videbitis gloriam Dei, propriæ enim gloriæ magnificentiam reputat noſtræ conſulere vtilitati famelicis cibum tribuens: quòd paucis, ſed eleganter exprimit Tertullian. lib. cont. Phyſicos cap. 5. *De cælo epulas miſerat, id enim* 64.

gloriam ſuam Dominus appellat, qui glorioſè magnificatus dicitur in ſuorum ſalute & libertate. A *ſole nobis intelligibili orto, præſentis Domini gloriam intuentes, copioſiſſime panem cæleſtem ipſum rurſus Chriſtum aſſequimur.*

Lex antiqua quaſi terreſtris tenebris figurarum obnoluta, lex gratia cæleſtis & ſplendidiſſima.

Mane videbitis gloriam Dei, ſcilicet cum pa-
65. nem cœleſtem vobis præbuerit, veſpere autem
cognoſcetis in coturnicum largitione, quia Dominus eduxit vos de terra Ægypti. Cyrill. Alexand. lib. 3. in Ioan. cap. 34. ait coturnicem, legem quodammodo adumbrare: ſed quid commune legi cum coturnicibus? Prope terram hæc auis ſemper volat & nunquam effertur
B. Cyrill. volatu, inquit Cyrillus, & addit, & diſciplina legis terreſtris eſt animalium oblationes nec non purificationes quodammodo continens, quibus illi non multum è terra leuaban- B tur. ſed cur veſpere dantur coturnices, cum mãna eas præcedere debeat? panis enim quemlibet alium cibum præcedere debet. & cur ſolum veſpere in exhibitione huiuſmodi auium Deum cognoſcituri ſunt? reſpondet, *hæc auis veſpere traditur, vel quia magna obſcuritate figura legis inuoluuntur, vel quia mundus tenebrarum offenſione tenebatur luce vera carens, quæ eſt Chriſti, ego inquit, lux in mundũ veni, cogniturot autem ait, quod Dominus eduxit eos ab Ægypto, quia vniuerſalis quadam atque confuſior in Moſaicis libris ſalutis cognitio ſolummodo eſt: nondum enim erat gratia, quod ipſe ſignificauit dicens, mane videbitis gloriam Dei, dum dedit vobis panes in ſaturitate, ſolutis enim nocturnis legis iam tenebris, &* C

Si Deus peruerſis bona tribuit quæ beneficia timentibus ſe non largietur?

Mane videbitis gloriam Dei In manna, pane
Angelico vobis adminiſtrato, mirabilis prorſus 66.
ac diuina bonitate digna vindicta: murmurat populus non tam contra Moyſem quam contra Dominum, & Deus quaſi eximio aliquo prouocatus obſequio, inſignem ei liberalitatem parat: populus contra innocentes & benefactores lapidationem, ſi Ioſepho credimus, intentat, Deus contra incredulos & rebelles, non pluit lapides, par pari referens, & ſaxis ſaxa retundens, ſed delicioſum manna, & coturnices: populus impiè & mendaciter ollas carnium & ſaturitatem Ægyptiacam Moyſi exprobrat, oblitus flagellorum quibus noctes dieſque cædebatur: & Dominus, quaſi iuſta eſſet quærela, & æquum eſſet eorum murmur, non ſolum eorum neceſſitati, ſed etiam gulæ quodammodo famulaturus, delicatiores cibos & carnes coturnicum ſubminiſtrat, vt ſapiens non vno in loco gratulabundus confitetur: ideo admirans Dauid ait, *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus, eſcam dedit timentibus ſe*, imo & murmurantibus contra ſe: quid ergo facturus eſt bonis, & obſequentibus famulis ſuis, qui improbos & tumultuantes tam indulgenter tractat? Pſal. 109.

VARIET. LECT. Verſ. 8. & 9.

V*Vlg.* Et ait Moyſes, dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate: eo quod audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum, nos enim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

Sept In dando vobis Dominus veſpere carnes ad comedendum, & panes mane ad ſaturitatem, propterea quod exaudiuit Dominus murmurationem veſtram.

Cald. Cum dederit vobis Dominus veſpere carnem ad comedendum, & mane panem in ſa- D turitatem, cum auditum ſit coram Domino murmur veſtrum, quod vos murmuraſtis contra eum.

Vulg. Dixit quoque Moyſes ad Aaron, dic vniuerſæ congregationi filiorum Iſraël, accedite coram Domino, audiuit enim murmur veſtrum.

Sept. Dic omni Synagogæ filiorum Iſraël, accedite ante Deum.

Pag. Dic ad omnem cœtum filiorum Iſraël, accedite ad conſpectum Domini.

Montan. Accedite ad facies Domini.

CONCORDIA.

DAbit vobis Dominus, in Hebræo eſt תתב bethet cum dederit, ſic Sept. & Cald. ſed quis non videt eumdem ſenſum eſſe vtrobique?

EXPOSITIO.

D*Abit vobis Dominus carnes edere* ſuperiorum repetitio, *eo quod audierit Dominus murmurationes veſtras* nõ eas approbans, ſed ne vlterius murmurarẽt deſiderijs eorũ ſi ſatisfaciens, *accedite coram Domino*, vel ad columnam nubis, qua ſi vobis Deus præſẽtem exhibebit, vel ad quoddam tabernaculum, quo omnes religionis & precationis cauſa conuenire ſolebant, quod quidem extructum fuit ante fœderis tabernaculum quod infra columnam forſan deducebatur, cum caſtra mouerent, & veluti tunc Dei peculiaris ſedes putabatur.

CONCEPTVS.

Non ſolum Deus ſatisfacit deſiderijs noſtris, ſed ordine quo à nobis manifeſtata ſunt.

67. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate.* Cur Deus dedit carnes veſpertino tempore, & panis exhibitionem diſtulit in matutinum? nam conuenientior eſſe videretur ordo inuerſus, cum carnibus concedendis panis præſuponatur: reuoca in memoriam quid prius in deſiderijs habuerint Iſraëlitæ: nonne dixerunt, ſedebamus ſuper ollas carnium, deinde, comedebamus panes in ſaturitate? en vt prius carnes petierunt, quam panem? ne ſciſciteris ergo cur prius Deus carnem eis dederit, quam panem, quia Deus non ſolum noſtris ſatisfacit deſiderijs, ſed etiam eo ordine, quo à nobis ſunt manifeſtata. conſentit Abul. (Abulenſ.) *Deus dedit carnes & panes propter murmurationes Iſraelitarum; ideo decuit vt iuxta formam petitionis eorum daretur à Deo vtrumlibet. Hebræi autem primo petierunt carnes & deinde panes, vt patet ſupra, cum dicitur; vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Ægypti, quando ſedebamus ſuper ollas carnium & comedebamus panes in ſaturitate! ob hoc ergo prius Dominus dedit carnes, deinde panes.*

Prælatus etiam murmurationibus ſubditorum flectendus.

68. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes, & mane panes in ſaturitate.* Qua de cauſa tanta liberalitate erga eos vtitur? eo quod, inquit Moyſes, Deus audiuit murmurationes veſtras, Sep. exaudiuit Dominus murmurationes veſtras. Si Deus non audit orationes impiorum, quanto minus eorum praua opera & detractiones exaudire dicendus eſt? vnde quaſi admirans dixit B. Auguſt. (B. Auguſt.) q. 75. in Exod. notandum, inquit, nouo hic modo exauditionem dictam non precantium, ſed murmurantium, cum reprehendat vtique ſcriptura murmurationem: quid ergo dicit Moyſes exaudire Deum murmurationes populi ſui? vt doceat optimum Prælatum non ſolum orationibus ſubditorum, ſed etiam murmurationibus eorum flectendum, ne iterati eorum gemitus & querimoniæ exaudiantur. Sic enim hunc locum ad mentem noſtram interpretari videtur B. Cyrillus (S. Cyrillus Alexand.) Alexandrinus libro tertio in Ioannem capite trigeſimo quarto. *Modeſta*, inquit, *per orationem petitio perfectorum eſt, cui exæquatur imbecillium & infirmorum obiurgatio & murmuratio: nam quemadmodum ploratu neceſſaria ſibi alimenta infantes flagitans, & hoc modo mater ad fouendos filios ſuos prouocatur: ſic conqueſtuoſæ obiurgationiſque plenus clamor ad Deum ſi ab infirmis adhuc & infantibus in habitu virtutis ſit, petitionis locum retinet.* Vbi docet murmurationem & orationem aliquando exæquari, non quidem in principio, cum hæc à perfecto, illa ab imperfecto corde oriatur, ſed in effectu, cum vtraque Deum exoret, & ad miſericordiam inclinet. igitur qui oneribus frangunt ſubditos, nec gemitibus laborantium franguntur, ſimiles ſunt Philiſtinorum vatibus, qui onerabant vaccas, & earum gemitus ſeu mugitus non curabant.

Nihil niſi Euchariſticus cibus ſatiare poteſt.

Dabit vobis Dominus veſpere edere carnes & mane panes in ſaturitate. Veſpere daturum ſe carnes eius pollicetur, mane autem panes: neque tamen de carnibus dicit fore, vt ſatientur, qui eis veſcuntur, ſolum enim dixit, dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, de panibus vero, id eſt de manna, ſubiungit, & mane panes in ſaturitate. quid eſt quod panis datus manè, ſatiat, carnes autem quæ dantur ſub veſperam, minime? diximus ſuperius ex Ruperto per carnes ſacrificia veteris legis adumbrari, ſicut per manna vnicum nouæ legis ſacrificium. en cur daturus eſt Dominus mane panem in ſaturitate, non autem veſpere carnes? quia nullum aliud ſacrificium quam Euchariſticum, ad plenum nobis poteſt ſatisfacere; cur non ſatisfaceret, cum contineat in ſe Chriſtum Dominum, cuius cum gloria nobis apparuerit, ſatiabimur? 69. (Rupert.)

Euchariſtia in peccatis ſumpta non ſatiat.

Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate Tenet etiam Rupert. non ſolũ pane, ſed etiam carnibus cibũ Euchariſticũ denotari, ait enim Chriſtus, caro mea verè eſt cibus: ſi ergo non ſolum pane, ſed etiam carne, à Deo promiſſa filijs Iſraël, auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum deſignatur, cur eis non dicitur, quod veſpere daturus eſt eis carnes in ſaturitate edendas, ſicut aſſeruit quod ſatiarentur mane panibus? mane vita eſt in virtute acta, ſecundum eſt. Abbatem, & iuxta Dei præcepta tranſacta; veſpera vero ea eſt quæ agitur in peccatis. benè ergo carnes veſpere non comedet in ſaturitate, Corpus enim Chriſti Domini ſi veſpere ſumitur, ſi in crimine lethali, editur quidem, ſed non ſatiat, imo damnationẽ adducit. Mane autẽ panibus ſatiabũtur iuſti, mane enim, id eſt cum multa animi pietate & virtutis exercitio, ad hanc menſam quis accedat, non ſolum edit, ſed ſatiatur. ſubijcio verba Ruperti libro tertio capite decimo quarto. *Rectè ſaturitatem panis prius ipſe Dominus & deinde Moyſes pollicitus eſt; quid autem per veſperam niſi vetuſtam vitam? quid per mane, niſi nouam vita nouæ claritatem intelligimus? ad veſperum, inquit Pſalmiſta, demorabitur fletus & ad matutinum lætitia: nam quia circa veſperam primus Adam inobediens conuictus & indicatus in hanc mortalitatem deuenit: matutino autem nouus Adam, obedientia peracta in immortalitatem atque incorruptionem reſurrexit, rectè hic* 70. (Rupert. Abbas.) (Pſal. 26.)

per veſperam veterem vitam in qua carnes taurorum & ſanguinem hircorum ſacrificauerunt In. al. per mane autem nouam vitam intellig mus, in qua præcurrente ſummo ſacerdote Chriſto ſacrificant & pan: cæli ſaturantur Chriſtiani. ad illam veſperam demorabitur fletus cunctis ad inferos deſcẽdentibus, ab hoc autem matutino lætitia eſt, quia cælum patet, Paradiſus apertus eſt. dicat itaque veſpere ſcietis quod Dominus eduxerit vos & mane videbitis gloriam Domini, veſpere comedetis carnes & mane ſaturabimini panibus.

Antequam quis Euchariſtico cibo reficiatur, mentis eleuatione ad eum ſe diſponat.

71. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes, & mane ſaturabimini panibus*, Cur antequam manna colligant comedendum, volatilia à Deo accipiunt? quid volatilia quæſo adumbrant? altitudinem contemplationis, conſiderationis ſiue eleuationem mẽtis in Deum, nam volatu auium id aperte denotatur. merito ergo Iſraëlitæ prius comeſturi erant volatilia quam panem cælitum datum: antequam enim quis Euchariſtico cibo reficiatur, mẽtis eleuatione ad eum ſe diſponat, & mentis eleuatione attente ruminans quo pane cæleſti Angelico ſatiari debeat.

Euchariſtia à ieiunis ſumenda.

72. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes*, & mane panes in ſaturitate nempe manna, antequã ipſe ſol exoriretur. cur ita ſommo mane deſcendit manna de cælo? cur antequam ſol ſuos emittat radios colligendum? ſi manna panem Euchariſticum deſignat, quid miraberis ſummo mane colligi? forte vt innueretur cibus Euchariſti nonniſi à ieiunis ſumendus, cum certiſſimum ſit Iſraelitas ante mannæ collectionem cibum non ſumpſiſſe. hæc de Appolline Abbate teſtatur Palladius Epiſcopus in Lauſiaca hiſt. c. 52. *Omnes fratres qui cum ipſo erant alimentum non prius accipiebant, quam Euchariſtia Chriſti communicaſſent*, vnde B. Iſid. Hiſpal. lib. 1. de Eccleſ. offic. cap. 18. ait: *Licet Apoſtoli non communicauerint ieiuni, quia neceſſe erat vt Paſcha illud typicum antea impleretur & denuo ad verum Paſcha Sacramentũ tranſirent, hoc enim in myſterio tunc factum quod primum diſcipuli Corpus & Sanguinem Domini non acceperunt ieiuni: vniuerſa autem Eccleſia nunc à ieiunis accipitur, ſic enim placuit Spiritui ſancto per Apoſtolos, vt in honorem tanti ſacramenti, in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi, & ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur.* idem habet Amalarius Epiſcopus Treuerenſ. lib. 3. de Eccleſ. offic. cap. 34.

Palladius Epiſcop.

Iſidor. Hiſpal.

Amalarius Epiſcopus.

Deus verè Dominum ſe præſtat cum bona largitur.

73. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes*, & cum eas daturus ſit, quid inde? in hoc ſcietis quod eduxerit vos Dominus ex Ægypto: nonne cum detraxiſſent ſeruis tuis fidelibus Moyſi & Aaron, meritas ab eis ſuæ iniuſtæ murmurationis potuiſti pœnas ſumere, & in ſupplicio à ſontibus exigendo, te verum Deum agnoviſſent liberatorem ab Ægypto? non hæc ait, ſed quod in exhibitione volatilium ab eis cognoſceretur Dominus. vere enim Deus Dominum ſe præſtat, cum ſuis bona largitur. *Conſidera* (inquit Oleaſt.) *in quo ſe ſe Dominum ſuum oſtendat, non in bonis auferendis ſed dandis, non exigendo miniſterio ſed in donis exhibendis.* Oleaſt.

Inferiores licet aliquid reprehenſione dignum in ſuis ſuperioribus videant, nec palam nec clanculum illis detrahant.

Dabit vobis Dominus veſpere carnes, eo quod Dominus murmurationes veſtras audierit, deinde ſubiungit *murmur veſtrum non eſt contra Moyſem, ſed contra Dominum*, ô Moyſes, tuæ ſpecialiter famæ conſulere videris, cum toties murmurationem in te ab Iſraëlitis commiſſam memores, nonne ſatis ſemel de ea ſermonem habuiſſe? Cur iterum & tertio, & quaſi ad nauſeam ſemper idem incolcas? ne tale dixeris, imo vtiliſſime pluries idem repetit, ſciebat enim commune vitium ſubditorum actionibus ſuperiorum detrahere; vt ergo eos à praua conſuetudine deterreret, ſæpius inculcat murmur eorum, non aduerſus ſuperiores, ſed aduerſus Deum eſſe. Hoc rectè monuit B. Gregor. lib. 12. Epiſt. 32. *Si Dauid regum iuſtiſſimus* (inquit) *in Saul, quem conſtabat iam à Domino reprobatum & abiectum eſſe, manum mittere non præſumpſit: quanto magis cauendum eſt, ne manum detractionis, aut vituperationis ſiue indiſcretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in vnctum Domini, vel in prædicatores ſanctæ Eccleſiæ? quia eorum vexatio ſiue detractio ad Chriſtum pertinet, cuius vice in Eccleſia legatione funguntur: vnde ſummopere cauendum eſt omnibus fidelibus, ne clanculo aut publicè Epiſcopum ſuum, id eſt, vnctum Domini detractionibus aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ quia pro eo quod Moyſi famulo Dei propter Æthiopiſſam detraxit, immunditia lepra mulctata ſit. Et illud Pſalmiſta: Nolite tangere Chriſtos meos & in Prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Dijs non detrahes, & populi tui principi non maledices: vnde valde prauidendum eſt ſubditis tam clericis quam laicis, ne Epiſcoporum, ne præpoſitorum ſuorum vitam temere reprehendere audeant ſi quid eos fortaſſe agere reprehenſibiliter vident, ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulſum in profundiora mergantur.* 74. B. Gregor. mag. Pſal. 104.

Ea ſunt Dei beneficia, quæ murmurantium os occludant.

Dabit vobis Dominus veſpere carnes, eo quod audierit murmurationes veſtras; deinde ait Aaron Iſraëlitis, *accedite coram Domino, audiuit enim murmur veſtrum*: quid ô Aaron, nonne compertiſſimum eſt Deo murmur Iſraëlitarum prohabendo cibo? nonne blaſphema eorum quærimonia nota eſt, cum deductos fuiſſe in deſertum dixerunt, vt fame miſere perirent? cur igitur vt graues dent ſui criminis pœnas, non iubes longius recedere? accedite inquit accepturi alimoniam à Deo, veſtras ſciente murmurationes. cur non times notæ illorum murmurationi, ne apud Deum periclitentur propter ingratitudinem omnibus manifeſtam? nihil Aaron timet Iſraëlitis murmuratoribus, vt à Deo pœnis coërceantur, nec vt 75.

denuo linguas ſuas In Deum acuant : quia tanta ſunt dona à Deo eis conferenda vt murmurantium ora prorſus obtrudere poſſint. quod obſeruat auctor operis imperfecti. hom. 54. in Matth. *De dato eius inquit, nemo iuſte murmuras, quia amplius das quam omnis homo deſiderat, murmurationem omnem abſumunt dona diuina, vt quæ immensè excedunt hominum deſideria.*

Auctor operis imperf.

Dei miniſtri neſciunt ipſius fauores alijs inuidere.

76. *Dabit vobis Dominus veſpere carnes, et quod audierit murmurationes veſtras, accedite coram Domino* alimoniam tum panis cœleſtis, tum volatilium accepturi, ô ſerue Dei, cur liberum acceſſum præbes ad Deum? imo non ſolum conA cedis ſed præcipis, vt accedant. nonne licet Deus iuſſerit, potuiſti obijcere tua indignos eſſe præſentia ob murmurationis delictum? accedite, inquit, Deum conuenite, cur non times quod accedentes Deo placituri, plura ab eo beneficia accipiant? nihil timet, famulus enim Dei eſt qui fauores alijs non inuidet impartiri: in hoc diſſimilis aulicis mūdialium principum, qui aliorum præ inuidia & ambitione congreſſum in principibus, omni conatu impediunt, ſibi aliquid detrahi credētes. eorum ingenium & mores rectè agnoſcebat Æneas Syluius (qui Æneas Syluius. fuit Pius II. Pontif. Maxim.) cum ait, *Fugienda ſunt nobis atria & aulici tumultus, in quibus nec requies nec bonarum artium exercitatio, nec virtutis aliquis amor regnat, ſed auaritia tantum, libido, crudelitas, inuidia, & ambitio dominantur.*

VARIET. LECT. Verſ. 10.

V*ulg.* Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſraël, reſpexerunt ad ſolitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube.

Sept. Dum autem loquebatur Aaron omni B Synagogæ filiorum Iſraël, & conuerterunt ſe ad deſertum.

Cald. Et ecce gloria Domini reuelata erat in nube, *ſic Onk.*

Pag. Ecce gloria Domini cōſpecta eſt in nube.

EXPOSITIO.

C*Umque loqueretur Aaron* vt ſibi iuſſum fuerat, *reſpexerunt ad ſolitudinem.* Et ſi enim totus ille locus in quo caſtra fixerant, pars eſſet ſolitudinis, tamen quia vbi Iſraëlitæ tabernacula fixerant, non iam ſolitudo, ſed quaſi vrbs populoſiſſima videbatur, ſolitudinem hîc eam partem vocat, quæ orientem ſpectabat, in qua amplæ illius ſolitudinis longus erat tractus, *ecce gloria Domini apparuit in nube*, inſolitus quidam fulgor qui apparuit Dei præſentiam præ ſe ferens, qui gloria Domini dicitur. erat autem in nube quæ forte tabernaculum illud de quo ſuC pra, vbi & Moyſes in oratione erat, operuit. Hanc nubem aliqui arbitrantur aliam fuiſſe à columna nubis.

CONCEPTVS.

Deus ſuorum obiurgat murmurationes.

Reſpexerunt ad ſolitudinem, & ecce gloria Do-
77. *mini apparuit in nube:* auguſtum radianſque iubar quo ſe quaſi ſpectandam per Angelum exhibebat, maieſtas diuina. ſed cur ſic cum tanta gloriæ maieſtate apparet? nam audita eorum murmuratione, ab eis tanquam ſua indignis præſentia ſecedere deberet. apparet cum tanto D ſplendore & inſolito, vt populum murmurantem terrore & fulgore ſui numinis compeſceret, & ſeuere obiurgaret. mens eſt noſtri Lyrani, *ecce quidam fulgor inſolitus repræſentatiuus diuinæ præſentiæ, ad arguendam populi murmurationem.*

Noſter Lyranus.

Murmuratio Deum à nobis ſeparat.

78. *Reſpexerunt ad ſolitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube*, extra caſtra ergo apparuit huiuſmodi gloria in nube, in qua maior interpretum pars ſentit, quod erat columna nubis. quid? nonne in medio caſtrorum huiuſmodi columna quieſcebat? cur ergo ab eis receſſit & cum ea Dominus? nonne auditum eſt murmur eorum à Domino? ne ſciſciteris ergo, cur à caſtris, in ſolitudine diſceſſit: murmuratio enim à nobis Deum ſeparat, indignans enim cum populo murmurante manere fugit extra caſtra in deſertum, eoque ad ſe euocat & abducit Moyſen ibi eum allocuturus; conſentit Abulenſ. Abulenſ.
Videte, Deum indebite inquietaſtis.

Non exiguum Dei amoris indicium ſeparare hominem à tumultu per ſolitudinis quietem, vt ei ſua aperiat arcana.

Reſpexerunt ad ſolitudinem & ecce gloria Do- 79.
mini apparuit in nube. Vbinam hæc gloria Domini apparuit? an in vrbe, vel alibi? extra caſtra in ſolitudine: cur in deſerto, non in caſtris hæc gloria Domini inſpicienda datur? quia non exiguum diuini amoris ſignum, ſeparare hominem à tumultu per ſolitudinis quietem, vt ei ſua aperiat arcana. Hinc rectè B. Chryſoſtom. B. Chryſoſt.
hom. 6. de incomprehenſi. Dei natura ſuper illa verba, factum eſt verbum Domini ad Ezechielem iuxta fluuium Chobar, ſic ait, *Quoties enim Deus nonnihil explicaturus ſuis famulis eſt, extra vrbem tumultumque hominum ducit, & loco tranquillo conſtituit, quo nullis rebus quæ ſeſe aut oculis aut auribus offerunt, interpellitur, ſed liber omnino & otioſus vacet eorum, quæ ipſis diuinitus aperiantur, contemplationi.*

Qui à tergo mundum habet, Deus ſe ei familiarem præbet.

80. *Reſpexerunt ad ſolitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube.* ex Hebræo habetur, verterunt ſe ad deſertum, & ilico ecce gloria Domini apparuit in nube, in quæ optime Caiet. inquit, *Poſtquam Aaron appropinquauerat iuxta locum columna nubis, dixit eis, vt verterent ſe verſus deſertum. forte vultus habebant verſus mare rubrum, at ex parte deſerti nubes diuinitatem præ ſe ferens.* En vt gloria Domini apparet in deſerto, vbi ſe Deus & videndum & alloquendum præbet ijs qui à tergo habent Ægyptum, imo & mare ipſum, per quod tranſierunt, verſiſque vultibus in deſertũ Domini gloriam intuentur. Cajetan.

Vbi Dei gloria apparet, ibi omnia alia licet eximia ſint, tanquam deſertũ apparere debent.

A *Reſpexerunt ad ſolitudinem & ecce gloria Domini apparuit in nube* Neſcio cur obſeruat Moyſes, quod in ſolitudine huiuſmodi gloria apparet? nam hoc ſuperfluum videtur, cum alibi non eſſent Iſraelitæ, quam in deſerto: emphaticè quidem & non ſuperflue hoc annotat, quod in ſolitudine apparuit gloria Domini: quia omnia alia licet eximia ſint, licet decora, licet ſplendida, tamen tanquam deſertum apparent, vbi gloria Dei apparet, omnia euaneſcũt, omnia diſparent & vaſtam repræſentant ſolitudinem, vnde Paſch. lib. 17. in Math. ait, *In comparatione veræ lucis omnia cælorum luminaria ſic futura prophetantur à Domino, ac ſi tenebroſa non in ſua natura, ſed ad fulgorem æternæ lucis comparata valde obſcura erant.* Et ſane omnia vileſcunt dominicæ gloriæ lumini comparata, pretioſiſſima quæque, reſpectu illius, viliſſimi ſunt B pretij & nullius æſtimationis. 81. B. Paschasius.

VARIET. LECT. Verſ. 11. & 12.

VVlg. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſem dicens.

Vulg. Audiui murmurationes filiorum Iſraël, loquere ad eos, veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus, ſcietiſque quod ego ſum Dominus Deus veſter.

Sept. Exaudiui murmur filiorum Iſraël, loquere ad eos dicens, ad veſperam edetis carnes, & mane replebimini panibus, & cognoſcetis quia ego Dominus Deus veſter.

Pag. Inter veſperas comedetis carnem & manè ſaturabimini pane.

Vat. Inter duas veſperas comedetis carnem.

CONCORDIA.

HEbraice בין הערבים ben harhabaim inter duas veſperas recte reddidit noſter interpres veſpere, nam duplex eſt veſpera, apud Hebræos, altera ab occaſu ſolis vſque ad noctem, C aut occaſus ipſe ſolis, altera eſt nox ipſa. ſpatium ergo quod erat inter occaſum ſolis & noctem, dicitur hic ab interprete veſpere, & ab aliis inter duas veſperas.

EXPOSITIO.

A*Vdiui murmurationes filiorum Iſraël*, licet vnica fuerit murmuratio eorum, plures tamen nominat, ob murmurantium multitudinem, *veſpere comedetis carnes*, nempe coturnices, *& mane ſaturabimini panibus*, nempe manna, ad ſatietatem, *ſcietiſque*, ex tanti miraculi operatione, quod ego ſum Deus veſter & non alius.

CONCEPTVS.

Quod nobis Deus neceſſaria ad vitæ conſeruationem conferat, noſter dicendus eſt.

82. *Veſpere comedetis carnes, ſcietiſque quod ego ſum Dominus Deus veſter.* Nonne ſatis erat dixiſſe, viſo tanto miraculo, in abundantia vobis pane dato, imo & volatilibus cognoſcetis me Dominum & Deum? nam quis alius naturæ vires ſuperans mirabile potuit efficere? cur igitur addidit *veſter*? nam id omnino ſuperfluum eſſe videtur: imò emphatice poſitum eſt, quia cum Deus neceſſaria ad vitæ conſeruationem conferat, noſter omnino dicendus eſt: annuit Abulenſ. *Vos ſcitis quod ego ſim Deus veſter cum nullus alius iſta facere poſſit. & quia iſta miracula ſunt ad vtilitatem veſtram ſcilicet dando vobis cibum, apparet quod non ſolum ſim Deus, ſed etiam quod ego ſum Deus veſter.* Abulenſ.

Cibus Eucharisticus etiam benefacere docet inimicis.

D *Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus*, quando nam tãtam coturnicum & panis cæleſtis abundantiam pollicetur? cum à Deo cogniti ſunt murmuratores, ait enim Deus, audiui murmurationem filiorum Iſrael, & ilico, veſpere comedetis carnes. ſi murmurãtes agnoſcis Domine, cur conuiuium cæleſte illis præparas? nonne potius digni erant ſeueriſſimo ſupplicio, cum ſummo benefactori ſuo detraherent? ne Domine igitur eis pares epulum: imo ne mireris quod cæleſtem panem dare cogitat, quod murmuratores etiam aduerſarios bene accipiat, eſt enim proprium cœleſtis cibi Eucharistici, quod & inimicis doceat nos benefacere: quod obſeruauit Guillelm. Abbas in illa verba 83. Guillelmus Abbas.

Cant. 2. Cant. cap. 2. introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem, quæ verba intelligens de Euchariſtico conuiuio ait, *Hoc vino potatam ſponſus alio cumulauit beneficio, nec non vt oporteat amare docuit eam, quomodo in primis diligere debeat proximum, vt ſeipſam, denique hoſtem, eatenus vt malum malo non rependatur, ſed cum iniuria beneficium commutetur.* En vt ex diuino epulo naſcitur, non ſolum dilectio Dei & proximi, ſed etiam inimici!

Si Chriſtum Dominum crucifixum in memoriam reuoces, nunquam detrahes.

84. *Veſpere comedetis carnes & mane ſaturabimini panibus*, Tilm. in alleg. ait, notandum quod populo murmurante, manna deſcendit, hoc eſt quod dicitur, dum medium ſilentium tenerent omnia, ſermo tuus à regalibus ſedibus tuis venit; hinc eſt quòd Dominus natus eſt in nocte, vt oſtenderet mundum nocte cæcitatis oppreſſum: ſed adueniente manna quomodo ilico

A murmur filiorum Iſraël ceſſauit? ſi per manna Chriſtus intelligitur, cur adueniente non ceſſaret? ſi enim ante oculos Chriſtum Dominum habueris, omnino detractionem ignorabis: ſic enim proſequitur citat. auctor: *Si aliqua murmuratio ſit in clauſtrali reuocet ad memoriam crucifixum, & ſtatim ceſſabit tentatio.* Tilman.

In ſacra ſcriptura litteralis prior ſenſus, poſterior ſenſus.

Veſpere comedetis carnes & mane ſaturabimini panibus. Petrus Riga in ſuo de aurora libro, hæc explicans myſticè ait,

Dantur eis carnes in veſpere, mannaque manè, Petrus Riga
Scripturamque ſacram ſignat vterque cibus.
Eſt caro carnalis, te paſcens littera panis,
Cum paſcunt animum, myſtica verba tuum.

Sed cur nō veſpere panis Iſraelitis famelicis da-
B tur, mane autē coturnices? Reſpondet cit. auctor
Carnes præcedunt, ſequitur man, littera primo
Sola patet, ſenſus myſticus inde nitet.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

Vulg. Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix cooperit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.

Sept. Facta eſt autem veſpera & aſcendit ortygometra, & cooperuit caſtra, factum eſt, mane conquieſcente rore in circuitu caſtrorum.

Cald. Mane ros deſcendit per circuitum caſtrorum, & ſublatus eſt ros qui deſcenderat.

Pag. Et fuit in veſpera aſcenderunt coturnices, & operuerunt caſtra, & mane deſcendit ros, circum caſtra, & exciſa eſt deſcenſio roris.

C

Vatab. Manè fuit deſcenſio roris circum caſtra.

Arias. Et fuit in veſpera, & aſcendit coturnix, & operuit caſtrametationem, & in diluculo fuit cubatio roris, circum caſtrametationem.

Oleaſt. Et mane fuit iacentia roris per circuitum.

Cajet. Et in mane fuit lectiſternium roris in circuitu caſtrorum.

Lippom. Fuit cubatio vel ſitus ſiue ſtramentum roris.

CONCORDIA.

Verum eſt coturnicem vbique Sept. vertiſſe ortygometram; eſt autem hæc vox compoſita ex voce ὄρτυξ, quæ coturnicem ſignificat, & μήτηρ vel potius μήτρα, quæ ſignificat matricem. Et ſic aliqui exponunt ὀρτυγομήτρα vt nihil aliud ſit ὑπερμεγέθης ſeu admodum magna coturnix. Seruitque huic acceptioni obſeruatio illa Petri Nannij in c. 16. Sapient. qua notat vocem μήτρα alicui animali additam, non mutare ſpeciem, ſed tantum conſignificare quantitatem, excellentiam, & ordinario maiorem: video (inquit) illud μήτρα adiungi qui- Petrus Nannius.

D

buſdam animalibus, quando grandiora in eo genere deſignantur, vt echinometra eſt echinus maior & ſpinoſior, leonimetra eſt leo grandior, ſic ortygometra eſt coturnix grādior. Hæc verba *mane quoque iacuit ros per circuitum caſtrorum*, nihil deuiant ab Hebraicis היתה שכבת הטל haita ſichbath hatal, fuit cubatio vel lectiſternium, &c. Habuit enim manna rorem ſupra & infra, vt dicunt Hebræi, ſitus autem roris ſuperioris tollebatur, & apparere cœperunt quædam granula tenuis & orbiculata.

EXPOSITIO.

Factum eſt ergo veſpere, vt promiſerat Deus, *aſcendens coturnix* notat Ioſephus in Arabico ſinu huic deſerto proximo frequenter coturuices cerni, è quo loco veriſimiliter hæ coturnices prodiere, Rupert. ex inſula ortygia, quæ coturnicibus abundat delatas Dei nutu fuiſſe arbitratur: porro coturnix auis eſt aduena terreſtris magis quam ſublimis, *cooperuit caſtra* multitudine ſimul & propinquitate, volabant enim ita demiſſè vt manibus prehendi potuerint, has autem coturnices in aliquot dies aſſeruare potuerunt, neque enim probabile eſt carnes vel coturnices toto eo tempore quo in deſerto fuerunt, ſubminiſtratas, ſed bis dumtaxat hic, & Num. 11. *Mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum* prima fuit hæc mannæ apparitio, dicitur autem ros, quia manna ros mellitus eſt, ſed congelatus & ad modum pruinæ cuiuſpiam. ſcio tamen Hebræos manna à rore diſtinguere, imo duplicem rorē mannæ coniunctum aſſeuerare, inferiorem, quo terra primùm tegebatur, ne ſordibus ſuis manna inficeret, ſed conſeruaret illud quaſi in linteo mundum, quod fundamentum habet in Num. 11. vbi apertè ros à manna diſtinguitur, diciturque manna deſcendiſſe ad Iudæos, cum deſcenderet ros nocte

ſuper caſtra, quiquidem ros mannæ ſubſternebatur, ne terræ ſordibus illud macularetur. Superiorem alium quo manna condebatur, quem nec improbabilem plures autumant. Scribit Anthor faſciculi myrrhæ, manna non tantum cibum ſed & potum Iudæis præbuiſſe: & ſi dixeris poſt acceptum manna, rurſus contra Moyſem ob defectum aquæ murmuraſſe, reſpondetur murmuraſſe quidem non ex neceſſitate aut indigentia, ſed ex contentione & pertinacia, vt proinde merito poſitum ſit loco vbi murmur A contigit, nomen contradictio & contentio, quia ex contentionis ſtudio murmur cœpit. An vero huiuſmodi manna datum Hebræis fuerit diuerſæ ſpeciei à noſtro adhuc ſub iudice lis eſt, tamen certiſſimum tene, hoc naturæ curſu tantum factum non fuiſſe, nam & Angelorum cibum ſcriptura vocat; quod miniſterio Angelorum in ſuperiori regione aeris fieret, & vt miraculum refert Salomon, quod ad radios ſolis tabeſieret, & ardore ignis dureſceret, & quod omnis saporis ſuauitatem haberet.

CONCEPTVS.

Deus neſcit qualiacumque, ſed optima ſuis largiri.

85. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra.* Quid? licet promiſeris carnes, non autem volatilia, & licet volatilia promiſiſſes non tamen coturnices quæ ſunt aues delicatiſſimæ: cur ergo cõmunes comedendas non cõcedis? nam in tua ſitum erat poteſtate, vel eas de nouo producere, vel aliũde eas adducere, cur ergo coturnices tribuis? neſcit Deus qualiacumque, ſed optima ſuis largiri. ſic Philo lib. de vita Moyſis. *Ne delicatioribus quidem cibis diu caruerint, quales habentur in regionibus habitatis & felicibus Deo proferente ſuas opes in ſolitudine, veſpertinis enim horis coturnicum nubes aduolabant à mari tota caſtra inumbrans, terra tam propinqua, vt facile præberet aucupium has capiendo coquendoque, vt cuique libebat, fruebantur carnibus optimis, ne deſiderarent obſonia.*

Philo lib. 1. de vita Moyſ.

Deus neſcit in ſuos parcitatem.

86. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra.* Volo vt coturnices aues delicatiſſimas eis dederis, cur etiam ſimul & panem & non quemcumque ſed cæleſtem, & nõ quomodocumque, ſed in ſaturitate? quia neſcit Deus in ſuos paucitatem ſed abundantiſſimè, liberaliſſiméque tribuit: *Non eſt parcus Dominus in ſuos* (inquit Oleaſt.) *ſed abunde prouidet illis panes & carnem. vbi ſimul expende quam pretioſa ſunt dona Dei, vt noluerit pane terreſtri ſuos ſatiare, ſed cæleſtem in tanta copia tribuerit.*

Oleaſter

Nullus accedere ad Euchariſticum cibum deberet, niſi Deo in oratione familiaris, & ſanctitate præditus.

87. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque iacuit ros per circuitum caſtrorum.* At quæſo quem in locum prius cecidit? Ioſephus lib. 2. Antiqu. cap. 4. ait: Primum in manus Moyſis cecidiſſe, dum Moyſes, inquit, precabundus palmas attollit, ros de cælo dilabitur, qui cum manibus eius hærens concreuiſſet, ſuſpicatus ille hanc alimoniam è Deo demitti, guſtat ac mox deguſtatam aliis offert, vt experti crederent. Vbi expendere debes non ſolum in manus Moyſis vtcumque, ſed in manus Moyſis extenſas, illum rorem defluxiſſe. Sed quid in hoc nobis inculcatur? quid hoc nobis portendit? primum dignos non fuiſſe qui cæleſtes illas epulas manibus attingerent orique inſererent, niſi qui Moyſis ſanctitatem imitarentur: alterum, quod quemadmodum Moyſes inter orandum hoc B epulo à Deo recreatus eſt, ita neminem ad eaſdem epulas digne acceſſurum, niſi qui prius familiaribus colloquiis cum Deo vteretur. Quam igitur ſanctitatem habeat, & quanto orationis feruore incendatur neceſſe eſt, qui non illum cœli rorem, ſed æterni medullam patris, verbum ipſum, vna cum corpore, & ſanguine Chriſti Domini ore ſuſcipit, & animo recondit? Optime B. Chryſoſt. hom. 60. ad Populum, *Quo non oportet eſſe puriorem tali fruentem ſacrificio? quo ſolis radio non ſplendidiorem manum, carnem hanc diuidentem, os quod igne ſpirituali repletur, linguam quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris, quod Angeli videntes horreſcunt, neque liberè audent intueri, propter emicantem inde ſplendorem; hoc nos paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnum Chriſti corpus, & vna* C *caro.*

S. Chryſoſt.

Magna puritas panis Euchariſtici ſumptionem præcedat.

88. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque iacuit ros per circuitum caſtrorum.* Licet dictum à nobis fuerit in expoſitione, manna fuiſſe rorem mellitum, ſed congelatum, non improbauimus tamen plurimorum ſententiam, vt Vatabli, Caietani, Oleaſtri, Lippom. & aliorum opinionem qui roris nomine non videntur manna intelligere, ſed vulgarem rorem ſimul cum manna deciduum, qui manna ſubtus latens tegeret. Sic enim habent Hebræi, Et fuit effuſio roris, & ecce ſuper faciem deſerti minutum: quæ verba indicant rorem calore ſolis in vapores reſolutum aſcendiſſe, & exinde manna apparuiſſe: fauetque huic interpretatio: locus alter Num. 11. vbi cùm de rore deciduo eſt D ſermo, dicitur etiam manna depluiſſe, vel vt in Hebræo & Sept. plerique haberi dicunt, manna deſcendiſſe ſuper eum rorem, ſcilicet vt quaſi ros ſubſterneretur mannæ: Non ſolum autem inferiorem rorem, ſed & ſuperiorem, quo manna quaſi conderetur & conſeruaretur deſcendiſſe aſſerunt: itaque vnum erat quaſi ſubtegmen ſeu ſtramen, quo manna excipiebatur: & alterum quaſi inuolucrum erat, quo idem manna obtegebatur, & inter vtrumque roris ſtramentum, panis ille Angelorum purior ſeruabatur. ſed quo ſanctior quæſo panis eſt ille viuus, qui de cælo deſcendit & nobis in Euchariſtia proponitur epulandus? magna igitur cordis puritas & ſanctitas illum præcedat, magna in melius morum mutatio, & virtutum incrementa illum ſubſequantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Euchariſtia extra tumultus & odia.

88. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Cur ſicut coturnix caſtra cooperuit in medium eorum decidens, ſic manna, non autem per circuitum caſtrorum, & non in eis? ſic enim minimo cum labore illud colligere potuiſſent, nam quotidie extra caſtra ſecedere vt colligatur, res ſatis importuna. ſi non ignoras caſtra, bella, pugnas, & diſſentiones denotare, non ſciſcitaberis, cur manna in medium caſtrorum non cecidit, ſed ſolum per caſtrorum circuitum, quia Euchariſticus cibus extra odia, extra pugnas, extra lites, extra corporis animiq; tumultus debet colligi.

Rupertus. *De caſtris* (inquit Rupert. l. 3. c. 15.) *illis abeundum eſt ſibi, quicumque hoc minutum quod detulit ros iſte, colligere contendis*, ſane inepti mannæ colligendo, qui odia ſeruant, pacis oſores, amatores pugnæ.

Euchariſtia caſtrum, & munimen caſtrorum.

89. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Neſcio cur in circuitu caſtrorum manna ceciderit; nam ſic quotidie ordo ſeruandus in caſtris, inuertetur, cum vnuſquiſque extra caſtra exire debeat colligendi mannæ gratia. merito non in medium caſtrorum, ſed in circuitum deſcendit, vt intelligeremus, Euchariſtiam nobis caſtrorum loco eſſe, atque ipſorum caſtrorum vt ità dicam munimen, ac infirma omnia auxilia, imbelles militum copias, niſi Euchariſtico pane muniantur.

Stephanus Cantuarieñ. Elegãter Stephan. Cantuar. in alleg. Tilm. *Nota quod manna iacuit per circuitum caſtrorum, quia intellectus ſacræ ſcripturæ*, adde & potiori cú ratione, quia panis *de cælo deſcendens, gratia vndique nos munit, imo caſtris loco caſtrorũ eſt*, vires omnes caſſæ, niſi Euchariſtico pane firmentur, omne armorum robur inane, niſi robur à mãna cœleſti accipiat.

Optatus Mileuitan. Hinc rectè Optatus Mileuit. vocat Euchariſtiam, tutelam fidei. fortitudinem & robur panis cœleſtis recte agnouit

S. Cyprian. S. Cyprian. Epiſt. 54. dicens. *At vero nunc fortibus & vincentibus communicatio à vobis danda eſt, & quos excitamus & hortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, ſed protectione Corporis & Sanguinis Chriſti muniamus, & cum ad hoc fiat Euchariſtia vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos contra aduerſarium volumus, munimento dominicæ ſaturitatis armemus.*

Nullus ad Euchariſtiam præſumat accedere niſi gratia Spiritus ſancti inſtructus.

90. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Prius ros operuit vniuerſam regionem per circuitum, & tunc ſuper roratam terram manna deſcendit: quod in coturnicibus aliter euenit, quæ quidem non manè, ſed ſub veſperam auolarunt, quando ros deficit. cur rore ſuppoſito, & quaſi ſubſtracto, manna ſuſcipitur? ros Spiritus ſanctus eſt, manna, Euchariſtia: manna ſuper rorem cãdit, quia nullus præſumat ad Euchariſtiam accedere, niſi inſtructus gratia Spiritus ſancti, etenim manna non cadit niſi prius ros deſcenderit:

Rupertus. accipe Rupert. lib. 3. cap. 21. *Ros ergo qui cum manna deſcendit, Spiritum ſanctum ſignificat, per cuius* A *ſanctificationem, ad innocationem Sacerdotis conficitur corpus Chriſti.*

Euchariſtia ſolius Dei opus.

Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Plura quidem miracula Deus edidit, vel cum populum Hebræorum de ſeruitute Ægyptiaca extraxit, vel dum ipſum per deſertum in terram promiſſionis duceret; cæterum ferè reliqua omnia per virgam Moyſis, vel per manus Aaron edidit, vnde frequẽter dicit ad Moyſem, tolle virgam, ſiue dum ranas aut muſcas edit caninas, ſiue dum aquas vertit in ſanguinem, ſiue his ſimilia facit: cum vero pluit manna aut coturnices, nihil per Moyſen & Aaronem efficit, nulla fit virgæ mentio, ipſe Deus per Angelorum miniſterium pluiſſe hæc dicitur; quæ quæſo huius cauſa diſcriminis? B S. Greg. in cap. 14. lib. 1. Reg. ad Euchariſtiam defert, ſcilicet Euchariſtia tantum eſt miraculum, vt illud nulla ratione homines poſſint attingere, alia quidem & ſi mira videbantur, & vires humanas ſuperent, nihilominus hominum miniſterio fiunt, vt virgà Aaronis: cæterum Euchariſtia omnium hominum vires, imo captum excedit, vnde eam ſolus De' efficit. ſubijcio verba Greg. *Miraculum ergo à Deo eſt, quod ſine homine facit Deus, quod enim manna in deſerto pluerit filijs Iſraël Dominus, quod concupiſcentibus volatilia præbuerit miraculum vtique ſine homine Deus fecit: vnde Chriſtus Dominus* B. Gregor. magn. *Joan. 6. Judæis dicentibus patres noſtri manducauerũt manna in deſerto, reſpõdit Chriſtus, non Moyſes dedit vobis panem de cælo: quid eſt quod Chriſtus* Ioan 6. C *Moyſi detrahere videtur, quem aliàs ſæpe commendat? ſane zelo quodam vrgetur Chriſtus, neque in dando cibo hominibus quemquam patitur ſibi comparari, vnde cum viderentur Moyſi tribuere, quod manna pluerit, infert hoc non Moyſem dediſſe. ac ſi dicat, adeo Euchariſtiæ beneficium res humanas excedit, adeo ad Chriſtum ſolum verum Deum ſpectat, vt non modo illud non attingere poſſint homines, ſed neque ad eius figuram & typum, nempe ad manna.*

Euchariſticus cibus à feruore praua concupiſcentia refrigerat.

Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. In ſimilitudinem roris manna deſcendit, quod figuram gerebat Corporis Chriſti, vnde vates dicebat, rorate cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum: ſed D quid in hoc denotatur? nonne ros terram à ſolis ardoribus temperat? non aliter ſane Euchariſtia corpus noſtrũ quod ex inſito fomite ad libidinẽ ardet, temperatur & refrigeratur: mens eſt Angelici Thomæ opuſc. 84. *Manè ros iacuit in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram, panis igitur cæleſtis in ſimilitudinem pruinæ roriſque apparebat, quia corpus Domini à feruore prauæ concupiſcentia liberat.* Angelicus Doctor. 92.

Cæleſtis panis æternæ quietis confert accubitum.

Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum Card. Cajet. ex Hebræo legit, & in mane fuit lectiſternium roris in circuitu caſtrorum, alludit in hac verſione, ad ritum ſacrorum conuiuiorum, quæ in 93.

templis à nationibus celcbrabātur, ibi enim non A ſolum erāt menſæ cum dapibus, ſed & in circuitu lectiſternia, vt ſimul conuiuæ haberent cibos, aduerſus famem, & molles accubitus aduerſus laſſitudinem. quo poſito, cur cum cibus cæleſtis datur, lectiſternium ſimul paratur? non ne ſatis erat vnum ſine alio dediſſe? conqueſti enim erant de carnium & panis indigentia: vtrumque ſimul Deus exhibet, cæleſtis enim panis præter innumera alia beneficia, etiam æternæ quietis accubitum exhibet, ad hæc B. Greg. Niſſ. *Doce me*, inquit, *vbi paſcas & ſalutari ſuſcepta paſtione æterno implear nutrimento: ſi enim in ijs me paſcas, me omnino facies cubare in meridie, quando in pace ſimul dormiens requieſcam in luce quæ caret vmbra.*

B. Gregor. Hom. 2. in Cant.

B

Euchariſtia non ſolum ſatiat, ſed gloriam & immortalitatem confert.

94. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Ros mellitus eſt ſed congelatus, qui manna eſt, coloris bellij vt habetur Num. 11. ſiue vt alij codices, ſimilis margaritæ. quid de Margarita dicitur? S. Ephrem de ea loquens: ſic ait ſerm. de ea: margarita pretioſa è mari eſt, magnæ æſtimationis, non tamen cibum præbet, ſed gloriam, neque potus oblectamentum, ſed claritatem habet. ſed cur manna dicitur margaritæ ſimile? quod ſicut illa gloriam præbet & claritatem nominis, ſic cæleſtis panis, nou eſt præcipuè vt corpus ſaginet, ſed vt illud veſtiat gloria, non vt corruptibilem nutritionē exhibeat, ſed vt nominis claritatem nobileque præbeat ſtemma, vnde D. Ignatius Martyr. ad Epheſios ſic fideles veget, *feſtinate ergo frequenter accedere ad Euchariſtiam & gloriam Dei.*

C

B. Ignatius martyr.

Sub vnica ſpecie panis caro & ſanguis continetur.

95. *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, & mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum.* Auctor faſciculi myrrhæ apud Iudæos, non tantum cibum, ſed & potum manna præbuiſſe aſſerit, imo Rabbi Salomon addit, non ſolum hominibus, ſed & pecoribus ſuffeciſſe ad potum, ita vt fuderit riuos aquarum, poſtquam per ſolem eliquaretur; probabile enim eſt Iudæos non collegiſſe totum, ſed cum ſingulis ſufficeret gomor, id quod ſupererat huic menſuræ fuiſſe relictum. quid ſi manna in ſe potum & cibum Iudæis nēceſſarium continebat, cur vnica ſpecies nempe panis Euchariſtici non continebit etiam carnem & ſanguinem, cibum & potum Chriſtianis neceſſariū? legēda eſt integra oratio Ioannis de Raguſio Procuratoris generalis Ordinis Prædicatorum, in qua per octo dies in Concil. Baſil. reſpondit ad articulum primum Bohemorum de Communione ſub vtraque ſpecie, vbi luculētiſſimè & diſertiſſimè rationibus, ſanctorum Patrum auctoritatibus, probat vnicam ſpeciem in ſacramento Euchariſtiæ, tantum continere ac aliam, ſicque ſpeciem panis non ſolum carnem, ſed & ſanguinem Chriſti Domini comprehendere, hæc oratio habetur octauo tom. Conciliorum.

D

Ioannes de Raguſio.

Sacrarum literarum manna in meditationum mortario teri debet vt ſapiat.

Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. De hoc 96.
manneo rore dicitur Num. 11. quod populus colligens illum frangebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla. non eſt dubium quin ſacra ſcriptura mannâ denotetur, teſte B. Amb. lib. 1. Ep. 1. eſca & delectatio alimenti cæleſtis ſapientia eſt, qua veſcebātur in paradiſo locati, qui erat indeficiens animæ cibus, quem vocauit manna, ſermo diuinus. Sed cur in mortario teri debet vt ſapidum reddatur, deinde in olla coqui? quia & hoc vtrumque in ſacrarum literarum manna tibi præſtandum eſt, teri enim hic vitalis animæ cibus animo ac meditationis mortario debet, & in olla amoris coqui vt ſuauis, vt ſapidus, vt animæ viſcera vtiliter ſaginet: teſtem huius veritatis profero S. Petr. Damian. Epiſt. 112. *Hoc ergo manna dilectiſſime* (inquit) *hūc vitalis alimoniæ cibum in meditationis tuæ mortario ſubtiliter pinſe, in feruidi amoris olla iugiter excoque, vt ex hoc animæ tuæ viſcera valeas velut arvina cæleſtis adipe ſaginare.* niſi mortarium iſtuc adhibeatur, hæcque amoris olla ad doctrinæ manna parandum, non tibi ſapiet, non tibi proficiet: vnde rectè Drogo Hoſtienſis Serm. 1. de Sacramento Domin. Paſſ. ſic conſulit, *Volue* (inquit) *& reuolue, verſa, reuerſa, tunc intelliges quid ſapiat manna, ſic faciebat ille qui dicebat quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & fauum ori meo!*

S. Ambroſ.

B. Petrus Damian.

Drogo.

Pſalm 118.

Euangelij manna in omnes diffuſum.

Deſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. Miror quidem quod in medium caſtrorum non deſcenderit ros ille cœleſtis, cum propter Iſraëlitas qui in caſtris erant demiſſus fuerat è cœlo. Si mannâ Chriſti doctrina denotatur, meritò in caſtra non cecidit, nullius enim gentis terminis clauditur, à nullo loco coërcetur, omnibus datur, nulli negatur Chriſti doctrina, ſacroſanctum Euangelium eius. Eleganter iſtud elicuit Cyrill. Alexand. lib. 5. in Ioan. ca. 34. *Euangelica* (inquit) *doctrina rutilauit, non in Hebræorum congregatione atque Synagoga, ſed per circuitum caſtrorum in omnibus videlicet gentibus: in omnem enim terram intellectualis mannæ gratia fuſa eſt.* nullo igitur limite coërceri Euangelium debet, nullis terminis claudi, libere gentes omnes peruadit, liberè omnes gentes admittit. 97.

Cyrill. Alex.

Populus Iudæorum vmbris & figuris adhuc contectus.

Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, mane ros iacuit per circuitum caſtrorum. Coturnix quidem 98.
aſcendit veſpere, & omnia Iſraëlitarum caſtra cooperuit, ros autem mane cecidit, ſed non ſuper caſtra, verum ſolúmodo in eorum circuitu. cur quæſo ſicut ros mane cecidit, ſic non ſimiliter coturnix? cur ſicut ros iacuit in circuitu caſtrorum ſimiliter, coturnices non volitant circa caſtra? Si per coturnicem (vt ſuperius à nobis dictum) intelligitur diſciplina legalis vel lex ſecundum litteram, non miraberis cur cœ-

turnices vesperè deſcendentes cooperuere caſtra Iſraëlitarum ? populus enim Iudæus denotabatur vmbris & figuris legis contegendus, & in tenebris manſurus. ſic explicat S. Cyrill. Alexand. lib. 3. in Ioan. cap. 34. *Conſidera ſpiritualium ordinem ſenſuum; nam de coturnice quidem dicitur, quod caſtra operuerit; de manna vero quis ceſſante rore mane de cœlo deſcendit per circuitum caſtrorum in facie deſerti: legalis enim diſciplina quam per coturnicem intellieximus, figuris atque vmbris Iudæorum populum contegit, latet enim vt Paulus ait 2. Corint. 3 velum in corde ipſorum & cæcitas ex parte.*

B. Cyrill. Alexand.

2. Corint. 3.

Primus aduentus Chriſti Domini in rore melleo, ſecundus in fulgure.

A *Aſcendens coturnix cooperuit caſtra, & ros deſcendit per circuitũ caſtrorum.* Stephan. Cantu. apud Tilm. per manna quod die Dominica deſcendit, Chriſtum Dominum intelligit, qui ea die viſitauit nos oriens ex alto, qui ros dicitur propter incarnationis beneficium, vnde dicebat vates, rorate cœli deſuper. Sed ſi primus eius aduentus per rorem qui melleus eſt deſignatur, vt quanta cum ſuauitate & benignitate humanum genus à captiuitate tartarea erepturus denotaretur, & libertati mancipaturus, Stephan. Cantuar. cur ſecundus eius aduentus primo non eſt ſimilis? quia ſeuerus & ideo non rore, ſed fulgure denotatur. Sic præfatus Steph. *primus aduentus fuit in rore, ſecundus fuit in fulgure.*

VARIET. LECT. Verſ. 14.

Vulg. Cumque operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram.

Sept. Et ecce ſuper faciem deſerti minutum tanquam coriandrum album tanquam gelu ſuper terram.

Cald. Et ecce ſuper faciem deſerti minutum, & quaſi decorticatum minutum aceruatum quaſi pruina ſuper terram.

Onkel. Et ſublato rore in ſuperficie terræ erat minutum quiddam coaceruatum, inſtar pruinæ ſuper terram.

Pag. Ecce erat in ſuperficie deſerti minutum B rotundum, minutum ſicut pruina.

Vatab. Ceſſauit deſcenſio roris, &c.

Arias. Et aſcendit cubatio roris, &c.

Oleaſt. Et aſcendit iacentia roris, & ecce in ſuperficie deſerti tenue rotundum, tenue ſicut pruina ſuper terram, aut extenſum ſicut pruina.

Rabbi Salom Et apparuit in ſolitudine aggregatum inuolutum.

Philo Quaſi milium tenuiſſimum ac breuiſſimum, alij enim aſcenderet ſitus roris, vel excisa eſt deſcenſio roris.

Lippom. Apparuit in ſuperficie deſerti minutum quoddam rotundæ figuræ, ſeu orbiculare.

CONCORDIA.

PRO eo quod noſter vulgatus vertit hîc quaſi pilo tuſum, in Hebræo eſt מחספס mechuſpas, quæ vox nuſquã alibi niſi hîc reperitur, & ignotæ eſt ſignificationis, vnde Sept. non videntur eam vocem explicuiſſe, ſed aliud quod alibi de manna dicitur, eius loco ſuppoſuiſſe. Rabbini & aliqui volunt illam vocem rotun- C dum, & orbiculare ſignificare. Rabbi Salom. vult ſignificare aggregatum & inuolutũ, Cald. contrà, denudatum & decorticatum, quod recté accommodari poteſt, vt ſimilitudo ſit in colore cum ligno decorticato, licet Philo quoad quantitatem & colorem dixerit eſſe ad inſtar milij.

EXPOSITIO.

C*Umque operuiſſet ſuperficiem terræ in circuitu caſtrorum, apparuit in ſolitudine minutum,* vocatur manna minutum, quantum ad figuram & in granula diuiſum, *& quaſi pilo tuſum,* non quaſi manna cum è cœlo deſcenderet, pilo tuſum, & in pulueres aut farinam redactum eſſet. Hoc enim poſtmodum faciebant Hebræi, terentes illud in mortario aut mola, cum ex eo tortas facerent, vt patet Num. 11. *Sed quaſi pilo tuſum,* id eſt quaſi pili tunſione decorticatum & folliculis ſuis exutum, quaſi diceret, manna erat album inſtar tritici, cui vel pilo vel mola cortex eſt ablatus. Porro Num. 11. manna in colore

Numer. 11. dicitur fuiſſe ſimile bdellio: bdellium porro eſt genus gummi ſiue lachrymæ pellucidæ, vnde Sept. vertunt ibi, ſimile eſt Cryſtallo, quaſi dicant manna erat albicans ſicut cryſtallus Pag. Margaritam, alij onychen vertunt, quaſi mã- D na colore fuerit ſimile Margaritæ vel onychi, id eſt colore vnguis; tale enim eſt bdellium, licet alij aſſerant bdellium eſſe coloris albi ad flauedinem tendentis, quod etiam conuenit mannæ, nam aliud eſt magis albicans, aliud magis flaueſcens. Sapor mannæ dicitur fuiſſe quaſi ſimilæ cum melle Num. 11. è manna tortulas ſaporem habuiſſe panis oleati certum eſt: & hîc quidem naturalis ſapor. Sapient. 16. dicitur, omne delectamentum in ſe habuiſſe & omnis ſaporis ſuauitatem, accommodabat ſe nimirùm, vt ibi dicitur, vniuſcuiuſque voluntati: ſed hoc tantum in iuſtis locum habebat, nam alij hoc beneficio non fruebantur, ſed his tantum naturalem ſaporem referebat, vnde hunc cibum plures nauſeabundi reiecerunt, quod non feciſſent ſi in illo & ex illo omnem cibi ſaporem exprimere potuiſſent. Sapien. 16.

CON-

CONCEPTVS.

Panis Euchariſticus nonniſi in deſerto vitiorum colligendus.

100. *Apparuit in ſolitudine minutum, &c.* Cum non extra ſolitudinem tunc apparere potuit, nuſquam enim peruenerant in terram populoſam habitatam, melle & lacte manantem. cur addidit Moyſes in ſolitudine? potuit illa dictione omiſſa, dicere, apparuit manna minutum, &c. recte in ſolitudine dicitur apparuiſſe, quia hic panis Angelorum, vt recte obſeruat Philo Hebr. lib. 2. alleg. *Non vbique apparet, ſed vbi deſertum eſt vitijs vacuum & affectibus:* (Philo.) neſcit debite colligi niſi in anima deſerta omni vitiorum genere, & virtutibus referta, colligi manna Euchariſticum.

Euchariſticus panis, tanquam pupilla oculi, cuſtodiendus & in pretio habendus.

101. *Apparuit in ſolitudine minutum quaſi pilo tuſum*, Sept. ecce minutum tanquam coriandrum album, quod noſter textus Num. 11. confirmat dicens, erat autem manna quaſi ſemen coriandri. ſed Philo cit. legit, (Philo.) ſimile pupillæ oculi. nam in Græco eſt quaſi ſemen *κορίου* hoc autem nomen *κόριον*, non ſolum ſignificat coriandrum, interprete eodem Philone; ſed cur manna dicitur ſimile pupillæ oculi? nam pupilla oculi delicatiſſima eſt, ita vt nec ſine dolore vel leuiſſimum puluiſculum vix poſſit ſuſtinere, manna autem durum, ita vt cōtereretur, vt ex eo tortæ fierent. quid ergo mannæ commune cum oculi pupilla? quia Chriſtus Dominus nobis in Euchariſtico pane propoſitus, cenſeri debet tanquam pupilla oculi, tum quia non minori diligentia à nobis cuſtodiendus eſt, quam pupilla oculi cuſtodiatur: tum quia non minori pretio æſtimandus, quam æſtimari ſoleant oculorum pupillæ, in quibus ferri dicuntur, quæ in maximo habentur pretio.

Chriſtus Dominus in Euchariſtia non patitur nec minimam offenſam.

102. *Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum*, Sept. ecce minutum quaſi coriandrum album, Philo, ſimile pupillæ oculi. quid ais Philo? quid pupilla oculi delicatius? manna autem vel in mola vel in mortario conterebatur, vt ex eo panis fieret. ſed aduerte pupillam oculi eſſe tenerrimi ac delicatiſſimi ſenſus. nam vt acerbiſſime doleat, opus non eſt vt telo ſaucietur, aut flagro percutiatur, aut ingenti aliquo ictu inclementius verberetur, ſed ſatis eſt ſi vel leuiſſimè ac delicatiſſimè pungatur, ſi in eam incidat vel minutiſſimus apiculus, vel leuiſſimus atomus, mirum quantus doloris ſenſus excitetur, quam cito lachrymæ exprimantur, quam periculoſe totus oculus ægreſcat & cruore ſuffundatur. dic ergo nunc recte manna conferri pupillæ oculi, quia Chriſtus Dominus eo deſignatus, qui paſſionis ſuæ tempore flagra, ſentes, clauos aliaſque duriſſimas & diriſſimas plagas, non modo patienter, ſed etiam hilariter ſuſtinuit, tamen in Euchariſtiæ Sacramento, nobis in epulum propoſitus ſi vel minimas offenſas à nobis patiatur, mirum quanto doloris ſenſu ſtimuletur! quid enim indignius quam exigua cum reuerentia tractari ab illis qui in ſocios, in amicos, in conuiuas familiariter adhibentur? admitte igitur Euchariſticum cibum, maxima cum innocentia, vnde quomodo ad eum accedere debemus ſic docet Dionyſ. Areopag. cap. 3. de Eccleſia Hierar. *Eos qui ad Sacramenta cœleſtia conficienda accedunt, ea oportet eſſe munditia, vt ipſas quoque extremas imagines purgatas habeant.* (Dionyſ. Areop.)

Euchariſticum manna teri debet vt ſapiat.

103. *Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum*, Hebræorum manna vt ori dulcedinem ac ſaporem ingereret, teri debebat, quid? an Euchariſticum manna vt nobis ſapiat, ſic teri debet? quis tale audiuit? teratur, aliàs dulciſſimus eius ſapor haud ſentitur, niſi enim prius contemplatione & oratione, veluti quibuſdam dentibus teratur, inque mentis ore voluatur verſeturque, eius dulcedinem non ſapies. rem habe ab Ambr. calamo; ſic enim ille ſcribit lib. de Caïn & Abel cap. 6. (Ambroſ.) *Cor hominum ſicut illud cæleſte manna confirmet quod non otioſè tritum ac politum accipimus, eo quod cæleſtium ſcripturarū alloquia* (adde & Euchariſticum cibum) *diu terere ac polire debemus toto animo & corde verſantes, vt ſuccus ille ſpiritalis cibi in omnes ſe animæ venas diffundat*, Parum ſapiet ſi comedatur non contuſum meditatione, hinc eſt quod & alia etiam dona cœleſtia, pleriſque deſipiunt, quia integra traijciuntur, non meditationis dente teruntur, non conſiderationis lingua verſantur, eduntur non guſtantur. *Multi enim* (inquit Agell. explicans illa verba regij vatis Pſalm. 33. guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus) (Agell. Pſal. 33.) *diuinis beneficijs ſic vtuntur, vt illa non conſiderent neque animaduertant, itaque cum nullum indicium dum illis fruuntur adhibeant, quaſi verare beneficia videntur, ita vt illorum ſaporem non percipiant: & quod philoſophi dicunt, tactu non guſtu edant, vt gurgite quodam demitticibus ſine vllo ſenſu ſaporis videatur.*

Non ſolum integra hoſtia, ſed etiam qualibet pars eiuſdem eſt virtutis & efficaciæ.

104. *Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum* Sept. ecce ſuper faciem deſerti minutum, tanquam coriādrum album. cur coriandro cōparatur manna? coriāder enim ſemen eſt, quod ſeritur, nequaquam autem manna, quod minime germinat nec ſeminatur, tamen de huius

ſeminis ſatione illud mirabile narratur, nempe ſi minutiſſimè conciſæ ſeminis particulæ terræ mandarentur, ita germinare non ſecus ac ſi integrum fuiſſet. nec minor cibi Euchariſtici virtus, qui quacumque ſui particula ingentes fructus producit, vt anima illius in qua reconditur, virtutis diſpendium non nouit dum diuiditur, nec in minima ſui parte eſt ſuauitatis expers; imo quælibet etiam minutiſſima, quælibet tantum quantum quælibet maxima continet.
Philo. diſerte Philo lib. 2. alleg. *Aiunt* (inquit) *rei ruſticæ periti etiam ſi ſemen hoc concidatur minutiſſime, ſingulas particulas & vnicas ſatas germinare, non ſecus ac coriandrum ſolidum: huiuſmodi eſt ſermo Dei* (adde & paucis Euchariſticus) *qui vel integer iuuare poteſt, vel quacumque ſui particula.*

Quod cæleſtis cibus maximè proficiat humilitas eſt accipientis.

106. *Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum.* Cur in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram? miror manna cœleſte panem Angelorum in terram cecidiſſe, quid terra abiectius, vilius, & ſordidius? nonne manna vſuale noſtrum in arborum folijs quæritur? cur ergo iſtud longe eximium ſaltem in herbis vel in folijs non colligitur? cur ſuper terrã? iam ibi Deus oſtendebat vnde creſceret diuini cibi profectus, nimirum ex terræ contactu: vt terrenam originem ſuam haberent præ oculis accipientes, ſi enim in ſumptione huius Euchariſtici cibi vis proficere, eum iunge cum terra, cum memoria tuæ viliſſimæ originis terrenæ, quod agnouit ipſa Chananæa repulſa à Chriſto quod canis eſſet, ait, etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum Matth. 15. in quæ B. Hieronym.
Matth. 15. S. Hieron. *Scio me filiorum panem non mereri, nec integros poſſe capere cibos, nec ſedere ad menſam cum patre, ſed contenta ſum reliquijs ciborum, vt per humilitatem micarum ad panis integri perueniam magnitudinem.* Et rectè, nunquam enim non prærequiritur humilitas vt magna comparentur.

Magna puritas in receptione Euchariſtici Sacramenti.

107. *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum*, non cecidit in medium caſtrorum, & quamuis aliquas in medium adduximus rationes, cur in ea non deciderit, ſed ſolũ apparuerit in ſolitudine, conſulamus Abulenſ. ſic dicentẽ,
Abulenſ. *Non cadebat in caſtris inter tentoria, quia loca caſtrorum immunda, propter multas faces hominum, iumentorum, & terra attrita pedibus atque ſoluta in puluerem; ideo non caderet munde manna inter caſtra.* quid ſi in receptione mannæ tanta mundities requiritur, vt nolit Deus inter caſtra nec cecidiſſe, nec colligi, propter eorum immunditiem, quantam quæſo puritatem exiget Deus in anima, non manna, ſed ipſius mannæ veritatem, ſcilicet verum panem Angelorum receptura?

A nobis quod de Chriſto dicitur eſt quaſi incomprehenſibile, infideles autem ducunt illud contemptibile.

Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, non pauci per manna Chriſtum Dominum intelligunt. ſed quid commune Chriſto Domino cum illo minuto? nam quidquid eſt in Chriſto, nonne eſt eximium, cum in eo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei contineantur? tum nonne ille eſt qui vnico verbo omnia condidit &c.? Cur ergo confertur cum re minutiſſima? quia à nobis quicquid de Chriſto Domino prædicatur, incomprehenſibile nobis eſt, ab infidelibus autem cenſetur contẽptibile. 108.
Balduinus. ſic Balduinus in alle. Tilmani, *Manna minutum erat, quia totum quod de Chriſto creditur aut prædicatur propter eius inæſtimabilem humilitatem, quaſi propter nimiam exiguitatem ſubtile eſt & incomprehenſibile, apud infideles autem contemptibile eſt & paruum.*

Chriſtus in nobis eximia operatur.

Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Cur in ſimilitudinem pruinæ? ſi enim illo minuto diximus Chriſtum Dominum deſignari, quomodo inſtar pruinæ dicemus eſſe? quid ait de pruina ſiue de illo rore noſter Cardinalis Vitalis titul. de gratia? eſt refrigeratiuus, fœcundatiuus, refectiuus. ne dicas ergo non rectè conferri Chriſtum Dominum cum illo rore vel pruina, refrigerat enim concupiſcentiam, fœcundat intelligentiam, reficit conſcientiam, quid his verbis exprimit auctor. *Dominus Chriſtus per pruinam varijs ex cauſis poteſt ſignificari, tum quia candorem habet per munditiam ſanitatis, tum quia terram cordis noſtri impinguat & fœcundat, tum quia rore diſciplinæ fluxa vitiorum reſtringit tum incentiua carnalium deſideriorum refrigerio gratia extinguit.* 109.
Vitalis.

Chriſtus Dominus in crucis mortariolo tuſus, vt nobis ſapiat.

Apparuit in ſolitudine minutum & quaſi pilo tuſum, conterebatur enim vt ſapidum redderetur. ſed cum eo diximus Chriſtum denotari, quomodo pilo contuſum dicemus? quid ni? cum tunſione paſſionis & pilo crucis mortalitate exutus ſit, vt nobis ſapidus redderetur; annuit Anſelm. Landunenſ. *Hoc manna pilo tuſum, quia ſicut frumentum, vel milium, vel aliud tale in mortariolo pilo teritur & folliculis exuitur. ſic corpus Chriſti per tribulationem paſſionis & pilo crucis mortalitate exutum eſt.* 110.
Anſelm. Landun.

VARIET. LECT. Verſ. 15.

V *Vlg.* Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerunt ad inuicem, Manhu, quod ſignificat quid eſt hoc? ignorabant enim quid eſſet: quibus ait Moyſes, iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum.

Sept. Videntes filij Iſraël dixerunt alter alteri, quid eſt hoc?

Pag. Dixerunt alter alteri, man eſt, quia ignorabant quid eſſet

Onk. Dixerunt quiſque ad proximum ſuum, eſt manna, neſciebant enim quid eſſet.

Arias. Mont. Dixerunt vir ad fratrem ſuum quid hoc?

Alij reddiderunt, vel præparatum, vel numeroſum.

CONCORDIA.

OLeaſter de man ſic loquitur, non conuenit inter Rabinos à qua radice ſit dictio man, neque quid ſignificet, videtur tamen manah eſſe radix nominis man: ſignificat autem manah numerare, & parare. vnde maneh, id eſt mina ſeu mna, vel libra, genus ponderis, & manah, id eſt pars, donum, portio, & man quod manah vocamus, & hinc eſt quod aliqui dicunt ſignificare paratum, quod paratum ad comedendum de cœlo deſcenderet. poterat enim crudum comedi ſine alia præparatione. alij verò dicunt ſignificare donum, quod ſcilicet dono Dei daretur populo. ſed retinendo propriam verbi ſignificationem, videtur proprie ſignificare numeroſum quid, quia deſcendebant grana in magno numero ſuper rorem: videntes autem Iudæi illud in magna copia deſcendiſſe, & ignorantes quid in ſpecie eſſet, Manhu, id eſt numeroſum ipſum vocauerunt, quoniam neſciebant quid in ſpecie eſſet. neque video quomodo verti poſſit, quid eſt hoc? quoniam non dicitur in textu mah, id eſt quid, ſed Manhu, id eſt man ipſum: & crediderim vulgatum interpretem pro manhu legiſſe mah, id eſt quid aut quod, veriſſimilius eſt, quia ſequitur, ignorabant quid hoc eſſet, putauit id quod præceſſerat eſſe interrogationem qua quærebant quid eſt hoc? quærere enim ſolemus de aliquo quid ſit cum illud ignoramus, hæc Oleaſt. Sed neſcio quo ſpiritu ductus, noſtrum vulgatum reprehenderit vertentem quid eſt hoc? cum etiam Sept. idem reddiderint, accedente conſenſu Patrum, & Eccleſiæ auctoritate, imo etiam reclamante ipſo ſcripturæ contextu, qui ſatis indicat fuiſſe interrogationem, & admirationem ex ignorantia profectam, dum rationem reddit, cur dixerint Manhu, ignorabant enim quid eſſet: non ergo ferendus Oleaſt. rectè igitur fecit Arias Mont. qui vertit quid hoc? rectè etiam Caldaicæ Paraphraſis interpres Latinus illud Chaldæum מנא הוא manna hu, vertit quid eſt hoc? neque obſtat, quod Hebraïcè pronomen interrogatiuum non dicatur, מן man. ſed מה ma, nam propter euphoniam, he interpoſitum nun paragogicum.

EXPOSITIO.

QVod cum vidiſſent ſcilicet iſtud minutum ad inſtar pruinæ ſuper terram, *dixerunt ad inuicem man hu quod ſignificat quid eſt hoc?* poſteriora hæc verba addita ſunt ab interprete, cui interpretationi Sept. Caldæ. Philo, Ioſeph, Orig. Theodor. Cyrill. & paſſim tam veteres quam recentiores fauent, manhu optime & genuinè vertentes, nam res tam inſolita in Hebræis ciebat admirationem, vt rogarent quid eſt hoc? idque ſequentia indicant, *ignorabant enim quid eſſet*, vbi pro quid eſſet, in Hebræo eſt mahu, vnde factum eſt manhu addito nun paragogico, ſimilis paragoge litteræ lamed. in eodem ma interrogatiuo eſt? Iſaiæ cap. 3. מלכם malachem quid eſt vobis? paragoge vero nun eſt vſitatior, nun enim paſſim Hebræis nominibus additur.

Porro quod ad epitheta mannæ attinet, vſitatiſſima ſunt hæc duo, nempe panis Angelorum, & panis cœli, quorum vtrumque poſuit Dauid Pſal 77. vbi pro pane cœli, eſt in Hebræo triticum cœlorum, erat enim ros inſtar farinæ vel tritici, ex parte moliti. vnde & ex manna confici poterat, quicquid hodie triticea farina facimus. ſi modo illud pilo vel mortarij ferro nonnihil tunderetur, pinſebatur enim, coquebatur in furno, frigebatur oleo, indulcorabatur melle? ergo non telluris noſtræ ſed cœli triticum, neque ibi opera Agricolarum, aratione, ſatione, purgatione, meſſe colebatur, ſed opera & miniſterio Angelorum.

CONCEPTVS.

Manna cæleſte ita excellens bonum vt nomine circumſcribi non poſſit.

Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quod ſignificat quid eſt hoc? cibus ergo ille interrogationem pro nomine habet, nonne nomina ideo impoſita ſunt rebus, vt per illa reſpondeamus rerum naturam quærentibus? quærenti quid eſt hoc, aut illud

reſpondemus, homo vel leo, &c. Vnus hic cibus nomen ab interpretatione accepit manna, id eſt, quid eſt hoc? cur nomen non inditur huic pani ſicut alijs rebus? quia reliqua aliquo nomine circumſcribi poſſunt. eſt Euchariſtia ita excellens bonum, vt nullo nomine adæquato poſſit concludi, ſed ipſam interrogationem pro nomine accipit, vnde rectè S. A

S. Ephrem Ephrem, in lib. de naturæ Dei minimé ſcrutanda ſic ſcribit, *Hoc ſanè excedit omnem admirationem, omnem mentem, omnemque ſermonem, quod fecit nobis vnigenitus Filius Chriſtus Saluator noſter, ignem & ſpiritum manducandum ac bibendum præſtitit nobis, corpus ſcilicet & ſanguinem ſuum.*

Maxima eſt panis Euchariſtici dignitas.

B

111. *Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem, Manhu! quid hoc eſt?* Et mirabilem videntes pluuiam in admirationem rapiuntur, tanto deſiderio interrogantes, quid eſt hoc? vt ex hac interrogatione cibus ille nomen ſumeret, nullo enim melius explicatur excellentia cœleſtis cibi, quam per has omnium admirabiles interrogationes, quid eſt hoc? ſed quid hoc eſt, quis dignè exprimere poterit tantæ rei dignitatem? ſanctos Patres conſulamus, qui licet plura de ea re dixerint, tamen nequaquam ſatis pro rei maieſtate. Dionyſ. enim

Dionyſ. Areopag. Areopag. lib. de Eccleſiaſt. Hierarch. vocat Euchariſtiã *omnium Sacramentorum conſummationem, diuiniſſimum & ſacroſanctum Sacramentum, ſacroſancta & anguſtiſſima Sacramenta.* Sanctus

S. Ignat. mart. Ignatius martyr Epiſt. ad Epheſ. *Frangite panem vnũ quod pharmacum immortalitatis eſt mortis antidotum, vitamque in Deo conciliaus per Jeſum Chriſtum, medicamentum purgans vitia & omnia pellens mala.* S. Martialis Epiſtol. ad Burdegal. appellat *communionem Dei viui, menſam diuinam & eſcam in fide perfecta, totam cœ-* C

S. Ephrem. *leſtem*, S. Ephrem. cit. *Quid ſcrutaris inſcrutabilia? ſi iſta curioſe rimaris, non iam fidelis vocaberis, ſed curioſus: eſto fidelis atque innocens, participa immaculato corpori Domini tui fide pleniſſima. certus quod agnum ipſum integrum comedis ignis immortalis ſunt myſteria Chriſti, noli temere ea perſcrutari, ne in ipſorum perſcrutatione comburaris.*

Licet panis Euchariſticus ſit præſtantiſſimus, tamen increduli illum habent deſpectui. D

112. *Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerũt ad inuicẽ Manhu, quid eſt hoc?* hoc contẽnentes dixerunt

Drogo. filij Iſraël, ſi vera Drogotius Epiſcopus Oſtienſis aſſerit: præmiſerat enim de hoc cibo, apparuit in ſolitudine quid minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ, ergo deſpicientes hoc minutum, quod videbant quid hoc eſt dixerũt quaſi vile, hic eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum, id eſt, ideo vos deſpicitis, quia oculis non ore guſtatis, comedite ex eo, & tunc magnam huius panis ſuauitatem excipietis & encomijs efferetis, quid nunc à vobis habetur deſpectui? idem ſentiunt increduli de Euchariſtia, quam ſi oculis tantum ſpectent, nihil præclarum in illa A ſuſpiciunt, & per contemptionem dicunt, quid eſt hoc? ſi vero vera fide deguſtarent nullam non dulcedinem ex ea ſuſciperent, & panem plane cœleſtem experirentur, Drogonius verba ſubijcio, *Dicunt autem adhuc increduli Manhu quid eſt hoc? quia imminutum & humilem vident, & quaſi deſpectum ſermonem tuum, & ideo redeunt & concupiſcunt carnes magnas Ægyptij.* rationem autem aſſignans cur deſpectui panem cœleſtem habuerunt, quia ignorabant quid eſſet. vnde ſubijcit, *quia neſciunt neque guſtauerunt intus manna ſaporem habẽtem omne ſuauitatis delectamentũ, redeunt ad carnes & ſiccant eas ad ſolem in circuitu caſtrorum.*

Panis cœleſtis non poteſt reuerentiam non infundere.

B *Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quid eſt hoc?* Quorum interrogationi reſpondens Moyſes ait, iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum. 113.
cur panem de cœlo maluit adducere? cur ſicut de lapibus ſcaturire fecit aquas in deſerto, ſic ſuſtentaturus populum ſuum, non produxit ex iiſdem lapidibus panem, vel ex alia terreſtri materia? ex cœlo dat, vt cœleſtem dans panem ſimul reuerentiam infunderet, quæ non poteſt non venire à cœleſtibus, ait Baſil. Seleu. Baſil. Seleu.
oratione 19. *Reuerentia mollire machinatus duritiam tuam, superno cœlum alimentis tibi parandis vacabit*, itaque factum vt cœlum curet de mittendis alimentis, vt ſic reuerentiâ Iſraëlitarum frangat duritiam, quando enim cœleſtia C & diuina non poſſunt non reuerentiam infundere?

Cibus cœleſtis vt tibi proficiat ad tuam non trahendus voluntatem, ſed tu ad illius nutum trahendus.

Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quid eſt hoc? quibus Moyſes, iſte 114.
eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcẽdum: ſimiliter Chriſtus Dñs dedit vobis panem cœleſtem, ſed viuificũ; ait enim Ioan. 6. non ſic Ioan. 6
manducauerunt patres veſtri mãna & mortui ſunt, qui mãducat hunc panem viuet in æternũ. ſed cur antiqui manducantes manna, panem Angelorũ, mortui ſunt? qualiter illi manducabant ex quo in mortem irent, ait Sapiens cap. Sapien. 16.
D 16. Manna deſeruiens, vniuſcuiuſque voluntati ad quod quiſque volebat vertebatur. ſeruiebat eorum affectibus manna, & ideo moriebantur, ille enim ad vitam tranſit, qui non trahit ad ſuum nutum cœleſtem panem, ſed potius illius nutui ſeipſe curat attemperare, ait D. Dionyſ. Areopag. cap. de Commun. Dionyſ.
Oportet enim ſi cõmunionem participationẽ quæcimus capimus in vitam eius quam in carne vixit in veri imitatione atque ſimilitudine ſanctitatis ad habitum diuinæ & incorrupta virtutis recurrere: ecce tibi vt qui velit vitæ incorruptionem obtinere ex iſto diuino pabulo, debet non illum ad ſuum nutum trahere, ſed eius virtutes intueri, illiſque pœnitus ſe attemperare.

Cibo Euchariſtico nihil niſi vtiliſſimum opponitur.

Quod cum vidiſſent filij Jſrael dixerunt ad inuicẽ 115.

Manhu quid eſt hoc? quibus Moyſes, *iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum*, ſimiliter panis inquam cœleſtis, continet omnem dulcedinem, nihilominus ſcimus poſtea nauſeam ex eo ſumpſiſſe; dixerunt enim Numer. 11. anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man: vnde tantum panem faſtidiunt? vnde contemnunt panem omnem ſaporum ſuauitatem continentem? aiunt, in mentem veniunt cucumeres & pepones, portique & cepe & allia: itaque voluit diabolus Iſraelitas trahere in contemptum mannæ, & obiecit memoriæ eorum, cucumeres, porros, allia: cur non magis obiecit pretioſa regum obſonia? cur non propoſuit delicata & ſuauia cibaria? cur maluit viliſſima opponere cœleſti cibo? vt ſane quæ nō pretioſa, ſed quæ vilia ſunt generarent mannę contemptum, quo enim viliora ſunt bona, magis veris & ſolidis contrariantur, quorum veriſſimum eſt, cibus cœleſtis. ait D. Ephr. de pœnit. *Alliorum & cucumerum amorē diabolus accēdit vt animum impelleret ad panem quem Deus dederat, condemnandum*, quaſi à nullis ſic caperetur homo in contemptum & faſtidium cœleſtis ſubſtantiæ, vt à viliſſimis iſtis capitur. S. Ephrem

Vtile & cœleſte pabulum obtinendum per preſſuras & labores.

116. *Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem. Manhu quid eſt hoc?* eorum interrogationi ſatisfaciens Moyſi ait, *iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum*, quorum ille eſt panis? regius Vates, panem Angelorum manducauit homo, homo panem Angelorum manducat, quem autem panem comedit Dauid cum diademate cingeretur? cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam. Quid? homo panem Angelorum manducat, & Dauid cinericium panem cum lachrymis, & fletu: & quando Dauid panem doloris edit, quis manducet panem Angelorum? equidem ipſe Dauid qui doloris panem ſumit, ipſe & ſumet panem Angelorum, ab illo enim ad hunc celeberrimè tranſeunt homines, ex quo lucem fero Samſonis ænigmati dicenti Iudic. 14. de comedente exiuit cibus; & qualiter de comedente cibus potuit exire? equidem de comedente panem doloris, exit cibus ſuperſubſtantialis, quia vbi præcedunt dolores & gemitus, ſtatim vitaliſſimus Angelorum cibus prominet. Ait Philipp. Abbas Epiſt. 8. (Philipp. Abbas.) *Comedit peccator conuerſus cinerem tanquam panem, cibatur pane lachrymarum, cum exceſſus præteritos humiliter deflere & fletu irrigue ſatagit illos abolere: de hoc autem comedente exiuit cibus, quia qui panem comedit humilium peccatorum, meretur ſane refici ſublimium Angelorum*, nunquam niſi de gladio doloris, de pane lachrymarum ad angelicum diuiniſſimumque pabulum vitæ patet locus.

Euchariſticus cibus quaſi vnius cum Deo ſubſtantiæ nos efficit.

117. *Quod cum vidiſſent filij Iſraël dixerunt ad inuicem: Manhu, quid eſt hoc?* & reſpondens Moyſes ait, *hic eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum*, quod illuſtrius ponderat Sapiens cap. 16. panem de cœlo præſtitiſti eis, ilico ſubijcit, ſubſtantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebat: ſi ille panis erat manna confectum & præparatum ab Angelis, quare ait quod eſt ſubſtantia Dei? non ab illis comedebatur. cur ergo ſubſtantia Dei dicitur? dices cum Ianſenio, quia nouo miraculo fecit illum panem ſubſiſtere. Sed cum hic panis Euchariſticum denotet, dicas non ſolum ratione, quam in medium adduxit Ianſenius, dici ſubſtantiam Dei, ſed quod etiam Iſraëlitas verè & ſolide fecit ſubſiſtere, nos vero Angelicè & diuinè manna cæleſte reficiat, & quaſi vnius cum Deo ſubſtantiæ reddat. Sic plures teſtantur patres, S. Leo Serm. 14. de Paſſione Domini, *Non aliud agit participatio Corporis & Sanguinis Chriſti quam vt in id quod ſumimus, tranſeamus*: & Auguſt. 7. confeſſ. cap. 10. *Cibus ſum grandium, creſce & manducabis me, nec tu mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.* (Sapient. 16. — S. Leo. — S. Auguſt.)

Panem Euchariſticum dignè recipientes fiunt ex Angelorum Hierarchijs.

Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem, Manhu, quid eſt hoc? reſpondens Moyſes, *hic eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum*: panis autem hic à Sapiente dicitur Angelorum, quia miniſterio Angelorum factus, & adeo delicatè, vt Angeli non alio veſcerentur ſi quo indigerent alimento: ſed cum hic panis Angelicus Euchariſticum adumbret, cur non dicemus ita nuncupari, quia illum dignè recipientes, fiunt ex Angelorum ordine? teſte Dionyſ. Areopag. lib. de cœleſti hierar. cap. 3. *Non poteſt aliquis peruenire ad perfectionem Hierarchicam niſi per diuiniſſimam Euchariſtiam.* 118. (Dionyſ. Areop.)

Panis vere cœleſtis non vni nationi, ſed omnibus exhibetur colligendus.

Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quid eſt hoc? iſte eſt panis, inquit, *quem dedit vobis Dominus ad veſcendum*, panis de cœlo deſcendens miniſterio Angelorum factus, omnem ſaporum dulcedinem continens, nihilominus hunc panem eximium vel potius in eo omnia obſonia comedentes, plures ex Iſraëlitis dixerunt, nauſeat anima noſtra ſuper iſto cibo leuiſſimo. Si panis ille curis Angelorum miniſtratus, quid potuit habere in ſe condemnandæ leuitatis? id reprobandæ leuitatis videtur, quod nequiret ad alia loca regulariter, nec ad aliud tempus tranſportari, ſed in loco & in die quo colligebatur, comedebatur, quæ leuior ſubſtantia, quam quæ breui loco & tempori eſt alligata? proinde non miror, quod manna, panis leuis habeatur, & alius communior & ſubſtantialior requiratur, qui ſanè Euchariſticus eſt, qui non vni aut alteri, ſed omnibus communicatur nationibus, tam fortis, tam validus, vt vbique locorum poſſit inueniri, & omnibus poſſit dari. ex quo rectè B. Ioan. Damaſc. lib. 4. de fide 119.

B. Ioan. Damaſc.

cap. 14. Oportebat porro non primitias tantum noſtræ naturæ, ſed & quemlibet hominem in participationem ſummi illius boni venire, & denuo naſci, noneque alimento ac natiuitati conſentaneo veſci, ſicque ad perfectã & plenam menſuram peruenire.

Impÿs ignorantibus dona Dei, iuſti illico agnoſcunt ea.

Quod cum vidiſſent filÿ Iſrael dixerunt adinuicem Manhu, quid eſt hoc? nonne heſterno
120.
die vobis pollicitus fuerat Moyſes panem de cœlo daturum matutino tempore? nullus alius poteſt eſſe quam hic qui à vobis cõſpicitur. cur ergo interrogatiuè quæritis, quid eſt hoc? ecce Moyſes agnoſcit eſſe panẽ, ait enim, iſte eſt panis quem dedit vobis Dominus ad veſcendum. quomodo vobis ignorantibus tam eximium beneficium, illud Moyſes coram omnibus fatetur & agnoſcit? *quia hoc intereſt* (inquit Oleaſt.) *inter pios & impios, quod impÿ ignorant dona Dei ſibi conceſſa, pÿ vero optimè norunt quæ à Deo donata ſunt, non ſolum ſibi ſed & alÿs.*

Oleaſter.

Doctor Eccleſiaſticus optet animarum lucra.

Quod cum vidiſſent filÿ Iſrael dixerunt adinuicem Manhu, quid eſt hoc? iſte eſt panis, ait,
121.
quem dedit vobis Dominus ad veſcendum, panis (inquit regius Vates) Angelorum, quamobrem appellauit panem Angelorum? num & Angeli pane veſcuntur? manna ſecundũ cuiuſque guſtum ſapiebat, itaque fortibus delectati cibis inueniebant ſolida obſonia & mollia requirentes, blanda accipiebant, omnium deſiderijs contẽperabatur, ideo Cæſarius aiebat hom. 7. de Paſchate iuxta percipientis deſiderium eſcæ illius dignitas veſcebatur, vnum quemque varijs & alienis ſaporibus reficiebat, mellifluũ illius pluuiæ donum, & multiplex ſicci imbris, obſequium. iam de Angelis: Nonne omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus, vt effatur Paulus ad Hebr. 1. in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis? igitur Angeli cum ſint nutritij & doctores hominum, quale debeat eſſe pabulum quod hominibus illos ſuppeditare deceat? mannæ profecto in ſimilitudinem, pro valetudinis cuiuſque commoditate? ſi quis igitur lacteſcẽs eſt adhuc & edentulus buthyrum fiat ei & mel, delicatis altilia:, fortibus ſtomacho, tauri & arietes pingues. ob hanc igitur ſpiritualitatis rationem, dictum eſt manna panis Angelorum. vis Angelis parem intueri? Audi Paul. ad Corinth. Et factus ſum Iudæis tamque Iudæus, vt Iudæos lucrarer, ijs qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non eſſem ſub lege, vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem: ijs qui ſine lege erant, tanquam ſine lege eſſem (cum ſine Dei lege non eſſem, ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant, factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem, omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerẽ ſaluos. quæ ſanctus Anſelmus Cantuarienſis explicans ait.

S. Cæſarius. 1. Cor. 9. S. Anſelm.

Nequàquam Doctor egregius vt quaſi Iudæus fieret, ad perfidiam erupit, nec quaſi ſub lege eſſet ad carnale ſacrificium redÿt, ſed condeſcendendo appropinquauit, infidelibus non cadendo, vt videlicet ſingulos in ſe ſuſcipiens, & ſe in ſingulos transfigurans compatiendo colligeret, & impẽderet illis, ea quæ impendi ſibi ab alÿs vere voluiſſet: ô quãta eſt moles Chriſtiani doctoratus, ad diametra obligantis! vna facies mannæ, vnus color, & tamen mille ſapores induit, immutabilem eſſe Eccleſiæ magiſtratum oportet, ſemper grauem, ſemper venerandum, ſemper morum clariſſimorum fama conſpicuum, & nihilominus tot aptari in formas, in tot fingi perſonas.

Ille recte manna ſacræ ſcripturæ colligit, qui doctores conſulit, & interrogat quid ſit.

Quod cum vidiſſent filÿ Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quid eſt hoc? cum manna nomen, ſapiẽtiq; ſolertem inquiſitione ſubindicet, cur eius collectores inquirunt quid hoc eſt? nonne ſciunt eſſe diuiniorem cognitionem? rectè interrogant quid ſit, quia in ſacrarum litterarum ſtudio, ille recte manna reperit, qui doctiores interrogat, & ſapientiores conſulit, latentemque ac tectam ſub cortice veritatem diligenter inquirit. Huc eleganter flexit Petr. Dam. *Notandum* (inquit) *in libro Exodi, quod de hoc manna legitur, quod cum vidiſſent filÿ Iſrael, dixerunt ad inuicem Manhu; quod ſignificat, quid eſt hoc? illi ergo manna, id eſt quid eſt hoc, veraciter comedunt, qui dum lẽgunt vel audiunt diuini verbi myſteria, ſolerter inquirunt, qui nimirum intra litteralis paleæ techam, dulcem intelligentiæ ſpiritualis ambiunt enucleare medullam, hic certe quid eſt hoc veraciter veſcitur, qui in aſſidua ſcripturæ ſacræ ſolerti inquiſitione verſatur.* 122.

B. Petrus Damian. lib 6 Epiſt. 1.

Tanta eſt dulcedo ſpiritualis, qua anima aliquando repletur, vt ſolum eam ſciat admirari.

Quod cum vidiſſent filij Iſrael dixerunt ad inuicem Manhu, quid eſt hoc? ſed quid per mãna 123.
quæſo filijs Iſraël deſuper datum deſignatur, præter ea quæ à nobis dicta ſunt? Sane ſuperna dulcedo, dulcis enim cibus, qui de ſupernis accipitur, Manhu vocatur, quod interpretatur quid eſt hoc? quod dicimus, quod cernimus, quod neſcientes admiramur, ſed tantane eſt dulcedo qua repletur aliquando anima, vt neſciat eam exprimere, ſed ſolum in admirationem prorumpere? Ita teſtatur Gregorius magn. *Supernum mãna anima recipit, cum per vocem compunctionis eleuata, nouam ſpeciem internæ refectionis obſtupeſcit. vt diuina dulcedine repleta, iure reſpondeat, quid eſt hoc? quia dum ab infima cogitatione ſuſpenditur, ea quæ de ſupernis cogitat, & inſolite miratur, & cum per hanc vocẽ torporis noſtri ſurditas rumpitur, vetuſtæ vitæ vſus protinus mutatur, vt anima ſuperno afflata ſpiritu, & in ſupremis appetat, quod contempſerat, & contemnat in infimis, quod appetebat.*

B. Gregor. magnus. lib. 17 moral. c. 17.

VARIET. LECT. Verſ. 16.

V*ulg.* Hic eſt ſermo quem præcepit Dominus, colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, Gomor per ſingula capita, iuxta numerum animarum veſtrarum, quæ habitant in tabernaculo, ſic tolletis.

Sept. Hoc eſt verbum quod conſtituit Dominus colligite vnuſquiſqoe de eo, in eos qui ad ſe pertinent, Gomor ſecundum caput, ſecundum numerum animarum veſtrarum, vnuſquiſque cum veſtris contubernalibus colligite.

Auguſt. Cum commanentibus vobis, in tabernaculis veſtris.

Chald. Hoc eſt verbum quod præcepit Do- A minus, colligite ex eo vnuſquiſque quantum ſufficit ad veſcendum, vnuſquiſque pro his qui habitant in tabernaculo ſuo tollat.

Pagnin. Colligite ex eo ſinguli quantum ad veſcendum ſufficiat, homer iuxta ſummam numeri animarum veſtrarum, ſinguli pro ijs qui ſunt in Tabernaculo ſic accipietis.

Arias. Colligite ex eo vir ad os edere ſui homer ad caput numeri animarum veſtrarum, vir ijs qui in Tabernaculo ſuo accipietis.

Oleaſter. Vir ſecundum quod eſt Tabernaculum ſuum accipietis.

CONCORDIA.

OPtimè & clarè Hebraicum expreſſit interpres לפי אכלו lephi achlo, ad os comedere ſui, per quantum ſuffiett ad veſcendum, B in alijs etiá clariſſime procedit noſter vulgatus, & alias legenti verſiones patebit, nullá noſtra eruditiorem, & nec quæ facilius concipiatur.

EXPOSITIO.

H*IC eſt ſermo quem præcepit Dominus*, hoc qood ſequitur eſt lex, quam dedit Dominus de colligendo manna, *colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum*, ſinguli per ſe, vel ad minus de ſingulis familijs aliqui quotidie ad collectionem exeant, ſumpturi de manna quátum ad victum vnius diei ſufficiens erit, *Gomor per ſingula capita*, cum plures non ſolum de veteribus ſed etiam recentioribus, de ponderibus & menſuris tam liquidis quam aridis ſcripſerint, habes enim Villelp. in Tom. 3. ſuper Ezechiel. Leonardum Marium hic, & C Bonfrerium hîc ſimiliter, ideo ijs omiſſis, ſolum quid ſit Gomor aperiemus, Gomor eſt decima pars ephi, vel bati, nam æqualia ſunt, ſed ſolum in hoc differunt, quod ephi eſt in aridis, Batus autem in liquidis. Cum autem Batus ſit ſeptuaginta duorum ſextariorum, neceſſarium eſt dicere Gomor eſſe ſeptem ſextariorum, aliquibus vncijs additis, ſextarius autem continet vncias viginti, vnciæ autem duodecim faciunt libram vnam.

Sed non leuis eſt difficultas, nam ſi Gomor tantæ eſt magnitudinis, quomodo tanta menſura in ſingula capita, pro diurno cibo Hebræis hîc præſcribitur? Sed dicendum quod cum per id tempus vita hominum erat productior, ita hominum corpora erant robuſtiora & proceriora, atque adeo & cibo copioſiori, illis opus erat. tum quia Hebræi veſcebantur manna vice panis & obſonij (adde manna fuiſſe lóge leuiorem cibum & faciliorem coctu quam panem è tritico confectum) vt proinde maiore in copia manna ſumendum fuerit, quo naturæ ſatis eſſet, quam ſi panis è tritico ſumeretur, hæc igitur gomor tanta menſura erat, quantam quis etiam valde edax, robuſtus, & laborum patiens, edere poſſit, *iuxta numerum animarum veſtrarum*, ſynecdoche pro hominibus, *qui habitant in tabernaculis*, familia enim quælibet forte vnicum occupabat tentorium.

CONCEPTVS.

Diligenter Deus prouidet, ne diſcordia inter ſuos oriantur.

124. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, Gomor per ſingula capita.* Nonne Manna de cælo vberrimè fundebatur? cur ergo Deus ſingulis certas ac determinatas portiones aſſignat? quo tendit hæc parcitas in diſtribuendo cibo, cum tanta præceſſerit largitas in miniſtrando? licet enim Gomor eſſet menſura, quam quiſque etiam robuſtus in die edere potuiſſet, tamen non videtur Deus ſat liberalis in aſſignanda determinata portione, quilibet ad libitum quidquid voluerit colligat. Nequaquam, ſed qua de cauſa? rectè Ioſeph. lib. 3. D Antiq. cap. 1. *Hoc fiebat* (inquit) *ne debilibus colligendi difficultas exiſteret, dum robuſtiores plus ſatis colligunt: & ad neces deuenirent*, nam ſi libera colligendi poteſtas omnibus daretur, ſine dubio potentiores omnem eſcam præoccuparent, vnde fieret, vt & pauperes eſurirent, cum iniuria, vel ſine concordia inter rixas & contentiones proſilirent.

Ioſeph.

Profuſiſſimam Dei miſericordiam creaturarum anguſtia coarctant.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum Gomor per ſingula capita. Nonne pro- 125.
fuſus imber cæleſtis panis vaſtiſſimá complebat eremum? cur igitur panis menſura præſcribitur,

cum cæli largitas ad parui Gomor (eſt enim ſo- A lum decima pars ephi) menſuram reducitur ? ſanè anguſtia imperfecti temporis, cæleſte do- D Baſil. Selec. num coarctant. Ita Diuus Baſil. oratione 33. fatus *Eſcam librans cælum Iudæis dimittebat, & tempus donum vincebat, ac iatra modum gratia cohibebatur*, cogitur Dei donum anguſtari, ac minui ab anguſta cordis noſtri capacitate : nos ſumus qui profuſiſſimam Dei miſericordiam cohibemus, vt ſic guttatim ad noſtra pectora Pſal. 80. proficiſcatur; vnde apud Pſal. 80. ait Dominus: ego enim ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti dilata os tuum, & implebo illud, non ſiccati ſunt diuinæ beneficentiæ fontes, qui largiſſimè omnibus bonis recreat Iſraëlem proficiſcentem ex Ægypto, non arctura eſt manus illa quæ pluit manna in abundantia, quę largiſſimos ſciuit bonorum cumulos profundere; B illa ipſa manus, ille ipſe Deus beneficentiſſimus adeſt nobis, quidquid minus ab illo accepimus, non in eius parcitate, ſed in noſtri cordis conſiſtit anguſto: noſtra incapacitas donum & cogit gratiam admodum cohiberi. ô quam excreſcunt dona & gratia diuina vbi cor- B. Hieron. dis humani campos dilatatos inuenit! Hieron. in cit. Pſalm. *Dilatate ora veſtra, ipſe eſt & Dominus & panis, ipſe hortatur nos vt comedamus, & ipſe noſter eſt cibus, quantumcunque dilataberis tantum accipies, non eſt igitur in mea poteſtate, ſed in tua eſt, ſi volueris totum me accipies, accipe ſaltem panem.*

Seruilis eſt naturæ in benefaciendo ſeruare menſuram.

126. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum Gomor per ſingula capita* Deinde ad- C ditur, quod illud manna ſinguli colligebant, vide quot ibi menſuræ, & quantitatis, & temporis, quantitas non excedebat Gomor, tempus matutinis crepuſculis claudebatur, cur ita anguſtæ menſuræ ? quid hæc portendunt, niſi ſeruile ingenium miniſtrantis ? id quod notabat B Baſil. Baſilius oratione 33. *De cælo manna quondam Iſraelitis dabatur, ſed quia miraculi adminiſter ſeruus erat, neceſſitati quoque donum ſeruiebat, quodque reſidui erat euaneſcebat.* Seruile ingenium eſt, & plane ignobile quod ſeſe intra certam menſuram beneficentiæ claudit, nec vnquam ſciuit menſuram excedere, ſunt enim qui quantitatem & horam beneficiorum ſic præfiniunt, vt vltra id nec minimum præſtari permittant, ſi mane ſit erogandum frumentum, vel modius deſtruetur, modio euacuato & mane tranſacto, D ænei prorſus redduntur ad benefaciendum, ſed hoc ſeruile ingenium eſt.

Sic viuamus quotidie, quaſi morituri.

127. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, Gomor per ſingula capita.* Parua menſura datur quæ non excedat vnius diei cibum, ex qua nihil remaneat in alterum diem : & cur ſic anguſta menſura datur ? cur non magis permittitur aliquid reſeruari in alium diem ? ſanè curabat Deus in filijs ſuis, hanc firmari perfectionem, quæ in vnoquoque die ſit, ſic præ oculis habeant finem vitæ, quaſi minimè craſtinum futurum exiſtiment : ait Paſchaſ. lib. 4. B. Paſchaſius Abbas. in Math. *Gradienti per deſertum populo præcipitur, vt ſinguli non amplius ad dictum quotidianum quam gomor, manna colligerent: ex quo Chriſtianorum regula ſignabatur, quod perfecti quoque non debeant ſolliciti de craſtino, quod ſi planè laborioſum putatur & arduum, filiorum tamen debet eſſe iſta perfectio, vt ſic viuant quotidie quaſi cras morituri* Nihil permittitur de filijs, quo illorum oculi abſtrahantur contẽplatione inſtantis finis, eam vitam accipere iubentur, & cum capere cibum qui non longè faciat terminum vitæ, ſed quaſi præſentem oſtendat illum.

Si ad neceſſitatem non ad voluptatem cibos ſumas, tibi bene erit.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum Gomor per ſingula capita. Menſura 128. Gomor accommodata vniuſcuiuſque neceſſitati, dum manna contenti nullum exiguum ſenſere damnum : ſed videamus quid eis contigit B cum coturnices petierunt nequaquam neceſſarias ad vitæ conſeruationem, ſed in voluptatem cedentes: adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, & ira Dei aſcendit ſuper eos : ecce in carnibus percuſſio Dei, nequaquam in mannæ exhibitione. vnde hoc ? quia ſi ſolum ad neceſſitatem cibos ſumas, non ad voluptatem, bene tibi erit, id voluit Gregor. Nazianz. oratione 3. *Panis*, inquit, *in deſerto pluens inſtar ſalſus, obſonium* Gregor. Nazian. *è cælo miſſum illi neceſſitati correſpondens; hæc etiam ſupra neceſſitatem impertita* ; preme illud, *neceſſitati correſpondent.* Nempe panis, & manna, & hoc etiam ſupra neceſſitatem impertitum, ſi ijs quæ tibi neceſſaria ſunt ad victum, ſolum requiras, nihil habes funeſti, quod timeas, ſi autem quæ ad guſtus delicias, & voluptatem, tibi caue. Vnde ſic Oleaſt. *Vult Domi-* C *nus te ſumere ipſum quod tibi neceſſum eſt, quid facitis qui neceſſaria aut potius ſuperflua in immenſum multiplicatis ? ſumite ad menſuram neceſſitatis veſtræ, dona & munera Altiſſimi.*

In rerum abundantia parcitatem ſeruemus.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad 129. *veſcendum, Gomor per ſingula capita* quid? nonne in circuitu caſtrorum abundantiſſimè manna è cœlo deſcendere feciſti ? cur ergo ſolum vnuſquiſque Gomor colliget ? ad quid tanta mannæ copia? nam non tibi incognitum quantum ad victum vniuſcuiuſque ſingulis diebus erit neceſſarium : mitte ergo de cœlo ſolum; quod vniuſcuiuſque victui ſufficiet, vel ſi abũdantiſſime, liceat ſingulis ad libitum de eo colligere, & non ad menſuram. Panem mittit de D cœlo, & tamen ad menſuram vult colligi, quia in rerum abundantia, vult à nobis parcitatem & modeſtiam ſeruari. Annuit Oleaſter, *Non ad* Luſit. *menſuram panem de cælo deſcendere fecit, ſed in maxima copia, voluit tamen ex copia nos ſolum quæ ſunt neceſſaria ſumere, vt diſcamus etiam in rerum affluentia ſeruare modeſtiam & parcitatem.*

Scientia tibi ſit ad menſuram.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad 130. *veſcendum, Gomor per ſingula capita* Quid etiam in mannæ menſura ſeruandus modus ? nonne ſuauiſſimum & à Deo miſſum ? an officere poterit ? imo proficere, quid enim melius & eo ſalubrius ? non eſt dubium quin manna denoretur ſapientia, vt in ſuperioribus à nobis dictum videre eſt. merito igitur, vt ſecundum

Gomor colligatur, præcipit, ſcientia enim & ſapientia ad menſuram colligere quis debet, alias à veritate abibit. Habes Philonem id aſſententem lib. 2. allegor. *Egrediatur ſane populus & omnis catus anima, incipiatque colligere ſcientiam non aceruatim, ſed quantum ſufficit in diem: ſic enim fiet primū vt ne ſimul & ſemel exhauriantur immenſa opes gratiarum Dei, & exundent torrentis in morem, deinde vt quiſque ſumpta miniſteria qua ſufficiat, reliquorum diſpenſationem permittat Deus; qui vero vult omnia colligere, deſperationem ſibi pariat & moleſtiam maximam.* ita & minimè ſapit qui ſapit extra menſuram & perdit omnia quæ tentat colligere. (A) — Philo.

Scientia acquiratur & diſtribuatur.

131. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, Gomor per ſingula capita.* Vnuſquiſque non in ſingulari, ſed vel plures ex eadem familia, vel aliquis pro omnibus, qui plures menſuras Gomor allatas aliis diſtribueret: nonne ſati erat eam ſibi edendam attuliſſe? cur & aliis diſtribuit? quia cum ſcientia mannæ dono denotetur, poſſeſſori perit niſi publici iuris fiat. ſuccinit Abſalon Abbas ſerm. 51. *Scientia*, inquit, *nobis poſſeſſio eſt, vt quidam dixit, quæ auarum dedignata poſſeſſorem, niſi publicetur elabitur.* Liquores quidam niſi claudantur, ſtatim exhalant & euaneſcunt, ſcientia euaporat & euaneſcit clauſa: probe ſeruatur & cuſtoditur ſi non claudatur, ſed omnibus ſit communis. (B) — Abſalon Abbas ſer. 51.

A Deo indebita petitio reycitur, imo & grauiter punitur.

132. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, gomor per ſingula capita.* Sufficientiſſima quidem menſura ad victum vnius hominis edaciſſimi, panis autē cæleſtis, imo & panis Angelorū; cur ergo cū panis ille eſſet ſuauiſſimus, cum ad victum ſuauiſſimus, dixerunt poſtea, quis nobis dabit ad veſcēdum carnes? Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpicit niſi man. quid tum? iratuſque eſt furor Domini valde: ecce tibi & manna faſtiditur, & faſtiditum iram Dei vehementer accendit, & populo mortem traxit duriſſimam. ſed cur Dominus ſic iraſcitur in faſtidientes, cum nec in hominis poteſtate ſit non faſtidire cibos aſſiduos? cur ergo Deus ſic percutit miſeros hos, eo quod manna faſtidierint? Non Deus ferit Iſraëlitas, quod faſtidia ex manna capiant, quæ vel aſſiduitas cibi potuit naturaliter cauſare: ſed ideo meruerūt caſtigari, quod inter mannæ aſſiduitatem, non meminerunt à Deo cōtendere quo illa tollerentur faſtidia, & magis mannæ fames acueretur, Sapienter Diuus Aug. tract. 73. in Ioan. *Concupierant carnibus veſci quibus mittebatur manna de cælo, faſtidiebant quippe quod habebant, & quod non habebant impudenter petebant, quaſi non melius peterent, non vt cibus qui deerat indecenti deſiderio præſtaretur. ſed vt ille qui aderat ſanato faſtidio ſumeretur.* Hæc debebat eſſe frequens petitio, quia manna veſcebātur, nimirum quod faſtidia nata inde tollerentur à Deo. (C, D) — D. Aug. 73. in Ioan.

Tyrones in virtute nec alios doceant.

133. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, gomor per ſingula capita,* Aliqui arbitrantur quod ille terminus *vnuſquiſque* debeat ſtrictè ſumi pro vnoquoque ſingulatim, itaut vnicuique Deus iuſſerit ſuā menſuram Gomor colligere, neque pro alijs colligere, neque pluſquam inſumere quod ad victum vnius diei requiretur: ſed cur vnuſquiſque huic labori obſtringitur? nōne vnus pro pluribus colligere potuit, & alijs diſtribuere? Philo lib. 2. de Alleg. Legis ait, Iſraelitas qui ab exiguo tempore diſceſſerant ab Ægypto figuram eorum geſſiſſe, qui nuper viam virtutis arripuerunt. quo notato reſpondet his non expedire vt pro alijs colligant, ſed tantum ſibi tunc conſulant, quæ ad alios pertinent, omittant; non enim Tyrones in virtute alios debent docere. ſubijcio verba Philonis. *Collige omnia quæ ſufficiunt & conueniunt, vt neque plus ſatis exuberent, neque infra modum collecta inopiam afferant, vt iuſta menſurā vtendo iniuſtè nihil facias. meditantē enim te migrationem ab affectibus, & Paſcha immolantem oportet modicos profectus, non iniuos facere. colligat ergo vnuſquiſque quantum ſufficit ad veſcendum.* — Philo.

Cibus Euchariſticus lætificans.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum, gomor per ſingula capita Diuus Ambroſius. epiſt. 1. arbitratur, Gomor menſuram, fuiſſe liquidorum, non aridorum & iuxta eundem, non qualiſcunque fuit menſura, ſed vinaria; quid eſt quod manna panis videlicet cæleſtis, menſuratur vinaria menſura? Ambr. quia vinum lætificat cor hominis; protendit ergo Euchariſtiam non modo alimentū offerre, ſed etiam hominē ſpiritualiter exhilarare, adde quod pānis, vini menſura colligitur, quia idem prorſus eſt in calice & in pane, idem prorſus deliteſcit ſub ſpeciebus panis, quod ſub vini ſpeciebus. Nam licet ex vi verborum, pani tantum ſuccedat corpus, ſicut vino ſanguis, tamen nunc idem prorſus ſub vna ſpecie latet ac ſub alia, hoc ex Ambroſ. accipe loco cit. *Gomor ergo menſura eſt, & menſura vini, quia lætificat cor hominis.* 134. — D. Ambroſ.

Euchariſtia prius videnda, poſtea ſumenda, vt in admirationem aſſurgamus.

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum. Colligunt vt eo cibo nutriantur, ſed quandonam? poſtquam ſuſpexerunt & admirantes dixerunt, Manhu, cur hic ordo ſeruatur in mannæ exhibitione? quia idem in Euchariſtia ſeruandus, ſi enim in eius admirationem vis aſſurgere, prius vide, poſtea ſumpturus accede, quid eſt videre? mente contemplari, illud tantum beneficium mente verſa, quod ſi feceris, hoc bonum ſuſcipies, poſtea vero cum fructu Euchariſtiam contrectabis, & ea veſceris. Pulchrè rem exponit Tertull. de Spectac. cap. 11. *Ea quæ oculis & auditu haurimus, mente decoquimus, ſicut quæ ore mandimus, ſtomacho.* Ergo vt maximam vtilitatē ſumas ex Euchariſtia, oculis ſuſcipe, ſermones de ea miſce, ſic enim mente hunc cibum digeres, & vtilius guſtu percipies, quando eo veſceris. hinc eſt quod ſæpius Euchariſtia publicè exponitur, vt eam oculis excipiamus antequam traijciamus in ſtomachum; item ſæpius de ea ſermones miſcemus, & in publicis actionibus, de ea agimus, vt eam prius mente & animo digeramus. 135. — Tertull.

Quod non neceſsitate circunſcribitur, non vſui eſt, ſed dedecori.

136. *Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad*
veſcendum, Gomor per ſingula capita. In manna & in quolibet dono, quod nobis Deus largitur, decet contentum eſſe certa menſura certoque numero, nec plura quam pro capacitate ſumere. ſed licet pluribus abundemus, quam noſtra exigat neceſſitas, quid damni nobis eueniet? nam nobis ac familiæ noſtræ conſulimus, melius enim eſt plurima poſſidere, quam inopiæ pericula ſubire: ſed fallens, nam quod neceſſitate non circumſcribitur, ſed terminos excedit, non vſui eſt ſed dedecori. audiendus eſt ſanctus Nilus qui de hac re
S. Nilus. diſertiſſimè & veriſſimè diſſerit, piaculum eſſet aliquid ſupprimere, ſic autem ait in lib. aſcetico ſub fine. *Jlla quod neceſſitatis vſus exigit minimo contenti, ſaturitatem vitæ ignominioſam adiunximus in varijs poſſeſſionibus conquieſcentes, nec videmus poſſidendi menſuram corporis neceſſitate circumſcribi, & quod eam excedit, non vſui eſſe ſed dedecori. vt enim tunica corporis quadrans magnitudini vtilitatem affert & ornamentum: quæ autem vndique circumfluit, & pedibus implicatur & humi trahitur, preterquam quod turpis eſt, agenti etiam eſt impedimento: ſic poſſeſſio corporis neceſſitate maior, & ad virtutem tendentes impedit, & valde vituperatur ab ijs, qui naturam hominis rectè metiuntur. Honeſtum igitur eſt ac laudabile, intra neceſſitatis terminos ſe continere, eoſq; minime tranſilire. ſi quis enim cupiditate ductus ad ea, quæ iucunda ſunt pauliſper deflexerit, nulla deinde ratione retinere poterit; quominus ad vlteriora progrediatur. cum enim vſui ac neceſſitati præſcriptos fines exceſſeris, nullus amplius terminus inuenitur, ſed omnia vaſta atque infinita; vt inani labore cupiditas non expleatur, ſed aſſiduè magis augeatur, inſtar flammæ quæ quo plus materiæ ſuggeritur, eo fit maior, qui enim ſemel naturalis neceſſitatis terminos tranſierint, in vita ſolutiore liberius progrediuntur, ac pani quidem iucundum aliquod obſonium adijciunt, aquæ autem primo tantulum vini, quod valetudini, deinde quod voluptati ſatisfaciat. in veſtitu non contenti ijs quæ ad tegendum ſunt neceſſaria, primum lanas emunt excellentiores, & velleris eligunt florem. Deinde tranſeunt ad mixta, quæ in lino & lana contexta ſunt, mox ſerica capiunt, & ea primo quidem ſimplicia, tum prælijs & animalibus, atque hiſtorijs diſtincta: vaſa argentea aureaque conficiunt, quæ non conuiuijs ſolum ſatisfaciant, ſed animalibus etiam & lectulis abundè ſint ornamento. Verum quod progredi importuna longius poteſt ambitio, cum ad fœdiſſimos quoque vſus adhibeatur? neque enim corporis ſordes in vaſa dignantur cernere, quæ ex alia materia, quam ex argento ſint conflata: hæc omnia ſunt præter naturam. victus enim ſecundum naturam idem vobis atque animalibus præfinitus eſt ab ipſorum omnium procuratore: ecce inquit Deus, cum hominem alloqueretur, dedi vo-*
Gen. 1. *bis omnem herbam agri vt ſit vobis in eſcam & cunctis animalibus. cum igitur communem cum ca-*
A *teris animalibus eſcam acceperimus & ad delitias & ad luxum conuerſiſſimus, nonne magis quam, illa rationis expertes merito poſſumus iudicari? feræ intra naturæ terminos manent, neque recedunt à Dei præcepto: nos qui ratione præditi ſumus, prorſus à prima Dei conſtitutione declinamus: quæ feris ſunt obſonia? quæ condimenta? quæ coquorum artes earum voluptatibus obſequuntur? nonne priſtina frugalitate contentæ herbis veſcuntur & aquam bibunt? quamobrem voluptates quæ ſub ventre ſunt, minuunt, nec vllo pingui cibo earum cupiditatem inflammant. nec vllum vnquam maris, aut fœminæ diſcrimen norūt. vnum enim atque idem anni tempus hunc vtriſque ſenſum mouet, cum ad ſimiles gignendos fœtus, conſeruandi ac propa-*
B *gandi generis cauſa, naturæ lex mutuos illis congreſſus inuenit, reliquis autem temporibus ita ſeparantur, vt nullum eiuſmodi coniunctionis appetitum habeant. Hominibus vero ex ciborum luxu libido veneris inſatiabilis, tam efferatas cupiditates inſeuit, vt nullo tempore quieſcant. proinde cum magna ex poſſeſſionibus detrimenta proueniant, & omnibus vitijs peſtiferis pabulum ſubminiſtretur, cauſam hanc abſcindamus, ſi bonæ animi valetudini conſulere volumus*

Chriſtus Dominus maximè imminutus in ſuſceptione naturæ humanæ

Colligat vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad 157.
veſcendum, Gomor per ſingula capita, Ex quo colligere debet vnuſquiſque? ex illo minuto
C quod apparuit ſuper terram in ſimilitudine pruinæ. Cur ita minutum? nonne vt cum minori labore colligeretur, potuit in grana craſſiora diuiſum cadere? quid illud manna portendit? ait Philippus Abbas in Tom. 2. ſuper illa verba Canticorum, meliora ſunt vbera Cant. 1.
tua vino, fatendum omni ambiguitate remota; quod Chriſtus verus Deus & homo erat cuius imaginē vel figuram illud antiquum manna tenebat. ſed ſi Chriſtum adumbrat, cur ſicut minutum comparet? nonne vt figura figurato reſpōdeat, & cū figuratū nec cælorum, nec terræ ambitu comprehendi poſſit, quomodo ita figura minuta eſt? Audiamus citatum Ab- Philipp.
batem, *Si ſecundum grāmaticæ artis naturam par-* Abbas
tem iſtam ſcilicet minutam ſubtiliter inſpicimus, ſine dubio à verbo quod eſt minuo, minuis minutum deſcribitur, quia figuram corporis Chriſti gerebat, de quo Dauid Propheta, minuiſti eum, &c. Pſalm. 8.
D *non ergo immerito refertur, quod manna de ſupernis apparens minutum ſuper terram reperitur: quia valde illa ſuperna maieſtas vnigeniti filij ſe minorauit, quando ad perferendas noſtræ imbecillitatis iniurias deſcendit, & formam ſerui ſuſcipiens, ſecundū Pauli Apoſtoli vocem ſeipſum exinaniens, multum inquam manna iſtud imminutum eſt, quando creator cœli & terræ & omnium rerum inter homines ſine exiſtimatione alicuius dignitatis latebat; valde inquam minutum iſtud manna, quando à creaturis ſuis Creator generis humani tot ſuſtinuit opprobria.*

VARIET. LECT. Verſ. 17. & 18.

V*Vlg.* Feceruntque ita filij Iſraël, & collegerunt alius plus, alius minus.

Septuag. Et collegerunt hic quidem multum, ille vero minus.

Vulg. Et menſi ſunt ad menſuram Gomor, nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, ſed ſinguli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt.

Sept. Et cum menſi eſſent Gomor non ſuA perfuit ei qui multum & non deſuit ei qui minus, vnuſquiſque in eos qui ad ſe pertinebant, apud ſeipſum collegerunt.

Cald. Nihil ſuperfuit ei qui plus collegit, non defuit ei qui minus collegerat.

Alij. Non ſuperabundauit multiplicans, & diminuens non defecit.

Oleaſt. Et non ſuperabundauit qui multiplicauit, & qui minorauit non defuit, iuxta comedere ſuum collegit.

EXPOSITIO.

F*Eceruntque ita filij Iſrael*, vt ſibi iniunctum fuerat, *& collegerunt alius plus, alius minus*, cum præceptum ſibi fuiſſet vt in ſingula capita colligerent, ex manna, ſingulis diebus *menſurā Gomor*, id eſt tantum quantum veriſimiliter putabant ſufficere ad Gomor complendū, vnde alij plus collegerunt opinantes nec dum ſe Gomor collegiſſe, cum necdum illud integrum collegiſſent, *& menſi ſunt ad menſuram Gomor* in tabernacula redeuntes, *nec qui plus collegerat habuit amplius*, cum manna à ſe collectum metiretur, ſiue plus ſiue minus collegiſſent, omnes tamen vnū idemque Gomor reperirent Angelo ſcilicet inuiſibiliter addente, ſi minus quam Gomor, demente, ſi amplius collegiſſent, *Singuli iuxta id quod edere poterant*, congregauit quiſquis pro ſua edacitate, vt minus vel maius æſtimabat eſſe ſuum Gomor, ideo magis vel B minus colligebat. Sed cum poſtmodū id quod collegerat metiretur, vnuſquiſque inueniebat vnum Gomor, quod ſingulis ſufficiebat: ex quo aliqui colligūt omnibus ita æquam fuiſſe menſuram vt omni ætati, ſexui, complexioni Gomor integrum ſatis eſſet, imo etiam ſupereſſet. quod hoc modo fieri exiſtimant, quod Deus cuique in ſtomacho & corpore ita cōcoquebat & diſpertiebat ſuum manna, ſuumque Gomor, vt illud attemperaret vi nutritiuæ & nutritioni, ac viribus cuiuſq; vt æqualiter omnes ſatiaret, atque ex altera parte ſuppleret, ſi quid calori naturali ac vi nutritiuæ cuiuſpiam deeſſet ad conſumendum Gomor, aut certè efficeret vt manna in debili ſtomacho eſſet leuis & facilis digeſtionis, in ſtomacho vero valentiore eſſet C validius.

CONCEPTVS.

Non qui maiorem vel minorem Hoſtiam accipit, inæqualiter participat Euchariſticum cibum.

138. *Feceruntque ita filij Iſrael, & cum collegiſſent, alij plus, alij minus*, ait textus, *nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus.* Quomodo hoc fieri potuit? nam plurimi aliquid amplius alijs collegerant, ergo plus alijs reperiſſe exiſtimandum eſt. Nihilominus aſſerit ſacer textus, nihil plus inuentum ab eo qui plus collegerat, quid hoc eſt? ſi à nobis dictum ſacroſanctum māna ſacramentum adumbrari, ne tibi hoc mirum videatur, neq; enim qui maiorem vel minorem hoſtiam accipit, inæqualiter de Euchariſtico cibo participat, neque vberiorem fructum percipit, qui magis accepit, neque minorem, qui minus: quod expreſſis verbis confirmat Guitmundus Archiepiſc. Auerſanus lib. de veritate Euchariſtiæ, *Poſſumus dicere tantundem eſſe in vna quaſi portiuncula, quantum erat in hoſtia tota, ſicut de manna legitur, quia, nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus collegerat habuit minus, ita ergo hoſtia eſt Corpus Chriſti, vt nihilominus vnaquæque particula ſeparata, ſit totum Corpus Chriſti, ſinguli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet in ſingulis.* Et Hilarius Papa vt in decretis habetur tom. 3. Concil. poſt Epiſt. 2. dicti ſummi Pontificis, *vbi pars eſt corporis, eſt & totum eadem ratio eſt in corpore Domini quæ in manna, quod in eius figura præceſſit; de quo dicitur qui plus collegerat, non habuit amplius, neque qui minus parauerat, habuit minus: non enim eſt quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus Sacramenti ſpiritalis.*

Guitmundus. B. Hilar.

Pro inſita vnuſcuiuſque animi deuotione, quantum ad fructum & ex opere operantis plus minuſue accipitur in Euchariſtico Sacramento.

D

139. *Fecerunt ita filij Iſrael*, cumque ab alijs plus, alijs minus collectum eſſet, de manna tamen nec qui plus collegerat habuit amplius, nec qui minus parauerat reperit minus: quia vt diximus de Euchariſtico pane cum aſſumitur, nihil minus habent ſinguli, quam vniuerſi, totum vnus, totum duo, totum plures ſine diminutione percipiunt, quia huius Sacramenti virtus ſcit diſtribui neſcit diſtributione conſumi. Verum nonne alij plus minuſue de hoc pane participant? ita ſane, pro inſita enim vnuſcuiuſque animi deuotione & pietate, plus minuſue accipit; etenim maiorem fructum accipit, qui

maiori attentione ad hanc menſam accedit: loquor autem de gratia quæ vocatur ea opere operãtis, item qui cum peccato audet accedere, nihil de fructu illius accipit Imo reatum contrahit. conſulendus S. Paſchaſius Abb. lib. de corpore & ſanguine Domini cap. 17. *Non eſt omnino quantitas viſibilis in hoc æſtimanda myſterio, ſed virtus ſacramenti ſpiritalis, ſicut nec quantitas hominis Chriſti metienda in corpore, ſed virtus in eo eſt diuinitus conſideranda nam plus retulit illa mulier in euangelio, quæ fimbriam veſtimenti eius tetigit, quam turba quæ totum corpus præceſſit, quia plus eum mente concepit & fide credidit, idcirco cogitandum à vobis eſt non quantum dente prematur, ſed quantum fide & dilectione accipitur*, & concludit, *& ideo fili hoc myſterium dum communicas dilata ſinum mentis tuæ, emunda conſcientiam, & percipe non quantum mica exhibet, ſed quantum fides capit, quia in Chriſto plenitudo diuinitatis manet, in te autem de plenitudine non quanta eſt, ſed quantum idoneus fueris præſtatur.*

B Paſchaſius.

Non à nobis eſt noſtra ſatietas vel penuria.

140. *Fecerunt ita filij Iſrael*, ſed miraculosè contigit, quod quamuis ab aliquibus plus ab alijs minus collectum fuiſſet, tamen non qui plus collegerat, habuit amplius: quid ſiquis plus collegerat? nõne ea intentione vt plus de manna poſſideret & maiorem alimenti copiam haberet? qoomodò ergo nec illud colligens plus reperit, nec magis ſatiatur qui ætatis virilis eſt quam qui iuuenilis & puerilis? ne mireris, hoc enim tibi indicat non à te, ſed à Deo effici ſatietatem & penoriam. Hoc habet Oleaſt. *Non eſt ex vobis ſatietas vel penuria, ſed ex Deo, qui dat vnicuique prout opus, eſt enim, vt ait Salomon pauper ſufficiens ſibi, & eſt diues, qui non poteſt vnquam ſatiari.*

Oleaſt.

Deus neſcit nimiam habendi voluntatem ſuſtinere.

Fecerunt ita filij Iſrael. Collegerunt enim manna ſicut ſibi iniunctum fuerat, ſi tamen qui plus collegit non habuit amplius, quomodo permittit Deus quod oleum & operam perdiderit, cum qui minorem laborem impenderit eamdem menſuram habeat? quia Deus neſcit nimiam habeodi voluntatem ſuſtinere, & ideo non etiam permittit in Iſraelitis. Sic Theophil. in 2. ad Corinthios cap. 8. *Quemadmodum in manna qui plus collegerant & qui minus, omnes eãdem habere menſuram inueniebãtur Deo auaritiam & inſatiabilitatem eorum puniente, ſic hodie non oportet nimium expetere.* 141.

Theoph.

Quæ iuxta Dei præceptum fiunt ea ſola præualent.

Fecerunt ita filij Iſrael Non omnes in vniuerſum, ſed plures, nam dictum eſt quod cum ſtatutum eſſet, vt Gomor per ſingula capita colligeretur, qui fortiores & alacriores ſupra menſuram eſcas congregauere, tamen vbi ad rei caitum ventum eſt, nec qui plus collegerat habuit amplius quam poſſet Gomor menſora continere, quid? nonne amplius collegit? collegit equidem, ſed vltra Dei præceptũ, & ideo quidquid vltra factum eſt euanuit, ſed ſolom quod ea Dei præcepto erat, præualuit, idque ſolum integrum apparuit. vanus eſt enim, qui aliud ſpectat, quã Dei præceptum, ex quo ſolo venit, quidquid apud homines præualet, quidquid manet. 142.

VARIET. LECT. Verſ. 19. & 20.

Vulg. Dixitque Moyſes ad eos, nullus relinquat ex eo vſque mane.

Chald. Nullus reportat ex eo vſque mane.

Pagn. Quiſquã non relinquat de eo in mane.

Vulg. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſcatere fecit vermibus, atque computruit, & iratus eſt contra eos Moyſes.

C *Sept.* Et non exaudierunt Moyſen, ſed reliquerunt quidem de eo in mane, & ebulliuit vermis, & computruit, & indignatus eſt aduerſus eos Moyſes.

Chald. Et non acquieuerunt Moyſi, &c. & ſcaturiuit vermibus.

Pagnin. Et reliquerunt viri ea eo vſqoe mane, & vermiculatus eſt vermes, & fœtuit.

CONCORDIA.

Verbum רמם ramam à quo ramah idest vermis, ſignificat releuare, exaltare, & videtur idrimah vermẽ ſignificare ab eleuatione, D ſeu qui facile aut multum eleuetur, verbum באש præcipuè ſignificat putreſcere, & ex conſequenti fœtere, quia ea putredine fœtor naſcitur.

EXPOSITIO.

Nullus relinquat ex eo vſq; mane, voluit enim quotidiano labore occupatos, nec noo quotidiano labore eos obſtringere, *qui non audierunt eum* per inobedientiam, *ſed reliquerunt quidam ex eo vſque mane*, nam non eſt exiſtimãdum ita Gomor cuiq; ad menſurã eſſe, vt nihil ad diornũ victum vel deeſſet vel ſupereſſet, ſed quod ea quantitas ſatis eſſet, vt nemini in diem deeſſe poſſet, quantumuis edax eſſet, & ideo aliquid ſuperfuiſſe ex hoc præcepto & illius tranſgreſſiooe colligitur: iubet enim vt nihil relinquatur ea eo vſqoe mane, quod ſupererat ex menſura eo die collecta: neque enim probabiliter colligi poteſt, aliquid eos præter ſupradictam menſuram ſumpſiſſe, quandoquidem diuinitus fiebat, vt etiam qui plus aceruaret, non tamen plus reperiret, neque aliud anteceſſit quam admenſos eſſe Gomor in ſingula capita. Vnde quod hîc dicitur, quod quidam aſſeruarunt in ſequentem diem, intellige aceruaſſe de

eo

co quod pridie fuerat collectum, quia io paucis familijs rotum edi poterat, noo de eo quod vltra Gomor in ſingula capita collectum fuerat, *ſcatere fecit vermibus*, quod manna in craſtinum reſeruatum corrumperetur, non verò die Sab- A bati, & quod in futuras generationes aſſeruaretur in vaſe, ſatis apertè conſtat, non ex natura mannæ aut temporis, ſed ratione violati præcepti ſic contigiſſe, *& iratus eſt*, noo ira præueniente rationem, ſed ex zelo.

CONCEPTVS.

Qui Dei mandata tranſgrediuntur, in accumulandis ſuperfluis, æternis corrodentur vermibus.

143. *Nullus relinquat ex eo vſque mane.* Nihilominus à multis contra Dei præceptum aſſeruabatur in diem craſtinum, verum quod ſic ſeruabatur, ſcatere cœpit vermibus atque computruit. duo mala iouenìebant miſeri, in eo quod ſibi aſſeruabant, & putredinem & vermes. An non B ſufficeret putredo ad eorum curas inanes caſtigandas? cur maluit Deus ſuperaddere malitiam vermium? pulchrè ait D. Proſper de promiſſ. 2. p. cap. 39. *Hæc eſt putredo, hi vermes eorum qui pereunte mundo, cupiant ſuas augeri diuitias*, expende ab illis, *qui pereunte mundo, &c.* quippe, iuſtum eſt, vt æternis corrodantur vermibus illi qui videntes totom mundum perire. non vni Deo fidunt, ſed adhuc nituntur diuitiarum incerto, qui inter ruinas mondi adhuc bona temporalia ſpectant, non miror ſi partem ſuam habeant cum vermibus.

S. Proſp.

Bona iniuſte poſſeſſa quam male pereunt.

144. *Nullus relinquat ex eo vſque mane*, Deo inobedientes in alterum diem manna ſeruaoerunt. quid tum? ſcatere fecit vermibus, atque computruit. eratne tam exilis ſubſtantiæ manna vt aſſeruatum in craſtinum ſtatim computteſceret? abſit, oon enim ex natura mannæ id accidit, C quaodo feria ſexta pro Sabbato ſeruabatur, nec corrumpebatur, ſed id ex precipientis proueniit manu, vbi enim manna à Deo datum capiebãt, incorruptum ſeruabatur. Sed quando non datum pro craſtino, ſed iniuſtè poſſeſſum detinebatur, tunc ſtatim corrumpebatur ſcatens vermibus. ſic omnia bona iniuſte rapta in celerem abeunt corruptionem, ſic Balduinus apud Tilm. *Hoc exemplo de manna damnatur malum auaritiæ, quæ pecunia male parta poſſeſſori ſuo in vermem vertitur.*

Balduinus.

Qui Euchariſticum cibum offendet in abundantia, tempore neceſſitatis ſibi duriſſimum inueniet.

145. *Nullus relinquat ex eo vſque mane*, dum autem D contra Dei præceptũ cibum cœleſtem aſſeruãt, non cibum ſed bullientes vermes inueniunt. oonne illud manna cœleſte, die præcedenti panis omnibus ſuauiſſimus erat? quomodo ſubſequenti die non mãna, ſed vermis, non panis, ſed putredo efficitur? Nonne cum abundantiſſime Deus ſuperne cibum cœleſtẽ largiebatur, male circa eum ſe habuerunt præcepti ſibi iniuncti violatores effecti? quid mirum igitur, ſi tempore neceſſitatis, illum requirentes non cibum inueniant, ſed vermes qui perdant? Bene Diu. Amb. Serm. 30. in Pſal. 21. *Manna illis contra diuina præcepta tractantibus vermes effecti ſunt, id eſt contumacia vltores & indices, quæ ſimilitudo Chriſtum indicat, quem qui ſuauem cibum & dulcẽ cibum haurire neglexerit, indicem patietur*, tibi ſit perſuaſum, quod qui Deum cibantem contempſerit, poſtea recto Dei iudicio, noo cibum, ſed vermes, ſed putredinem iouenict.

D. Ambroſ.

Qui ſcientiæ & ſapientiæ manna, non ſibi bene ſeruat, in vermes corrodentes mutatur.

Nullus relinquat ex eo vſque mane, Aliàs vermibos ſcatebit, qoid? nonne manna cœleſte ſuauiſſimum & ſalutare eſt? quomodo ergo in vermes mutatur? quomodo ex putredine fœtet? ſi per manna, ſapientiam vel ſcientiam (vt à nobis iam dictum eſt) intelligis, non miraberis quod qui illud collegerit, & contra Dei præceptum ſeruauerit, putreſcat, qui enim doctrinam colligit, nec io debitum diſtribuit commodum, vel aliorum vtilitatem, vermes inueniet ſuam corrodentes conſcientiam. Subſignat Hogo Carenſ. io Pſal. 77. *Sunt multi qui colligũt ſed non manducant, nec alijs dant, nempe ſcientiæ manna ideo conuertitur eis in vermes, conſcientiam terebrantes, in mane futuri ſæculi.* 146.

Hugo Carenſ.

Verbum Domini ni annuntiaueris, non leue tibi manet ſupplicium.

Nullus relinquat ex eo vſque mane. Si manna in aliquot dies conſeruari poſſit, quid referet ſi vſque in futurum diem ſeruetur? quia ſcatebit vermibus: quid hoc eſt, quod in vermes ebulliet? quid manna, niſi verbum Domini quod collegiſti vt populo diſtribueres? ſi igitur vltra præfinitum tempus ſeruaueris, ſcias te à vermibos corrodendum. Hoc voluit Origenes hom. 7. in Exod. *Manna, inquit, verbi Dei reddit in ore tuo ſaporem quemcunque volueris, hoc tamen ſi quis fideliter ſuſcipiat & non comedat, ſed abſcondat, vermes ex eo ebulliunt.* 147.

Origen.

Neſcit auarus ſatiari bonis tandem corrodentibus ipſius animum.

Nullus relinquat ex eo vſque mane, Cum Dei mandata contemptui habuiſſent, quid inde ſecutum? ſcatere cœpit vermibus manoa vſqoe in alterum diem ſeruatum. hoc facto optime populus expreſſit auarorum ingenium, qui nunquam habitis ſatiantur: cum enim Deus ſingulis diebus ſub auorã plueret manna de cœlo, quid opus fuerat in craſtinum panem reſeruare, cum liceret ſibi tũc temporis recentes panes colligere? ſed ita inflammãtur auari habendi cupiditate, vt nulla ratione ſatientur, Imo vero ipſa copia & abundantia maiorem ſitim accendat. ſubiungo verba Chryſoſt. in illud Corinth. omnes ſub nube fuerunt, ſic ait, *Tentauerũt tunc aliqui per tempus illud pluſquam opus fuerat colligere, & nullum auaritia ſua fructum accipiebant, & quamdiu æqualitatem colebant manſit manna, quod manna erat, poſtquam autem auari plus habere deſiderauerunt, auaritia mutauit manna in vermem, quamuis hoc non cum detrimento aliorũ faciebant. Non enim accipiebãt* 148.

Chryſoſt.

ex alimento proximi cum plus colligerent, attamen cum plus deſiderarent condemnati ſunt, priuſquam hinc abeo, pendẽda mihi verba Chryſoſtomi, imprimis illud, *auaritia mutauit mãna in vermem*, ſane non temere aut caſu factum eſt, vt manna in vermes tranſiret, dum vltra modum appetitur. ſcilicet, vermes arrodunt præcipuè illud, à quo nati ſunt, & auaritia ſemper corrodit auarum, ſemper inquietat & ſollicitat ad lucra, & eo acriori ſtimulo pungit, quo plus habet. Item notandum illud: *quamuis hoc non cum detrimento aliorum faciebant*. Quorum verborum hic eſt ſenſus: Hebræi illi qui in craſtinum manna reſeruarunt, à nullo alio ſurripuerunt: ſed cum ſinguli, quantum opus habebant, ſuſtuliſſent, ex magna illa copia ſibi aliquid ſuppoſuerunt in craſtinum: Et tamen Deum B tentauerunt, & ipſum manna vermibus ſcaturire cœpit. quid ſupplicij rogo intuliſſent, ſi hoc quod ſuppoſuerũt ſibi, ab alijs abſtuliſſent? ſi immoderatus animus habendi, & vltra menſuram deſiderium tantam pœnam meretur; etiam cum alios non expilat; quo ſupplicio dignus eſt, qui aliena rapit? tum etiam non modo tantum manna pluebat de cœlo, quantum vnicuique ſufficeret, ſed multo maior copia, reliquum vero manna oriente ſole diffluebat: & ſane mirum eſt maluiſſe Deum tantam copiã mannæ perire, quam in domos Hebræorum importari. quod quidem bono ipſorum factum eſt, nempe ne vltra menſuram habentes, maiori ſtimulo in diuitias vrgerentur.

C

Ipſe ſermo diuinus nos arguit & ſeuerè nos punit.

149. *Nullus relinquat ex eo vſque mane*, aliàs ſcatebit vermibus. vix capio, quomodo ſi mannã adumbretur verbum Dei vermis fiat, quomodo vermes efficit? nam potius innumera operatur, donat immortalitatẽ ab omni corruptione alienam, obijcit Adamantius, ſi manna verbum
Adamãtius. Dei, quomodo vermes fecit? ait, *non te turbet auditus*, & proſequitur, *audi Prophetam ex perſona Domini dicentem, ego ſum vermis, ipſe eſt ergo ſermo Dei, qui indignorum mentes arguit, qui & ignis efficitur, ideo peccatoribus neo arguens vermis moritur, nec ignis reſtinguens, aliquando reſtinguitur*, in iudicem enim verbum ipſum conuertitur vti arguat & puniat.

D

Ne de Dei prouidentia diffidamus præſentibus contenti.

150. *Nullus relinquat ex eo vſque mane.* Sed cum ſufficientem menſuram nempe Gomor collegerit, contentus victu, hoc die viuat: nonne ſatius eſt in alium diem aliquid ſeruare ne aliquod impedimentum ſuperueniens obſtaret, ne ſubſequenti die manna colligeretur? merito vt nullus relinqueret ex eo vſque mane præcipit, quia de Dei prouidentia diffidere non debemus præſentibus contenti. fauet Nilus lib. aſce-
S. Nilus. tico, *talem forte legem in vniuerſum Moyſes tulit, cum Iſraelitis præcepit vt manna in ſingulos dies colligerent, clam enim inducebat quotidianum eſſe debere hominis victum, non autem longum in tempus conquiſitum, & homines ratione præditos rebus eſſe contentos præſentibus, & reliquarum curam in Deum, cuius prouidentia cuncta diſponeret, reijcere* A *oportere, tam anxia profecto ſollicitudo coarguit nos quod Dei gratiæ diffidamus, quaſi non perpetuo munera ſua hominibus largiatur.*

Lex Moſaica vſque ad aduentum Domini, ſed tunc quaſi vermibus ſcatere cœpit.

Nullus relinquat ex eo vſque mane, quorſum 151.
ſanctus hæc prohibet Moyſes cum ex natura ſua manna in plurimos dies poſſit ſeruari? S. Ambroſius enarr. 2. in Exodum ſic reſpondet, quia ſeruatum manna vſque ad ſolis exortum, eſui iam eſſe non poſſet, id eſt vſque ad Chriſti aduentum habere gratiam; oriente quidem ſole ſeruatum ab inſidijs manna edi non poterat; adijcitur, qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque ad mane. ergo poſt ortũ ſolis nec licet edere manna illud collectum, nec illud eſui aptum eſt, ſequitur: & ſcatere cœpit vermibus atque cõputruit. Audite nũc perfidi Iudæi qui adhuc Moſaïcam legem obſeruatis, iam vos præceſſit dies, illuxit ſol iuſtitiæ, Chriſtus Dei & virginis filius, oriens eſt nomen eius, Zachar. 6. mundum ſua luce compleuit, veſtrumque manna iam computruit, ſcatet vermibus Moſaïca lex, antiqui ritus, cæremoniæ veluti ſepulchrales exuuiæ, non putorem modo exhalant cuſtodientibus, ſed veneno etiam inficiunt obſeruantes. hanc veritatem ſub his verbis concludit ſanctus Cyrill. lib. 7. in Ioan. B Cyrill. Alexand.
cap. 34. *mane ſplendidiſſima Saluatoris aduentus tempora ſignificat, quando vmbra legis depulſa, & tenebris gentium illuminatis vnigeniti lux ſpiritualo nobis diluculum duxit: iuſſit autem Moyſes, mãna illud nullomodo ad mane vſque relinquere, quia orto ſole vmbracula legis euaneſcunt, & veritatis præſentia, figuræ omnino definiuntur: quare Paulus ad Philippenſ. 3. iuſtitiam legis rutilante Chriſto*, Ad Philip 3.
inutilem oſtendit dicens de ſeipſo, per quem omnium iacturam feci, omnium (inquit) *quibus lex iactabat plurimum, duco enim ait omnia ſtercora dummodo Chriſtum lucrer, & inueniar in eo non habens iuſtitiam legis, ſed eam quæ eſt per fidem Ieſu Chriſti, nihil igitur Paulus vt ſapiens ad mane vſque ſeruauit; qui autem tunc ſenſibile illud manna conſeruauerunt, hi Iudæorum crudelitatem figurabant, quibus non oportuna legis conſeruatio putredinem ſane ac vermes pariet, vnde mœrore quoque affectum & ira concitatum Moyſen legimus.*

Virgo ſanctiſsima manna cæleſte, imo quid omnem admirationem excedens.

Nullus relinquat ex eo vſque mane, quid inde 152.
ſequetur, ſi aliqui vſque in matutinum tempus ſeruauerint? ſcatebit manna vermibus, vermiculi naſcentur ex eo. ſi virgo deipara manna adumbratur, quomodo ex ea vermiculus naſcitur? nonne Chriſtus Dominus dixit ſe vermem? ad- Ambroſ.
dit Ambroſ. Serm. 3. *quoniam vermis nulla extrinſecus admixtione alieni corporis, ſed de ſola & pura terrã creatur, & Exod. 16. ſcribitur de manna vermiculos fuiſſe procreatos: digna plane & iuſta cõparatio de mãna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de virgine procreatur*: en virgo manna, ex quo vermiculus Dominus! bene Maria manna, merito enim poſſumus dicere mãhu, quid eſt hoc? omnẽ enim excedit admirationẽ. Hinc recte D. Bern. Serm. 4. de Aſſumpt. ait, *ipſi* B. Bernard
cæleſtis curiæ principes in conſideratione tanta nouitatis clamant non ſine admiratione, quæ eſt iſta?

Qui Mariam deiparam contemnit, à Maria iudicium accipiet. A

153. *Nullus relinquat ex eo vſque mane*, qui autem Dei præceptum contemptui habuerit, vermes vice mannæ reperiet. Nonne Mariam manna
S. Maximus. cœleſte diximus? ſic enim eam appellat Maximus Hom. in ramis palmarū, *Ipſam Mariā manna cœleſte dixerim, quia eſt ſubtilis & ſuauis quæ velut cœlitus veniens, cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle deſluit.* Sed ſi ex manna vermiculi, quomodo hoc de Maria verificari poterit? diximus quia ex ea Chriſtus Dominus. ſed nonne addere poſſumus, ex manna Mariano, vermes prodere, quin qui ſuauiſſimam deiparam Mariam contempſerit iudicem eam experietur?

Manna Maria, ſed extra bellorum ſtrepitum.

154. *Nullus relinquat ex eo vſque mane.* Colligat B vnuſquiſque quantum ſufficiens erit, in vnius diei victum, ſed vbinam colligetur illud cœleſte manna? in circuitu caſtrorum, non enim in ea cecidit. ſed ſi Maria eo adumbratur, & omnes reſpicit oculo miſericordiæ, cur etiam in caſtra non dimittitur? quia ſicut manna extra tumultus, extra armorum ſtrepitus cadit, ita & Maria diſcordiarum fugitaus eſt, hoſtiliumque armorum, pacem amat, pacem quærit, illa eſt
Rupert. Cant. 6. enim de qua Rupertus, explicans illa verba 6. Cant. Pulchra es amica mea, & ſuauis. inquirit, in quo ſuauis & decora ſanctiſſima Maria? ait, *in eo videlicet quod anima virginis ſemper ſupernam videt pacem.* Ita pacis amica quæ ſuper- C nam ſpectet pacem, quæ pacem poſſideat.

Maria virgo peperit.

155. *Nullus relinquat ex eo vſque mane.* Aliàs manna collectum vermibus ſcatebit. verum cum à nobis dictum fuerit, & ſecundum D. Ambroſ. & Maximi mentem, Mariam mannâ cœleſti denotari, non leuiter moueor, cur ex manna vermes prodeāt? an ſimiliter ex Maria? quidni? nempe vermis Chriſtus Dominus. ſed caretne myſterio, quod Chriſtus vermis ex Maria? an vermis ea coitu? nequaquam; cur non dicemus Chriſtum vermem dici non ſolum ea humilitate, ſed quia à matre Virgine traxit originem, ita cecinit Petrus Riga in ſuo de aurora libro.

Nam ſi vermem manna parit, hoc gratia magna. Petrus Riga
Vermis enim Chriſtus, manna Maria fuit,
Nec vermis coitum, nec nouit virgo maritum,
Nec venit hic coitu, nec coit illa viro.

Superiores merito iraſcuntur, cum Dei præceptum vilipenditur.

Nullus relinquat ex eo vſque mane, tamen plu- 156.
B res de Dei prouidentia diffidentes, vel ex nimia habendi cupiditate, in alterum diem ſeruauere manna collectum, *Et iratus eſt*, inquit ſacer textus *contra eos Moyſes* Nonne vir omnium manſuetiſſimus eſt? vt patet ex Numerorum 12. manſuetudo autem nonne iræ aduerſaria eſt? quomodo ergo iraſcitur? iraſcitur quidem zelo iuſtitiæ in Dei mandatorum tranſgreſſores. *Per*
hæc, inquit Abul. *Oſtendit iram zeli quæ pertinet* Abulenſ. *ad prælatum ſecundum quam vultu commoto aſperis verbis in ſubditum innehitur delinquentem, ira autē quæ eſt per odium & rācorem, non cadit in ſanctos viros, & hoc maximè in Moyſen, quem de manſuetudine ſacra ſcriptura collaudat, erat enim*
C *Moyſes manſuetiſſimus ſuper omnes qui morabantur in terra, & iuſtam cauſam iraſcendi habuit, quia in hoc Deus vilipendebatur, cum non curaret populus de verbis eius.*

VARIET. LECT. Verſ. 21.

Vulg. Colligebant autem ſinguli mane quantum ſufficere poterat ad veſcendum, cumque incaluiſſet ſol liquefiebat.

Septuag. Et collegerunt illud mane vnuſquiſque quod pertinebat ad ſe.

Cald. Et quod remanebat ex eo ſuper faciem agri cum inualuiſſet ſol liquefiebat.

Oak. Collegerunt autem ipſum ſingulo mane, vnuſquiſque quantum ſufficiebat ſibi ad veſcendum & incaluit ſol, & liquefactum eſt.

Arias. Et collegerunt illud in matutino, in matutino vnuſquiſque iuxta os edere ſui.

Cajet. Et collegerunt in mane, in mane vnuſquiſque ſicut os eius.

CONCORDIA.

Hebraïſmum rectè reddidit interpres per D hæc verba, colligebant autem mane ſinguli. aptè Caldæus hunc locum reddidit, de quonam manna eſſet ſermo, quod adueniente ſole liquefiebat, cùm ait, quod remanebat ex eo ſuper faciē agri cum inualuiſſet ſol liquefiebat.

EXPOSITIO.

Colligebant autem ſinguli mane, antequam ſol incaleſceret, *quantum ſufficere poſſet ad veſcendum*, iuxta menſuram Gomor, *cumque incaluiſſet ſol liquefiebat*, ſcilicet quod agris ſuper erat ex collectione, cum tamē manna collectum ita durum eſſet domi, vt pilo & mola tunderetur, & igne non liqueſceret, ſed in tortulam formaretur.

CONCEPTVS.

In re virtutis eſt in bono acceleratio laudabiliſſima.

Colligebant mane ſinguli. Sept. Collegerunt illud mane. Arias in matutino, in matutino, id eſt ſummo mane: cur ita ſummo mane? Nonne matutinus ſomnus eſt ſuauiſſimus?

non ergo è lecto ſurgant mãna collecturi; imo A
feſtinent & ſurgere & colligere, quia in virtu-
te & in bono acceleratio laudabiliſſima, imo &
Procop. vtiliſſima. In quo monebat Procop. in 24. Nu-
merorũ. *Noli negligere, aggredere iter, nec eremi*
ſolitudinem perhorreſcat, habitanti enim in hu-
iuſmodi tabernaculis occurrit manna cæleſte, &
Angelorum panem manducabis, incipe tantum
cito, in conſilium veniunt Angeli, expende illud,
incipe tantum cito, quaſi id à nobis maxime re-
quiratur, ne pigritemus, ne dilatationem fa-
ciamus, ſed nos accingamus ad opera Dei,
quam primum executioni mandanda, feſtine-
mus ad implenda Dei mandata.

Si aliquid præter Dominum habueris creatum
tibi dominari, gratia Domini à te recedet.

158. *Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol* B
liqueſiebat, ſcilicet manna in agro relictum,
quod nõ leue faceſſit negotium, nam igne tor-
rebatur, & non liqueſiebat, nihilominus ad
ſolis radios liquefactũ euaneſcebat. Cur ſuſti-
nẽs ignis ardorẽ ſolis radios non ferebat? an ſol
ardentior quam ignis? quis hoc aſſeret? quo-
modo ergo inter flammas perſeuerat, inter ſolis
ardorem deficit? quid ait Cardin. Cajetan. at-
tonitus huius rei prodigio? *mirum eſt* (inquit)
quod non ſuſtineret calorem ſolis excellentem, &
ſuſtineret tum calorem ignis, tum molam: ob-
ſeruaſti, ſane inuenies huius rei rationem in
illis verbis, *non ſuſtineret calorem ſolis excel-*
lentem, non vis ſed excellentia ſolaris caloris
faciebat quod manna liqueſieret & euaneſce-
ret, qua de cauſa? nonne omnibus ſol domina-
tur tanquam omnium parens? nonne gratiam C
Card. Vitalis ſpeculo ſu cit. de gratia. manna denotat, teſte noſtro Cardinali Vitali?
Ros eſt refrigeratiuus, fœcundatiuus refectiuus,
& ſignificat gratiam, quæ refrigerat concupiſcen-
tiam, fœcundat intelligentiam, reficit conſcientiam,
quid ergo mirum ſi aliqua dominetur creatura,
ſicut dominatur ſol in manna, quod manna
euaneſcat? neſcit enim gratia perſeuerare, cum
præter Dominum aliquid tibi dominetur.

Varia ſors iuſtorum & iniuſtorum in Eucha-
riſtico cibo ſumendo.

159. *Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol*
liqueſiebat. Pendamus diſcrimen inter manna
& coturnices, quibus Deus populum Iſraël ci-
bauit in deſerto. manna eius erat naturæ, vt ſub
auroram conſiſteret, ſi vero ſolis radios exci- D
peret, diffluebat ſtatim: at vero coturnicum
carnes aſſeruabantur expoſitæ radijs ſolaribus,
quibus exſiccabantur. en tibi qua ratione à ſo-
lis radijs euaneſcit manna, & induratur cotur-
nicum caro? quid hoc denotatur, niſi diuerſa
eorum ſors qui ad Euchariſtiam accedunt, nam
illius anima in amorem Dei ſoluitur, qui mul-
ta mentis attentione & deuotione ad Euchari-
ſticam decumbit menſam: ille vero qui crimi-
nis conſcius audet accedere, induratur, magis
Drogõtius. ad peccatũ incaleſcit, audiamus Drogont. lib.
de Sacrament. Dominicæ Paſſionis, *Mira res*
cum eodem ſole & carnes indurantur & manna li-
queſcit, ſiccantur carnes vt amplius durabiles ſint,
indurantur iniqui vt ſuas diutius expleant volupta-
tes, tum autem manna liqueſiebat cum ſol incaleſce-

A *ret, quia anima mea liquefacta eſt, vt dilectus lo-*
cutus eſt: incaleſce ſuper nos ſol meridiane vt liqueat
manna & fluant aromata illius ſicut torrens in au-
ſtro.

Scientia manna æſtus vitiorum neſciat.

Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol 160.
liqueſiebat. Ante ſolis ortum manna colligen-
dum erat, ſolis enim æſtu tabeſcebat, & quod
ignis calore non conſumebatur, ſtatim ac ſolis
radijs tangeretur, exterminabatur, ita ſcribitur
Sapient. 16. quod enim ab igne non pote- Sapient. 16.
rat exterminari, ſtatim ab exiguo ſolis radio ca-
lefactum tabeſcebat. ſed cum per manna ſapiẽ-
tiam & ſcientiam intelligamus, an in ea colli-
genda hæc cautio adhibenda eſt? an ſolis æſtus
præuenire oportet? ita ſane, nempe auaritiæ ar-
dores, libidinis æſtus, & tunc manna colligere
B debes, alioquin his æſtubus, his caloribus ſapiẽ-
tia liquefacta abibit in nihilum, nihil profu-
tura; mentis terrenarum rerum calore tactas, li-
bidinis ardore incenſas diuinæ ſapientiæ man-
na effugit. vix manus extendes & elabetur, huc
opportune vocanda Aponij verba, qui lib. 2. in
Cant. ita ſcribit, *Manna diluculo ſtatim colli-* Cant.
gendum, antequam auaritia ardor atque odor vana
gloriæ, antequã ardor libidinis exhalet in nobis; nã
vbi hi æſtus inceruerint, mentibus noſtris panem il-
lum cæleſtem in quo dixit Deus hominem viuere, ad
ſuam retractum naturam fugant à nobis, nec intra
noſtra viſcera eius virtus manebit. Perit in pleriſ-
que huius mannæ vis, quia mane non colligunt,
vitijs incaleſcunt, libidine æſtuant, atque luxu-
ria rerum terrenarum ardent, tardi ſapientiæ
collectores, atque torpentes: euaneſcit ab illis
C doctrinæ manna, minime ſerio colligant, quia
nimis ſero amant caſtitatem, litteræ preſertim
ſacræ libidinis æſtum ferre nequeunt.

Munus boni rectoris eſt occaſionem malorum à
ſuis auertere.

Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol 161.
liqueſiebat. Ne liqueſcat quæſo Moyſes, hoc à
Deo impetra, vt vno die in plures colligatur
manna, ne toties ad illius collectionem è taber-
naculis egrediantur; aduerte quod ſi ſingulis
diebus colligere mãna non tenerentur, ſed illud
in plurimos dies ſeruare potuiſſent, immemores
tanti beneficij, ingratitudinis vitio fœdaren-
tur. liqueſcat ergo manna, vermibus ſcateat, ne
in vitium ingratitudinis & obliuionis bene-
ficiorum Dei prolabantur. *Munus enim boni*
D *Rectoris* (inquit Oleaſt) *eſt occaſiones malorum* Oleaſter.
à ſuis arripere.

Solem ad Dei laudes agendas præuenire
debemus.

Colligebãt mane ſinguli, antequam ſuos radios 162.
vibraret. cur ita diluculo manna collecturi ſũt?
vt ſummo mane ante ſolis ortum ſcirent diui-
nas laudes decantare, eique immortales re-
ferre gratias. hanc enim parem rationem mo-
ralem probat Sapiens cap. 16. vt notum omni-
bus eſſet, quoniam oportet præuenire ſolem ad
benedicendũ, quod optime regius vates agno- Pſal. 5.
uit cum Pſal. 5. dicebat, Mane adſtabo tibi, imo
media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi, præ-
ueni in maturitate, id eſt primo mane & clama-
ui antequã ad vllũ me darem negotiũ: hoc enim

ſignificatur verbo *præueni* & Pſal. 63. Deus meus in matutinis meditabor in te *Vides*, ait S. Chryſoſt. in Pſal. 5. *Vehemens ſtudium & contritum animum principio diei*, *hoc* inquit *ago*, *audiant qui poſt innumerabilia opera tandem veniunt ad orationem; at non ipſe ſed ab initio diei. dabat primitias, oportet enim* inquit *ad gratias tibi agendas ſolem præuenire & ortum lucis te interpellare.*

Chriſti ſeueritas in dulcedinem nobis reſoluitur.

163. *Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol liqueſiebat*, durum ſane manna, cum ad calorem ignis non liqueſceret. quomodo nunc ad radios ſolis diffluit? quomodo mãna durum & molle, ſi idẽ ſubiectũ eſt reſpectu ſolis & reſpectu ignis? Chriſtus eo adumbratur, qui aliquando durus, & ſeuerus in peccatores, tandem in dulcedinem

Balduinus. reſoluitur, & diffluit: mẽs eſt Balduini apud Titelm. *Manna liqueſieri dicitur, quia Chriſtus cum in corde ſuſcipitur, quodammodo per compaſſionem, reſolutionem patitur: quomodo enim cor peccatoris à ſua duritia reſoluitur, ſi non Chriſtus à duritia iudicis relaxatur? qui cũ peccata ſoluit ſicut glacies in ſereno ſoluitur, ipſe tum à ſeueritate iudicis reſoluitur, vt in verbo eius mens attacta, in ſpe veniæ & amoris deſiderio mollius reſoluatur.*

Virtuoſus igni tribulationum indureſcit liqueſcit, autem ad amorem Solis iuſtitiæ.

164. *Colligebant mane ſinguli cumque incaluiſſet ſol liqueſiebat*, rarum miraculum, manna quod non diffluebat ignis ardori expoſitum, tamen radios ſolis non ſuſtinebat, quin ilicò tanquam cera ſolutum difflueret: quid hoc

A adumbrat? ſane virum iuſtum, qui licet corde & animo ſoluatur ad ſolis iuſtitiæ ardores, tamen igne tribulationum indureſcit. fauet cit.

Epiſc. Cantuarienſis nempe Balduinus *manna quod ad ſolem deliquium patitur, & ad ignem durruit, oſtendit, quod mens ad ſolem iuſtitiæ conuerſa, cum per deſiderium amoris liquefacta reſoluitur, tunc ad ignem paſſionis per virtutem patientiæ durius ſolidatur, quod oſtendit qui dicit, factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens in medio ventris mei, aruit tamquam teſta virtus mea.* Epiſc. Cantuar.

Bonum deſiderium executioni mandetur citiſſime.

Colligebant mane ſinguli, cumque incaluiſſet ſol liqueſiebat, Patriarcha Paludanus per manna adumbrari exiſtimat bonum deſiderium animæ: ſicut enim mãna quaſi imperceptibiliter è 165.

B cœlo deſcendebat, ita & optimum deſiderium. Ioan. 3. Spiritus vbi vult, ſpirat, & vocem eius audis, ſed neſcis vnde veniat, aut quo vadat. tũ ſicut mãna ſoluebatur ardore ſolis exiguo, igne autem calefactum fit durius, ſic pluries optimum deſiderium ardore ſolis proſperitatis ſoluitur, igne autem aduerſitatis ſolidatur. Sed ô Paludane. cur mane colligi debet manna, non veſpere? reſpondet, *Sicut manna reſeruatum vltra diem putreſcebat, ſic & bonum propoſitum quod non demandatur executioni tempore opportuno putreſcit per peccatum omiſſionis & negligentiæ: tũ quia ſicut manna debebat colligi mane, ita & ſanctum propoſitum debet in iuuentute concipi, & exequi Cant. 7. Surgamus ad vineas, id eſt opus bo-* Patriarch. Paludan.

C *num, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt: item Thren. 3. Bonum erit viro ſi portauerit iugum Domini ab adoleſcentia ſua.* Cant. 7. Thren 3.

VARIET. LECT. Verſ. 22. & 23.

V*Vlg.* In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo Gomor per ſingulos homines, venerunt autem omnes principes multitudinis & narrauerunt Moyſi.

Sept. Factum eſt autem die ſexto, collegerunt neceſſaria dupla, duo Gomor vni, ingreſſi autem omnes principes Synagogæ.

Cald. Collegerunt panem duplicem duo Gomor vnicuique, & venerunt omnes principes congregationis.

Onk. Venerunt omnes principes cœtus, & indicauerunt ipſi Moyſi.

Pag. Et fuit in die ſexta, collegerunt panem duplicem, duos Gomor pro ſingulo.

Vulg. Qui ait eis, hoc eſt quod locutus eſt Dominus, requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras, quodcunque operandum eſt facite, & quæ coquenda ſunt coquite, quidquid autem reliquum fuerit reponite in mane.

Sept. Nonne hoc eſt verbum quod locutus eſt Dominus? Sabbata requies ſancta Domino cras, quæcunque coxeritis coquite, & quæcunque elixaueritis, elixate, & omne quod ſu-

D perfuerit relinquite illud in apotheca in mane.

Cald. Requies Sabbati eſt coram Domino, quod cocturi eſtis coquite, & quod condituri eſtis condite, & quod reliquum fuerit, reponite vobis in cuſtodiam vſque mane.

Onk. Quod pinſere volueritis, pinſite, & quod coquere volueritis coquite.

Oleaſt. Quod aſſandum eſt aſſate.

Arias. Requies Sabbati ſanctitatis Domino cras, quod lixaturi eſtis lixate, & omne ſuperabundans dimittite vobis in cuſtodiam vſque mane.

CONCORDIA.

HAbemus duo Gomor per ſingulos homines, nec aliud eſt in Hebræo שני העמר לאחד ſene hahomer laechad duo Gomor pro vno quoque, vel pro ſingulo, ſubaudi homine, nec apud Septuag. κ, δύο γόμορ τῷ ἑνί, duo Gomor vni. habemus requies Sabbati ſanctificata eſt cras, dictionem aliqui vertunt, ſancti, vt dicant quies ſiue ceſſatio Sabbati ſancti Domino cras. Cald. habet ſanctificati, aliqui ſanctitatis, ſed omnia in eumdem coincidunt ſenſum.

EXPOSITIO.

IN *die autem ſexta*, die veneris quæ apud Hebræos dicitur Paraſceue, hoc eſt præparatio, *collegerunt cibos duplices*, id eſt duo Gomoe, Gomor vnum pro feria ſexta, & alterum pro Sabbato, *venerunt autem omnes principes multitudinis & narrauerunt Moyſi*, vocantur principes multitudinis principes tribuum in qualibet enim tribu erant principes ſuperalios, narrauerunt autem Moyſi quod collegiſſent omnes cibos duplices, & vt qua de cauſa id fieret ſibi, compertum eſſet quibus reſpõdit, *hoc eſt quod loquutus eſt Dominus præcipiens, requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras*, quaſi diceret, cras eſt Sabbatum ſanctum, & dicatum cultui Domini, *quodcumque operandum eſt facite*, ſcilicet hodierno die, craſtino enim abſtinendũ eſt ab omni opere, ideoque ſeruiendum, ideo iuſſi vos die ſexta colligere manna in diem Sabbati, Sabbatum quidem ab initio mundi inſtitutum cultum fuit, ſed illud in ſeruitute Ægyptia & idololatria Hebræorum plane fuit obliteratum; vnde hic à Deo reuocatur & reſtituitur, *& quæ coquẽda ſunt coquite*, illicitum enim erat Iudæos ipſo die Sabbati coquere, imo & quamuis aliqui exiſtiment illa quæ coquenda eſſent, fuiſſe carnes è gregibus quos ſecum habebant, nihilominus arbitror opus non eſſe ad carnes recurrere, nam & manna coquebant, ex eoque vel molito vel in mortario cõtuſo tortulas conficiebant. tamen non improbo aliquando carnes è gregibus ſuis coxiſſe & comediſſe, *quidquid autem reliquum fuerit reponitur in mane*, reliquum tam de manna quam de alijs coctis ſi aliquid præter manna coxiſſent, *reponite in diem Sabbati*, in quo nec colligere manna imo neque deſcendebat, nec coquere, nec aliud opus facere licebat.

CONCEPTVS.

Scientia tibi ſit vt bene opereris.

166. *In die ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo Gomor per ſingulos homines.* Cur duplex menſura mannæ colligenda die ſexta? nonne Deus potuit ab hoc præcepto abſtinere, ſed promittere vt non ſolum alijs diebus ſed etiam ſabbati alimentum cœleſte colligeretur? hoc tangit noſtra tempora, ſexta dies, ſexta mundi ætas eſt, in qua maxime ſabbati hoc eſt cœleſtis gloriæ ratio habetur, & ſcientiæ manna non rei perituræ, aut lucri inanis, ſed cœleſtis gloriæ intuitu colligitur. duplex mannæ menſura docet, noſtrum eſſe diſcere, vt operemur & ſcientiam vitæ probæ copulandam: duplex Gomor quod ſexta die colligebatur, indicat hac ſexta mundi ætate præcipuè litteras ſine probitate vitæ eſſe non debere. Petr. Damian. huic (Petrus Damianus.) veritati ſuffragabitur, ſic enim hac de re Philoſophatus in ſermon. de S. Eulahadio, *ſexto autẽ die duplex menſura colligi videbatur, vt ex eo in Sabbatum medietas ſeruaretur: porro autem ſexta dies ſexta mundi ætas intelligitur, in qua nunc ſumus, in hac ergo duplum pro venturo ſabbato colligit qui pro gloria cœleſtis intuitu vbi perpes ſabbatum & vera eſt requies verbum Dei & audit & facit, in hac duplum recondit qui & bene viuit, & alijs ſalutis exemplum oſtendit.*

Scientia vanum ſimulachrum ſine ſanctitate.

167. *In die ſexta collegerunt cibos duplices id eſt duo Gomor per ſingulos homines*, nonne ſufficiebat vnica menſura pro vtroque die? Nam ob ſanctitatẽ diei Sabbati, non tanto cibo indulgere deberent, quanto in alijs diebus, & ſic manna collectum in vtrumque diem ſufficere deberet. merito vtraque menſura hoc die colligenda erat, menſura enim ſcientiæ ſine menſura bonorum operum omnino deficiens eſt, nec præſtat ad vitæ diem ſabbati alterum celebrandum. Imo ſcientia ſine virtutibus & ſanctitate inanime eſt ſimulachrum, vita motuque viduum, vitæ enim ſanctitas ſcientiæ vita eſt, ſubſignat Richard lib. 1. de eruditione interioris hominis cap. 38. (Richard victor.) *Scientia* (inquit) *ſanctitatis ſine intentione bona, quid aliud eſt quam imago ſine vita? ſcientia ſola ſine ſanctitatis effectu & bonitatis affectu, quid aliud eſt quam ſimulachrum vanum. ſine motu, ſine ſenſu?* vnde nobis conſulit Philippus Abbas Bonæ ſpei Epiſt. 18. ad Richerium, (Philippus Abbas.) vt duplicem hanc mẽſuram colligamus, & iungamus doctrinam ſanctitati rationem habentes veri Sabbati. *Vt ergo fœlicem & egregium illum dixerim. quem ſic fouet & promouet diuina gratiæ rectitudo, vt eum & ſciendi amor non deſerat, & viuendi teneat ſanctitudo.*

Deus non omnibus immediate ſua aperit arcana.

In die ſexta collegerunt cibos duplices, & tunc venerunt omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi, qui eos de voluntate Dei circa ſanctificationem & cultum Sabbati edocuit. Nonne erant principes multitudinis? cur quid faciendum erat de futuro, & qua de cauſa non ſibi compertum, cur die veneris duplex menſura Gomor colligebatur? quia Deus non immediatè omnibus ſua aperit arcana, ſed ſuis præcipuis famulis, vt per eos alij inſtruantur. *Cadebat* (inquit Lippom.) *tunc ignorantia in præfectos congregationis illius qui non omnes de hoc myſterio inſtructi deprehendebantur, quos & Moyſes inſtruit, & plebs ipſa eodẽ vitio laborare inuẽta eſt.* 168. (Lippom.)

Diebus feſtiuis maximus debetur honor.

169. *In die ſexta collegerunt cibos duplices*, cuius collectionis inſolitæ rationem ſcire cupientes congregationis principes, illis aperuit Moyſes, *Hoc eſt quod locutus eſt Dominus, requies ſabbati ſanctificata eſt Domino cras*, Arias requies Sabbati ſanctitatis. Domino in Hebræo reſpondet Iehoua, nonne ſatis fuiſſet dixiſſe Sab-

batum eſt, in quo Deus ceſſauit ab omni A opere, ſic ſimiliter vobis ceſſandum eſt ab omni opere ſeruili? cur addidit requiem eſſe ſanctitatis Iehoua? vt quanta cum reuerentia à nobis colendus eſſet compertum haberemus. Cum tantæ requiei, tantæ ſanctitatis & omnium eſſendi principio eſſet conſecratum Caietan. *Eſt ferme ac orde litteræ, quod erat eſt ſumma requies vtpote requies ſanctitatis, hoc eſt perfecta & libera munditiæ ab operibus à dicatione Deo, qui dat omnibus eſſe.* (Caietan.)

In beatitudine nec onere peccatorum premimur, nec amplius vllis bonis priuabimur.

170. *In die ſexta collegerunt cibos duplices, requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras*, quid inde? B Quæ coquenda ſunt coquite, nam die ſequenti nempe Sabbati, nihil à vobis agendum, niſi Deo in cordis puritate ſeruire. imo vt nullus exeat è domo præcipit, nec vllum pondus ferat, & apud Hierem. 17. quid hoc eſt? in quo delinquitur in oneribus ferendis? in egreſſu à domibus, in aliquo manuali opere faciendo? non ignoras Sabbato beatitudinem adumbrari, in qua ſane nec peccatorum onere prememur, & in ſua quiſque manſione, quæ ſecundum merita ſibi aſſignata eſt, in æternum manebit, velim audias B. Cyrill. lib. 4. in Ioan. cap. 51. de hac re diſſerentem. (Cyrill.) *Deus igitur non quia vmbris gaudebat, ſed quia per eas ad veritatem omnes inducere voluit, quieſcere in Sabbato iuſſit; vnde per Moyſen increpando dicebat, quo vſque non vultis audire mandata mea, & legem meam cognoſcere? ideo* C *Dominus dedit vobis in ſexta die duorum dierum panem vt domi veſtra ſedeatis, nullus veſtrum exeat de domo ſua die ſeptima; intelligis ab omni labore liberam vitam præfigurari, nihil agere in Sabbato præcepit, colligere quicquam non permittit, in ſuo quemque loco morari iubet: quibus omnibus quid nos deceat dicemus, ſi Hieremiæ conſimilem locum repetamus, hæc dicit Dominus, cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die Sabbati, nec inferatis per portas Hieruſalem & nolite eycere onera de domibus veſtris in die Sabbati, ſicut præcepi patribus veſtris: non permittit aliquem onere deprimi, quia nemo tunc delictorum pondere agitabitur, nec egredi à Hieruſalem iubet, quia ſanctorum multitudo cæleſtem Hieruſalem ingreſſa, nunquam inde amplius exibit, nec illis bonis vnquam, priuabitur. vocatio enim & Dei gratia firma eſt, vt Paulus ait: iterum autem eamdem repetiſſe rem videtur, dicens, non exibitis è loco veſtro, ſubostendens multas apud Patrem manſiones; cuius rei figuram varietate ſua tabernaculum obtinebat, dabitur enim vnicuique manſio ſecundum merita ſua, & qui tabernacula illa poſſidebunt, nunquam horum munerum diuinitus ſibi donaterum iacturam facient cui rei etiam Eſaias atteſtatur, dicens, oculi tui videbunt Hieruſalem ciuitatem diuitem, tabernacula quæ non quatietur, nec mouebuntur in ſæculis; immobilem enim, atque ſtabilem illam vitam fore oſtendit, ſancta enim omnino Chriſto dedicata erit.* (Hierem. 17.)

Mandatorum obſeruatio alimenta etiam tibi non cogitanti parat pro æterna gloria.

In die ſexta collegerunt cibos duplices, nempe pro hac die & ſequenti, ſed an duplicem cibum colligere intenderunt? ait Hugo Victor. videtur quod per miraculum collegiſſent, quia & ſi hoc Deus præcepit Moyſi, nondum tamen inuentum eſt Moyſen præcepiſſe populo: ſed quaſi admirans reſpondet principibus, hic eſt ſermo quem præcepit, ſecũdum ergo hunc doctorem, imo & Caietan. factum eſt à Deo per miraculum vt quod colligebatur ſexta die, impleret duas menſuras, quid hoc eſt quod duo Gomor manna, adimplent nihil cogitantes vnum B pro die ſexta & alterum pro ſeptima? nonne ex præcepto Dei manna ſex diebus colligebant? non ergo caſu hoc miraculum factum, ſed vt oſtenderetur quid pariat præceptorum obſeruatio, eo enim ipſo quod præceptis ſeruãdis incumbas, tibi paras annonam non ſolum pro præſenti vita, ſed etiam pro futura. 171.

Non ſolum vt antiqui ſpem vitæ æternæ habemus, ſed etiam pignus.

In die ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo Gomor per ſingulos homines. Quid eſt quod in die ſexta potius quam alijs duo colliguntur ab eis Gomor? Nam prima & ſecunda die duplicem colligere potuerunt, & vnam in diem Sabbati ſeruare, manna enim in plurimos dies ſeruari C potuit ſine corruptione: per ſextam diem certum eſt poſſe ſextam ætatem, in qua nunc ſumus, intelligi. quo poſito ſic Balduinus apud Tilm. ſatisfacit. (Epiſcop. Cantuar.) *Spem vitæ æternæ per iuſtitiam fidei ab exordio mundi per quinque ætates vſque ad Chriſtum omnes iuſti habuerunt, & hoc eſt vnum gomor per ſingulos dies vſque ad ſextam colligitur, à nobis autem in ſexta ætate quaſi ſexto die ante Sabbatum, hoc eſt ante requiem animarum duo Gomor colliguntur, quia æternæ vitæ ſpem habemus & pignus id eſt ipſum authorem & conſummatorem fidei noſtræ Ieſum Chriſtum.* 172.

Spes vitæ æternæ in altera vita deficit.

In die ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo Gomor per ſingulos homines. Conſumebatur menſura vnius Gomor die ſexta, menſura autem alterius in alterum ſubſequentem ſeruabatur, D ſed qua de cauſa menſura quæ erat ſextæ diei, in ſeptima non cuſtoditur? dictum eſt à Galfrido, vno Gomor ſpem vitæ futuræ intelligi. merito ergo menſura illius diei non in Sabbatum beatitudinis adumbrationem ſeruatur; ſpes enim vitæ æternæ in altera deficit vita. verba cit. Doctor. ſubijcio, *ſexta die vnum Gomor colligitur & conſumitur; alterum colligitur & ſeruatur, ſpes ſcilicet vitæ æternæ quæ in præſenti habetur cum hac vita deficit, cum enim plene videbitur res tunc omnino euacuabitur ſpes; alterum autem Gomor colligitur & ſeruatur, panis ſcilicet vitæ æternæ qui nunc comeditur.* 173.

VARIET. LECT. Verſ. 24. & 25.

Vlg. Feceruntque ita vt præceperat Moyſes, & non computruit neque vermis inuentus in eo.

Septuag. Et reliquerunt de eo vſque mane, ſicut conſtituit eis Moyſes.

Cald. Et repoſuerunt illud vſque mane.

Pagn. Et dimiſerunt illud vſque mane, quemadmodum fecit Moyſes & non fœtuit.

A *Oleaſt.* Non ſcatuit vermibus.

Vulg. Dixitque Moyſes comedite illud hodie, quia Sabbatum eſt Domini, non inuenietur in agro.

Sept. Comedite hodie, ſunt enim Sabbata hodie Domino, non inuenietur in campo.

Cald. Comedite illud hodie, quia Sabbatum eſt hodie coram Domino.

CONCORDIA.

SIc vulgatus habet, fecerũt ita, ſed quid fecerint explicat Hebr. dicens, & repoſuerunt illud vſque mane, ſed conſulto ſummauit interpres ne cogeretur repetere verbum reponere.

EXPOSITIO.

F*Eceruntque* ita, ſcilicet ſeruauerunt vnam ex duabus collectis menſuris in Sabbatum, *& non computruit nec vermis inuentus eſt in eo*, nempe in manna ſeruato vel in pane ex eo ſeruato: *comedite illud hodie quia Sabbatum eſt*, B hodie, ſcilicet die Sabbati, *quia Sabbatum eſt Domini*, quaſi diceret, manna collectum heſterno die comedite, quia cum ſit dies Sabbati minimè colligendum reperietur in caſtrorum circuitu.

CONCEPTVS.

Diebus feſtiuis vt verè regijs obuiam ire deberemus.

173. *Dixit Moyſes, comedite illud quia Sabbatum eſt Domini.* Dies ſane maximâ in veneratione apud Iudæos habitus, ſed quid vt eum ſpeciali honore proſequantur, efficiunt? inter alia hæc habentur in tractat. de Sabbato dicto שלחן ערוך induat veſtes pulchriores, & meliores, læteturque in die Sabbati, ſicut is qui obuiam it regi, & ſicut is qui occurrit ſponſo & ſponſæ: & inuenimus Rabi Chaninah, cum venturum Sabbatum eſſet, probe veſtitum, ſolitum dicere, venite occurramus Sabbato, vt Reginæ. Rabi Ianai dicebat, veni ſponſa veni. non hunc ritum improbo, ſed addo Sabbatis noſtris nempe diebus feſtiuis, non ſolum melioribus ornanda eſſe corpora veſtibus, ſed potius animæ noſtræ virtutibus, vt dies Deo ſpeciali cultu dicatos, maiori cum reuerentia & pietate ſuſcipiamus; quid enim ornamentum exterius confert, niſi & interius anima veſtimentis virtutum decoretur ad rectè dies feſtiuos tamquam Regios peragendos?

Iudæi non ſolum opus ſeruile non faciebant in die Sabbati, ſed omnem occaſionem illius faciendi adimebant.

Dixit Moyſes, comedite illud, quia Sabbatum
174. *Domini eſt*: in quo quid comedendum erat die præcedenti coquebatur, vt quietius Deo vacare poſſent alijs non diſtracti. ſed in tractatu de Sabbato Hebræis prohibitum hoc die ſacro, ea inſtrumenta mouere, quæ operi deſtinata ſunt, vt cultrum animãtibus ſecandis addictum, aut cultrum circumciſionis, niſi circumciſio peragenda foret: lanceolam qua chirurgi vtuntur, nec acum, imo abſtinent à curſu niſi eundum ſit ad Synagogam, aut ad bonum aliquid quod lex diuina præcipiat peragendum. cur ab his C omnibus tangendis vel mouendis abſtinent, cum id minimè ſit in lege prohibitum? quia in eius diei obſeruatione ita religioſi vt non ſolum operi ſtudere volunt, ſed vt omnis occaſio operis adimatur laborandi; nolunt enim acum deferre ne delatione eius aliquid aſſuendum adeſſet, Sabbatumque violaretur.

Verum Sabbatum obſeruamus, cum à peccatis abſtinemus.

Dixit Moyſes, comedite illud quia Sabbatum 175.
Domini eſt, & ideo vacãdum, non ſolum à quolibet ſeruili, ſed etiam à mannæ collectione, coctione, imo vſq; ad ſuperſtitionem illius obſeruatores erant. In tractatu enim de Sabbat. dici- D tur, quod non eis licebat tranſire per aquam, hoc die, ne ſi madidus cogeretur deinde à veſtibus aquam premere, aut calceamenta abſtergere &c. ſed quomodo nos his vtilius & religioſius Sabbatum ſeruabimus? an ſolum à quocumque opere ſeruili vel manuali ceſſantes? non equidem, ſed præcipuè vt ab opere maximè ſeruili, nempe à peccato prorſus abſtineamus, in hoc enim ſitum eſt verum Sabbatum, & vera quies. hoc pulchrè docet D. Auguſt. in Pſal. 91. dum ait, *Nobis Sabbatum indicit Deus quale primo, vbi ſit videte, intus eſt in corde, eſt Sabbatum noſtrum, multi enim vacant membris & tumultuantur conſcientia, omnis homo malus ſabbatum habere non poteſt, nuſquam enim illius conquieſcit conſcientia; tranquillus eſt, & ipſa tranquillitas ſabbatum eſt cordis.* Et S. Proſp. ſentent. 322. *Verum ſabbatum Chriſtianus obſeruat abſtinens ab opere ſeruili, id eſt à peccato, quoniam qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* D. Aug.

In diebus feſtiuis non otio indulgendum, ſed ſpiritualibus vacandum actionibus.

Dixit Moyſes, comedite illud quia ſabbatum
176. *Domini eſt*, quod quieti dicatum eſt, quod non ad opus non ad laborem vocat, ſed ad ceſſationem ab operibus: quod male intelligentes Hebræi otio torpebant infœcundo. verum nonne otio vacari licet? ſi enim ab opere ceſſandum, ſane indulgendũ otio: otio quidem animæ ſancto, non vitioſo, nam feſta ſunt vere dies actionum ſpiritualium. quod in hunc modum euin-
Chryſoſt. cebat S. Chryſ. Cóc. 1. de Laza. *Quod ſabbatum*, inquit, *non otii, ſed ſpiritualis actionis materia ſit, dilucidum eſt ex ipſis rebus: nam ſacerdos eo die duplum facit operis, qui quotidie non niſi vnicam hoſtiam offerre ſolitus, ſabbato iubetur offerre geminam, quod ſi prorſus eſſet otij dies, oportebat ſacerdotem Domini maxime otium agere*, à vero Sabbati cultu exules ſunt Hebræi, quia & veris operibus vidui otio torpent infœcundo.

Mira eſt vis obedientiæ.

177. *Dixit Moyſes, comedite illud quia ſabbatum eſt Domini*, quomodo comedent? nonne manna ſeruatum in alterum diem vermibus ſcatere

A inueniebatur? manna ergo collectum die ſextá pro die Sabbati, alimentum non ſolum ineptũ, ſed omnino nociuum. nonne ex obedientia duplicem colligere menſuram tenebantur? non timendum eſt igitur quod manna ſeruatum ſcateat vermibus, obedientia enim omnia ſeruat illæſa & incorrupta. *Vides*, inquit Lipp. Lippom.
quod obedientia ſancta opera quibus Dominicis obeditur præceptis non putreſcunt; quæcunque autem ex temeritate & præſumptione propria attentaueris, vermibus ſcatent.

Dei beneficia ſæpius recolamus.

Dixit Moyſes, comedite illud quia ſabbatum eſt 178.
Domini, & ideo ceſſandum ab omni opere, & ſoli Deo vacandum: ſed in quo præcipue? in recolendis eius beneficijs, & tanquam ſummo omnium opifici & benefactori gratiarum actionibus referendis, Cajet. hoc premit, *in hoc quod* Cajet.
dicitur, quod ſabbatum eſt Domino, rationem reddit quare illo die non inuenietur manna in terra, ex hoc quod ille dies eſt requies ſummo Deo, hoc eſt dies dicata in memoriam perfectæ creationis mũdi, ab ipſo vt quieſcendo commemorent quietem Dei à creando mundo.

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 29.

V*Vlg.* Sex diebus colligite, in die ſeptimo Sabbatum eſt Domini, idcirco non inuenietur.

Sept. Sex diebus colligetis, die autem Septimo Sabbata, quia non erit in eo.

Vulg. Venitque ſeptima dies & egreſſi de populo vt colligerent non inuenerunt.

Sept. Factum eſt autem in die ſeptima exierunt quidem de populo ad colligendum & non inuenerunt.

Vulg. Dixit autem Dominus ad Moyſen, vſquequo non vultis cuſtodire mea mãdata & legem?

Sept. Quouſque non vultis audire mandata & leges meas?

Pagn. Vſquequo renuiſtis cuſtodire leges meas? *ita Cajet.*

Vulg. Videte quod Dominus dedit vobis Sabbatum, & propter hoc ſexta die tribuit vo-
C bis cibos duplices, maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptima.

Sept. Videte, Dominus enim dedit vobis Sabbatha, diem hunc propter hoc ipſe dedit vobis, die ſeptimo panis duorum dierum, ſedete vnuſquiſque in domibus veſtris.

CONCORDIA.

IDcirco nõ inuenietur legit Vulg. ſed aliquid amplius eſt in Hebræo לא יהיה בו erit in eo nempe man: ſed hęc facile intelliguntur, parum eſt quod legem meam vertetit interpr. cum He-
D braïcè ſit Vethoratai, & leges meas, eſt enim plurale athora, hoc inquam parum eſt, quia pluris apud Hebræos ponitur plurale pro ſingulari.

EXPOSITIO.

S*Ex diebus* nempe continuis; *colligito manna die autem ſeptimo ſabbatũ eſt Domini*: & ideo ſoli Deo vacandũ, *idcirco non inuenietur*, ne ſi reperiretis illud, tanquam diebus præcedentibus colligeretis. *Venit ſeptima dies & egreſſi de populo*, ex infidelitate vel ex edacitate, vt colligerẽt *& non inuenerunt*; dixerat enim tali die manna non daturum *vſquequo non vultis ſeruare mandata mea & legem meam?* idem intelligit per vtrũq; priorem dictionem per poſteriorem perpendens & explicans: alij autem hæc duo diſtingunt, vt lex dicatur quantum ad ipſam Sabbati obſeruantiam puram, in quantum dicebatur, quod requies erat Domino, & nullum opus fieret in eo, & iſta lex merito talis vocatur, quia condita ab eo qui eam condendi poteſtatem habet, & in plura erat tempora duratura, ſcilicet vſque ad aduentum Meſſiæ: alia autem ſpecialia quæ ſpectabant quaſdam mannæ obſeruationes, mandata dicta ſunt, quia parum duratura, ſed ſolum eo tempore quo manna de cœlo deſcendere debebat, ſcilicet pro 40. annorum circulo. *Maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo*, quod aliqui ita ſuperſtitioſe ſeruarunt, vt in quo loco, ſitu, habitu, reperti eſſent die Sabbati, &

in eo ſic permanerent. ſed ſic non intelligẽdum Dei præceptum, ſed quod nullus domo egrediatur ad labores & opera ſeruilia, nam vel ad A locum diuino cultui dedicatum, vel ad Synagogam diuinæ legis audiendæ cauſa licitum fuit egredi.

CONCEPTVS.

Mira eſt aliquando hominum inobedientia.

179. *Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini*, & manna colligendum non inuenietur in circuitu caſtrorum: quidam inobedientes, egreſſi ſunt, inquit textus, de populo, vt colligerent: nonne lex illa de Sabbati cuſtodia, duobus ſtabiliebatur miraculis? nam manna collectum die ſexto non ſtatim liquefiebat, do- B nec pro vnoquoque duo Gomor colligerentur: alterum quod man die ſeptimo ſeruatum, non ſcatebat vermibus, nec computreſcebat: quomodo ergo ſaltem miraculis viſis, ad Dei mandata capeſſenda, & hæc facillima non mouentur? quia mira eſt aliquando hominum inobedientia, qui ſublata omni conſideratione, præcipites in Dei mandatorum trãſgreſſionem ruunt. *Nihil proficitur* (inquit Lippom.) *apud*
Lippom. *quoſdam, ſemper ſunt qui deſideria carnis præferãt inſtitutis diuinis, qui Deum tentare audeant, qui nitantur in vetitum, cupiantque negatum ex primi parentis culpa, totieſque admonitus populus Iſrael in officio contineri non potuit.*

Perfectus obediens abneget proprium iudicium.

180. *Sex diebus colligito, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini*, & ideo non inuenietur, quid? nonne aliqui collecturi manna egredientur, vt neceſſitati ſuæ ſubueniant? & licet in vtramque diem menſuram duplicem collegerint, cum non viderint manna è cœlo delabi die ſeptima, forte perſuaſum ſibi erit iam defeciſſe. ſicque mirũ quomodo ſolum aliqui non omnes è tabernaculis exierint illud collecturi: quomodo ex innumera populi multitudine ſolum aliqui inobedientiã notantur? quomodo omnes cum de vitæ conſeruatione agitur non egrediuntur vere de ea ſolliciti. quia cum hi fuerint inobedientes, proprium abnegauere iudicium, in Deum præcipientem omnia reijcientes. de
Bernard. Matth. 4. his ſine obedientibus loquitur Sanctus Bernardus Serm. 21. de ſancto Andræa. *Vis audire* D *perfectam obedientiæ formam* inquit, *vidit Dominus, ait Mattheus cap. 4. Petrum & Andream, mittentes rete in mare, & ait illis, venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum: at illi cõtinuo nihil diiudicantes aut haſitantes non ſolliciti vnde viuerent ſecuti ſunt.* Preme hæc verba, *non ſolliciti vnde viuerent.* ſic & Iſraelitæ ideo obtemperant, non ſolliciti vnde victum ſibi parent.

Qui Deo inobediens, eum contemnere dicendus eſt.

181. *Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo eſt ſabbatum Domini*, & ideo nec colligendũ manna reperietur in agro, nihilominus ita incredoli aliqui, vt ſummo manè è tabernaculis egrederentur illud collecturi, quid? vel Deum mendacem creditis? ſi quidem dicenti manna ſabbato non deſcenſurum è cœlo, tamen egredimini illud collecturi? vel ſane nihili penditis eius mandata? ita ſane, qui enim Deo inobediẽs eſt, eum contemnere dicendus eſt. Conſentit Sanctus Baſil. quæſt. 24. in regul. *Antiſtitis* B. Baſil. *imperium detrectare, & verbis aduerſum iuſſa ipſius litigari, magno indicio eſt eum qui id faciat multis vitijs laborare, fidei debilitate, & morum arrogantia, neque enim alterius dicto audiens, quidquam dictum eſſe recenſat, niſi prius ipſum apud ſeipſum deſpexerit, neque qui ſibi certa fide perſuaſit vera eſſe promiſſa Dei, etiam ſi laborioſa imperentur grauate illa faciet*

Ipſimet Deo curæ, vt dies feſtiui rite celebrentur.

Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo eſt ſabbatum Domini, nihilominus licet certiſſime 182.
ſcirent Deum dixiſſe manna non inuenturos, eius mandatis rebelles egreſſi ſunt è tabernaculis vt illud colligerent: tunc Dominus ad Moyſen, vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea & legem, ſcilicet de obſeruando ſabbato? ſed cum eos in hac reprehenſione, ſup- C plicio dignos iudicet, cur, in Hebræo non eſt elohim non autẽ Iehoua? poſuit Iehoua vt quãtæ ipſimet ſonti eſſendi eſſet curæ dies feſtiui, vt rectè celebrentur: obſeruatio eſt Card. Cajet. Card. Cajet.
Dixit Dominus ad Moyſen, nomen eſt tetragrammaton, ad ſignificandum quid ipſi ſumma Deo curæ eſt, quod obſeruentur dies feſtiui.

Inobedientia nos ſubijcit, ſicut obedientia liberos efficit.

Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo eſt ſabbatũ Domini. Et ſic à vobis non colligetur mãna 183.
in hac die; nihilominus dominici præcepti trãſgreſſores effecti ſunt, quid tũc Deus reprehenſa eorum inobedientia? ſubdidit, maneat quiſque apud ſeipſum, nullus egrediatur è loco ſuo die ſeptimo. quid difficilius quam per diem integrum intra ſeipſum manere, & è loco non egredi? quæ maior ſeruitus cenſeri poteſt, quam de loco ſuo non moueri? vnde tanta ſubiectio? ex inobedientia erga Dei mandata. vnde rectè Hieronym. ab Oleaſt. *Sicut ſubiectio & obedien-* Oleaſt.
tia ſolet eſſe ſubiectis cauſa libertatis, ſic rebellio & inobedientia cauſa maioris ſubiectionis.

Feſtiuos dies celebrantes vni ſemper Dei cogitationi inhærere debemus.

Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini. Sed in hoc non ſolum manna 184.
non colligetis, ſed nec exeo tortulæ fient, quidquid coquendum fuerit, hoc die præcedenti perficite: verum hic dies ſeptimus vobis ita facet ſit, vt vnuſquiſque apud ſemetipſum maneat, nulluſque egrediatur de loco ſuo. Cum

homo vt inconſtantiſſimus & in eodem non valeat ſubſiſtere loco, nec eodem ſtatu permaneat, inqoit patientiſſimus Iob, quomodo homini hoc præcipitur vt intra ſeipſum ſe contineat? conſulamus beatum Gregor. magnum 26. Moralium cap. 38. ſic dicentem, io tot ſocia inclinamur, in quot ſuperuacuis curis extendimur, nam ſicut locus eſt corporis ſpatium corporale, ita locus eſt mentis vnaquæque iotentio cogitationis, quæ dum huc illucque impellitur, ſi delectatione aliqua cogitationis ſuæ libenter diripiatur, velut in quodã loco ponitur, vt requieſcat: nam quoties victi odio & cogitatione in cogitationem ducimur, quaſi feſſâ mente de loco ad locum migramos: tot itaque loca culmen mentis inclinant, quo ſubortæ cogitationes vnitatem bonę intentionis diſſipant, quomodo ergo mens recta ſtabit? quomodo apud ſemetipſam manebit? quomodo de loco in locum non moaebitur vt diem feſtum poſſit celebrare? ſi vni ſolum adhæreat cogitationi, & huic ſolius Dei: ſic autem cit. Doct. proſequitur, *recta mens aſtaret, ſi vni, cui debuerat, cogitationi ſemper inhæreat*, recta mens ſtaret, ſi non ſe innumeris motibus fluxa mutabilitate proſterneret, ſed nunc iſta pertractat, *Nunc ad alia labitur. quaſi per locorum multitudinem, è ſtatu ſuæ rectitudinis inclinatur, &. dum per plura ſe tendit, ab vna cui adhærere debuit intentione, ſe deijcit, qui tamen mutabilitatis huius ex prima præuaricationis vſu iam quaſi in naturam venit: nam cum ſtare animus in ſeipſo nititur, à ſemetipſo aliquomodo etiam neſciendo deriuatur: humana namque anima, ab vnaquaque re cui intendit, faſtidio impellente, remouetur. ſed dum inhianter cogitanda appetit, & repente cogitata faſtidit, docet quod aliunde pendet, quæ quolibet poſita non requieſcit, ad illum quippe ſuſpenſa eſt à quo formata, & quia ad Deum ſolum appetendum facta eſt, omne autem quod infra appetit, minus eſt, iure ei non ſufficit quod Deus non eſt. hinc eſt quod illucque ſpargitur, & ab vnaquaque re, faſtidio impellẽte, remouetur: delectationis auida videlicet, quærit quo paaſcet, vnum vero quem ſufficienter habere poterat amiſit. vnde nunc per multa ducitur, vt quia qualitate rerum non poteſt, ſaltem varietate ſatietur.* Volens itaque Dominus ſeruos ſuos ab innumeris cogitationum motibus abſtrahere, & vni, cui ſemper debent cogitationi, videlicet Dei, inhærere, dicit nunc, maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, & nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo.

In die feſto non ſolum à Dei cogitatione, ſed nec ab illius amore diſcedere debemus.

185. *Sex diebus colligito, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini*, cuius ſancto ſeruitio indulgere debemus omni tempore, ſed præcipuè diebus feſtiuis. Hinc eſt quod ait, maneat vnuſquiſque apud ſemetipſum, varijs non diſtrahatur cogitationibus, ſed vni duotaxat nempe diuinæ intendat, & nullus egrediatur de loco in die ſeptimo. cooqueri poſſunt ſibi impoſſibilia mandari, quomodo enim poſſibile eſt per diem integrum ſubſiſtere in eodem loco, nec de eo in alium tranſire? quot enim in eodem die contingũt neceſſario obeunda? quid eſt ergo quod nullus egrediatur de loco ſuo io hoc die? ſi attẽderis locum noſtrum eſſe Deum, in ipſo enim

A viuimus, mouemur, & ſumus, quod probat citat. Doctor ex illo Pſalm. 10. Filij ſeruorum tuorum habitabunt, ibi enim inquit, non dicimus niſi cum locum ſpecialiter deſignamus, nempe Deum: quo poſito rectè præcipit Deus vt in Sabbato nullus de loco ſuo egrediatur, quia oullo modo à Deo tali die remoueri debemus, ſed ei non ſolum cogitatione ſed & amore adhærere. Subijcio verba citati ſummi Pontificis, *locus hominis ſed non localis ipſe ſcilicet cõditor exſtitit, qui hunc vt in ſemetipſo conſiſteret, creauit. quem nimirum locum tunc homo deſeruit, cum ſeductoris verba audiens, à conditore diſceſſit. ſed cum omnipotens redimendo ſe homini etiam corporaliter oſtendit, ipſe, vt ita dixerim, ſui veſtigia* B *fugitiui ſubſequens ad retinendum, quem amiſerat hominem locus venit: ſi enim appellari locus cõditor non poſſet Deum laudãs Pſalmiſta non diceret, filij ſeruorum tuorum habitabunt ibi, ibi enim non dicimus niſi cum locũ deſignamus, dicere ergo Deum ad hominem, non egrediatur quiſque die ſeptimo de loco ſuo, eſt ac ſi diceret à conditoris ſui amore, in die ſancto feſtiuitatis, non diſcedat.*

Apud nos verum manna cæleſte abundat, apud Hebræos omnino deficit.

Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini, & ideo non inuenietur, ſcilicet mãna, quia die ſexta duplex colligebatur mẽſura, & ideo ſeptimo die minime è cœlo deſcẽdebat. quid hoc eſt? ſexta dies eſt in qua Dñs ex- 186.
C ceſſit è vita, Euangeliũ ſignificat, Sabbatum vero legem ſcriptam: ceſſet ergo Sabbato manna, die vero ſexta duplex cibi colligatur menſura, quia verum manna nempe Euchariſtia apud fideles abundat, apud Hebræos vero minimè, nos ſaturamur pane cœleſti, illi vero fame ſitique pereunt. hoc dixerim è Cæſario Arelatẽſi hom. 6. *Et quis panis Angelorum eſt? niſi Chriſtus, qui nos cibo ſuæ claritatis exſatiat, hic panis eſt dicente Propheta, die ſexta duplum colliget, dum à primo, id eſt à Dominico in lege tribuitur, & in ſolo Sabbato denegatur, iam tunc Chriſtus ab Eccleſia cum Dominicum corpus reſurrectio denegauit, recipiendus oſtenditur, & Synagoga ad quam cultus ſabbati pertinebat, negandus eſſe prædicatur, dum die iſto, id eſt ſeptimo, cæleſtis panis fraude mutilatur.*

Quæ repoſita in vitam æternam, non corrumpuntur, ſecus autem ſi pro præſenti.

D *Sex diebus colligito, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini*, & ideo colligendum manna non 187.
reperietur, quia die præcedenti duæ menſuræ collectæ, quarum vna in diem Sabbati ſeruata: ſed cum manna ſeruatum in alterum diem ſcateret vermibus, qoomodo in diem Sabbati cuſtoditum non computruit? ſatis ſuperque dictum eſt die Sabbati beatitudinem intelligi in qua ſumma requies. ne mireris ergo ſi manna ſeruatum in Sabbatum non corrumpatur, ſecus autem ſi in alium diem, quia quæ in alteram vitam reponuntur, minimè corruptioni ſunt obnoxia, quæ vero pro præſenti, ſcatent vermibus. Audi Balduinũ apud Tilma. *Quod repoſitum pro ſabbato non corrumpitur, ſignum eſt quia bona pro futura requie facta in futuro manent integra; quæ autem propter præſentem vitam & amorem ſæculi fiunt, corrumpuntur & ex his vermes ebulliunt.*

B. Gregor. lib. 26. c. 38.

B. Gregor. citatus a Lippom.

Cæſarius.

Balduin.

In hac vita præſenti colligendum, quo ſatiabimur in futura.

188. *Sex diebus colligite, in di autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini,* comedite illud, inquit ſacer textus, nempe manna collectum. miror quod in hoc die nihil colligendum, ſed ſolum comedendum, quod collectum fuerit, quaſi magis ſeruile opus ſit aliquid legere quam comedere: non tamen ſine myſterio dicitur, quod ſex diebus colligamus, non autem ſeptimo, ſed ſolum comedamus, quia in præſenti vita ſex diebus adũbrata, colligenda ſunt bona opera, vt ea comedamus, id eſt ſatiemur in futura, cum tunc nihil colligi poſſit, id eſt opus meritorium tunc non faciendum. Mens eſt citati Archiepiſcopi. (Archiep cit.) *Recte dicitur com dite illud hodie quia ſabbatum eſt, in vita enim futura tempus erit comedendi non colligendi, quodcunque enim hic colligis labores manuum tuarum illic manducabis: beatus es & bene tibi erit, recte adiungitur non inuenietur hodie in agro, quia poſt hanc vitam non licebit operari.*

In aliena vita non viuitur niſi de anteactis bonis operibus.

189. *Sex diebus colligite, in die autem ſeptimo ſabbatum eſt Domini,* A & ideo nec eis permittitur exire hoc die de domo vt cibos colligant, ſed vt de aſſeruatis tantum viuant, ait enim Moyſes, videte quod dederit vobis Dominus Sabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: an Sabbati dies, minoris eſt æſtimationis, quam alij, qui adeo eximium beneficium nempe pluuiam cœleſtem mannæ accipiunt? cur excluditur à pane cœleſti recipiendo? cur ſic cauet Deus, ne in Sabbato quærant cibum, ſed quod ſolum viuant de aſſeruato in die præcedẽti? ſane exprimebatur ibi tota cœleſtis vitæ œconomia, in qua ſolum de anteactis operibus viuitur, & ideo amentiſſimus eſt qui in futuro ſæculo manna colligere credit, de quo viuat, de quo negotietur, & aliquid acquirat; vnde rectè D. Cyrill. lib. 7. de adoratione in Spiritu, (B. Cyrill.) B *Non tibi poſt hac obſturum eſſe poterit, quin hoc ipſum nihil agere in ſabbato, ſed quod iam ſuppeditatum ſit, tanquam in cella condere, neque cælitus manna ipſum dari, ſed iam comportato ad voluptatem & eſcam vti, quaſi præparatio quædam, ac informatio ſit illius vitæ, quæ in ſæculo futuro ventura eſt.* Sicut in die Sabbati nullum manna colligebatur; ſed viuebant Iſraelitæ ex aſſeruato in die præcedenti, ſic in futuro ſæculo non viuent homines, niſi de anteactis laboribus.

VARIET. LECT. Verſ. 30. & 31.

Vulg. Et ſabbatizauit die ſeptimo populus.

Cald. Quieuitque populus in die ſeptimo.

Pag. Et ceſſauerunt populus die ſeptimo.

Vulg. Appellauitque domus Iſraël nomen eius Man, quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque eius quaſi ſimilæ cum melle

Septuag. Et cognominauerunt illud filij Iſraël, nomen eius man, erat autem quaſi ſemen coriandri album, guſtus autem eius tanquam laganum cum melle.

Schol. Samarit Tanquam ſemen orizæ.

Symmach. Tanquam bellarium in melle.

Aquila. Tanquam bellarium ex oleo.

C *Cald.* Guſtuſque eius tanquam lagana frixa cum melle.

Onk. Guſtuſque eius tanquam placenta mellita.

Pagn. Guſtus eius tanquam paſtæ cum melle.

Vatab. Guſtuſque eius tanquam conſperſionis cum melle ſeu cruſtulæ mellitæ.

Cajet. Guſtus eius tanquam fritile in melle.

CONCORDIA.

NOn eſt difficultas in verbo שבת certum eſt enim quod interpretatur & ſabbatizauit quod idem eſt ac ceſſauit, vacauit; vbi autẽ habemus guſtus quaſi ſimilæ cum melle Hebraïcè eſt וטעמו כצפיחת בדבש vethahemo chezapichit bidbas, quod alij dixere, vel guſtus eius ſicut laganum, ſiue maſſa, vel paſta oleo D frixa, cum melle, vel guſtus placentæ oleatæ, vel ſicut Sept. vt ſimilę cum melle, quæ omnia eundem ſenſum retinent.

EXPOSITIO.

SAbbatizauit populus die ſeptimo, incœpit obſeruare diem Sabbati, *appellauit domus Iſrael man*, non Moyſes, ſed populus hoc modo nominauit cum quæſiuit alter ab altero Manhu, id eſt, quid eſt hoc? *quod erat quaſi ſemen coriandri*, ſcilicet quoad quantitatem, ſeu figuram, quia minutum & rotundum erat granum inſtar coriandri, *album*, hic eſt color mannæ, colore enim erat lucidum & album, *guſtus que eius quaſi ſimilæ cum melle*, hic Moyſes loquitur de guſtu quem manna habebat ex ſe: ſapor itaque mannæ natiuus erat quaſi ſapor grani ſacchari, imo eiuſdem grani colorem & figuram habebat. ſed cum alter ſapor ei ineſſet aduentitius & miraculoſus, manna enim Dei dono & miraculo, omnem ſaporem, ſuauitatem cuique ſecundum deſiderium exhibebat, ita ut in eo haberet quiſq; cibum quẽ vellet ſiue ex quadrupedibus, ſiue ex auibus. ſic enim Sapiẽt 16. Angelorũ eſca nutriuiſti populum tuum & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnem ſaporis ſuauitatem, ſubſtantiam enim tuam ſcilicet mãna quo ſuſtentaſti Hebræos, & dulcedinem tuam quam in filios habes, oſtendebas, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, (Sapiens 16.)

ad quod quiſque volebat, conuertebatur.

Difficultas eſt, vtrum ſapor huiuſmodi ſupernaturalis, ſolum iuſtis fuerit communis, an vero communiter omnibus, atque indiſcriminatim; ita vt Deus non ſolum ad iuſtorum, ſed etiam iniuſtorum innumerabilem multitudinem quotidie, imo & ſingulis horis ita ſe attemperauerit, vt in vnius cibi temperamento, centum ſapores diſparatos, atque ex diſſimillimis primarum qualitatum harmoniis exiſtentes in palato produceret: vtraque ſententia tam affirmatiua quam negatiua probabilis eſt, cū authoritatibus & rationibus probabilibus vtraque nitatur, tamen probabiliorem iudico eam quæ aſſerit tantum viris piis & iuſtis datum fuiſſe tanquam priuilegium, vt ſcilicet manna ſaperet id quod ipſi volebant: Quod probatur grauiſſimis non ſolum S. Auguſtini lib. 28. retract. S. Irenæi in Pſal. 147. Orig. homil. 70. in exod. Theodor. & aliorum teſtimoniis, ſed rationibus. Nauſea enim quam cauſabantur improbi, rectè ſapori illi natiuo mellis & olei conueniebat, quibus ſi quis frequenter vtatur, hinc ſtomachi vitio obnoxius erit; ſi autem quemcumque alium ſaporem in poteſtatem habuiſſent, nequaquam hunc horrorem ſenſiſſent: & faſtidiebant quidem perpetuam eiuſdem cibi ſimilitudinem, colorem, odorem, figuram, quantitatem: vnde præ tędio dixerunt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri quam man. verum hoc faſtidium facile saporis varietate, ſi eius fuiſſent participes, compēſaſſent ſicut boni faciebant. Confirmatur hæc veritas ex Domini in gubernando populo conſuetudine, præſenti enim pœna peccatores afficiebat, & eis quaſi imitatoribus Caini ſtatim peccati pœna in foribus aderat; quod conſtat è Maria, lepra percuſſa, filiisque Aaron abſumptis incendio, exploratoribus decem coram Domino percuſſis, & aliis: quid ergo mirum Deum tacita hac pœna, nauſeâ peccatores affeciſſe, & à peccando reuocaſſe? ſicut peccatis publicis publicam illico pœnam inferebat.

Sed dices, in prædicto teſtimonio ſapientiæ habetur, deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat: ergo indiſcriminatim omnes hoc fruebantur priuilegio, *vnuſquiſque* enim vniuerſitatis particula eſt, nullum excludens: tamen cum reſtrictione bonorum intelligenda eſt, ſicut à contrario intelligenda eſt cum reſtrictione reorum illa phraſis, occidat vnuſquiſque fratrem & amicum & proximum ſuum: vnuſquiſque, ait Paulus, 1. Corinth. 3. (nimirum proborum) propriam bonorum mercedem accipiet ſecundum laborem ſuum. Dices iterum, omnes tam probi quam improbi, alliciendi erant hac eſca ad non concupiſcendas eſcas Ægypti: ſed reſpondetur quod mali etiam alliciebantur ad non concupiſcendas eſcas Ægypti, ne tam mirabili delectatione priuarentur, quam guſtarent ſi boni fuiſſent aut à bonis diſcere voluiſſent. 1. Corint. 3.

Verum aliud dubium oritur ex illo verbo, *conuertebatur, ad quod quiſque nempe iuſtus volebat*, inquit Sapiens, verum poſſumus hanc cōuerſionem vel tranſmutationem tribus modis intelligere, primò vt fuerit totalis & plena conuerſio mannæ in alios cibos, quos Iudæi deſiderabant: ſecundo vt fuerit mutatio ſubſtantialis, manentibus mannæ ſimul accidentibus: tertio vt nulla fuerit mutatio ſubſtantialis, ſed manente ſubſtantia mannæ, ſimul cum ea fuerint accidentia illius cibi, carnis vel piſcis, vel cuius libet auis: primus modus non eſt probabilis, cum conſtet Iſraelitas manna nunquam niſi vt panem paraſſe; ſecundum modum non pauci ſecuti ſunt ex recentioribus, vt Claudius de Sainctes Repetit. 7. & 3. Thomas Boxius lib. 13. de notis Eccleſiæ, cap. 79. Nicolaus Sanderus lib. 5. contra Caluin. cap. 52. & alij. tertium habet Cantacuzenus in Sapient. Heſſelius tract. de Euchar. quis ex his duobus modis dicendus ſit probabilior, nec ex Scriptura, nec ex ſanctis Patribus conuinci poteſt. Nicolaus de Sainctes Boſius Sanderus Cantac.

CONCEPTVS.

Manna ad quod quiſque iuſtus volebat, conuertebatur, ſed cibus Euchariſticus longe præſtantior cum ipſum ſuſcipientes conuertat in Chriſtum Dominum.

Appellauit nomen eius man, erat autem qua-
190. *ſi ſemen coriandri, guſtuſque eius quaſi ſimila cum melle*, quiquidem ſapor natiuus erat mannæ, ſed alium ſupernaturalem deſcribens Sapiens ait, deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod volebat conuertebatur: quis hoc in ſuos beneficium, omnem ſuperans admirationem non miretur? ita vt ſi perdices vel alia delicatiſſima vellent comedere, ea omnia manna ſapiebat, & voluntati ſuſcipientium ſeruiebat; conuertebatur enim ad quod quiſque volebat. ſed an quid præſtantius vel excellentius cogitari poteſt? ita equidem in Euchariſtico manna, quod ſuſcipientibus omnia ſapiat, ſed quod eoſdem quaſi in ſubſtantiam Chriſti conuertat: teſtis eſt S. Leo ſerm. 14. de Paſſione Domini, *Non aliud agit participatio corporis & ſanguinis Chriſti, quam vt in id quod ſumimus trāſeamus*, & S. Chryſoſt. homil. 45. in Ioannem, *vt non ſolum per dilectionem, ſed re ipſa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur quem nobis largitus eſt.* S. Leo.

Euchariſticus cibus nos armat contra aduerſarios.

Appellauit nomen eius man, erat autem 191.
quaſi ſemen coriandri. Oleaſter ait, aduerte, quod Gad id eſt coriandrum, deriuatur à Gadad, quod eſt exercitum facere, quod grana coriandri naſcantur in magna copia, & ſic ordinata, vt homines in exercitu. neſcio cur manna ſimile dicitur ſemini coriandri. Oleaſter in expoſit. Litt.

quod exercitum refert, cum potius quid paci- A
ficum referre deberet? non immerito tamen &
non ſine myſterio, manna eſt vt coriandrum,
exercitum exprimens, manna enim cæleſte
Eucharisticum tanquam exercitus fortiſſimus,
vel bellicoſiſſimus aduerſus quoſcumque ad-
B Chryſ. uerſarios, nos tutiſſime munit. vnde S. Chryſ.
homil. 45. in Ioannē, ait, hic cibus dæmones
procul pellit, dæmones enim cum dominicum
in nobis ſanguinem vident, in fugam conuer-
Alepuſius. tuntur: quo ſpectauit Alepuſius Archiepiſco-
pus Valent. in oratione de Euch. quæ habetur
in actis Concil. Trid. ſeſſ. 13. quæ eſt tertia ſub
Iulio, inquiēs, *Eia Chriſti milites iſte pane vnum
corpus effecti, arma ſpiritualia reparate, deſcen-
dit arca Dei in caſtra, collata ſunt ſigna, nefas
eſt ignauiter agere*, quomodo enim ignauiter B
ageretur tanto munimine armati, quale eſt
cibus Euchariſticus?

*Infirmi accedant ad manna Euchariſticum;
eorum enim eſt etiam cibus.*

192. *Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi
ſemen coriandri*, panis cæleſtis erat, & tamen
ſpeciem coriandri referebat. Cur coriandri ſi-
militudinem, quod in numero olerum cen-
ſetur, refert? ſanè vt oſtenderet in ſe & virtu-
tem panis & oleris facilitatem, qua poſſet
manducari ab infirmis & paruulis, D. Au-
D. Auguſt. guſtinus ſerm. 9. de tempore ait, *Tu ergo ſi vis
manducare manna, ſi cupis ſuſcipere verbum
Dei, ſcito illud minutum eſſe, & valde ſubtile,
ſicut ſemen coriandri, habet enim in ſe aliquid* C
*oleris, vt recreari poſſit infirmus, quia qui infir-
mus eſt, vt olera manducet*, ne cadat animo
paruulus, vel ob infirmitatem, vel ob parui-
tatem, ſed magis inſtet in quærendo cæleſti
pane, in quo inueniet oleris facilitatem,
quam infirmitas capiat, & de qua alatur in-
fantia.

*In pane Euchariſtico omnia abundant, ſine
quo eſuries, & penuria.*

193. *Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi
ſemen coriandri, & guſtus eius quaſi ſimila cum
melle*, hic ſapor communis omnibus erat, ſed
iuſtorum voluntati, & voluptati deſeruiens,
conuertebatur vel in piſces ſuauiſſimos, vel
in aues cuiuſcumque generis delicatiſſimas,
vel in quaſcumque alias carnes ſapidiſſimas, D
imo, & in quodcumque aliud obſonium: quo-
modo in veteri manna tot deliciæ, tot obſo-
nia, tot delicatiſſimi cibi, tot ſaporum diffe-
rentiæ? vmbra erat Euchariſtici cibi, in quo
omnium abundantia percipitur & ſine quo eſt
Paſch. eſuries & penuria: quod Paſchaſ. lib. de cor-
pore & ſanguine Domini c. 9. firmat, *hoc fru-
mentum videlicet corpus Chriſti adipem habet,
& non ſolum adipem ſed & omnes delicias, ita
B. Cyrill. & potus ſanguinis*. Diuus Cyrill. Alex. lib. 5. in
Iſaiæ verba ca. 65. ecce ſerui viri comedent &
vos eſurietis, *nam qui*, ait, *& vere Deum cogno-
uerant deliciabantur verè ſupernis benedictioni-
bus ſaginantes corda, accedentes ad viuificam
menſam omnium, noſtri ſaluatoris Chriſti pa-
nem edentes.*

A *Cibus Euchariſticus plenus voluptatibus.*

Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi 194.
*ſemen coriandri, & guſtus eius quaſi ſimila cum
melle*. hic ſanè guſtus iucundus erat, ſed alium
ſuauiorem colligemus, ex cit. Sapient. 16. de-
ſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, alii volu-
ptati, ad quod quiſque volebat conuertebatur:
quid eſt deſeruiens vniuſcuiuſque voluptati?
vt audias Euchariſticum manna vicarias vices
ſubſtituere omnium voluptatum, non autem
corporeatum, ſed ſpiritualium, quales enim
ſunt deliciæ, quibus anima fruitur ſuſtentata
hoc diuino cibo? eſt enim Euchariſtia, gloriæ Epiſcop.
ipſius voluptas, ſic enim Mathæus Epiſcop. Vormac.
Vormacens. in homil. de Coena Domini, *futu-
ra iucunditatis amabile preludium, Eccleſia mili-*
B *tantis cum triumphante ſuaue glutinum, dum can-
dem dulcedinem qua illa fruitur ſine velamento,
iſta habet ſub ſacramento.*

Spes in Euchariſtia dilatanda.

Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi 195.
*ſemen coriandri, guſtuſque eius quaſi ſimila cum
melle*. Symm. *Quaſi bellariolũ cum melle*, Aqui-
la, *tanquam bellarium in oleo*, ſed quaſi nihil di-
xiſſent de guſtu mannæ, dixit Sapiens, pa-
ratum panem præſtitiſti omne delectamen-
tum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuaui-
tatem: & paulo poſt, deſeruiens vniuſcuiuſque
voluntati ad quod quiſque volebat, conuer-
tebatur: cur non ait ſpecialiter quod delecta-
mentum, cuiuſque ſuauitatis ſaporem habe-
C bat? an perdicis? an coturnicis, &c. ni-
hil ſpecialiter exprimit, ſed omnem ſaporem
habere dixit, & ſecundum vniuſcuiuſque be-
neplacitum ſapidum fieri, dilatanda enim eſt
ſpes in Euchariſtia, & quodcumque volueris
tibi, fiet. Fulbertus Carnotenſis Epiſt. 1. *Exere*,
(inquit) *palatum fidei, dilata fauces ſpei, viſcera
charitatis extende, & ſume panem vita, interioriſ-
que hominis alimentum, non arte piſtoria fermen-
tatum, ſed incarnata deitatis pulmentum.*

*Tantum eſt beneficium Euchariſticus cibus;
vt ſimus incapaces pro eo gratiarum
actiones reddere.*

Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi 196.
*ſemen coriandri, & guſtus ei quaſi ſimila cum
melle*, ſed alium ſaporem reperimus habuiſ-
ſe apud Sapien. qui tamen dependebat à C. 16.
D ſumentium voluntate, ait enim, deſeruiens
vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque
volebat conuertebatur. homo ergo ad ſapo-
rem mannæ cooperatur, quid? an à nobis tan-
tum beneficium? an à noſtra dependens coo-
peratione? ſed hoc preſſius inquiro de Eu-
chariſtico manna, an à nobis dependet? Chri- Ioann. 16.
ſtus affirmatiuè reſpondet apud Ioannem
16. operamini, (inquit) non cibum qui pe-
rit, ſed qui permanet in vitam æternam,
quem filius hominis dabit vobis. profe-
ctò ſi cibus iſte eſt Euchariſtia, quomodo
aptè dicere potuit, operamini cibum? num
hortatur homines vt hoc ſacramentum in-
ſtituerent? Nimirum homo operetur Eu-
chariſtiam quod ſolius Dei eſt, imo id

humanam ſpem, & cogitationem, & audaciorē præſumptionem excedit; quid mādat igitur Chriſtus hominibus aiens, operamini cibum euchariſticum? nam deſiderat Dominus vt homines quodammodo, ad ſacramentum concurrant, nam opus quomodocunque noſtrum, nobis gratius eſt, & iucundius delectat, & magis æſtimatur, opus enim ad quod quiſque operatur, maiori in gratia & æſtimatione habetur: vel forte Chriſtus hortatur, vt operentur cibum euchariſticum, vel vt ſic ipſe quodammodo minuat non beneficium, ſed beneficii gratiam, ſi quidem tanta eſt gratia huius maximi doni, vt maxime oneret recipientem: nam cum impoſſibile homini ſit reddere ſufficientem gratiarum actionem pro tanto beneficio, quaſi hominem cogit ad ingratitudinem: ergo Chriſtus minuere videtur beneficii gratiam, optans aliqualem hominis cooperationem, vt ita non tantummodo homines beneficio minueret, ſed etiam quodammodo condonet gratiarum actionem, ne homo oppreſſus tanti beneficii mole, impar ſit ad gratificandum munus.

In maximo pretio debet haberi Manna cæleſte, quia ad vniuſcuiuſque voluntatem erat.

197. *Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri*, non ſolum Manna appellatur, ſed Angelorum eſca, & panis cæleſtis, & ſexcentis aliis encomiis celebratur. quæ rogo extitit cauſa, cur inter illa illuſtriora beneficia, quibus Deus munerauit Hebræos, principem locum obtineat mannæ largitio? num Manna eſt maximum donorum, quæ Deus contulit populo? quare ſic alte hæſit memoriæ? cur in cenſu beneficiorum maxime æſtimatur Manna? rem tetigit Sapiens, Angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, concludit, & deſeruiens vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur; quaſi diceret; ideo Manna dicitur Angelorum cibus, cælicus panis, deliciarum penus, voluptatis promptuarium, euchariſtiæ prælibatio, beneficiorum ſumma, quia tametſi manna erat quaſi ſemen coriandri, ſemen coloris bdellii, inſtar pruinæ, ſcilicet res non magnæ æſtimationis aut pretii, tamen deſeruiebat vniuſcuiuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, conuertebatur. hæc inter alias fuit cauſa ob quam tanti æſtimatum fuit beneficium mannæ, quid enim gratius cuique quam quod quiſque deſiderat? voluntas deſiderantis munificentia eſt conſiderabilis. vnde Caſſiodor. lib. 1. Variar. Epiſt. 38. *non eſt beneficium quod præſtatur inuitis, nec cuiquam videtur vtile quod aduerſa voluntate conceditur*, nempe quod præter voluntatem accipientis conceditur, inutile beneficium reputatur, accipientis voluntas, æſtimatio beneficii eſt. Caſſiod.

Per Euchariſtiam abdita, & diuina patuerunt.

198. *Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri.* verum quomodo datum eſt manna de cœlo? ait regius Vates, mandauit nubibus deſuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum; & panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo. per admirationem hæc verba dicta accipit Rupert. lib. 3. in Exod. c. 10. ſane cum multa enarraſſet mirabilia Dauid, reliqua quidem ſine admiratione refert, hæc vero admirans recenſet, quid hoc? Rupertus arbitratur, admiratum eſſe Prophetam, ſenſum illorum verborum, Ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna, quam habent hæc verba conſequentiam? ait Rupert. *Digna Propheta exclamatio, quia ianuis cæli apertis, panem Angelorum manducauit homo, vnde hoc? videlicet quia mandauit nubibus cæli & ianuas cæli aperuit, id eſt præoſtendit Apoſtolis, imo etiam Prophetis de quibus illud, tenebroſa aqua in nubibus aeris, id eſt occulta ſapientia in Prophetis: deinde per ſemetipſum clauſas prius hominibus ianuas cæli aperuit, ſolutis in carne ſua veteribus inimicitiis, ſicque terrenis cæleſtia coniunxit, id eſt homines Angelis ſociauit, vt eodem veſcerentur pane, illi in cæleſtibus in manifeſto conſpectu diuinitatis, iſti adhuc in terra poſiti, in Sacramento pietatis, de quo dicit Apoſtolus, magnum*, inquit, *ſacramentum pietatis, quod manifeſtatum eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit Angelis &c.* ſed quid dignū hic ponderatione reperitur? in primis *occulta illa ſapientia in Prophetis*, id eſt ideo dicitur Deus aperuiſſe portas cæli, dum Manna pluit, quia omnia abdita, & diuina myſteria patuerunt per Euchariſtiam: hoc itaque in primis bonum habet Euchariſtia, quod mentem acuit ad penetranda abdita myſteria, & arcana cœleſtia: item illud *homines Angelis ſociauit*, ideo Chriſtus ianuas cœli dicitur reſeraſſe, dum Euchariſtiam inſtituit, quia cæleſtia & humana coniunxit, & homines & Angelos ſociauit; ita vt iam hominibus pateat aditus ad cæleſtia, & inſuper iam Angeli libentius apud homines conuerſentur, vnde reſeratum aditum ad cæleſtia merito dixit Dauid: adde illud, *vt eodē veſcerentur pane.* Dum diuerſæ regiones fœdere & amicitia ſociantur, ex quibus altera abundat, extrahuntur, & in alteram deferuntur, cum vero bello diſſidēt, pœnis impoſitis cauetur, ne quid ab vna in alteram deportetur; ergo cum bellum terraque inteſtinis bellis diſſiderent, cibi è cælo in terram non deferebantur, etiamſi homines annonæ caritate laborarent. cæterum dum Chriſtus veniens, panem cæleſtibus & terreſtribus intulit, quod decantauerunt Angeli, veniente Chriſto, cibi è cælo in terram deferuntur, & ex abundantia cæleſti, humana inopia ditata eſt: ergo ianuas illis aperuit, id eſt Angelos & homines amicitiæ fœdere iunxit, & pluit illis manna, id eſt cæleſtia edullia indulſit hominibus.

Pſalm. 77. Rupert. Pſalm. 77. Pſalm. 17. 1. Timot. 3.

Deus blandè nos allicit ad ſuſceptionem Euchariſtici Sacramenti.

Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri, de quo Sapiēs, Angelorum eſca nutriuiſti populum, cui & paratū panē præſtitiſti ei, omne delectamentum in ſe habentē, & omnis ſaporis ſuauitatē. Pro quibus verbis Biblia Cōplut. habet, & cōgruū ad omniū guſtū, & è Græco fonte ad verbum vertas, cohærentē aptiſſime, & quaſi harmoniam cū ipſo guſtu 199.

efficientem, quid hoc eſt quod congruum ad omnes guſtum tribuit alimentum? vt argumento ſit bonum dominum non aliter bonos & ſalutares dolos quibus homines venetur, & cupiat inſtruere, quod illius guſtui velut cibum ad ſingulorum palatum opportune ſeſe aptantem, & condientem: vnde D. Bernard. Serm. 30. ex paruis, *Deus licet vnus ſit*, inquit, *& vnum ſit, tamen non ſui varietate ſed animi noſtri mutatione guſtantibus nobis diuerſos videtur habere ſapores, ſapit enim timenti iuſtitiam, & bonitatem, ſapit amanti miſericordiam & bonitatem: at irpenitus inſipiens eſt, qui nec timorem Dei ſapit, nec amorem, cui ergo nec iuſtitia ſapit per timorem vel miſericordiam, is planè dicit in corde ſuo non eſt Deus.*

B. Bernard.

Euchariſtia non omnibus, ſed ſolum iuſtis ſapit omne delectamentum.

200. *Appellauitque nomen eius Man, quod erat quaſi ſemen coriandri, & guſtus quaſi ſimila cũ melle*, Imo dicitur in numer. quod habebat ſaporem ſicut panis oleati, ſic enim dicitur, circumibat populus & colligens illud frãgebatur mola, & faciebãt ex eo tortulas, ſaporis quaſi oleati: quo modo ergo dicit ſapiens, quod habebat omne delectamentum & omnis ſaporis ſuauitatem, ſi ſolum guſtus eius erat ſicut ſimilæ, vel ſicut panis oleati? nec contradictio eſt, ſapit enim iuſtis, vt ait ſapiens, omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem, alijs autem non ſic. Indigni enim ſunt tanta dulcedine, tanta ſuauitate, fauet S. Greg. lib. 6. Moral. c. 9. *Manna*, inquit, *omne delectamentum & omnis ſaporis ſuauitatem habuit, quod videlicet in ore ſpiritualium iuxta voluntatem edentium ſaporem dedit*, præiuit S. Auguſt. 2. tetract. *Id fidelibus proueniſſe, non illis aduerſus Deum murmurantibus, qui pro certo alias eſcas non deſiderarent, ſi hoc ſaperet manna quod vellent.*

S. Greg. Mag.
B. Auguſt.

Benefaciendo ſe Deus manifeſtat.

201. *Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri*, quid Deus in huiuſce mannæ exhibitione egerit, aperit Sapiens, cum ait, ſubſtantia tua dulcedinem tuam quam in filios habes oſtendebat, id eſt vt tuam naturam, tuam ſapientiam manifeſtam faceres, dulcedinem, ſoauitatem tuam filiis tuis, optimus parens oſtendiſti, ſic enim legit hæc verba, & intelligit Nazianz. oratione 49. apud Salomonem dicitur ſubſtantia mea, dulcedo mea eſt: quid hoc eſt in tanti beneficij collatione, quale fuit mannæ donum eximium, ſubſtantiam ſuam, manifeſtaſſe dulcedinem ſuam? quia eius ſubſtantia manifeſtatur cum ſcit omnes cumulare, ſic enim cit. Nazianz. oratione 26. *Cum multis nominibus admirabilis nobis, & ſuſpiciendus occurrat, nihil tamen tam proprium habet, quam omnes beneficijs afficere.*

Gregor. Nazianz.

Sacra ſcriptura Manna omnes delicias continet.

202. *Appellauit nomen eius Man, quod erat quaſi ſemen coriandri, guſtus eius quaſi ſimila cum mello*, ſed alium excellentiorem habuiſſe colligimus, ex toties citato cap. Sapient. Paratum panem de cœlo præſtitiſti eis, omne delectamẽtum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. D. Amb. lib. 1. Epiſt. 1. docet eiuſmodi manna ſacram eſſe ſcripturam: eſca enim & delectatio, inquit, alimenti cœleſtis ſapientia eſt, qua veſcebantur in paradiſo locati, quæ erat iudeficiens animæ cibus, quem vocauit manna ſermo dominicus. ſed ſi ita ſe res habet, quomodo omne delectamentum, & omnis ſaporis ſuauitatem continet? quia in ſacra ſcriptura qualis voluntas talis voluptas, quodque deſideratur hic habetur, vnus in ſemetipſo diuinus ſermo omnibus congruit, locuples teſtis eſt S. Hieron. in Pſal. 147. *Quicquid volueris ex ſermone diuino naſcitur, ſicut tradunt Iudæi, quoniam manna quando comedebant, ſecundùm voluntatem vniuſcuiuſque ſic ſapiebat in ore.* cui ſubſcribit S. Greg. lib. 6. Moral. c. 19. *Manna*, inquit, *omne delectamentum atque omnis ſaporis ſuauitatem in ſe habuit, quia ſermo diuinus & omnibus congruit, & à ſemetipſo non diſcrepans qualitati audientium condeſcendit.*

B. Ambroſ.
B. Hier.
S. Greg.

Qui ſcientijs ſolum humanis delectantur, indigni ſunt mannæ dulcedine.

Appellauit nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri, guſtus eius quaſi ſimila cum mello, ſed maiori encomio laudat Sapiens, eius ſuauitatem, imo omnium ſaporum varietatem, præſtitiſti eis, ait, omne delectamentũ in ſe, & omnis ſaporis ſuauitatem. ſed ſi in manna omne delectamentum reperitur, plures ex Iudæis manna faſtidiunt ad eiuſque delicias nauſeant, ſi omnium ſaporum varietas, quomodo allia, cæpe, & porri, præferunt ei, quaſi nullam ſentirent dulcedinem? quomodo eius ſuauitate fruerentur? qui enim ſcientiis humanis ſolum delectantur, omni mannæ ſpiritualis ſacrarum litterarum dulcedine ſunt indigni, qui allia mannæ præferunt, bene à dulcedine ieiuni, quia male ſacræ doctrinæ dulcedinem negligunt; audiant prophanis addicti ſcientiis, quam ſeueram ſententiam contra illos dederit S. Petrus Damian. opus. 45. c. 8. vbi Ariprandium Monachum ab inutilibus ſtudiis reuocans, & ad ſacra aduocans inter alia, ait, *Noli huiuſmodi ſapientiam quærere quæ tibi ſimul cum improbis & gentilibus valeat communicare, quis enim accendit lucernam vt videat ſolem? quis ſolaribus vtitur vt micantiũ ſtellarum claritatẽ videat?* pergit deinde eumdem, ad ſacras epulas inuitantem, reiectis externæ ſapientiæ quiſquiliis, *Diſcumbis*, inquit, *frater, ad menſam Dei, ſuſcipe tibi dapes cœleſtis eloquij, abijce lollium quod in veſaniam comedentium mentes inebriat: ſuſcipe frumentum quod eſurientium animas ſobria refectione confirmat, nec fauces animæ tuæ vitalis eſca faſtidiant alimentum, ſed procul abijciant falſitatis ineptias, & vanitatum quiſquilias.* 203.

Petrus Damian.

Nihil ſpiritale ac ſubtile ſentit in ſacra ſcriptura manna, qui ſolum pinguedinem, & craſſitiem quærit.

Appellauitque nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri, & ideo minutum, vnde tot ex populo Iudæorum illud habentes contemptui dixerunt, nauſeat anima noſtra ſuper iſto cibo leuiſſimo: cur non eis ſapit manna ſuauiſſimum omnem dulcedinem 204.

contiſtens? cur ſaperet cum ſit ſemen minutiſſimum coriandri? & ideo nihil ſpiritale, nihil ſubtilè deguſtant, ſolum pinguedinem quærentes ſolumq; craſſitiem. quot ſunt Iudæis ſimiles! quorum conditionẽ lugendam cenſet B. August. Serm. 91. de temp. *Infœlices* (inquit) *Iudæi dolendi & lugendi ſunt, quia manna ſicut patres eorum non merentur accipere, illi nũquam munna manducant, non enim poſſunt illud manducare quod minutum ſicut ſemen coriandri, & candidum ſicut pruina, nihil enim in verbū Dei minutum nihil ſubtile, nihil infœlices Iudæi ſentiunt ſpiritale, ſed totum pingue, totum craſſum.*

B August.

Verbum Dei tibi omnia ſapit, tuarumque neceſſitatum eſt remedium.

205. *Appellauitque nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri, guſtuſque eius quaſi ſimila cum melle*, diminutè procedis Moyſes in dulcedine mãnæ nobis aperienda, nam Sapiens ſic ait, præſtitiſti eis omne delectamentũ, & omnẽ ſaporis ſuauitatẽ, an nunc mãna reperietur cum tãto ſapore & omnibus delicijs, quod ſapiat ad vniuſcuiuſque voluntatem? ita ſane, nẽpe verbũ Dei, ſermo diuinus, talem enim tibi ſaporẽ, qualem volueris, imo & omnium neceſſitatum futurum eſt remedium efficax, *Feſtinemus & nos*, inquit Adamãtius *& cœleſte manna ſuſcipere, iſtud enim manna prout vult quiſque talem ſaporem reddit in ore eius; audi enim & Dominum dicentem ijs qui accedunt ad ſe, fiat tibi ſecundum fidem tuam, & tu ergo ſi verbum Dei quod in Eccleſia prædicatur, tota fide, tota deuotione ſuſcipias, fiet tibi ipſum verbum quodcũ deſideras, verbi gratia ſi tribularis, conſolatur te, dicens, cor cõtritum & humiliatũ Deus non*

Adamantius hic.

A *ſpernit: ſi lætaris pro ſpe futura cumulat ſibi gaudia dicens, lætamini in Dominu & exultate iuſti: ſi iracundus es, mitigat te dicens, deſine ab ira & derelinque indignationem: ſi in doloribus, ſanat te dicens, Dominus ſanat omnes languores tuos: ſi paupertate conſumeris, conſolatur te dicens, Dominus eleuat de terra inopem, & de ſtercore erigis pauperem: ſic ergo manna verbi Dei reddit in ore tuo ſaporem quemcumque volueris.*

Verbum Dei, eſt & panis quo fortiores nutriantur & olus quo infirmiores alantur.

Appellauitque nomen eius man, quod erat quaſi ſemen coriandri. Si manna panis eſt, quomodo coriandrum quod in cumulo olerum habetur? ſi coriandrum, quomodo album? quomodo melleum? ſi verbum Dei illud manna, ne mireris & panem & coriandrum, & album, & melleum B eſſe, nam panis eſt quo fortiores nutriuntur, olus quo infirmi reficiuntur & reparantur, album quia puriſſimum & mundiſſimum, melleum, quia eloquia ſuper mel ori iuſtorum: fauet Balduin. apud Tilm. *Recte manna quaſi ſemen coriandri dicitur, quia verbum Dei aliud coram oculis habet vnde nutriatur infirmus, aliud intus continet vnde fortior roboretur. Chriſtus enim condeſcendit infirmis in leuibus minimiſque præceptis, vt qui eum non poteſt capere in ſublimitate vitæ perfectioris, capiat in mediocritate vitæ lenioris. manna autem dicitur album, quia verbum Dei ab omni labe purum & mundum eſt, quod autem verbũ Dei dulce ſit ſicut mel oſtendit ſcriptura, quæ dicit, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel* C *ori meo, quod guſtus eius quaſi ſimila cũ melle, oſtẽdit qui dicit, cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra, melle ſaturauit eos.* 206.

Balduinus.

VARIET. LECT. Verſ. 32.

VVlg. Dixit autem Moyſes, iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, imple Gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes, vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti.

Sept. Hoc eſt verbum quod conſtituit Dominus, implete Gomor de man in apothecam in generationes veſtras, vt videant panem quem comedebatis vos in deſerto, quando eduxit vos Dominus de terra Ægypti.

Cald. Plenum Gomor ex eo ſeruare in generationes veſtras.

Pagn. Imple Gomor ex eo ad cuſtodiam in generationibus veſtris.

CONCORDIA.

HAbet Vulg. & cuſtodiatur in futuras generationes, licet Hebraïcè ſit leniſmeret lerodothecem, ad cuſtodiam in generationes veſtras, ſed quis non videt vtramque lectionem non diſſentire? Nomen autem apotheca redditum à Septuaginta conuenit cum cuſtodia, eſt D enim apotheca locus in quo quid ſeruatur: vulg. vt nouerint panem quo alui vos, verbum enim האכלתי hoechalti præteritum eſt in hiphil, ab Achal, & propriè comedere vos feci ſignificat, ſed phraſis huiuſmodi venuſte redditur ab interprete.

EXPOSITIO.

I*Ste eſt ſermo quem præcipit Dominus.* hoc adhuc præceptum circa mannæ cuſtodiam *imple Gomor ex eo*, impleatur menſura, quæ ad vnius hominis victum per diem ſufficiens erat, *& cuſtodiatur in futuras retro generationes*, per tempora futura, durante ſtatu & ritu Iſraëliticæ plebis, *vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine*, & hoc eſt quatenus

poſteri veſtri recolant & perpẽdant, quam gratioſe & miraculoſe nutriui patres eorum in A eremo, vt & grati ſint Deo, & roborentur in fide.

CONCEPTVS.

Mira eſt hominis ingratitudo.

207. *Imple Gomor ex eo*, ad quid? *vt cuſtodiatur in futuras generationes.* Nonnẽ ſcatebit vermibus? Nouo ſeruabitur miraculo, ad quid neceſſe eſt illud ſeruari, cum annis quadraginta tranſactis, nullius erit vtilitatis? Nam ingredientur terram, ex qua lac & mel emanant: *vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine*: quid? an ita labilis memoriæ eorum poſteri vt cum traditione acceperint, à patribus ſuis per tot annos, in medio deſerti alimentum à Deo miraculosè accepiſſe, neceſſe ſit producere teſtes huius veritatis? tanta eſt hominis ingratitudo, vt opus ſit ei obijcere, quo ſui ergà benefactorem ingrati animi arguatur & confundatur, Oleaſter. *Mira eſt hominis ingratitudo* (inquit Oleaſt.) *vt opus Deo ſit teſtes beneficiorum ſuorum adhibere, quoniam ſciebat eos ſtatim beneficij immemores, phialam ſeruatam hoc atteſtari voluit in hunc finem arbitror, Chriſtum duodecim cophinos panis aſſeruari præcipiſſe, cum turbas panis in deſerto, ne poſtea ingrati beneficij immemores miraculum inficias irent.*

Ita ſtupenda aliquando Dei miracula, vt eis fides non adhiberetur, niſi aliquo euidenti ſigno comprobarentur.

208. *Imple Gomor ex eo & cuſtodiatur in futuras retro generationes*, ad quid? *vt nouerint panem quo alui eos in ſolitudine*, Nonne fidem adhibebunt patribus tantũ miraculum referentibus ſe per tot annorum curricula, panem cœleſtem ſine labore omne delectamẽtum & omnem ſaporum varietatem continentem accepiſſe, pro alimento? Neſcio ita enim ſtupenda ſunt aliquando Dei miracula (quale hoc fuit) vt difficile eis adhiberetur fides, niſi aliquo ſigno euidenti comprobarentur. B Chryſo. Hoc habet Chryſ. in cat. Græca ſuper c. 6. Ioan. *Hoc autem oſtentum minime erat ſuperuacaneum, ſed ne res ficta putaretur, Deus ne ficte ſuos pauiſſe in deſerto pane cœleſti videretur, neceſſe fuit vt manna reponeretur cuſtodiendum.*

Chriſtus Dominus deſcendit de cœlo, vt in Sacramento altaris paſceret homines in terra qui Angelos reficiebat in cœlo.

209. *Imple Gomor ex eo vt cuſtodiatur in futuras generationes*, ex quo Gomor implebitur? pane cœleſti, de manna, de quo Regius Pſaltes, & pluit illis manna ad manducandum, panem cœli dedit eis, qui è cœleſti deſcendebat regione. Nõne poſſes, ô Deus potentiſſime, aliter paſcere populum tuum, nempe ſuccreſcentibus ſegetibus & ad maturitatem perductis ex arbore fructibus, cumque in futuras generationes cuſtodire? potuit, ſed noluit, vt hic cibus aſcenderet ex infimo loco, ſed vt deſcẽderet de ſupremo, vt hac ratione Euchariſtia ſignificaretur, in qua datur Deus in cibum, qui quidem prius cœleſtes illas mentes paſcebat, nunc autem & B. Auguſtinus. homines alit. audiamus Auguſt. *Reſpice altitudinem ipſius, in principio erat verbum, ecce qualis eſt cibus ſempiternus: ſed manducant Angeli: mãducant virtutes: cœleſtes ſpiritus manducant & ſaginãtur, & integrum manet, quod eos ſatiat & lætificat: quis autem homo poſſit ad illum cibum aſcendere? quia ergo ad illum panem homo non poterat aſcendere, dignatus eſt panis ille deſcendere ad hominem.*

Obedientia Euchariſticum cibum conſeruat.

B *Imple Gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras generationes*, quomodo cuſtodietur cum notum 210. ſit manna in alterum ſolum diem ſeruatum, vermibus ſcatere? quid hoc eſt, quod in vnũ diem ſolum cuſtoditum, plenum fiat vermibus, & corruptione repleatur & tamen in arca repoſitum, in plurimas ſeruetur generationes illæſum & incorruptum? ne mireris, cum enim Deo inobedientes fuerint, ſcatuit vermibus & computruit, ſed quia hic ex obedientia reconditur, nullam ſentiet corruptionem. en vt ex parentia ſeruatur manna typus cibi Euchariſtici! quod preſſit S. Antiochus hom. 38. de obedient. *Meo* Antiochus. *huic ſermoni teſtimonium facile reddit homo is qui primus Dei manu formatus eſt, dum enim ſui opificis mandato gerit morem, neutiquam ligni vitalis priuatus eſt vſu, contra, à paradiſi amœnitate in hanc ploratus & miſeriæ vallem, per ino*C*bedientiam relegatus ſe ſuamque poſteritatem æternæ addixit morti*; hoc probat ex illo Exodi, qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt ex eis quidãm vſque mane & ſcatere cœpit vermibus atque computruit; vide dictorum ordinem, non audierunt eum, id eſt non obſecuti ſunt Moyſi, quid inde? & ſcatere cœpit vermibus atque computruit, ſcilicet obedientia hunc cibum obſeruat, qui vero non paret, corrumpit. ergo qui ad cibum ſe parat prius debet obediendi ſcientiam habere; ſubdit Antiochus, *Dei enim mandato habebantur ſinguli quique vno quoque die mane vt veſcerentur, & ne quidquam ex eo relinquerent in craſtinum, cumque iſtorum nonnulli in alterum diluculum ſeppoſuiſſent ſibi pro manna reportauerunt vermes, hique in putrilaginem ſunt* D *verſi: ad quod in ignominiam atque dedecus illorum ceſſit male morigerorum, perinde ac ſi diceret, ſola eſt inobedientia author mannæ in vermes degenerantis.*

Confirmatur præcedens conceptus.

Imple Gomor ex eo & cuſtodiatur in futuras ge- 211. *nerationes, vt nouerint panem quo alui vos in deſerto.* Quo pane? pane Angelorum, reſte regio Pſalte, panem cœli dedit eis, panem Angelorum manducauit homo: ſed qua de cauſa panis Angelorum dicitur? varias recenſebo, quæ S. Euchariſtiæ poſſunt accommodari: panis Angelorum dicitur quia dignus eſt quo Angeli veſcerentur, ſi cibo indigerent, ſicut cibum regiũ ſolemus dicere, id eſt cibum qui menſæ regiæ inferri poteſt, etiam ſi eo rex non veſcitur: vel panis Angelorum, id eſt eximius, id enim

quod eximium eſt, Angelorum dicit, ſcriptura; vel panis Angelorum, id eſt panis fortium, dicuntur autem Angeli fortes, proprio epitheto: vel quia fortes reddit comedentes: vel panis Angelorum, id eſt qui Angelorum miniſterio datus eſt: vel dicitur panis Angelorum, id eſt panis de ſupernis deſcendens, vbi habitant Angeli & Dominus Angelorum: Cabaliſtæ panis membrorum, quia in membris dirigebatur, neque grauabat ſtomachum. ſed aliam quæſo addamus: noone iuxta phraſim Dauidicam Angeli dicuntur obedientes, & miniſtri Dei qui A faciunt voluntatem eius? & Paulus Hebr. 1. vocat eos adminiſtratorios ſpiritus, Angelus enim nomen eſt eorum officij, ſcilicet qui accincti ſemper ſunt ad opus & ad munera mittuntur à Deo, & crebra legatione funguntur. dicamus ergo manna panem Angelorum dici, quia debetur eis qui ſciunt obedire, Dei mandata exequi: nemo ergo ad hanc menſam accedat obedientiæ iugum non ferens. ſic præfatus Antiochus, *Ob hoc enim iuxta regium pſaltem nomenclaturam accepit Angelica alimonia, panem Angelorū manducauit homo.* a. Cit. Antioch.

VARIET. LECT. Verſ. 33. & 34.

VVlg. Dixitque Moyſes ad Aaron, ſume vas vnum & mitte ibi Man, quantum poteſt capere Gomor; & repone coram Domino ad ſeruandum in generationes veſtras. B

Sept. Accipe vas aureum vnum & iniice in illud plenum Gomor Man, & repones illud ante Deum, vt ſeruetur in progenies veſtras.

Cald. Tolle lagunculam vnam, & mitte ibi manna plenum Gomor.

Onk. Tolle vas vnum, & pone in eo Gomor plenum manna.

Pag. Tolle phialam vnam, & pone ibi plenam Gomor Man, & repone illud coram Domino, ad cuſtodiam in generationibus veſtris.

Bibl. ant. Tolle vrnam vnam, & repone coram Iehoua.

Vatab. Sume vrceolum vnum, alij ſcutellam vnam.

Vulg. Sicut præcepit Dominus Moyſi, poſuit que illud Aaron in tabernaculo reſeruandum.

Septuag. Et repoſuit Aaron ante teſtimonium ad reſeruandum.

Cald. Repoſuit illud coram teſtamento in cuſtodiam.

Pag. Coram teſtimonio ad cuſtodiam, *ſic Oleaſt.*

Cajet. Poſuit illud Aaron faciebus teſtificationis ad cuſtodiam.

CONCORDIA.

SVme vas vnum habet vulg. Hebraïca autem dictio eſt צנצנת zinzeneth, quam alij lagunculam, alij ſcutellam, vrnam, vel vaſculum reddidere: certum eſt eſſe genus vaſis & ſolum inueniri in loco præſenti. ſed Septuag. aliquid addidere dicentes στάμνον χρυσοῦν ἓνα vas vnum aureum, verum nec in codice Cald. vel Hebræo habetur aureum, quod tamen omnino ita fuiſſe credendum eſt, authoritate Apoſtoli ita

Hebr. 9. dicentis Hebr. 9. poſt velamentum autem ſecundum tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam teſtamenti circumtextam ex omni parte C auro, in qua vrna aurea, habens manna: habet Vulg. mitte ibi man quantum Gomor capere poteſt, ex Hebræo autem redditur, pone ibi Gomor plenum manna, ita vt non ſolum manna, ſed etiam Gomor fuerit repoſitum in vaſe, vnum dicit Vulg. aliud non excludit: poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruandum: pro tabernaculo Hebraïcè eſt העדת hahidut, quod propriè teſtimonium ſignificat, vnde Pagni. vertit coram teſtimonio, coram autem eſt accipiendum pro intra, an autem hoc dicatur per anticipationem, dicemus iamiam in expoſitione.

EXPOSITIO.

SVme vas vnum, nempe aureum, vt habent Septuag. ſed præcipue D. Paulus cui fides habenda eſt, *pone ibi man quantum poteſt capere Gomor*, vtrumque autem ſecundum lectionem Hebraïcam continebatur in illo vaſe, *& repone coram Domino*, ſcilicet intra arcam. dicitur autem coram Domino, quia Deus ſedere dicebatur ſuper Cherubin, vel in medio Cherubin, in propitiatorio arcæ, *poſuitque illud in tabernaculo reſeruandum*, plures tenent per anticipationem hoc dictum, ita vt aſſeruatum fuerit vas in quo erat manna, & in conſtructo deinde tabernaculo poſitum. ſed præter tabernaculum teſtamenti vel teſtimonij, vtroq; enim modo dictum eſt, quod poſtea factum eſt, aliud tempore Moyſis factum fuit, ad quod cauſa orationis adibatur, & cuius fit mentio. in hoc ergo vas illud fuit repoſitum.

CONCEPTVS.

Aurea ſit anima Deum excipiens.

112. *Sume vas vnum & mitte ibi man*, Septuag. accipe vas aureum vnum, cur maluerunt explicare quod vas aureum eſſet? imo cū etiam in alio vaſe potuerit æque bene conſeruari manna, cur neceſſe fuit aureum haberi? vt explicaretur quod ſi manna illud tranſitorium & tandem periturum reconderetur in auro, à fortiori Chriſtus Dominus, in Sacramento per manna

figuratus in anima verè aurea recipiendus eſt & collocandus: ſic teſtatur D. Cyrill. Alex. lib. 3. in Ioan. c. 34. (B Cyrill.) *Quoniam mannâ illo ſenſibili figuratus eſt Chriſtus, neceſſario nunc docet qua gloria & virtute plenus eſt qui Chriſtum in ſe ipſo recondit, qui Ieſum in corde firmiter gerit: audis enim quomodo vas aureum per Aaron impletur manna & coram Deo ad perpetuam conſeruationem reponitur: pia enim ſanctaque anima quæ Chriſti fidem concepit, quæ totum in ſeipſa cœleſtem theſaurum condidit, pretioſum atque aureum vas eſt.*

Virgini ſanctiſſimæ etiam debetur quod Eucharistia in nobis perſeueret.

213. *Sume vas vnum & mitte ibi man*, non exprimit quale vas; exiſtimant aliqui quod illud vas erat peculiare quoddam Domini nomine præſcriptum, quod manna poſſet in æuum conſeruare: cum enim manna in alijs aſſeruaretur vaſis, ſtatim diffluebat & corrumpebatur. ſed non eſt cur recurras ad aliud vas ſpeciale præſcriptum à Domino, cum Septuag. reddiderint, accipe vas aureum. verum quodnam eſt illud vas aureum quod manna continere & conſeruare poteſt in æuum? cur non dicemus fuiſſe ſanctiſſimam Virginem, cui debetur, quod manna Eucharisticum toto Eccleſiæ tempore perduret & apud nos Chriſtus re ipſa præſens exiſtat? quia eſt vas vere aureum, quod manna nobis ſeruare potuit: hac ratione exponit S. Epiphan. de laud. Virg. illud Lucæ 1. (B. Epiph. Luc. 1.) Aue gratia plena Dominus tecum, id eſt virgo es vrna aurea quæ manna cœleſte contines, & populo Chriſtiano aſſeruas, verba Epiph. ſubijcio, *Aue gratia plena vas gloriæ ſpiritualis, Aue gratia plena, quæ es vrna aurea continens cœleſte manna.*

Non quomodocunque recipiendum manna cœleſte, ſed mundiſſimè.

214. *Sume vas vnum & mitte ibi man*, Si ſolum reponendum erat Man in ea quantitate, quæ contineretur in Gomor, ſatis erat dixiſſe, ſume vas ſine additione vnius, cum plura non requirerentur ad mãnæ cuſtodiam. Angelicus Doctor, pendit illud pronomen *vnum*, id eſt præcipuum, eximium, præclarum opere & materia; an tot neceſſaria in vaſe, in quo cuſtodiendum mãna? cum illum denotet qui Euchariſtiam recepturus, quidni? nam qui eam digne recipere debet, oportet vt ſe ipſum prius præclarum efficiat & præcipuum in munditie, alioqui non vas idoneum, cui manna diuinum inferatur. ſic autem D. Thomas in opuſc. de Sacram. *Sume vas vnum & mitte man ibi, quaſi ſingulariter & excellenter mundum*, ſed expreſſius noſter Bernardin. (Bernardin.) tom. 4. Sermo. 9. *Verum vtique eſt, vt vas ſit mundum quod debet ſuſcipere ſanctiſſimum hoc Sacramentũ, vnde myſtice Exod. 16. dicit Moyſes ad Aaron, ſume vas vnũ & mitte ibi manna. vas vnum quaſi ſingulariter & excellenter mundum, quod apertius declarat Apoſt. ad Hebr. 9. dicens, quod in arca teſtamenti erat vrna aurea habens manna, vt myſtice innuatur quod qui debet ſuſcipere hoc cœleſte manna teneatur habere cor mũdiſſimum quaſi aurum fulgoroſum: vnde de conſecr. diſtin. 2. c. Nihil, Alexander ait, nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt quam corpus & ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio potior eſt hac, ſed omnes hæc præcellit quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda, & ſicut potior eſt cæteris, ita etiam potius excoli maiori cum munditia debet.*

Virga timenda ab eo qui indigne manna Eucharisticum accipit.

215. *Sume vas vnum & mitte ibi man*, quod deinde in arca ſeruetur, in qua & virga, vt ait Apoſt. ad Hebr. cap. 9. (Hebr. 9.) apta ſane mannæ & virgæ cognatio cibi Euchariſtici, & diſciplinæ, vt enim quis mannæ dulcedine fruatur diſtrictionis virga vti debet, vt ſui ſeuerus ſit cenſor, & cum res exigit etiam aliorum. ſed quid aliud ex hoc nexu virgæ & mannæ colligere poſſumus. ſane quod diuina virga timenda eſt ei qui temere Euchariſticum manna recondit, *qui enim non dijudicat Corpus Domini, iudicium ſibi manducat & bibit.*

Vult nos Deus ſuorum habere memoriam beneficiorum.

216. *Sume vas vnum & mitte man ibi. & repone coram Domino*; ad quid? ad ſeruandum in generationes veſtras; nonne omnia ſunt Deo præſentiſſima? cur ergo coram ſe vult vas aureum in quo manna continetur reponi, & non ſolum in vnam vel alteram, ſed in reliquas generationes? quia Deus vult ſua beneficia nos habere præſentiſſima, nec vnquam è memoria elabi, etiam ſi fuerint de alimento corporali ad vitæ conſeruationem neceſſario: conſentit S. Amb. Ser. 42. (Ambroſ.) *A nobis expectat qui nos paſcit Deus vt pro præſtitis ab eo eſcis, illi gratias referamus, & ſaturi dolis ipſius laudes ei dicamus.*

In bono Prælato ſit & ſeueritas, ſed pietati commixta.

217. *Sume vas vnum & mitte ibi man, & repone corã Domino*, quid autem ſit reponere coram Domino, explicat textus, poſuit illud Aaron in tabernaculo reſeruandum: hoc dictum per anticipationem non pauci arbitrantur, in ſolo tabernaculo erat arca, in qua non ſolum manna, ſed etiam virga Aaron deinde poſita eſt. cur hæc duo ſimul coniunguntur virga & manna? Nam virga ſeueritatem, manna autem dulcedinem denotat: ſi per arcam teſtamenti intelligis Prælatum, rectè ſimul hæc duo vniuntur, in Prælato enim ſit ſeueritas, ſed ſimul cum dulcedine coniuncta: ſic Greg. mag. 2. p. paſt. c. 11. (B Gregor. mag.) *In boni rectoris pectore ſi eſt virga diſtrictionis, ſit & manna dulcedinis: miſcenda ergo lenitas cum ſeueritate, faciendum quoddam temperamentum ex vtroque, vt neque multa aſperitate exulcerentur ſubditi, neque nimia benignitate ſoluantur.*

VARIET. LECT. Verſ. 35. & 36.

V*Vlg.* Filij autem Iſraël comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem, hoc cibo aliti ſunt vſquequo tangerent fines terræ Chanaan.

Septuag. Filij Iſraël ederunt Man annis quadraginta, quoadusque venerunt in terram quæ inhabitatur, man ederunt, quoadusque penetrent in partes Phœnicis.

Cald. Manna comederunt, donec venirent ad confinia terræ Chanaam.

Pag. Donec veniſſet ad extremũ terræ Chenahã.

A *Arias.* Comederunt Man quadraginta annos, ad vſque venire eorum in terram habitatam Man comederunt, vſque ad venire eorum ad extremum terræ Chenaham.

Vulg. Gomor autem decima, eſt pars Ephi.

Sept. Gomor autem erat decima trium menſurarum.

Cald. Gomor autem decima pars trium ſatorum.

Pag. Homer decimum Ephah eſt.

Arias. Homer decimum Ephah ipſum.

CONCORDIA.

QVoúſque tangerent fines terræ Chanaan, Sept. quoadvſque aduenerunt in partes Phœnicis. Auguſt. docet hoc non eſſe intelligendum de regione Phœnicis, quæ nunc ſcilicet dicitur Tyrus & Sydon, quo illos tranſiſſe non legitur, ſed quod tunc pars Chanaan ſic etiam vocaretur: decima pars ephi habet Vulg. in Hebræo eſt עשירית aſſirith, quæ vox propriè decimam ſignificat, vnde & ab ea, formata vox aſſaron, quæ apud Ioſephum eſt frequens, Septuag. habent B τὸ δὲ γόμορ τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν Gomor vero eſt decima pars trium menſurarum: nomine menſuræ, intelligitur ea quæ apud Iudæos vſitatiſſima, nempe ſatum, vnde & Cald. vertit Gomor autem decima pars erat trium ſatorum.

EXPOSITIO.

F*Ilij autem Iſrael comederunt Man*, Tanquam cibum ordinarium & quotidianum. Ita tamen vt aliquando ei carnes aliaque obſonia admiſcuerint, ſiue venatu capta, ſiue pretio empta ab eis gentibus, quarum terras pertranſibant, vt aperte dicitur Deut. 2. *Donec venirent in terrã habitabilẽ*, explicatur id diſtinctè Ioſ. 5. id cõtigiſſe anno ab egreſſu quadrageſimo ipſo die ſolemnitatis azymorum, poſtquam cœperũt veſci frugibus terræ Chanaan, quas trãſito Iordane maturas inuenerunt, *hoc cibo aliti ſunt*, *quoúſque tranſirent fines terræ Chanaan*, quaſi dicat eo vſq; non defecit, non vero quod quam primum ingreſſi defecerit, nec deſcenderit, trãſacto ſi quidem Iordanis amne circumciſi ſunt in Galgalis, & Paſcha celebrarunt, in craſtino C vero Paſchæ tunc manna defecit. *Gomor autem eſt decima pars ephi.* de menſura Gomor ſuperius à nobis dictum: noſtrates aſſerunt æquiualere quartario & medio, certum eſt decimam eſſe partem Ephi, Ephi autem trium ſatorum eſt menſura.

CONCEPTVS.

Non ſpecialem prouidentiam diuinam expectemus, cum media humana ſuppetunt.

218. *Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem*, Si ſemel eis tam eximium contuliſti beneficium, cur ab ijs retraxiſti? cur ſolum vſquequo peruenerunt ad terram habitabilem, tam eximium experti ſunt donum? quia labore & induſtria alimenta potuerunt habere, vbi autem humanis medijs aliquid obtineri poteſt, non ſoli prouidentiæ diuinæ fidendum eſt. *Oſtendit locus iſte* (inquit

Oleaſt. Oleaſt.) *non eſſe quærendam à Domino prouiſionem, cum nobis poſſumus prouidere, quemadmodum Deus Iudæis non prouidit, poſtquam terram habitabilem ſunt ingreſſi.*

Sciat homo non ex ſola terra viuere vt amplectatur cæleſtia.

219. *Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis.* Non eſt dubium, quin eis potuerit panem præſtare communem, nullo manna è cœlo delapſo: cur ergo ne ſuper hoc nauſearent, alium non præbuit? vt ſcirent cum ex terra non viuerent, ſed de cœlo, cæleſtia amplecti debere. ſtat pro nobis author de mirab. ſcripturæ cap. 23. Auctor mirab. S. Scripturæ.

D *Ex quo digneſcitur non aliunde extra naturam quæſiiſſe* (nempe victum) *non quod quotidie Deus illis panem cõmunem etiam in deſerto præſtare non poſſet, ſed vt homo paſtus de nubibus, ſciret quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod prodit ex ore Dei.*

Tanquam veri Iſraëlitæ in eremo huius vitæ ſtudeamus abſtinentiæ.

Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis, cur poſt longam & duram in Ægypto ſeruitutem, cur poſt crudeliſſimam Pharaonis oppreſſionem, non ſolum manna pane leuiſſimo, ſed etiam carnibus ſuauiſſimis non ſatiaſti, vt à tot laboribus exantlatis, recrearentur? ſed qua de cauſa ſolum per annorum quadraginta curriculum, panem de cœlo miſſum eis præbuiſti? dices quia cum peruenirent ad terram habi- 220.

tabilem iam alimenta alia ſuppetebant eis, ſed quæ? conſulamus B, Ambr. ſer. 34. de Quadrag. myſticè hac de re loquentem, Videamus, inquit, ſi in ſcripturis myſticum ſanctæ Quadrageſimæ numerum poſſimus inuenire, legimos quod ſanctus Moyſes in eremo quadraginta annorum curriculo filios Iſraël cæleſti manna nutrierit. bonus ergo numerus, qui ſemper cælum aperit; bonus inquam numerus, per quem iuſtitia Noe ſaluatur, & Iſrael filij ſaginantur. vnde & nos obſeruemus hunc numerum, vt aperiantur nobis cœli, quatenus & pluuia nos gratiæ ſpiritualis irroret, & ſpiritualium ſacramentorum manna reficiat. Inſtar enim patrum noſtrorũ hac obſeruatione Quadrageſimæ & iuſtificamur & paſcimur. iuſtificamur lauacro, paſcimur Sacramentis. ſed dicet aliquis filios Iſraël quando manna ſaturati ſunt, minime ieiunaſſe; ego autem dico illos nonniſi abſtinentiæ tunc vacaſſe, atque ideo cœleſtis alimoniæ gratiam meruiſſe; primum quia deſertum omne ieiunium eſt, quia anxietas ſolitudinis concupiſcentiam repellit eſcarum. Deinde in eremo vnde accuratæ epulæ? vnde vina pretioſa? vnde quadraginta annorum tempore, qualiſcumque ſubſtantia? intelligimus ergo ieiunaſſe filios Iſraël, quia cognoſcimus illis eſcarum copiam defuiſſe, & tunc ſumpſiſſe cibũm, quando largienti Domino placuiſſet: ſatis autem is ieiunat, qui cum Chriſti voluntate ſe reficit. vſque adeo vero abſtinentia filiorum Iſraël in eremo placuit Saluatori, vt quoromdam etiam inter ipſos intemperãtia notaretur. ita vt quiſque auidior duplũ mannæ cibum collegerat, hic hac iniuria feriretur, vt non tam cibum ſibi inueniretur ſeruaſſe quam vermes. ſcilicet vt quia ſupra moderatam confectionem concupierat, velut ſtimulis quibuſdam conſcientiæ in morem vermium vrgeretur: igitur & nos fratres, obſeruãtes Quadrageſimæ quotidiana & moderata ieiunia & tanquam in eremo conſtituti, nihil delitiarum ſæcularium cogitemus, nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo ſollicitet; ſimus ſobrij, ſimus iuſti, habentes quidem conuerſationem in vrbibus, poſſideamus mente deſertum, ſi ita abſtinentes egerimus, erit vt cœleſtis mannæ reficiamur alimonia, & nullis vermium ſtimulis compungamur.

D Ambr. ſer 14.

Tanta eſt puritas virginalis, vt etiam in ſepulchris cibum cæli germinare faciat.

221. *Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis*, Man equidem quod miniſterio Angelorum factum è cælo deſcendebat, ſed quis crederet manna in ſepulchris reperiri, & in eis generari cum è cælis originem habere omnibus compertum ſit? Conſulamus S. Petr. Damian. ſer. 64. de S. Ioan. Apoſt. & Euangeliſta. In ſepulchro eius manna reperitur, inquit, & in terræ ſpecu, panis non ſemel, ſed quotidie naſcitur vnde quod de cælo naſcitur, in ſepulchro eſt, quo ſcatere deberent vermes reperitur: cui hoc tam inſigne miraculum eſt tribuendum? ſane puritati virginali, quod in loco fœtoris germinare facit panem cæleſtem. verba eit. Cardin. ſubijcio, iam illod qois non dignè miretur quod in ſepulchro eius manna reperitur, & in terræ ſpecu panis cæli non ſemel, ſed quotidie naſcitur? de manna quippe, ſaluo altiori myſterio, ſcriptum eſt. Panem de cælo dediſti eis, Domine habentem omne delectamentum. veniant igitur omnes nationes gentium, & obſtupeſcant miraculum omnibus vbique ſæculis inauditum; veniant, inquam, & admirantes aſpiciant, quia in ſepulchro quod proculdubio domus eſt vermium, panis naſcitur Angelorum; adeovt cum Propheta in magni muneris admiratione pronunciet, quod Iſraelitico populo manna Deus conceſſit in cibum dicens: panem cæli dedi eis, panem Angelorum manducauit homo: quod illis tunc mittebatur è cælo, nunc ſcaturire conſpicitur è ſepulchro. ſi enim magnum in terra miraculum manna non eſſet, nequaquam Moyſi Dominus ſeruari per ſæcula illud præcepiſſet; imple, inquit, Gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro generationes, vt nouerint panem quo alui eos in ſolitudine, quando eduxi eos de terra Ægypti. ecce quid meretur pudicitia virginalis. ecce quantæ magnitudinis eſt inuiolatæ carnis integritas. videte fratres mei, conſiderate, perpendite quid deliciarum, incorruptio carnis habet in cælo, ſi cibum cæli germinat in ſepulchro? quantis illic honoribus ſublimatur beata virginitas, vbi nimirum ſola eſt gloria, ſi & in loco fœtoris, atque putredinis tam mirabiliter eſt glorioſa.

Petrus Damian.

A ſæculi amore diuiſus, quæ ſuauiſſima non ſentiet animus?

222. *Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis*, vbinam? in eremo cum Ægypto vale dixiſſent, cur vt aliquomodo recrearentur, Deus, cũ morarentur, in Ægypto, manna non immiſit? cur ſolum cum ab Ægypto ſeparati ſunt huius panis dulcedinẽ experiuntur? quia à ſæculi amore diuiſus; ad quæcumq; ſuauiſſima ſentiẽda idoneus reperitur, ſic Noſter Cardin. Vital. in ſuo Morali S. Scripturæ ſpeculo tit. de Charitate. *Nutriti ſunt filij Iſrael manna diuiſi ab Ægypto, cuius ſapor erat quaſi ſimila cum melle, deſignans puritatem intellectus, & dulcedinẽ affectus, quam in ſe experitur animus à ſæculo diuiſus.*

Cardin. Vitalis.

Terram Promiſſionis ingredientibus, etiam quæ huius ſæculi ſuauiſſima deficiunt, & meliora conſequuntur.

223. *Filij Iſrael comederunt Man quadraginta annis*, comedant ſemper cum ſit panis de cælo ſuauiſſimus, non hoc eximio Dei dono priuentur, quod enim alimentum ei poteſt comparari, cum manna omne delectamentum, & omnem ſaporum contineat varietatem? imo eis deficiat, cum enim ingreſſi ſunt terram promiſſionis, qua adumbratur vera viuentium terra, quid pane de cælo miſſo indigent? ingredientibus enim promiſſionis terram, etiam quę huius ſæculi ſuauiſſima deficiunt, meliora conſecutis, accipe Petrum Rigam in ſuo de auroca libro.

Iudæos panis cibus ille decem quater annis,
Donec terra fluens melle paratur eis.
Sic vetus, & noua lex te debent paſcere, donec
Detur terra fluens, Nectare, melle, fauis.

Deinde concludit dicens referens quibus in cælo donemur.

Petrus Riga.

Sic victu, ſic veſtitu non eſt opus illi
Qui recipit cælum, fiet vtique Deus.

SYNOPSIS CAPITIS XVII.

Iſraëlitæ veniunt in Raphidim, quibus murmurantibus ob aquæ penuriam in deſerto largitur Deus aquam de petra: Amalecitæ Hebræos adoriuntur pugna, ſed pugnante Ioſuë, & orante, manuſque Moyſe extendente in monte, ſuperantur, pro victoria contra ipſos obtenta, altare ædificatur.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

Vlg. Igitur profecta omnis A multitudo filiorum Iſraël de deſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonem Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo.

Sept. Et promonit omnis Synagoga filiorum Iſraël ex deſerto Sin, ſecundum caſtra ſua, per verbum Domini.

Cald Et profecta eſt omnis congregatio filiorum Iſraël ex deſerto Sin, per profectiones iuxta verbum Domini.

Pag. Et profecti ſunt omnis cœtus filiorum Iſrael ex deſerto Sin, per profectiones ſuas ad ſermonem Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim.

Arias. Profecti ſunt per profectiones ſuas ſuper ore Domini.

Oleaſt. Iuxta os Domini.

CONCORDIA.

PEr manſiones ſuas Hebraicè eſt למסעיהם lemashehem, quam dictionem verterunt Arias, & Cald. per profectiones ſuas, & dictio eſt Maſche in plurali, à verbo Mazaha deſcendens, quod pergere, proficiſci ſignificat: explicatius tamen vtriſque Septuaginta κατὰ παρεμ- B βολὰς αὐτῶν, ſecundum caſtra ſua, alij reddiderunt ex Hebræo אל פי יהוה al phi Iehoua, ſuper os Domini, vel iuxta os Domini, ſed bene Vulg. iuxta ſermones Domini, namos non niſi ſermonem aliquem ſignificat.

EXPOSITIO.

IGitur *profecta omnis multitudo filiorum Iſrael,* non ſolum filij ſcilicet qui erant de ſtirpe Iacob, ſed Ægyptiorum etiam vulgus promiſcuum atque innumerabile, *à deſerto,* non quod ſtatim hoc deſertum egreſſi ſunt, ſed quia exire cœperunt ſequuntur enim in eodem deſerto adhuc duæ manſiones Daphea, & Aſns, præter Raphidim, quæquidem ſolum generali nomine manſionum perſtringuntur, quod in eis nihil memorabile contigerit, *per manſiones ſuas,* per terminos itinerum, ſiue ſtationes quæ C in deſerto in vniuerſum fuerunt 42. eæq; omnes ordine recenſentur Numer. 33. nam alioqui in tota Exodo, tantum numerantur manſiones 15. Moſi enim non fuit animus in hiſtoria ſua, omnes enumerare, ſed eas tantum quæ aliquo caſu, vel re geſta fuerunt memorabiles, *Iuxta ſermonem Domini,* Nomine ſermonis, omne ſignum comprehenditur quo Deus omnem ſuam voluntatem manifeſtat, manſiones enim & profectiones Hebræorum, non tam verbo quam columnæ ductu à Deo deducebantur; *Caſtrametat*

ſunt in Raphidim, fuit hæc maoſio non procul A à monte Horeb vel Sinai, vt patet ex verſibus ſequentibus, *vbi non erat aqua ad bibendum populo*, probabile eſt etiam alijs locis in Daphca & Alus aquam defuiſſe, ſed eis ſuffeciſſe aquas vaſis, lagenis & bydrijs deportatas, ob locorum vicinitatem, additor vox *populo*, vt intelligamus generalem fuiſſe ſitim neque iumentorum ſolum, ſed hominum.

CONCEPTVS.

Ne credas tibi omnia proſpera fore, licet in vijs Domini ſemper ambulaueris.

1. *Profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, iuxta ſermonem Domini,* Sept. *per verbum Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim*, ens ibi fontes amœniſſimos repererũt aquis dulciſſimis ſcaturientes? Imo nec amœnis, non enim erat aqua ad bibendum, inquit textus, oonpe B caſtrametati ſunt iuxta ſermonem Domini; nequidem enim pedem mouerunt vniuerſi niſi ad imperiũ Domioi, quod patet ex vltimo Exod. & Num. vbi Hebræi ad imperium Domini, vel vt Hebraicè eſt, ad os Domini profecti dicuntur; quomodo ergo ſi ex mandato Domini in Raphidim peruenerunt, negantur his fontes? ſiti penè emoriuntur? vt tibi compertum ſit, quod licet in vijs Domini ambulaueris, præceptum eius cuſtodieris, non omnia fore tibi proſpera, nullum incommodum habiturum: falleris, ſi io hac ſis ſententia, nam licet ſis iuſtiſſimus, non eris immunis à calamitatibus huius ſæculi, imo non leuibus premeris ærumnis, felleas ſenties tribulatiooes; bene Oleaſter: *Sunt multi iuſti & ſancti in vijs Domini ambulantes, qui ſcandalum patiuntur, cum aliquid ſiniſtri eis* C *acciderit, arbitrantes cunctu ſibi ad votum ventura poſtquam praecepta Domini ſequi cœperint, quod non ſemper accidere locus iſte demonſtrat, cum iſtò ad ſermonem Domini profecti ſunt, & nihilominus aduerſa multa in via paſſi ſunt: ſic in libro Iudicum vndecim tribus, ex Imperio Domini aduerſus Beniamitas bellum ſuſcepiſſe coſque bis aut ter hoſtibus ſuccubuiſſe notum, vt cum Domino famulari cœperis pares, animam tuam ad tentationem.*

Oleaſter.

Ne in nobis memoria beneficiorum Dei pereat, varijs premimur ærumnis, vt ad eum recurramus.

2. *Profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, iuxta ſermonẽ Domini caſtrametati ſunt in Raphidim*, ſiti tam ex ardoribus, quam ex aquarum penuria laborantes: an aquam, qua D temperaretur eorum ſitis inuenerunt? nequaquam, cur ô Deus electi tui populi amator & gubernator ſpecialis, in locum deduxiſti fontibus, riuulis, lacubus, imo omni aqua carentem? nonne tibi compertum penuria laboraturum? quis ſtrenuus dux exercitus, eum deduceret ad locum vbi fame vel ſiti laboraret? cur ergo Deus alio modo ſe habet erga populum ſuum à quo omne noxium vel ſiniſtrum remouere poteſt? non eſt dubium quin ingratiſſimus hic populus Iſraël beneficia obliuione ſepeliret: ne mireris ergo ſi eum varijs exerceat ærumnis, pluribus obnoxium reddat calamitatibus, ne omnino periret in eo ſuorum memoria beneficiorum, ſed ad eum tanquam benefactorẽ ſuum recurreret. non diſſentit Noſter Lyranus qui poſtquam difficultatem hanc propoſuit, quare Dominus edoxit eos per talem viam, vbi paterentur tot defectus cibi & potus, ſic eam ſoluit, *Dicendum, quod hoc fuit vt ex frequenti neceſſitate oporteret eos recurrere ad Dominum, & ſic ſub timore Domini retinerentur.* ſed expreſſius Abulenſ. *Hebræi erant valde obliuioſi beneficiorum, quantumcumque eis beneficia* B *conferrentur, immediatè obliuiſcebantur Dei benefactoris ſui, nec ei aliquas gratiarum actiones corde aut ore ſoluebant: patet hoc in proceſſu iſtius libri, 11. num. & maximè in libro Iudicum, ſcilicet cum quietem haberent, conuertebantur ad Idola: dabat ergo eis Deus aliquos perſequentes hoſtes, aut tribulationes, & ſic vexatione dãte intellectum clamabant ad Dominum, ſic patet Pſal 77 cum diceretur cum occideret eos quærebant eum & reuertebantur diluculo, & veniebant ad eum. volens ergo Deus vt Hebræi cognoſcerent eum vt Deum & Dominũ, affligebat eos vt à nullo alio ſalutem aut remedium habere valentes, ad eum neceſſario conuerterentur, confitentes mirabilia eius.*

Noſter Lyrano. Abulenſ. Pſal. 77.

Tribulationibus, plures qui cenſebantur iuſti, conuincuntur imperfectiſſimi.

3. *Profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, iuxta ſermonẽ Domini caſtrametati ſunt in Raphidim*, vbi, qua eorum ſitis aliquo modo temperaretur, aquam non inuenerunt. Cur in Raphidim maluit conſiſtere, vbi intolerabili ſiti cruciarentur? quid? an dimidiata ſunt illius beneficia? panem de cælo eis præbet, & aquam de terra negat. dices cũ aliquibus manna eis fuiſſe loco panis & potus, ſed textus ait, non erat aqua ad bibendum populo, propter cuius penuriam, ferè lapidibus obruerunt Moyſem: ſignum eſt ergo Manna non ei potum præbuiſſe, aliàs non de alia aqua ita ſollicitus fuiſſet populus. Cur ergo tanto aquarum defectu laborat, & laborans iurgatus eſt, contra Moyſem? Aduerte præ alijs perfectum ſe exiſtimaſſe: ſed oune tribulatione nempè aquarum penuria exercetur, vt conuincatur ſuæ in ferendis ærumnis impatientiæ, & maximæ imperfectionis. Ita cit. Epiſcopus. *erant infirmi valde & imperfecti, ſuperbia tamen eleuati putabant ſe eſſe magnos viros ſanctos, vt patet Num. 16. cum dixit Core ad Moyſem, ſufficiat vobis quod omnis multitudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus, cur eleuamini ſuper populum Domini? vt ergo iſti viliſſimi cognoſcerent ſe eſſe viliſſimos in ſufferentia tribulationum, quia virtus in infirmitatibus perficitur, vt patet 2. ad Corinth. 12. Vel ſaltem ſi ipſi ſenũ cognoſcerent obdurati excæcatique prauitate cordis ſui nequam, alij cognoſcerent eos eſſe viles, ſicut & nos nunc videntes & legentes ea quæ Deus eis fecerit, & ea quæ ipſi pro tantis beneficijs tribuerint eos hominum abiectiſſimos, atque infœliciſſimos fuiſſe certiſſime videamus.*

Toſtatus. Num. 16.

Ærumna

Ærumna temporalis non ſentitur à viris iuſtis, vbi apparet iudicium Dei.

4. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin iuxta ſermonẽ Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim.* vbi nulla inuenta aqua iurgati ſunt contra Moyſem, illius penuriam impatientiſſimè ferentes. & licet ſiccitas loci, & aquarum defectus, omnibus eſſet æqualis tam popularibus quam Moyſi & Aaron, non tamen Moyſes, nec Aaron ſentiebant ſiccitatis damna, pro quibus nec verba faciunt, nec Deũ deprecantur: quid hoc eſt quod tot hominum millibus penuriam aquarum ſentiẽtibus, Moyſes & Aaron quaſi in medijs fontibus eſſent nec leuiſſimè conqueruntur? nonne teſte S. Hieron. Raphidim, ſanitas iudicij interpretatur? quid mirum igitur ſi cum in Raphidim peruenerint iuſti Moyſes & Aaron non ſenſerint ſitim intolerabilem, nullum impatientiæ dederint ſignum, nec ſunt ad penuriam aquæ conqueſti? quia ærumna temporalis non ſentitur à viris iuſtitiæ, vbi iudicium apparet, vbi iudicij vmbram agnouerint, qui autem illud non attendunt (quales erant alij populares) minima ſiti laborantes, illico murmurant, illico conqueruntur. Hieron.

Multifariam Deus ſuis loquitur.

5. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, iuxta ſermonem* Domini. quandonam præcepit hoc Dominus non inuenio, quandonam locutus eſt eis vt proficiſcerentur de deſerto, & caſtrametarentur in Raphidim? dices per motum columnæ locutum fuiſſe, an columna inanimata loquitur? per eam Deus loquitur, multifariam enim multiſque modis olim locutus eſt Deus, *Modus loquendi in propoſito* (ait Cajet.) *erat ipſe motus columnæ: per quietem enim columnæ dicebat* Deus *populo vt quieſcerent, per motum autem & iter columnæ, dicebat vt mouerentur, & ſequerentur columnam.* Cajet.

In hoc ſæculo ita viuere debes, quaſi ſemper pugnaturus eſſes.

6. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin per manſiones ſuas*, Sept. *ſecundum caſtra ſua.* quid? nonne iam liberi à perſequentibus Ægyptijs? an in deſerto obuios ſibi habere hoſtes formidant? cur ergo inſtar caſtrorum procedunt? nonne in deſerto Iſraelitæ?

A quid miraris ergo ſi tanquam milites & more caſtrorum incedunt? quia vt bene Orig. hom. 11. in Exod. *Quia omnis qui piè vult viuere in Chriſto perſecutiones patitur & ab hoſtibus impugnatur, agens iter vitæ huius ſemper debet eſſe armatus; ſtare ſemper in caſtris tu ergo ſic ſemper vigiles vt ſemper armatus ſis, & ſcias te in caſtris Domini eſſe: obſerua illud mandatum, quia nemo Deo militans implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat, cui ſe probauit, quãquam ſi ita milites vt à rebus ſæcularibus ſis liber, & in caſtris Domini agas excubias de te dicetur, quia per verbum Domini exeas de deſerto Sin, & venias in Raphidim.* Origen.

B *Qui tentationi non ſuccumbit, iudicium Dei ſanus euadet.*

7. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael, de deſerto Sin per manſiones ſuas*, Sept. *ſecundum caſtra ſua, in Raphidim*, quid eſt quod de Sin perueniunt in Raphidim? caret ne myſterio è Sin caſtrametatos in Raphidim? quid denotat Sin? tentationem, quid Raphidim? iudicij ſanitatem; & merito, qui enim tentationi non ſuccubuerit, ſed tanquam ſtrenuus miles eam ſuperauerit, iudicium Dei ſanus euadet. S. Auguſt. ſerm. 93. de Temp. *Sin tentatio interpretatur, Raphidim vero ſanitas iudicij, qui bene exijt de tentatione, & quem tentatio probabilẽ reddit, iſte venit ad ſanitatem iudicij, in die enim iudicij ſanus erit, & ſanitas cum eo erit, qui in tentatione non fuerit vulneratus, ſicut & in Apoc. ſcriptum eſt, qui autem vicerit, dabo ei de ligno* C *vitæ quod eſt in paradiſo Dei mei: venit ergo ad ſanitatem iudicij qui diſpoſuit ſermones ſuos in iudicio.* S. Auguſt.

Vbi experti ſumus Dei præſentiam in beneficijs ſuis, nihil nobis difficile.

8. *Profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin per manſiones ſuas*, Neſcio cur poſita eſt illa particula coniunctiua, *&*, nam nonne eſt inſolitum ab illa capitis exordium duci? ſatis enim erat dixiſſe, profecta eſt omnis multitudo filiorum Iſrael. Sed ne ſuperfluere hanc particulam, *&*, aſſeras imo emphaticam eſſe huncque ſenſum habere, igitur cùm tam clarè experti eſſent Dei præſentiam, in mannæ exhi- D bitione, læti profecti ſunt, nihil amplius ſolliciti propter horrorem ſolitudinis, nihil enim nobis timoris eſt, cum Deum nobis fuiſſe præſentem ſingulari aliquo beneficio ſumus experti.

VARIET. LECT. Verſ. 2.

Vulg. Qui iurgatus contra Moyſem ait, da nobis aquam vt bibamus; quibus reſpondit Moyſes, quid iurgamini contra me? quid tentatis Dominum?

Sept. Et maledicebat populus ad Moyſem dicentes, & dixit eis Moyſes, quid maledicitis mihi? & quid tentatis Dominum?

Cald. Et obiurgatus eſt populus.

Oleaſt. Et litigauit contra Moyſem, & dixit, quid litigatis?

Pagninus. Date nobis aquas, & bibamus.

CONCORDIA.

Verbum ריב Rub, eſt litigare, contendere, diſceptare, iurgari. Septuaginta autem habent aliquid amplius, nempe καὶ ἐλοιδορεῖτο, maledixit, ſiue conuitiatus eſt,

plus enim eſt maledicere, & conuiciari, quam iurgari, & pertinet propriè ad exprobrationes & conuitia, quæ probabile eſt, plebem animi A impotem, & iracundam aduerſus Moyſem effudiſſe, in Hebræo eſt תן data tu ſcilicet Moyſes & Aaron.

EXPOSITIO.

QVi iurgatus eſt contra Moyſem, iurgari hoc loco eſt aliquem impugnare, & reprehendere, *da nobis aquam vt bibamus*, quia licet vtrumque alloquerentur, tamen præcipuè cum Moyſe erat ſermo; *quid iurgamini contra me?* quaſi author eſſem aquarum penuriæ, *cur tentatis Dominum?* tentare hoc loco eſt velle, aut petere aliquid cum aliqua diffidentia, cum oporteret eos ex præteritis certos eſſe, Deum illos non eſſe deſerturum, cum neceſſitas vrgeret: tentationẽ autem hanc ſatis ipſe textus infert, qualis fuerit oſtendit, cum ex ore eorum referat, eſtne Dominus in nobis, an non? alij dicunt tentare, hic idem eſſe ac Deum ad iram prouocare.

CONCEPTVS.

Prælati ex indomitis ſubditis nihil referunt, niſi conuitia & maledictiones.

9. *Qui iurgatus contra Moyſem ait, da nobis aquam ad bibendum*, Septuag. *& maledicebat populus*, quid hoc eſt? nonne innumera conſecutus eſt ille populus à Moyſe beneficia? quis eum à ſeruitute liberauit? quis ſiccis veſtigijs per mare deduxit? quis panem pro eo cæleſtem obtinuit? quomodo ergo cum immortales ei teneretur gratias reddere, cũ eo iurgatur & ei maledicit & conuitiatur? quia Principes & Prælati ex indomitis ſubditis nihil referunt niſi conuitia & maledictiones, *Ecce quid lucri* (inquit
Oleaſt. Oleaſt.) *ſancti habẽt qui indomitam plebem gubernans, cauſaſque illorum apud Deum promouent, cum enim in Dominum ſæuire non poſſint neque audeant, quoniam vltorem timent, in duces conuertuntur.*

Ingratus quanto plura accipit beneficia, eo fit peior.

10. *Qui iurgatus contra Moyſem ait, da nobis aquam ad bibendum?* Sept. *& maledicebat.* in memoriam reuocate præterita, an conſtitutis in imminenti periculo vobis defuit Dei auxilium? an è memoria excidit, quod cum à vobis repertæ eſſent aquæ amaræ, ligni iniectione in dulces verſæ fuerint? nonne quotidie experimini, panem de cælo deſcendentem melleum, imo omne delectamentum in ſe habentem? & eum miſiſſe Dominum, cum ciborum penuria laboraretis? cur ergo ad iurgandum mouemini? cur maledicitis, atque conuitijs veſtrum benefactorem appetitis? ne mireris, ingratiſſimus erat populus, & ideo quo plura accipiebat beneficia, ex animi malitia peior red-
Lippom. debatur, meus eſt Lippom. *Quanto plura beneficia capiunt inertes, tanto magis murmurant ingrati, exemplar perpetuum ingratitudinis præbent Iudæorum patres.*

Neſcit vnum ingratus ſolum committere delictum, ſed multa accumulat.

11. *Qui iurgatus contra Moyſem ait, da nobis aquam ad bibendum* Sept. *& maledicebat*, quod quidem, vt vidimus in concordia, aliquid addit, ſupra iurgari; an ſolum in Moyſem deliquit? nequaquam, imo & Dominum tentauit, non-B ne ſatis erat hominem innocentem maledictis appetijſſe? cum eo verbis iniurioſis contendiſſet, cur ergo de Dei omnipotentia dubitat poſt tot beneficiorum ab eo acceptorum experimentum? quia neſcit ingratus ſolum in vno ſiſtere delicto, ſed in plura prolabitur. conſentit Cor lin. Caiet.
Caiet. *Duo mala commiſit hic populus, alterum iurgij aduerſus Moyſem, alterum tentationis aduerſus Dominum, dicendo, eſt ne Deus in nobis an non? & propterea Moyſes hæc audiens arguit eos, cur tentatis ſummũ Deum? verè enim tentabat Deum vertendo in dubium, propter penuriam aquæ vtrum Deus eſſet gubernator eorum.*

Manſuetudo in Prælatis ſit ſeueritati attemperata.

Qui iurgatus eſt contra Moyſem, Septuag. *& maledicebat*, an ingratos eos appellat? an immemores beneficiorum eos nuncupat? an indi- 12.
C gnos quocumque dono cœleſti dicit? nequaquam, ſed patientiſſimè, quæcumque conuitia tolerat: at nonne eos obiurgat? nõne acriter increpat dicens Deum benefactorẽ ſuum immerito tentare? ita equidem, vt manſuetudinem ſeueritati coniungeret. *Manſuetudo Moyſi neceſſaria* (inquit Epiſcop. Meton.) *Prælatis Ec-* Epiſcop. Meton.
cleſiæ docetur, vt ſit ſine intermiſſione parata, non ſine commoda ſeueritate, qua & nunc alloquitur murmuratores dicens, cur Dominum tentatis, cur exaſperatis & irritatis, experiri volentes eius potentiam, ſi potum quoque ſuppeditare poſſit in eremo, ſicut panem & carnes?

D *Imperiti credunt Prælatos & Principes teneri etiam ad impoſſibile pro eorum conſeruatione.*

Qui iurgatus eſt contra Moyſem, & ait, da nobis aquam vt bibamus. Si in ſua poteſtate ſi- 13.
tum eſſet vobis aquas præbere, in veſtræ ſitis leuamen, nemini dubium, quin abundantiſſimè tribueret: ſed cum loci ariditas ſit, & ſolum Dei omnipotentiam ſpectet, ſicut & panem in ſolitudine, ita & aquam præſtare, cur iurgia concitatis? cur in Moyſem inſurgitis, nonne à Deo ſuper eos dux & gubernator erat conſtitutus? quid mirum ergo, ſi ab eo aquam poſtulent? imperiti enim credunt Prælatos & Principes teneri etiam ad

impoſſibile, pro eorum conſeruatione: *Conten-*
A' u :af. *debat populus contra Moyſem*, inquit Abul. *tan-*
quam ſi totam curam gereret eorum, ideoque tenere-
tur in omnibus penurijs ſuccurrere, & verum eſt
quod Deus totius multitudinis Moyſi curam impo-
ſuiſſet, hoc tamen dato quod tota populi cura Moy-
ſi incumberet, non tenebatur ipſe ad hoc, quia nul-
lus tenetur vltra poſſibilitatem, erat autem ſimpli-
citer impoſſibile, quod ipſe daret eis aquam defi-
cientem, aut cibum cum potentia diuina ſint, ideo
non iuſtè iurgabantur illi contra Moyſem & Aa-
ron, petentes aquam.

Ita aliquando homines impij, vt licet pluries diuinam experti ſint omnipotentiam, de ea dubitent.

14. *Qui iurgatus eſt contra Moyſem, & ait, da no-*
bis aquam, vt bibamus, ſed eos arguit Moyſes,
& increpat, dicens, cur tentatis Dominum? ten-
tare hîc eſt velle experimentum ſumere, an
potens ſit Deus in loco inaquoſo aquam præ-
bere: quid? nonne panem de cælo omne dele-
ctamentum in ſe habentem vobis in deſerto
præſtitit? nonne inauditum ab omnibus ſæcu-
lis miraculum operatus eſt cum vos ex Ægy-
pto per mare ſiccis veſtigijs deduxit? cur ergo
adhuc ab eo ſumere vultis experimentum? quia
aliquando homines ita impij, vt licet pluries
diuinam ſint experti omnipotentiam, de ea ta-
Hugo men adhuc dubitant. *Reuera* (inquit Hugo Ca-
Carenſ. rens.) *tentabant Dominum, quia volebant probare*
vtrum Dominus haberet potentiam, potando eos in
deſerto arido & inaquoſo.

Præſumunt aliqui de ſuis meritis miracula obtinere.

15. *Qui iurgatus eſt contra Moyſem, & ait, da nobis*
aquam, An ita inurbanus vt nullis præmiſſis
precibus, aquã miraculosè tibi dari voluiſti? da
nobis, inquit, cur non ais rogo vt Deum depre-
ceris pro aqua conſequenda? Nam nimia vr-
geor penuria & ſiti: neſcit præſumptuoſus hu-
militer quempiam deprecari, vt ſuæ fiat ſatis
neceſſitati; quodlibet enim miraculum ſuis me-
ritis debitum arbitratur, conſentit cit. Card.

A *Vel tentabant Dominum non diffidentes de Dei po-*
tentia, ſed voluerunt probare, ſi tanti eſſent meriti
quod Dominus eis daret aquam miraculoſam.

Non cum contentione & iurgio aliquid petendum, ſed cum humilitate.

Qui iurgatus eſt contra Moyſem, Septuag. 16.
Maledicebat, & ait, da nobis aquam vt biba-
mus, an vt aliquid conſequaris iniuriis laceſſere
debes? quis talem modum deprecandi audi-
uit? ei maledicere, à quo ſperas aliquid con-
ſecuturum? nonne ſumma animi demiſſione,
malorum noſtrorum remedium petere debe-
mus? Ita ſane, ſed ſuperbus & arrogans iniu-
riis, & contentione quidlibet extorquere præ-
B ſumit. ſenſus eſt Cajet. *Debebant viſis tot mira-* Cajet.
culis, humiliter & confidenter recurrere ad Deum
ſupplicibus precibus, vt daret eis aquam, ſed omnia
peruertentes, ſuperbe eam exigunt cum opprobriis
& maledictis.

Hiſtoriographus ſine perſonarum acceptione omnia aperiat.

Iurgatus contra Moyſem ait, da nobis aquam 17.
vt bibamus, Septuag. *Maledicebat populus*,
nonne plures Iſraelitarum ex tribu tua, & tibi
ſanguine coniuncti? nonne omnes ab eodem
Abraham, Iſaac & Iacob, progenitoribus tuis
originem trahunt? cur ergo eorum ingratitu-
dinem, perfidiam, diffidentiam, maledicta,
erga benefactorem in medium adducis? cur
obliuione non ſepeliuntur, ne poſteritas illa
C habens comperta, eos vilipendat & arguat?
non obuoluit ſilentio, quia hiſtoriographus ſi-
ne perſonarum acceptione omnia poſteritati
debet tranſcribere, virtutes vt earum ſit imi-
tatrix, vitia, vt ea fugiat. non ab hoc ſenſu alie- Noſter
nus noſter Ferus, *Caterum cum alii tantum de ſua* Ferus.
gente ſcribant quæ honorifica ſunt, quæ autem
dedecoroſa occultant, Moyſes diligentiſſime pec-
cata ſui populi deſcribit, non ex inuidia, ſed vt
magnificaret gratiam Dei, *ſuperbiamque Iudæo-*
rum retunderet, qui gloriari poſſent quod pro ſuis
meritis, tanta receperint beneficia, nam magnifi-
centiam & honorem nedum non promouerunt, ſed
cum confuſione & opprobrio dignos ſe fecerunt.

VARIET. LECT. Verſ. 3. & 4.

V*Ulg.* Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſem dicens, cur feciſti nos exire de Ægypto, vt occideres nos, ac liberos noſtros, & iumenta noſtra?

Sep. Vt quid hoc aſcendere feciſti nos ex Ægypto?

Pag. Sitiuit populus pro aquis, vt quid aſcendere me feciſti de Ægypto, vt interficeres me, liberoſque meos & pecora mea?

Oleaſt. Quare hoc? *Arias.* Ad quid iſtud?

Orig. Sitiuit, populus aquam.

Vulg. Clamauit autem ad Dominum dicens, quid faciam populo huic? adhuc paululum & lapidabit me.

Caiet. Orauitque Moyſes coram Domino.

CONCORDIA.

HÆbraice eſt לַמַּיִם Lamaim propter aquã vel pro aqua, ſed recte expreſſit vulg. vim Hebraicæ dictionis, cum ait præ aquę penuria, cur feciſti nos exire de Ægypto? iuxta Hebræum legitur זֶה הֶעֱלִיתָנוּ Ze hehilitanu ſic aſcendere feciſti nos, ſed vtrobique ibidẽ ſenſus.

EXPOSITIO.

SItinit ergo populus præ aquæ penuria, licet enim manna humidæ eſſet naturæ, non tamen ſic vt ad ſitim extinguendam ſufficeret, quam non ſolum homines, ſed & pecora præ aquæ penuria patiebantur: licet ex aqua quæ exliquefacto manna percurreret, forte non parum pecoribus conſultum eſſet, verũ quia mellei ſaporis guſtui iniucunda erat: *& murmurauit contra Moyſem populus*, murmurationi aſſuetus dixit, *cur feciſtinos exire de Ægypto vt occideres nos?* particula, *vt*, dupliciter ſtare poteſt, primo vt ſignificet cauſam finalem, & alio modo conſecutionis, non eſt credibile tantæ malitiæ fuiſſe, vt crederent eo fine illos eduxiſſe ex Ægypto, vt interficeret. ſecundus ſenſus ſuæ A conditioni cõueniens, crediderunt enim putaſſe Moyſem & Aaron tantæ imprudentiæ fuiſſe, vt non præuiſis neceſſitatibus, eos in deſertum deduxerint, quibus oppreſſi neceſſe erat eos perire miſere. *Clamauit Moyſes ad Dominum*, non tam ſui quam populi cauſa, *dicens quid faciam populo huic?* non enim poſſum ſitientis populi ſatisfacere deſiderijs, *adhuc paululum & lapidabit me*, quaſi dicat, ſi res paulo magis proceſſerit, parum abeſt quin lapidibus me obruat: hoc vero non metu mortis dixit, ſed magis ex zelo diuini amoris, & populi ſibi commiſſi, ne ſcilicet illo interfecto, à Deo per idololatriam recederet.

CONCEPTVS.

Ingratus pro beneficijs acceptis iurgia & murmurationes rependit.

18. *Sitinit populus præ aqua penuria, & murmurauit contra Moyſem*, cur contra Moyſem? nonne ab eo eximia accepit beneficia? quis ſe pro eius libertate habenda maioribus obiecit periculis, quam Moyſes? quis diuiſit mare rubrum vt incolumis, perſequentem Ægyptium euaderet? quomodo ergo non dicitur ſolum quod murmurauit populus, non addito quod hoc murmur fuerit contra Moyſem? non ineptè additum, vt ſciremus ingratum pro eximijs acceptis beneficijs, iurgia & murmurationes rependere, quod paucis comprehendit Abbas Tuiceuſ. (Rupert.) *vbique murmurationes ac iurgia, & beneficia Dei ſponte venientia nulla præueniunt merita.*

Qui ſciunt condonare, maximo apud Deum habentur in pretio.

19. *Sitinit populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſem*, Imo ei, vt vidimus ex Sept. lectione, *maledicebat*, quid tunc Moyſes iniurijs laceſſitus? clamauit ad Dominum. Cald. orauit Moyſes corã Domino, dicens quid faciã populo? hinc conſulamus Ieremiam c. 7. cui Dominus, non aſſumas laudem & orationem pro eis, ſi Moyſes & Samuel: ſteterint coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum, quomodo cum tot præceſſerint viri in ſanctitate inſignes, tum Moyſem, tùm Samuelem, quomodo ſolum vtriuſque huius viri fit ſpecialis mentio à Deo? quomodo eos nominat præ alijs? nonne D vterque pro inimicis deprecatus eſt Dominum? quid mirum igitur ſi vterque ſciat condonare, quod tãto apud Dominum habeatur in pretio? hanc veritatem authoritate ſua confirmat S. (S. Greg. Mag.) Greg. Mag. in Homilijs homil. 27. *Cum Iudæa ſui conditoris iuſtitiã culpis exigẽtibus offendiſſet, Prophetam ſuum ab oratione Dominus prohibet dicens, non aſſumas laudem & orationem pro eis, ſi Moyſes & Samuel non ſteterint coram me non eſt anima mea ad populum iſtum: quid eſt quod intermiſſis velatisque tot patribus, ſoli Moyſes & Samuel ad medium deducuntur? quorum mira obtinẽdi virtus oſtenditur, dum nec ipſi poſſe intercedere dicuntur: ac ſi apertè dicat nec illos audio, quos propter magnum ſuæ petitionis meritum, minime contemno: quid ergo eſt quod Moyſes & Samuel* B *cæteris patribus in poſtulatione præferuntur? niſi quod ſi duo tantũmodo in cuncta veteris teſtamenti ſerie etiam pro inimicis ſuis leguntur exoraſſe, vnus à populo lapidibus impetitur, & tamen pro lapidatoribus ſuis Dominum deprecatur: alter ex principatu eijcitur, & tamen petitus vt exoraret, fatetur dicens, abſit à me hoc peccatum in Domino, vt quo minus ceſſẽ orare pro vobis, ſi Moyſes & Samuel ſteterint corã me, non eſt anima mea ad populũ iſtũ, ac ſi aperte dicat, nec illos modo pro amicis audio, quos magnæ virtutis merito orare pro inimicis etiã ſcio.*

Contumeliæ illatæ viro ingenuo, licet ab eo patientiſsime ferantur, ſuper mortem tamen ſunt illi acerbiſsimæ.

C *Sitinit populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſem*, quid tunc? clamat ad Dominũ, quid Deum clamoribus pulſas, nondum quereris ad mortẽ, conuitia ſolũ in te iaciuntur, ſolum tibi detrahitur, olim quæſitus ad mortem, ſolum fugiſti, nullum edens clamorem fugiendo, nec vllam apud Deum proferens querelam: ſi ergo mors imminens, tunc ad Dominum clamare non coëgit, an murmur in te ſolius populi ad clamorem compellit? conſule 20.
Lippom. dicentem, conuitiis laceſſitus, iurgiis impetitus, blaſphemiis deturpatus, quid in tanta afflictione facit? ad Dominum ſuum ſuplex feſtinat: vnde ſequitur, clamauit ad Dominum. ne mireris ergo ſi clamet, audiuit enim vocari ſe fraudulentiſſimum, quod eos eduxerit ex Ægypto vt interficeret cum liberis, & pecoribus: conuitia enim viro ingenuo, illata, præ morte acerbiſſima ſunt. vnde Diuus Cyprian. de paſſione, qui annotans conuitia & blaſphemias, quæ in Chriſtum iactata fuerunt Math. 27. prætereuntes blaſphemabant eum, mouentes capita ſua, vah qui deſtruis templum, & triduo illud reædificas: ſalua temetipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce, ſimiliter & principes &c. quid ad hæc Ieſus? vix talia fantur Iudæi, & Ieſus clamans voce magna, ait: Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me? ecce tibi quod corona ſpinea, quod claui, quod flagella non potuerunt, Iudæorum conuitia faciunt Ieſum clamoroſum, quod inquam annotatus Cyprianus ait, *clauis ſacros pedes terebrantibus, foſſiſque* (S. Cyprian.)

manibus de vulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus non quereris, ſed ſatagis, vt innoteſcat poſteris, quare derelictus à Deo videris, expoſitus contumelijs, & ludibrijs Iudæorum.

Quam diuerſa eſt ſitis iuſtorum, & peccatorum, peccatores omnia mundana, iuſti cæleſtia ſitiunt.

21. *Sitiuit populus præ aquæ penuria* Orig. ſitiuit populus aquam, addidit, nonne ſatis erat dixiſſe quod ſitierit? nam cum antea petierit aquam vt biberet, certum nihil aliud ſitijſſe? ſuperfluè ergo videtur additum quod aquam ſitierit: ſed quid Moyſes ſitiebat? an aquam? non legimus, quid ergo? ſanè Dominum, ad Deum enim clamauit: B quomodo populus ſolum aquam ſitiebat, Moyſes autem ſolum Dominum? ſi per aquam, mundana intelligantur, ne mireris illius ſitim habuiſſe populum, diuerſa enim eſt iuſtorum & peccatorum ſitis; peccatores enim omnia mundana, iuſti autem cæleſtia ſitiunt.

Origen. Mens eſt Orig. homil. 11. *Videtur* (ait) *ex ſuperfluo dictum quod dixit, quia aquam ſitierit populus, ſic enim habet antiqua tranſlatio, ſuffecerat enim dicere quia ſitijt: quid opus fuit addere aquam ſitiet? non eſt ſuperflua adiectio, ſicut enim diuerſæ ſites & vnuſquiſque habet propriam ſitim, ſitiunt iuſti, ſitiunt peccatores, illi iuſtitiam, iſti luxuriam, iuſti ſitiunt Deum, peccatores, ſitiunt aurum: qui ergo beati ſunt ſecundum Verbum Domini eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, & alij nihilominus dicunt,* C *ſitiuit anima mea ad te Deus: qui vero peccatores ſunt patiuntur non ſitim aquæ, neque famem panis, ſed ſitim audiendi Verbum Dei, ideo & ſic addit, quia populus ſitijt aquam, qui debuit Deum ſitire, qui debuit ſitire iuſtitiam.*

Aliquando iuſti compellendi vel quaſi vrgendi, vt pro nobis deprecentur.

22. *Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſem*, obijciens quod eduxerat ex Ægypto vt interficeret illum in deſerto cum liberis: quid tunc Moyſes? clamauit ad Dominum, cur eos verbis prius non deliniuit? cur non eſt pollicitus, quod coram Deo preces funderet pro aqua conſequenda? cur illico ad Dominũ clamauit? clamor enim ille feruentẽ indicat orationem, ſic enim Caldæus, orauit corã D Domino quid mirum cum compulſus fuerit à populo, ſibi calũniante, & detrahente? *Prodeſt enim*, inquit Oleaſt. *nonnũquam ſanctos vrgere, & quaſi cogere, quoniam tunc feruentius orant & facilius impetrant, memento quam piè Sunamitis illa, cuius hiſtoriæ liber Regum meminit ſanctum Eliſæum ad filij ſuſcitationem arctauerit, neque dimiſerit quouſque mortuum filium Propheta precibus recuperauerit: ſic & ſanctus Iacob Angelum ad ſe benedicendũ adſtrinxit, nec dimiſit ante benedictionem, & ſponſa in Cãticis ſe dilectum non dimiſſuram profitetur niſi prius in cubiculum genitricis eum includat.*

Oleaſt.

Sancti Deum perurgent, vt poſtulata concedat.

23. *Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit*, an eorum iniurias propulſat? imo inquit textus, *clamauit ad Dominum*, cur non dicitur quod deprecatus eſt Dominum, non autem A quod clamauerit? tum aliquem clamore pulſemus, cum vrgemus, vt nobis quæ petimus, illico concedat; clamat ergo Moyſes ad Dominum, vt Deum piè vrgeret ad ſubueniendum illico penuriæ aquarum. vnde ſic proſequitur Luſitanus, *Quemadmodum ſancti à nobis vrgentur, ſic & ipſi quaſi Dominum vrgere videntur, vt enim non dimittant niſi prius poſtulata concedat, neque te minus religioſum putes, ſi piè Domino aut ſanctis eius vim facias, non enim de irreligioſitate taxatur Chananæa illa, quæ filiæ ſalutem à Domino extorſiſſe videtur: aut Emoroiſſa quæ ſalutem à profluuio ſanguinis ſuffuratur. Imo te tanto religioſiorem crede, quanto maiorem vim ei feceris, non quidem impiè, ſed plorando: neque puto ſanctum Moyſem tanti ſuam propter ſe lapidationem feciſſe, ſed eam Domino obiectaſſe, vt quod poſtulabat facilius impetraret, vt ſi viſa populi iniquitate negaret, conſiderato periculo quod ſibi à populo imminebat, concederet.* Luſitanus.

Tom. II.

Prælatus non debet ſibi timere, ne offendatur, ſed populo, ne Deum offendat.

Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit, 24.
quid tunc Moyſes laceſſitus iniurijs? clamauit ad Dominum, & quid Deo obiecit? adhuc paululum & lapidabit me. quid ô Moyſes! times lapidibus obrui? vbinam eſt animi illa fortitudo, qua nec regem Pharaonem conuenire timuiſti, imminentia ſibi & toti regno mala minitans? an furẽtes in te Ægyptij tibi timorem vel leuiſſimum incuſſerunt, quomodo ergo obijcis Deo lapidationem, vt poſtulata conſequaris? an ita timidæ es naturæ? non ſibi timet ne lapidibus obruatur, ſed populo, ne Deum grauius offenderet. Cardinal. Hugo. *Nunquid Moyſes timuit lapidari? videtur quod non, quia ita perfectus erat, & perfecta charitas mittit foras timorem, primæ Ioan 4. non dixit hoc ex timore quo timeret ſibi, ſed quia timebat ne populus peccaret.*

Hugo Cardin. 1. Ioan. 4.

Prælatus non ſuam, ſed ſubditi quærat vtilitatem.

Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit, & nihilominus deprecatus eſt Dominum, 25.
cuius rei obtinendæ cauſa? aquæ, vt fieret ſatis populi ſiti. Cur Deum potius non exoras, vt te ab ingratiſſimo & perditiſſimo populo liberet? quis enim pro ſibi detrahente, imo & maledicente preces funderet? ſanè Moyſes verus prælatus, qui non ſuam, ſed ſubditorum ſuorum quærit & ſollicitus vtilitatem. *Prælati*, inquit noſter Vitalis Card. tit. de Prælato, *rectè ſapiunt, ſi non quærunt in ſua prælatione ſuam ſupplendam neceſſitatem, ſed ſubditorum vtilitatem.*

Vitalis Cardin.

Prælatus maledicentibus & percutientibus adamas, diſſidentibus magnes.

Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit, iurgatus eſt, dixit ſuperius, & Septuag. maledicebat, imo hîc addit adhuc paululum & 26.
lapidabit, an impatienter hæc tulit? an triſtitiæ aliquod exhibuit ſignum? an iracundiæ aduerſus eos præbuit argumentum? an huius ingratitudinis ictu fractus eſt eius animus? imo adamantinum fuit cor eius, nõ contritum, non cõminutum, imo integrũ ad iurgia, ad maledicta,

A ad populi lapides perſeuerans, imo & magnetis ſpeciem præ ſe tulit, nam Iſraelitarum ferreas mentes, & indomitas ad ſe attraxit. hoc agnouit S. Gregor. Nazianz. in ſancto Athanaſio quem his verbis celebrat, *Vt in ſumma dicam, egregiam duorum lapidum naturam imitatur, nam & percutientibus adamas efficitur, & diſſidentibus magnes arcana naturæ vi ferrum trahens, ac duriſſimam omnium materiam ſibi adiungens*; verus Præſulis caracter eſt, & in iniuriis, maledictis, perſecutionibus, & in quibuſcumque calamitatibus, in quibuſcumque aduerſis adamãtis duritiem imitari, & ferreas mentes ad ſe velut magnetem trahere. (Gregor. Nazianz.)

Eorum quos diligimus, incommoda ſuſtinere non poſſumus. B

27. *Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit.* Nihilominus Moyſes clamauit ad Dominum, dicens, quid faciam populo huic? quid facies populo murmuranti, iurganti, & maledicenti? ſeueriſſimas ab eo exige pœnas, quod enim ſupplicium non meretur hæc inaudita ingratitudo? imo clamat ad Dominum. nec miror; cum enim in viſceribus charitatis eum diligeret, non poterat eius moleſtias & afflictionem tolerare. doctrina eſt Abul. *Clamauit ad Dominum vt miſereretur populo ſiti pereunti, quia verè eorum miſeriis condolebat, quos amabat in viſceribus charitatis, & pro quorum ſalute libenter mortem ſubiiſſet; vt patet infra cap. 32. cum petit, ſe de libro viuentium deleri niſi dimitteretur peccatum Iſrael.* (Abulenſ.)

Nihil nos remoueat à benefaciendo etiam aduerſariis. C

28. *Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit, clamauit ad Dominũ* Cald. *Orauit coram Domino*, qua de cauſa coram Deo preces fundere decreuiſti? vt populo ſitienti ſubueniat. quid tibi curæ de populo, ſitiat nec ne? an teneris ad impoſſibile? imo nonne tibi maledixit? nonne iam iam paratus eſt te lapidibus obruere? cur ergo hoc adhuc non quacumque oratione, ſed clamoroſa beneficium exigis? quidni? nihil enim nos remouere deberet à benefaciendo aduerſariis, *in nullo retardatur* (inquit noſter Lyran.) *de bono procurando eis propter iniuriam eorum contra ipſum.* (Noſter Lyran.)

Durius vapulat iniuriator, ſi taceat iniuriis affectus. D

29. *Sitiuit populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moyſen,* non ſolum antea dixit iurgatum fuiſſe, ſed etiam maledixiſſe: ſi tibi maledicit populus, cui tot beneficia contuliſti, cur taces? num conſentire videris iis quæ in te refundunt, quod eduxeris eos de Ægypto, vt interficeres cum liberis? ſapientiſſime ſilet Moyſes, his auditis iurgiis, murmuratione & maledictione, ſciebat enim, quod durius vapulat iniuriator, ſi affectus tacet: mens eſt S. Baſil. Mag. homil. de ira, *Quid aduerſario durius eſſe poteſt, quam te animum gerere omnibus contumeliis altiorem? noli tuam peſſum dare mentem, nec ab eo qui te conuitiis petit, & omni iniuria comprehendi patiare: ſine illum fruſtra allatrare, in ſeipſo diſrumpi, ſicut enim ille qui minimè ſentientem aut curãtem verberas, ſeipſum lædit, & incommodo afficit, quod nec inimicum plectere, nec animam iramque exſatiare ſe videat: ſic & is qui contumelia in eum qui nec quicquam dolens vtitur, perturbati animi conſolationem inuenire nullo modo poterit.* deinde ſalubria in hanc rem monita ſuppeditat, quæ ſilentio minimè obuoluenda cenſeo: ſic autem ait, ille maledixit, tu benedicas, ipſe, verberauit, tu patere; expuit, nihilque te exiſtimauit, tu cogita quemadmodum ex terra es, & in terram reuerteris: his namque modis atque rationibus te confirmans longe leuiora, quam reuera ſunt, inuenies tibi aduerſarii facta, iurgiaque. ſic etiam talionem illi ſecurius reddes, oſtendeſque quam ſis contumeliis inuulnerabilis, ac præclaram tibi patientiæ coronam comparabis, dum alterius inſaniam, occaſionem Philoſophiæ ac tuorum feceris meritorum. quamobrem ſi mihi credis, probra contumeliaſque minime curabis: obſcurum te & inglorium vocauit, nulliuſque æſtimationis? terram te ac cinerem eſſe dicas, nec tu melior es Patre noſtro Abraham, qui ſe vocauit ignarum, pauperem, ac ignobilem nominauit tu vermem te dicas, & è ſtercore genus ducere, verba Dauid memorans. his etiam Moyſis decus adde, ille ab Aaron & Maria verbis petitus probroſis, non ad Deum aduerſus illos interpellauit, ſed pro eis orauit: quorum tu, dic mihi, cupis eſſe diſcipulus? beatorum ne hominum & Deo gratorum, an eorum qui ſpiritu referti ſunt maligno? quando enim verborum contumelia tentaris, illud exiſtima, periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas ſeu per iram in aduerſarij partes inclines. (S Baſil. Magnus.)

VARIET. LECT. Verſ. 5. & 6.

V*ulg.* Et ait Dominus ad Moyſen, antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael, & virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua, & vade.

Cald. Tranſi coram populo, *ſic Pagin. ex Hebræo.*

Caiet. Tranſi à faciebus populi, en ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb.

Vulg. Percutieſque petram, & exibit ex ea aqua vt bibat populus, fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael.

Sept. En ego ſto ibi priuſquam tu ſuper petram in Choreb, & fecit autem Moyſes ſic coram filiis Iſrael.

CONCORDIA.

ANtecede populum legit interpres, quamuis Hebraice ſit עבר לפני העם Habor Liphne haham, tranſi coram populo, vel tranſi ante populum, quod eſt idem quod ait vulg. en ego ſtabo? Hebraicè eſt עמד Homed ſto; A ſed præſens, pro futuro vertitur ab interprete noſtro Septuag. qui verterunt, ego ſto ibi priuſquam tu, ſumpſerunt occaſionem huius verſionis ex Hebræo לפניך Laphneta, quod tam verti poteſt ante te, quam coram te.

EXPOSITIO.

ANtecede populum, ſecedens à caſtris, & pergens ad locum petræ, omni timore expulſo, *& ſume tecum de ſenioribus populi*, in teſtes futuri miraculi, *& virgam*, qua percuſſiſti fluuium, *in manu tua*, per fluuium intellige Nilum, cum per fratrem ſuum Aaronem vertit eum in ſanguinem. Dicitur autem hæc percuſſio à Moyſe facta, vtpote, quæ eius imperio & authoritate facta fuerit; *en ego ſtabo ibi coram te*, in columna nubis, quam defigam ſuper petram Choreb, vel adero tibi non ſolum præſentia, ſed etiam potentia, & actuali ſubſidio, *ſupra petram Choreb*, quæ alia fuit ab ea ſuper quam Horeb Iudic. 7. occiſus eſt, *percutieſque virga petram, & ex ea exibit aqua*, collige hanc aquæ eductionem diuerſam eſſe ab ea, quæ deſcribitur B Numer. 20. in Cades, quæ trigeſima fuit manſio, & quæ contigit initio anni quadrageſimi peregrinationis per deſertũ; hæc autẽ anno primo facta eſt.

CONCEPTVS.

Auxilio fretus diuino, quid tibi timendum?

30. *Antecede populum*, Cald. *tranſi coram populo*, nonne poteſt tibi obiicere nequaquam ſe tranſiturum, cum paululum abſit quin populus lapidibus eum obruat, propter aquæ penuriam? ecce populus qui cum eo contendebat iurgabatur, maledicebat ex nimia ſiti afflictus, quomodo illæſus ante eum pertranſiuit? credet enim ſe fugæ committere, eumque lapidi- C bus inſequentur diſcedentem: tranſit Moyſes coram populo nec timet, auxilio enim fretus diuino quid verebatur? *Dixerat Moyſes* (inquit Cajet.) *adhuc paululum & lapidabunt me, respondet Dominus, ne timeas, tranſi per medium populi, hoc enim ſonat dictio tranſi à faciebus populi; hoc eſt inter facies, hinc inde populi.*

Cajet.

Principes ſibi ſeniores & conſiliarios aſciſcant, vt omnia recte perficiant.

31. *Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael*, nonne tuo fretus auxilio, poteſt ſolus populũ antecedere & coram omnibus trãſire? an alio indiget comitatu, vt ſecurus ad petram Horeb perueniat? non propter ſecuritatem præcipit, vt ſecum ducat populi ſeniores, ſed quia princeps ſibi conſiliarios aſſumere D debet, vt omnia cum omnium fructu valeat perficere. ſic docet Lippom. *Debet fidelis dux præire populum, & non præmittere, nihil ſine conſenſu & fauore ſeniorum tentare, ſi modo velit proficere cum fructu, & perficere feliciter capta.*

Lippom.

Amat Deus ſe bonorum collatorem ſciri.

32. *Antecede populum, & virgam tolle in manu tua, en ego ſtabo coram te*, iubetur Moyſi, vt virgam qua fluuium percuſſerat, ſecum deſerat, & datur facultas quod petram percutiat, & ex percuſſione prodeuntes aquas ſuſcipiat, vt populus ſuæ poſſit ſatisfacere ſiti: an aliquid aliud requiritur ad aquæ eductionem de petra, ad tanti miraculi perfectionem? cur igitur ait Deus, en ego ſtabo coram te? Ne quis dubitet exhibens aquarũ donum, à Dei virtutẽ venire; fauet cit. Epiſc. Metonens. *Iubetur Moyſes aſtante Deo percutere petram, ne gratia tanti beneficij homini & non Deo tranſcribatur; ſic amat Deus ſe beneficiorum in homines labentium auctorẽ cognoſci, ne ſua gratia tribuatur creaturis.*

Satisfacit Deus ſuorum neceſſitati non gulæ.

33. *Antecede populum, & virgam tolle in manu tua, & percuties petram & exibit aqua*, vt populus abundantiſſime bibens ſitim præteritam obliuiſcatur, ſicut Deus panem omne delectamentum in ſe habentem præſtabat: cur vinum ſimiliter, itinere fatigatis non præbuit, vt ſuauiſſimo liquore recrearentur? nam æque facile eſt ei vinum præſtare, ac aquam è petra; aquam præbet, & non vinum, quia Deus ſatisfacit ſuorum neceſſitati, non ingluuiei: id ferè annotat D. Ambr. lib. de eſca & ieiunio, *Moyſen cognouimus ſitienti populo amaritudines aquarum temperaſſe, non vina, cui petra aquam vomuit, potuit & vini abundantia non deeſſe, denique dixit Deus, percuties petram & exibit aqua ex ea, & bibet populus; non dixit exibit vinum populo, periculoſum enim erat vinum populo miniſtrare, quod fortiores ferre vix poſſent.* B. Ambroſ.

Omnia æque Deo facilia.

34. *Antecede populum, & virgam tolle in manu tua, & percuties petram, & aqua exibit, vt bibat populus.* notaberis vel exigui in populum tuum amoris, vel exiguæ potentiæ, quod vinum populo tuo non dederis: nam quis princeps, ſi militibus ſuis vinum præbere poſſet, quo fortiores & generoſiores redderet, eis aquã ſolum concederet? ecce populus tuus Iſrael, iam iam pugnaturus eſt contra Amalech, cur ergo liquore vires & animum reficiente non reficis? cur aquam ſolum bibendam tribuis? ne dicas Deum exiguæ potentiæ, ex eo quod ſolum aquã & non vinum dederit, nam omnia

ei æquè facilia, non difficultate maiori laboraret in vini exhibitione, quam in aquarum è petra eductione. ponderatio eſt Maximi Taurinenſ. homil. 1. de Epiph. Domini, *non dubitandum quia ipſe Dominus ſaluator in nuptiis traduxit aquas in vinum, qui eas ab initio concrenit in nubes, durauit in glaciem, Ægyptiis vertit in ſanguinem, & Hæbreis ſitientibus manare arida de rupe præcepit, quæ innumerabilem populorum multitudinem ſtillicidio noui fontis vice maternorum vberum nutriebat. quid primum ſtupeas? quid mireris? vinum de aqua, an aquam de petra? ſed nulla te quicumque inter iſta cunctaris, infidelitas turbet, quod dubium non eſt ad nutum creatoris creaturarum elementa pendere, aut cur non credamus virtute dominica vinum potuiſſe fieri de aqua, cum nobis operante Deo fomentis imbrium terræ de gremio per miniſteria vinearum, aqua ſurgat in vinum?*

S Maxim.

In miraculorum ſuorum exhibitione, non vult Deus aliquam ſubeſſe ſuſpicionem.

35. *Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus, Iſrael*: ſi indigni ſunt propter murmurationem, Moyſis comitatu, nec non tanti viſione miraculi, cur iubes vt Moyſes ſecum eos deducat? aduerte Iudæos vt erant increduli, potuiſſe in dubium vertere vtrum aquæ iuxta illam petram Oreb præextiterint: vt ergo omnis amoueatur de certitudine, & veritate tanti miraculi ſuſpicio, vult Deus præter Moyſem, teſtes adeſſe, qui ſibi detraxerant, vt certiorem redderent populum de eductione aquarum de petra, Abulenſ. ait, *Inter illos qui venerant ad conquirendum erant ſeniores multi, & illos Deus mandauit accipi, quia maioris authoritatis erant apud reliquum populum, vt pote quorum ſententia magis aſſentiretur, & quia ſententia erant firmioris, hos ſenes mandauit Deus accipi in teſtes miraculi noui, quia Moyſes mandato Dei educens aquas de petra, & quia poſſent dicere Iſraelitæ, quod ibi aquæ præextiterant negantes miraculum, mandauit Deus ſeniores adduci, vt contemplarentur prius locum illum, viderent aquarum nulla profuiſſe inſignia, & ſubito de percuſſis ſilicibus aquarum abundantiam effluxiſſe.*

Abulenſ.

Deus omnibus velocior ad ſuccurrendum neceſſitatibus noſtris.

36. *Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſrael, en ego ſtabo coram te ibi ſuper petram*, quid? an ante aduentum Moyſis ſtabis in petra Oreb? ex Hebræo, en ego ſto ibi jam iam te alloquens, ſto ſuper petram; expecta quouſque Moyſes perueniat, nequaquam, ſed eum præuenit, neſcit enim Deus cum ſuorum neceſſitati conſulendum eſt, quoſcumque alios non præuenire, teſte Spiritu ſancto Cant. 2. vbi de eo loquens ait, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles, in quæ verba ſic Angelicus Doctor lect. 2. in 2. Cant. *In hoc notatur magna & ſollicita velocitas ad nobis ſubueniendum, qui tranſiens Angelos venit in mundum deſcendēs ex ſemine Patriarcharum, Regum, Prophetarum, vt noſtro defectui ſubueniret.*

Cant. 2.

Angelicus doctor.

A *Principes miniſtros ſuos adiuuent in muniis ſuis obeundis.*

Antecede populum ſume tecum de ſenioribus populi, cur non obiicis ô Moyſes, nequaquam tranſiturum, cum tibi imminens adſit mortis periculum? abeſt enim paululum quin ab hominibus ingratis obruaris lapidibus: tranſi coram populo, inquit Deus en ego ſtabo tibi, ſcilicet laturus auxilium: & merito nam principes ſuos fouere miniſtros tenentur vt ſua munia libere obeant. *Debent Domini*, inquit Oleaſt. *Miniſtros ſecuros ab impiorum manibus reddere, vt audeant munera ſua adminiſtrare.* 37.

Oleaſt.

B *Impiorum ſatis peruerſa eſt voluntas ad lædendum, ſed eis deeſt potentia.*

Antecede populum, Cald. *tranſi coram populo*, qui omni timore ſemoto, è caſtris receſſit petram Oreb petiturus. Nonne ô Moyſes dixeras, non ſolum tibi populum detraxiſſe, vel vt habent Septuag. maledixiſſe, ſed etiam in procinctu eſſe vt te lapidibus obrueret? ſi ergo cum in medio fratrum tuorum eſſes hanc præuidiſti inſolentiam, imo quodam naturali timore perculſus, hoc Deo obieciſti, quomodo iam ſolus vel ſaltem cum paucis ſenioribus coram populo extra caſtra tranſire cogitas? ſcit Moyſes peruerſam impiorum voluntatem, ſed eorum perexiguam potentiam, niſi Deo permittente non ignorat: *Hic diſcimus*, Oleaſt.
C docet Luſitanus, *malos quantumcumque ad malum paratos, non poſſe bonos lædere niſi ſibi à Domino poteſtas tradatur: non haberes ait Pilato Chriſtus, Ioann. 19. poteſtatem aduerſum me vllam niſi tibi data deſuper fuiſſet: parati iſti erant ad lapidandos duces, nemo tamen ex eis audet facinus inchoare, quoniam non permittebat Dominus, obiectatque eis illum Dominus, neque audent in eum lapidos mittere.* 38.

Ioan. 19

Deus ſuis indit animum, & eorum ſpem erigit ne deficiant.

Antecede populū & virgā qua percuſſiſti fluviū, tolle in manu tua, nonne ſatis erat ei dixiſſe, ſume virgam tuam, ſine additione quod ea fluuium percuſſiſſet, cum facile ſubintelligeret de ea ſermonem eſſe? tum, cur etiam ſubiungit, en ego ſtabo coram te ibi? potuiſſet enim ſolum 39.
D dicere, ſume virgam quā percuties petram, & fluet maxima aquarum copia; obſerua aliquo naturali timore percuſſum Moyſem, cum dixit adhuc paululum, & lapidabit me populus: igitur merito dixit Deus, vt virgam, qua miracula ediderat, acciperet, & quod coram petra aſtaret, cum eam percuſſurus eſſet: ſic enim innuit, quod ſi tot eximia operatus fuerat miracula in virtute virgæ, ita ſimiliter eadem poſſe aquam ex petra elicere, maximè ſibi aſtāte nemine, adeſt hoc confirmans Procupius. *Cape virgam qua percuſſiſti fluviū, quaſi diceret, virga qua tantum flumen in ſanguinem transformauit, virtute diuina non poteris elicere aquam ex hac petra? præterea arrigit eius animum ad meliorem ſpem, dum inquit, ecce ego ſtabo coram te, non ſolus & deſtitutus eris.*

Procopius

Deus incredulis petreus, fidelibus aqueus & melleus.

41. *Antecede populum, & virgam qua percuſsiſti fluuium, tolle, en ecce ego ſtabo ſuper petrā.* qui te ſuper petram ſtantē videret, te petreū arbitraretur: ita ſanè videretur laborantibus incredulitate: ſed quid eſt quod petra percuſſa, affatim ſitientibus potum præbuerit? quia ſi virgam fidei præ te tuleris, petra vertetur tibi in aqueum liquorem, id eſt Deus qui tibi incredulo durus & ſeuerus extitit, tibi credulo totus aqueus, totus melleus aderit. Moralitas eſt Gazæi, *Petra quæ natura eſt ſolida & dura, potum præbet affatim ſitientibus, duritie ſoluta in liquorem aqueum, nam qui in aqua reliquerat Pharaonem mortuum, & ligno iniecto amaram aquam reddiderat dulcem, & potabilem, quique in Apoſtolicis deliciabatur fontibus, requieſcent ſub palmarum vmbra, iam Dei capax efficitur, ſignificante ipſo Deo ſub petra, quod ſit aridus & durus incredulis, ſi vero quis virgam fidei admoneat dulcem offeret aquam ſitientibus.*

Procop.

In Christo Domino in cruce percuſſo, omnium ſubleuamen & remedium.

42. *Antecede populum, & virgam qua percuſsiſti fluuium tolle, ſtabo ſuper petram, percuties, & ex ea exibit aqua,* Nonne ſicut de cœlo panem præbuerat quo Iſraelitarum fames temperaretur? nōne ſimiliter pluuiam immittere potuit vt ſiti eorum fieret ſatis? cur vt aqua in ſubleuamen tot ſitientium haberetur, neceſſe fuit petram virga percuti? non eſt dubium quin in hac petræ percuſſione, Christi Domini paſſio adumbretur; ſic enim Iſidor. Hiſpal. petra quæ percuſſa aquam euomuit, Christi figuram habuit, quo aperto ſacramenta cuncta fluxerunt: ad quem velut virga, lignum paſſionis acceſſit, vt emanaret credentibus gratiam. ſi ergo petra percuſſa virgâ ſymbolum eſt Christi Domini in cruce percuſſi, quid mirum ſi ſitientium Iſraelitarum ſitim temperet, cum in Christo Domino in cruce percuſſo omnium ſubleuamen & remedium inueniatur? ſic enim ait, Cyrill. lib. 8. in Ioann. c. 17. *Quid igitur percuſsio petra cum virga, niſi Christi Domini Saluatoris noſtri in cruce eſt exaltatio, ex qua ſalutis noſtra ſacramenta profluxerunt? cum vero per eiuſmodi exaltationem in cruce eiectus ſit princeps mundi foras, conſtat omnibus per crucis vexillum, à Christo deuictas eſſe dæmoniacas cohortes, vt ſicut per lignum vicerat ſerpens antiquus primum Adam, vnde in omnes tranſiuit mors: ita quoque per lignum idem vinceretur à ſecundo Adam: vnde nobis profluxit vita omnis, & gratia: hinc factum eſt vt in laqueo ſuo comprehenſus ſit peccator; & ſuis vt aiunt telis confixus:* deinde proſequitur innumera, quæ in Christo Domino in cruce percuſſo, bona ab omnibus reperiuntur.

Iſidorus Hiſpalens.

B. Cyrill. Alexand.

Quæ à Christo Domino in cruce pendente veniunt, eximia ſunt, & permanentia.

43. *Antecede populum, & virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle, ſtabo ſuper petram, percuties eam, & exibit aqua.* non eſt dubium, quin virga crux Domini denotetur, ſicut petra Christus, ſicque percuſſione petræ, Christi Domini paſſio. Sic Auguſtinus ſerm. 23. de temp. hæc petra niſi fuerit percuſſa aquas non dabit, percuſſa vero fontes producit, percuſſus enim Christus & in crucem actus, noui teſtamenti fontes produxit: idem habet Orig. homil. 11. in Exod. ſed cur petra percuſſa, Christum Dominum repræſentabit, pendentem in cruce? ſanè vt vobis ſit compertum, quod quæ à Christo Domino ſic percuſſo bona veniunt, eximia ſunt & in æternum duratura, vt pote in petra fundata: annuit S. Bernard. ſerm. 61. in Cant. *Quid non boni in petra hac? in petra exaltatus, in petra ſecurus, in petra firmiter ſto, ſecurus ab hoſte, fortis à caſu, & ab hoc quoniam à terra exaltatus, anceps enim, & caducum eſt omne terrenum: conuerſatio noſtra in cælis ſit, & nec cadere nec deiici formidemus, in cælis petra, in illa firmitas atque ſecuritas, eſt petra & refugium herinaciis: & reuera vbi tuta firmaque infirmis ſecuritas & requies niſi in fontibus Saluatoris? tanto illic ſecurior habito, quanto ille potentior eſt ad ſaluandum: fremit mundus, premit corpus, diabolus inſidiatur, non cado, fundatus enim ſum ſupra firmam petram:* preme illa verba, *anceps & caducum, terrenum omne,* & illá, *in petra firmitas & ſecuritas,* quidquid tibi venit à ſæculo bonum, vento velocius tranſit, citius aqua dilabitur: quæ tibi autem bona veniunt à petra myſtica percuſſa, firma & in æternum duratura.

B. Auguſt.

Origen.

Bernard.

Virtutum regina eleemoſyna videtur, & præcipua inter Morales.

Antecede populum, & virgam qua percuſsiſti fluuium tolle, ſtabo ſuper petram, an ſuper fluuium ſtetiſti cum tactu virgæ in ſanguinem conuerſus eſt? ſed ſi per fluuium mare rubrum intelligitur, quod diuiſum eſt à Moyſe tactu virgę, an ſuper illud ſtetiſti cum operaturus excellentiſſimum miraculum, nempe ſubuerſionem totius exercitus Pharaonis & liberationis populi Iſrael? nequaquam: an nobilior petra quam Nili fluuius, qui fuit tanquam ab Ægyptiis numen habitus? cur tibi ita placet vt in ea tanquam in throno tuo ſtes regio? in fluuio non ſtetit Deus, quia conuerſus in ſanguinem ſitiētibus miſeris potum non præbebat, imo negabat: non ſtetit ſupra mare rubrum, quia vitam adempturus erat Ægyptiis. ſed merito ſtat ſuper petram quia ſitientes pauperes aquis ſuis reficit, & ſatiat, nec miror, virtus enim hæc reficiendi pauperes, tanquam omnium regina & præcipua Deum ad ſe attrahit & rapit. nōne hoc teſtatur Chryſoſt. homil. 9. de pœnit. *Eleemoſyna regina illa virtutum homines in ipſorum cælorum arces celerrime adducet aduocati optimi vice fungens: magna res eſt eleemoſyna, præcidit aërem, tranſit lunam, ſolis radios cadit, ad ipſum venit cælorum culmen, ipſos pertranſit cælos, & Angelorum decurrens, Archangelorumque choros & omnes ſuperiores poteſtates, ipſi aſſiſtis regali throno, vt ad ſe Deum trahat.* 44.

B. Chryſ.

Ideo Deus cum Miſericorde, & eleemoſynario vult eſſe, quia Deus eſt etiam eleemoſynarius.

Antecede populum, & virgam qua percuſsiſti fluuium, tolle, en ſtabo ſupra petram, quæ percuſſa 45.

ſitientem populum ſuis aquis reficiet, ſed cum A alıæ ſint longe petræ nobiliores, in quibus ſedem figere poſſes, cur ita tibi placet vt ibi ſtare, velis? nonne tibi cælum thronus eſt, & terra ſcabellum pedum tuorum? cur igitur eligis petram omnibus cælis inferiorem, terra ignobiliorem? petra reficiens ſitientem populum, eleemoſynarium & miſericordem in pauperes notat, quid autem miſericors? nonne Deus eſt? ita teſtatur S. Greg. Niſſenus lib. de beatit. *Si miſericordis appellatio Deum decet, ad quid te aliud ſermo Chriſti hortatur, niſi vt Deus fias tanquam inſignitus propria nota deitatis?* ſubſcribit Nazianzenus in oratione de pauperum amore, *Nihil tam diuinum homo habet quam de alijs bene mereri, tametſi ille maiora, hic minora beneficia conferat, vterque nimirum pro ſuis viribus, fac.* B *calamitoſo, ſis Deus, Dei miſericordiam imitando.* Si ergò Deus eſt miſericors, quid mirum ſi Deus velit petræ eleemoſynarium referenti adeſſe? ſimilis enim ſimilem quærit.

S. Greg. Niſſenus.

Gregor. Nazianz.

Omnibus danda eſt eleemoſyna.

45. *Antecede populum, & virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua,* en ſtabo ſuper petram quæ percuſſa aquam dabit abundãtiſſime! ſed quibus? an ſoli Moyſi & ſenioribus eũ comitãtibus? ait textus, exibit aqua vt bibat populus: cur populus, cum propter murmurationes & maledictionem, quã in Moyſem inſurrexit, omni prorſus beneficio eſſet indignus? quia aqua eleemoſynæ omnibus præbenda, etiam indignis, prius tamen dignis, ſicut probabile eſt prius Moyſem & ſeniores quam populum accepiſſe. ſuffragatur B. Auguſt. in lib. homil. 50. hom. 39. *date omnibus dilectiſſimi fratres, date præcipue ad domeſticos fidei, date omnibus, ne cui non dederitis, ipſe ſit Chriſtus.*

B. Aug.

Præſul alios in virtute, & patientia antecedere debet.

46. *Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus populi,* an qui eum præcedant, vel ſubſequantur? qui ſubſequantur, ſi mortis ei imminet periculum, nam ipſo teſte, parum abeſt, quin eum lapidibus obruerint; cur non ſolum populum, ſed & ſeniores antecedere iubetur? in medio eorum conſtituatur, vt ſecurior pergat in Petram Oreb: iubetur omnes antecedere, quia prælatus, qualis erat Moyſes populi Hebræorum, alios omnes in virtute, patientia, & longanimitate, debet præire, *antecedit,* (ait Gerard. Lorich.) *In documentum, quod Eccleſiæ magnates cæteris ſpecimen debent eſſe virtutis,* & Patriarch. Palud. *Decet enim vt prælatus antecedat ſubditos honeſta conuerſatione, & vitæ exemplaritate, quos anteced.e officii dignitate.*

Gerardus Lorich.

Patriarch. Palud.

Dei dona permanentia ſunt.

47. *Antecede populum, & virgam, qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua,* qua petram percutiens potum ſitiẽti populo copioſiſſimum præbebis, ſed cum nil velocius aqua tranſeat, an hoc ſingulare beneficium illico euaneſcet? Conſulamus Philonem, & Abulenſ. Prior ſic ait, *Moyſes numine correptus percutit rupem, quæ ſeu vena præexiſtentis fontis opportuno ictu, aperta, ſeu aquis eo coniuncti, per occultos cuniculos ſeu potius illis diuinitus eodem momento productis, erumpentibus quæ præ impetu, more fontis, tantum profudit, quantum ad remedium ſitis, & diuturnam aquationem ſuffecit tot millibus.* ſic autem Abulenſis. *Iſte* C *fons qui tunc de petra Dei beneficio ſpeciali effluxit vſque hodie effluere non ceſſauit, magnas aquas emittens, ita vt tota vallis irrigetur;* pende Philonis verba, *ad diuturnam aquationem ſuffecit tot millibus,* & Abulenſis, *Vſque hodie effluere non ceſſauit,* & colliges etiam in aquis velociſſimis, dona Dei eſſe permanentia.

Philo lib. de vita Moyſ.

Abulenſ.

VARIET. LECT. Verſ. 7.

V*Vlg.* Et vocauit nomen loci illius tentatio, propter iurgium filiorum Iſrael, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, eſt ne Dominus in nobis an non?

Septuag. Et cognouit nomen loci illius tentatio, & maledicentia, propter maledictum filiorum Iſrael, & eo quod tentabant Dominum, dicentes, ſi eſt Dominus in nobis an non?

Cald. Vocauitque nomen loci, tentatio, & iurgium, eo quod obiurgati ſunt filii Iſrael, & quia tentauerunt coram Domino, dicentes vtrum maieſtas Domini in medio noſtri habitet an non?

Onk. Eo quod rixati eſſent filii Iſrael, ſi eſt D maieſtas Domini inter nos an non?

Pagnin. Vocauitque nomen loci Maſſah, & Meribah, propter iurgium filiorum Iſrael? & quia tentauerunt Dominum dicendo, num eſt Dominus in medio noſtri an non?

Arias. Num eſt Dominus in interiori noſtro an non?

Oleaſt. Vocauit nomen loci illius tentationem & litem.

CONCORDIA.

VErum eſt eſſe in Hebræo vocauit ומריבה מסה Maſſah Vmribah tentatio, & iurgium, apud Septuag. πειρασμὸς ϗ λοιδόρησις, ita vt hic locus duo videatur habuiſſe nomina, vel vnum è duobus compoſitum, malim tamen duo fuiſſe, nam hæc alibi vſurpantur, Deuteron. enim 6. vocatur hic locus ſimpliciter, מסה maſſa, tentatio, & Pſalm. 94. vbi nos habemus, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundum diem tentationis in deſerto, in Hebræo eſt, ſicut in meriba, ſicut in die Maſſa, imo vero nonnulla mihi eſt ſuſpicio

Maſſa & Meriba duo eſſe diuerſa loca, & illud ח hic redundare in Hebræo, ſiquidem conſtar alterum locum in Cades ac deſerto Sin Num. 20. vbi etiam propter penuriam aquarum murmuratio, & veriſimiliter ex eo loco hoc nomen quod in ſimili caſu impoſitum A fuerat, eſſe translatum. adde inſolens eſſe, vt eidem loco duo diuerſa imponantur nomina, maxime cum vnum ex euentu impoſitum, ſatis rem geſtam explicat. Dictio Hebraica בקרבנו Bekitben proprie in medio noſtri redditur, quod nihil aliud eſt quam in nobis.

EXPOSITIO.

Vocauit nomen loci illius tentatio, iſte locus eſt Raphidim, non enim poteſt accipi pro loco, in quo erat petra Oreb, de qua eductæ erant aquæ *Propter iurgiũ filiorũ Iſrael*, & quia tentauerunt Dominum, licet ibi jurgiũ fuerit, tamen rentatio grauius cenſetur malum, cum in Deum directa eſſet, iurgium autem contra Moyſem, & ſic bene dicitur ſolum, quod vocatum eſt nomen loci illius tentatio, *eſt ne Dominus in nobis an non?* habens curam noſtri, cum ad victum deficiant neceſſaria.

CONCEPTVS.

Expugnata vna tentatione, ne putes te ab alia ſecurum.

48. *Vocanit nom n loci illius tentatio*, ideo ſic dictum, quia tentauerunt Dominum. verum licet eum tentauerint dubitantes, an poſſet eis aquam præbere in deſerto, tamen in hac aquæ penuria etiam tentati fuere, cui ſuccubuere tentationi de potentia Dei diffidentes: quomodo illico adhuc tentantur, Amalecita contra eos pugnante? nonne iam à prima liberi cum in aquarũ copia ſibi exhibita Deum omnipotentem agnouerunt? quomodo in aliam adhuc grauiſſimam incidunt? ne mireris, nam habita vna tentatione, ſiue expugnata, ne te putes ab alia ſecurum, alia enim te ſubſequetur, vna diſcuſſa compara te ad aliam. conſilium eſt B. Ioann. Chryſoſt. homil. 14. *Dormitantes nos expergefacere ſolet & religioſiores facere tentationum natura: cum igitur videris dilecte, tentationem, nunc quidem extinctam, rurſum autem accenſam, ne concidas, neue refugias, ſed bonam ſpem teneamus, iſtud intra nos ratiocinantes, quod Deus non auerſatus nos inimicorum manibus tradit, ſed ſtudioſiores & ſibi magis familiares facere volens.* (B. Chryſ.)

Nihil ita diſplicet Deo, quam ſui diffidentia, & tentatio.

49. *Vocanit nomen loci illius tentatio*, ecce publicum nomen huic loco datur, & illud non delebile, ſed duraturum, ad denotandam ſummam Iudæorum perfidiam, & non ſolum Semel, ſed pluries eorum ſcelus memoriæ traditur: nam illius fit mentio in ea lege quæ datur Deuteron. 6. de non tentando Deo, non tentabitis (inquit) Dominum, ne duretis cor veſtrum ſicut in Maſſa, Pſalm. 94. non obduretis cor veſtrum ſicut in Meriba, ſicut eo die quo fuiſtis in Maſſa, in deſerto; ſic enim Hebræus legit, cõmemoratur & in aliis Pſal. vt Pſal. 77. & 105. cur toties fit huius delicti mentio? nonne ſatis erat illud ſemel aperuiſſe poſteritati, ne in ſimile prolaberetur? non ſolum iterum, ſed pluries commemorat, vt omnibus notum ſit, quam inuiſum ſit illi huiuſmodi ſcelus, quantum ſibi diſpliceat poſt tot omnipotentiæ ſuæ argumenta ſui diffidentia, & tentatio. *Diligenter cauetur* (inquit Lippom.) *in ſcriptura, ne hoc graue ſcelus Iſraelitarum obliuioni detur, cum poſt tot ſtupenda miracula, in Ægypto & ſolitudine, tamen audet adhuc contradicere vocationi Dei & dubitare de bonitate omnipotentis.* (Deuter. 6. — Pſal. 94. — Pſalm. 77. — Lippom.)

Nobis vtilior eſt noſtra imperfectionis memoria, quam virtutis.

50. *Vocauit nomen loci illius tentatio*, vnum ei nomen adſcribit vulgatus, ſed duo ei tum ab Heb. Cald. tum etiam à Sept. imponuntur, ait enim Hebræ. vocauit nomen illius Maſſah & Meribah. Sept tentatio, & maledicentia, Cald. tentatio, & iurgium. ſi duobus notatur nominibus hic locus in memoriam ſceletis à populo Iſrael commiſſi, cur ab oratione Moyſis efficaciſſima, & pro aduerſariis facta? cur propter ſpecialem apparitionem in petra Oreb, factam? cur propter rupem Dei poteſtate, & virgæ percuſſione conuerſam in fontes aquarum, hic locus ſaltem vnum nomen non ſortitur? nonne cõuenientius fuiſſet in huius loci nomine memoriam cœleſtis fauoris eis dati erigere, quam memoriale Iſraelitici criminis feciſſe? non equidem, nam vtiliora ea ſunt hominibus quæ imperfectionẽ eorũ recolunt, quam quæ virtutem declarant, emendatur enim delictorum memoria, in beneficii autem à Deo accepti memoriali, plurees intumeſcunt, quaſi ſuis debiti meritis. hanc ſubiungit rationem Oleaſt. *Oportet nos loci, in quo Deum offendimus, meminiſſe, vt quoties nobis ille locus occurret toties ingemiſcamus.* (Oleaſt.)

Infidelis Deo, qui ſolum eum præſentem arbitratur cum beneficia confert, non autem cum ea ſubtrahit.

51. *Vocauit nomen loci illius tentatio, quia tentauerant Dominum dicentes, eſt ne Dominus in nobis, an non?* vnde colligitis Deum non vobis adeſſe? an quia deficiente aqua ſitim ſuſtinere non potuiſtis? quia ſicut pane cæleſti refecti. ſic pluuia non irrigati; ſed peruerſa veſtra illatio; infidelis enim eſt Deo qui ſolum eum ſibi adeſſe præſentem arbitratur, cum beneficia confert, non autem cum ea ſubtrabit, *Damnat locus iſte* (inquit Luſit.) *illos qui cum beneficia deſunt dubitant de præſentia collatoris, vt ſcias Deum adeſſe non ſolum cum bona largitur, ſed etiam cum* (Hieron. ab Oleaſt.)

ſubtrahit, imo aliquando ſignum euidentius præſentia eius eſt beneficiorum ſubſtractio quam exhibitio.

Chriſtus nos ſubſequitur & comitatur vt beneficia conferat.

52. *Vocauit nomen loci illius tentatio*, propter iurgium filiorum Iſraël qui præ aquæ penuria cum Moyſe iurgati ſunt, imo & Deum inibi tentauerunt, qui non eorum murmurationi deferens, ſed precibus Moyſis ex petra aquas ſcaturientes præbuit: cuius miraculi mentionem faciens D. Paulus 1. Corint. 10. duobus
1.Corint.10 epithetis duo explicat quæ à Moyſe hic minime tanguntur; primũ eſt quod biberint omnes Iudæi de petra ſpirituali, ſecundum, quod B biberint de petra conſequente, aut vt noſter interpres vertit, de petra eos conſequente, ac tandem concludit, petra autem erat Chriſtus. in quibus verbis non leuis difficultas, nam quomodo Iudæi de petra ſpirituali dicuntur bibiſſe, cum petra hæc corporalis fuerit, & aquam profuderit corporalem, quam pro corporalis ſitis ſedatione Iudæi deſiderebant? bene
Bellarmin. Card. Bellar. lib. 2. de ſacram. c. 11. non ipſam aquam quam bibebant (ait) vocat ſpiritualem, ſed petram quæ erat cauſa illius aquæ, & monet veram cauſam illius aquæ non fuiſſe petram corporalem, & viſibilem, quæ fixa, humi iacebat, ſed quandam aliam inuiſibilem id eſt Chriſti Domini prouidentiam, quæ C eos nunquam deſerebat: quare cum dicit Apoſtolus, bibebant de ſpirituali petra, non eſt ſenſus, vt putat Caluinus, quod biberent ſpiritualem petram, id eſt Chriſtum, ſed quod biberent aquam ex petra ſpirituali, id eſt Chriſto tanquam ex cauſa efficiente, profluentem. conuenit cum hac expoſitione, quod apud
Photius apud Occumeo. Occumenium ſcribit Photius, ſenſibilis quidem erat petra, quæ Iſraelitis aquam ſcaturiuit, hanc tamen non propria natura ſcaturiebat, ſed petræ ſpiritualis virtute, quæ ei per efficaciam aderat, & ad vſum ſitientium comitabatur, hoc eſt ad illorum ſalutem & vtilitatem omnia commutabat, ac transformabat, & ad ipſorum voluntatem ſequebatur & nunc quidem aquam eis ad tranſitum in petræ modum firmabat; nunc vero cibum & edul- D lium abunde eis excolebat: idcirco dici merito poterant de ſpiritali aqua bibere, hæc enim erat quæ ſenſibilem illam in aquarum fontes ſoluerat, ſed cur hæc petra dicitur eos conſequens? an vt fabuloſè contendunt aliqui ex Iudæis, hanc loco motã & circumuectam curribus eſſe per totos 40. annos vſque ad mortem Mariæ? ſed quis hoc figmentum eſſe non arbitretur? quapropter alii quidem immotam loco ſuo manſiſſe, effuſam tamen ab ea non ſolum tantum aquæ, quantum ſufficeret com- A morationi in Raphidim, ſed flumẽ integrum, quod ſibi per deſertum viam fecit, caſtraque Iudæorum facto vbique terrarum obice conſecutum ſit. non diſplicet Arborei expoſitio, Arboreus. quod petra illa & ſpiritalis erat conſequens Iudæos, quia votis Iudæorum obmurmurantium ſatisfaciebat, aut quia adumbrabat veritatem ſubſecuturam ſcilicet Chriſtum. ſed cur non addemus hanc petram conſequentem eos, Chriſtum eſſe, qui non ſolum eos comitabatur & ſubſequebatur in beneficiis eis conferendis, ſed qui etiam comitatur nos in donorum ſuorum exhibitione? Fauet cit. Photius, *Quanam autem erat illa petra ſpiritualis*, inquit, Photius. *quæ ipſos omnes ſubſequebatur & ad cuiuſque tem-* B *poris neceſſitatem, verum ordinem transfundebat transmutabatque ſimul? iam ſubſequenter dixit, nẽpe Chriſtus qui nunc erga nos quoque ſimilia ac maiora demonſtrat, licet quoque* (inquit idem) *id quod dicitur comitabatur aliter intelligere intellectualis namque petra nempe Chriſtus, non ſolum iis quæ dicta ſunt, beneficijs eos mirabiliter donauit, verũ etiã in ſequẽtibus comitabatur ac ſequebatur proximè ad hæc, imo etiã maioribus afficiens Iſraelitas beneficijs: ſed & non modo fideles comitatur, ita vt & conſequens ſit, & quæ in veteri & quæ in nouo teſtamento admiranda præſtitit ſunt opera, vel beneficia eiuſdem prouidentiæ, eiuſdem Dei ac Domini. petra autem erat Chriſtus*, inquit Angelicus doctor lect. 1. in cap. 10. 1. ad Co- Angelicus Doctor. C rint. *non per ſubſtantiam ſed per ſignificationem.*

Vult Deus ſua in precio haberi beneficia, & pendetari ſupplicia, quæ ſuis infert aduerſariis.

Vocauit nomen illius tentatio propter iurgium 53.
Iſrael, de aquæ pẽnuria; verum ô Deus, ne contra Moyſem iurgarentur, cur prius aquam populo ſitienti non effudiſti? cur ne effunderetur populus in conuitia, querulaſque voces, aquã non præbuiſti? quia in hac ſiti & hac penuria, voluit Deus prudenter Hebræos æſtimare tum abundantis aquæ beneficium, tum etiam quanta in eorum gratiam, Ægyptios afflictione vexaſſet, dum aquis in ſanguinem verſis, eos ſiti cruciauit, & ad cruentam potionem adegit, D *ſitiuerũt*, inquit, *Sapiens* cap. 11. *Et inuocauerunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima,* Sapient.11. *& requies ſitis de lapide duro, per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum à defectione oris ſui & in eis cum abundarent, filii Iſrael lætati ſunt*; & paulo poſt, *qui cum minuerentur in traductione infantium occiſorum*, id eſt cum plerique Ægyptiorum ſiti perirent, te puniente occiſionem infantium, dediſti illis ſcilicet abundantem aquam, inſperatè oſtendens, per ſitim quæ tunc fuit quemadmodum tuos exaltares, & aduerſarios illorum necares.

VARIET. LECT. Verſ. 6.

V*Vlg.* Venit autem Amalech, & pugnabat contra Iſraël in Raphidim.
Sept. Oppugnabat Iſraël.
Cald. Et iniit prælium contra Iſrael.
Vulg. Dixitque Moyſes ad Ioſue, elige viros, & egreſſus pugna contra Amalech, cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.
Sept. Elige tibi viros potentes, & exiens congredere cum Amalech, cras, & ecce ego ſto ſuper

per cacumen collis.

Cald. Collige nobis viros & egredere, ego ſtabo in vertice collis, & virga, qua facta ſunt miracula à facie Dei, erit in manu mea.

A *Cleaſt.* Stabo ſuper caput collis.

Dixit Moyſes ad Ieſum, elige tibi viros & exi, & conſtitue cum Amalech in craſtinum D. Cyprian. lib. 2. aduerſus Iudæos.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt לנו Lanu, vobis elige viros, ſed hoc nihil eſt, quod dixerint Septuag. ἄνδρας δυνατοὺς, viros potentes, id præſupponit vulgatus, nam imperiti & inertes potius obſuut quam proſunt, גבעה Gibah ſignificat ele- B uationem & exinde collem, quod ſit eleuatus, hinc migbaot ideſt mitræ ſeu thiaræ ſic dictæ, quod ſint eleuatæ, vnde etiam gabis, ideſt ſcyphus, non qualiſcunſque, ſed eleuatus.

EXPOSITIO.

VEnit autem *Amalech*, id eſt Amalecitæ, quorum rex vel princeps dicebatur Amalech, quia prognatus erat ab Amalech, quem aliqui contendunt ab Iſmaele filio Abrahæ originem ducere: ſed certum eſt à filio Eliphas, quem genuit Eſau principium habuiſſe; quare non deſunt, qui dicant timuiſſe Amalech, ne tunc benedictio Iſaac impleretur, quam Iacob fratri ſuo Eſau præripuerat: porro Amalecites (vt inquit Hieron.) regio eſt in

B. Hieron. deſerto ad meridiem Iudæ, trans vrbem, Petram, euntibus Ailam, cuius ſcriptura recordatur dicens, Amalech habitat ad auſtrum, ſed & iuxta eum alius Chananæus habitat, qui & dimicauit contra filios Iſrael in deſerto, de quibus ita ſcribitur, Amalech & Chananæus habitant in valle. *& pugnabat contra Iſrael in Raphidim*, cuius belli cauſa fuit vetus odium poſterorum Eſau in Iacob poſteros ob præreptam primogenituram, & quod ſibi metuerent ac regionibus ſuis, ſi ſe Iſraelitæ in eos diffunderent.

Dixit Moyſes ad Ieſue, filium Nun de tribu Ephraim, quem Prophetico ſpiritu nouit futurum hoc tempore populi ducem, exercitui præfecit. quod ad hoc nomen attinet ponitur hoc loco per prolepſim, cum hoc tempore id necdum ei impoſitum fuerat, ſed vocabatur Oſee, quæ duo nomina etſi eandem radicem habeant à verbo ישע Iaſcha vel Iaſa, vnde in hiphil fit הושיע Hozia id eſt ſaluum fecit, differunt tamen à ſe mutuo præfixo iod quo prius nomē carebat, & primò E, mutato in V, itaque prius nomen ſcribitur הושע poſterius vero יהושע quod quidam Ioſue, quidam vero Ieheſua legunt, iuxta Origen. dictus eſt etiam Ie- Origen.
ſus. *elige viros*, non quoſcumque, ſed vere viros, id eſt fortitudine & armis ſtrenuos, *& egreſſus pugna contra Amalech*, licet ex Ægypto arma quædam detulerint, vt cum hoſtibus pugnarent, maximè tamen Ægyptiorum armis muniti erant, quos ad littus maris mortuos Dei C nutu, cum armis deductos ſpoliauerunt. *ego ſtabo in vertice collis*, haud dubie Oreb, de quo paulo ante, & articuli in Græco & Hebræo additi inſinuant: vocatur autem collis vel abuſiue, mons enim ille valde altus fuit, vel cum comparatione iugi alterius; nēpe Sinai, quod longe altius, ita vt collis videri comparatus alteri poſſet. *habens virgam in manu mea* quam vt mirabilium inſtrumentum Deus illi dederat, manu illa tenens, quaſi illa percuteret & verberaret Amalecitas.

CONCEPTVS.

Eucbariſtico ſacramento munitus, ad certamen prouocatur.

53. *Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael*, vide ordinem verborum, educitur aqua de petra, & Amalech manus conſerit cum Iſraele, quid hoc eſt? quæ enim connexio? dat aquam petra percuſſa, & conſurgit aduerſus Iſraelem Amalecita: vult Auguſt. ſerm. 95. de temp. illam aquam quæ de ſilice profluxit, ſacramentum Euchariſtiæ notare, quod de latere Chriſti in cruce lancea percuſſo fluxit. cęterum ſtatim ac aqua manat hoſtes ad bella proſiliunt, quia ſimul ac quis ad Euchariſtiam accedit, externi hoſtes & interna tentamenta gliſcunt, & ebullire incipiunt, diabolus enim technas ſuas tendit, ne eum antiquum Dominum deſeramus; vel ſanè non datur panis Euchariſticus ad otium, ſed ad laborem, ad ſudorem, ad arenam, ad puluerem, ad bellum, ad alendos eos, qui manus cum hoſte conſerunt, ergo qui ad Euchariſtiam accedis, vide D quod animum militum accepiſti, & bellicum commeatum, arma cape, manus cum hoſte cōſere. ſubiicio verba Auguſt. *Bibit ergo de petra* B. Aug.
populus, & ſtatim bellum init contra Amalech: videte fratres quia poſteaquam quiſque de petra biberit, ideſt Chriſti ſacramenta ſuſceperit, neceſſe eſt illum ad pugnam prodere tandiu enim aliquis diabolum contra ſe pugnātem non ſentiet, quam in eius opera exercere voluerit: qui vere illum reliquerit, & de petra biberit, Chriſtum ſequi cœperit, neceſſe eſt vt illū patiatur infeſtum qui iuſto iudicio voluit preponere Chriſtum: eandem veritatem multo ante Orig. hom. 11. in Exod. expenderat, nam Origen.
illam Iſraelitarum pugnam commentatus inquit, *Antequam Iſrael manducaret panem de cælo, & biberet de petra aquam. non refertur populus pugnaſſe, ſed dicitur ad eum, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis; Exod. 14.* Exod. 14.

tu ergo cum cœperis manducare manna, panem caleſtem verbi Dei, & bibere aquam de petra, cumque ad interiora doctrinæ ſpiritalis acceſſeris, expecta pugnam & præpara te ad bellum.

Ex ſumptione Euchariſtici cibi, fortes reddimur ad debellandos aduerſarios.

54. *Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael*, tunc Moyſes ad Ioſue, *elige tibi viros & pugna contra Amalech*, hæc Moyſes ad Ioſne iuſſu Dei, qui prius dicebat, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacete, id eſt Domino pro vobis pugnante nihil efficietis, ſed rem totam Deo peragendam committetis Iam nunc bellum contra aduerſarios proprijs manibus committit, quid hoc eſt? qui antea eos tacere iuſſit, & ſpectatores eſſe, eos ad bellum armat: nunc quidem iam manna panem de cœlo manducauerant, & aquam de petra hauſerant, quæ duo Chriſti in Euchariſtia figuram adumbrabant: ergo ex Euchariſtia tanta virium copia ſumentibus venit, vt bellum eis contra aduerſarias poteſtates committat Deus. cum populus ex Ægypto egrederetur, neque manna viderat, neque aquam hauſerat de petra: vnde imbelles eos Deus iudicat neque eis robur ad bellum ſuppetere, vnde totum ſibi negotium reſeruat: vide quas vires Euchariſtiã ſumentibus, Deus miniſtrat! hoc ſcriptum reliquit Procopius, Procop. *Quantiſper homo infirmior eſt, nequit per ſe depellere hoſtem, ſed Deus multis plagis & vulneribus contundit hoſtem, vt infirmiorem tueatur, vbi vero exemptus fuerit tyrannica ſeruitute & per baptiſmum impleuerit typum maris rubri, nec non hauſerit aquam ligni dulcedine temperatam, requieueritque ſub palmarum opacitate, paſtus cæleſti alimento, & cognito petræ myſterio, is inquam non aliena virtute deinceps, ſed propria manu propulſat, & fundit hoſtem.*

Ieſu milites ſoli potentiſsimi.

55. *Venit autem Amalech, & pugnauit contra Iſrael*. quid tunc Moyſes? dixit Ioſue elige tibi viros, Sept. elige tibi viros potentes: ſed cur Moyſes potentium virorum electionem remittit Ieſus Naue? nam cur non magis eligit ipſe & duci tradit? cum enim totius populi ducatum gereret etiam milites Ioſue tradere deberet. B. Aug. pulchrè D. Auguſt. ſerm. cit. *non poterat Moyſes eligere viros potentes, ſolus Ieſus eſt qui poſſit viros potentes eligere*. infirmitas eſt & imbecillitas, quæ in Ieſu non ſtat, & per Ieſum non venit, ille verè & ſolidè potens eſt, qui Ieſu adflatur ſpiritu, qui eius militiæ adſcribitur.

In vmbra vel fide nominis Ieſu nihil non tibi credet omnipotentia diuina.

56. *Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael*, viri bellicoſiſſimi neceſſarij ſunt vt exercitui validiſſimo Amalecitarum reſiſtere valeant, Moyſes hos eligere cupiens, penes quos tanta eſſet fortitudo & potentia, qui validiſſimos poſſent hoſtes opprimere, victoriamque referre, de illis hærebat cogitabundus, quaſi neſciret tam potentes viros perquirere: quid tunc? dixit Moſes, ad Ioſue, (imo vt vult Origen. ad Ieſum) elige tibi viros, Sept elige tibi viros potentes, cur hoc munus imponit Ioſue, cum ipſe ſatis cognitum haberet populũ, & cuiuſnam eſſet vnuſquiſque fortitudinis & potentiæ? cur vt eligantur viri, Ieſum vocat? præclarè Orig. hom. 1. in Ioſue ait, Origen. *tanti nominis auſpicio confidebat*, tunc credit viros potentes inueniri poſſe cum à Ieſu nomine ſumit auſpicium, ſub eius enim nominis fide, nihil tibi non credet omnipotentia diuina, omnes ſuperabis aduerſarios. pulchre D. Chryſoſt. hom. 27. in c. 11. ad Hebræos, *Dixit Ieſus Naue ſtet ſol contra Gabaon, & luna contra vallem Haylon, & factum eſt: veniat igitur omnis mundus, magis autem aut duo, aut quatuor, aut decem, & viginti mundi, dicant & faciant hoc, ſed non poterunt: quid igitur? typus erat Ieſu illud nomen, idcirco igitur hoc factum eſt etiam propter ipſum vocabulum reuerita eſt creatura*, quid negetur tanto nomini? exere diuiniſſimum nomen, nihil non tibi creder omnipotentia diuina.

Nomen Ieſu ab Angelis proferendum.

Venit autẽ Amalech & pugnabat cõtra Iſrael, 57. curam populi Iſraelitici gerens Moyſes, quis eſſet aduerſus hoſtes decertaturus, meditatur! dixit ad Ioſue, alij ad Ieſum, *elige tibi viros*, quis fuit ille qui primus hoc nomen auguſtiſſimum protulit? an homo, an angelus, an Deus? Deum dices, ait enim illi Deus, ecce conſtitui te Deum Pharaonis, non hominem ſed Angelum nuncupabis, ecce ego, inquit Dominus Exod. 23. mitto Angelum meum qui præcedat te. Cajet. per Angelum, intelligit Dominus Moyſem, ſi Moyſes puritate nitebat Angelica, quid mirum ſi primum ei commiſſum in terris nomen Ieſu proferre? quod obſeruat Paſchaſius lib. 1. in Math. inquirens, cur Mathæus ſolum dixit, quod Chriſti generatio ſic erat, cur non dixit Ieſu generatio ſic erat? cur proprium potius perſonæ nomen non expreſſit? cur ſolum nomen officij propoſuit? exiſtimat Euangeliſtam à Ieſu notione abſtinuiſſe ob reuerentiam, illud relinquentem diuulgandum Angelo, ſubiicio verba Paſchaſij, *Chriſti nomen ſolum hic ſine additamento poſuiſſe creditur, vt eum intelligeremus* B. Paſch. *de quo Propheta dixit, vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ, & nomen Ieſu quod ſubſtantialiter illi inerat, Angelo dicendum reſeruauit.*

Nomen Ieſu fortiſsimum ad fortes debellandos.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael, non 58. eſt dubium, quin cum potentiſſimo exercitu aduenerit Amalcch Iſraelem debellaturus, quid agis Moyſes? quomodo ſuperior euades tantæ potentiæ reſiſtens? ait enim (inquit textus) Moyſes ad Ioſue, elige tibi viros, notat B. Auguſt. Auguſtin. ſerm. 93. de temp. *Hic primum huius vocabuli*, ſcilicet Ieſu, *fulgor obfulſit*, quare ſibi exercitus fortitudinem copulat? *ipſum eſt*, inquit cit. Doctor. *quod domum fortis intrauit, & vaſa eius diripuit*, vt fortem vincat, Ieſu nomen vigeat neceſſum eſt; vocabitur nomen eius fortis, ad fortem vtique debellandum.

Haud poteſt principatus à nomine Ieſu ſeiungi.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael,
59. quid tunc Moyſes? *dixit ad Ioſue, elige tibi viros, & pugna contra Amalech*, ecce conſtituitur dux exercitus Domini, cur cum nomine Auſe appelletur, nunc Ieſus nuncupatur? quia in populi principem electus, Ieſus conuenienter dicitur. Haud enim Ieſus poteſt à principatu vel principatus à Ieſu notione ſeiungi, quod notat Cyprianus in expoſitione
Cyprian. Symb. Apoſtolor. *Legimus*, (inquit) *in libro Moyſis quod Ieſus Naue filius cum electus eſſet, ex populo, commutato nomine Auſe Ieſus cognominatus ſit, quo ſcilicet oſtenderetur hoc Ieſu nomen, quod principibus conueniret*: ac ſi diceret tantundem fuit principem eſſe ac Ieſum neceſſario nominari.

Dedecet virum prudentem alienorum exploratorem morum, vt eos arguat.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael, dixitque Moyſes ad Ioſue elige tibi viros, ſcilicet, vt tecum certent cum Amalecitis. verum vbi recenſentur exploratores, qui in terram
Numer 13. promiſſionis mittuntur, dicitur Numer. 13. quorum iſta ſunt nomina de tribu Ruben, Sãmua filius Zechur, de tribu Simeon, Saphat filius Huri, de tribu Caleb, filius Iephone, de tribu Ephraim, Ozee filius Num. apud Origen. filius iſte Num idem eſt ac Ioſue filius Naue, qui pro Ioſue Ieſus dicitur, & pro Ozee, Auſe: ſed illud venit notandum, quod vbicumque nominatur filius Num, dicitur Ioſue, hoc eſt Ieſus; ſolum dum recenſetur inter exploratores mutato nomine dicitur Ozee, ſiue Auſe: & cur non ibi Ieſus ſed Auſe? equidem non pertinet ad Ieſum officium exploratoris alienorum
Origen. motum, ita Origenes hom. 1. in Ioſue, *Cum primo nominatus eſt, non eſt indicatum nomen patris eius, nec in ſecundo nec in tertio, cum pater eius nominatur Naue, tunc ipſe non Ieſus ſed Auſe dicitur: quale eſt illud quod inter eos qui ad explorandum miſſi ſunt, nomen eius Auſe ſcribatur? & fortaſſis pro exploratoris officio non Ieſus ſed Auſe dictus eſt*; Non deceret iuſtum nec Ieſu ſpiritu plenum, aliorum mores explorare, nunquam enim non ſuſpectum eſt, quod quis fratris errores perquirat, adeo vt Diuus Clemens Romanus, In-
Clemens Romanus. firmam credat accuſationem ab illo factam, qui iam ſemel & bis fratrem accuſabat, quippe ait lib. 2. conſtit. Apoſtol. cap. 49. *Exquirite diligenter de iſtis ipſis qui iudicio contendunt ac primum de accuſatore, an hunc primum accuſauerit, an alium quempiam ſit criminatus*: & merito vir ſanctiſſimus ſuſpectum habet hominem, qui non ſemel fratris mores inquirit, accuſat, ſed ſæpe id munus exercet.

Solus Ieſus eſt qui non errat in eligendis amicis.

Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael,
60. videns Moyſes Amalecitas ad prælium con-

A currere. dixit ad Ioſue, *elige viros & egreſſus pugna contra Amalecitas*, verum cur ipſe Moyſes qui ſolius exercitus ductor erat, non elegit, neque alium quam Ioſue electorem nuncupauit, præſertim cum nulla adhuc in ſacris literis Ioſue commemoratio præceſſerit? myſtice reſpondet Orig. homil. 11. in Exod. *Vſque* Adamant. *ad hunc locum nominis Ieſu nuſquam facta eſt mẽtio, hic primum vocabuli huius ſplendor affulſit, Moyſes vocat Ieſum, lex vocat Chriſtum, eligat viros potentes, non poterat Moyſes eligere, ſed ſolus Ieſus qui dixit, non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, quaſi ſit tanta difficultas eligendi optimos ſocios ad bellum temporale, & multo magis ſpirituale, vt non à Moyſe viro alioqui prudentiſſimo, ſed à Ioſue quatenus B Ieſum repræſentabat filium Dei, requiratur, quanta ergo temeritas eſt eorum qui nullo præuio examine, quales habent obuios ſibi arctiſſimos deuincunt ſodales?

Bonum pugnæ auſpicium, non expectare hoſtem, ſed ei occurrere.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael, 61.
cum male affectum animum Amalecitarum aduerſus Iſraelem conſpiceret Moyſes, tunc ad Ioſue dixit, *elige tibi viros, & egreſſus pugna contra Amalech*; cur non ais, ô Moyſes, expecta quouſque Amalecitæ deſcendant in prælium & te adoriantur? cur iubes dicens Ioſue, vt egreſſus pugnet contra Amalech? quia forte fœlicius credidit pũgnaturum, ſi obuius ſuis C hoſtibus exiret, quam ſi venientes expectaret. hinc eſt quod Ionathas, Philiſtinos agreſſurus, hanc cum ſuo armigero inierit pactionem, *cum* (inquit) *apparuerimus eis, ſi taliter fuerint locuti ad nos, manete donec veniamus ad vos, ſtemus in loco noſtro nec aſcendamus ad eos, ſi autem dixerint, aſcendite ad nos, aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris* 1. *Reg.* 14. quaſi 1 Reg. 14. hoc ſignum proponeret, ſi nobis obuij egrediantur fœliciter dimicabunt, ſi intra ſuos limites manebunt, infœliciter, quare illos manentes pugnemus; egrediẽtes autem fugiamus, & certe rei euentus probauit conſilium. ſic olim Achab rex Iſrael, à Propheta Domini admonitus, non ſe continuit intra muros Samariæ, quibus clauſus tenebatur, nec Syrorum aggredientium impreſſionem ſuis ſeptus mænibus expectauit; ſed cum exiguo puerorum agmine in apertam faciem prodiuit, tam proſpero D euentu, vt non ſolum ſinguli pueri ſingulos hoſtes primum obuios ſtrauerint, ſed immenſas hoſtium phalanges, cum ſuo quoque rege Benadab, fuderint, ac fugauerint.

Non bellum aggrediendum niſi iuſta de cauſa.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael, 62.
Moyſes qui totius populi dux à Deo fuerat conſtitutus, dixit Ioſue, *elige ſibi viros & pugna contra Amalech*, quid ô Moyſes! nonne omnium mitiſſimus diceris? nonne vir pacificus? quomodo ergo tuos ad certamen prouocas, & exercitũ iubes ad pugnãdũ cõtra Amalech præparari? quid ait textus? venit Amalech, & venit cõtra Iſrael; vidẽs Iſraelitas ex itinere defatigatos

fame & labore confectos, bellandi inſuetos, ac ſere armis deſtitutos inuaſit, quanta potuit crudelitate extremos agminis Iſraelitici, quemadmodum deſcribitur Deuteron. 25. vt ſic paulatim totum Iſraelis agmen deleret quid mirum igitur, ſi manſuetiſſimus Moyſes, ſi pacificus, bellum contra Amalecitas aggreditur? id enim iuſta de cauſa legitimum eſt, bene Lippomanus. *Non prius bellum tentare permittit quam laceſſitus ab hoſte Amalech.* A

Deuter. 25

Lippom.

Si dux exercitus fuerit ſtrenuus, & pius, certa eſt quaſi victoria.

Venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael, ſed Moyſes præficit populo Iſrael ducem, dixit enim Ioſue, *viros elige, & egreſſus pugna contra Amalech*, quiſnam ille Ioſue, quem exercitui Domini præfecit? nam cum eſſet è tribu Ephremitica, cur potius hoc munus honorificum alicui ex ſua tribu Leuitica non eligit? animaduerte quod teſtimonium proferat Ioſeph. lib. 3. c. 2. de Ioſue, *Se electis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis Jeſum præficit, Naue filium è tribu Ephraimitide, virum manu & conſilio iuxta promptum & pietate inſignem, & à præceptore Moyſe hac parte non degenerantem*, an non referet Ioſue victoriam? quis in dubium reuocare poterit? ſi enim dux exercitus fuerit ſtrenuus & pius, anceps & dubia non erit victoria, facit enim plurimum ad rem belli, vita ducis immaculata. B C

Ioſeph.

Non multitudo hominum innumera, ſed pauci potentes, & ſtrenui, ad victoriam conſequendam conducunt.

63. *Venit Amalech & pugnauit contra Iſrael*, non tamen duce deſtitutum, nam illico dictum eſt Ioſue. *elige tibi viros & pugna contra Amalech*. Septuag. elige tibi viros potentes, fortitudine inſignes, armis ſtrenuos: cum eſſet innumera penè Iſraelitarum multitudó, cur non præcipit Ioſue, vt ſecum hãc innumeram multitudinem aduerſus Amalecitas decertaturam deduceret? cur voluit vt ſolum aliqui potentes ſeligerentur? quia non multitudo, ſed vel pauci viribus præſtantes, & bellicoſi, ad victoriam conſequendam maximè conducunt, ex quo ſapienter Syneſius Epiſtola 13. qui cum dixiſſet, *Noctu eum innumerum manu collem abeo, & mulieribus dormiendi ſecuritatem prebeo, dum aliquos pro ſua ſalute excubare intelligo, adſunt & milites, ex Balagritarum ordine aliquot*, ſubiungit, *paucos hos viros deſidero, qui viros non mentiantur, ac ſi aliquos eiuſmodi nactus ero, quod cum adeo à me dictum ſit bono animo ſum*, non equidem ſolum Epiſcopus, ſed & præſtantiſſimus dux multitudinem non ſpectabat, ſed vel paucos viros virtute & armis inſignes, ad referendum ex aduerſarijs trophæum. D

Syneſius.

Qui de Dei potentia diffidit, hoſtis ei illico aderit.

Venit autem Amalech, & pugnauit contra Iſrael, illud autem coniunctiuum eſt præcedentium, quid autem verſu præcedenti dictum fuit, eſt ne Dominus in nobis an non? diuinæ non confidunt prouidentiæ, ſe à Deo relictos arbitrantur: coniungatur ergo cum illa diffidentia, hoſtium aggreſſus; qui enim de Dei prouidentia diffidit, hoſtis ei illico aderit, expugnaturus eum, *cauendum valde eſt*, inquit Luſitanus, *de præſentia, & protectione Dei, quoniam ſtatim hoſtis adeſt ei qui ſe præſentia Dei deſtitutum arbitratur.* Oleaſt.

Pœna ſtatim peccatum ſequitur.

Venit autem Amalech & pugnauit contra Iſrael, nonne iam aquæ præceſſerat penuria? nonne intolerabili antea ſiti probati? cur ergo nunc iterum calamitate premuntur? dices vnam afflictionem aliam ſequi in his qui in vocatione Dei ambulant, Iſraelitæ erant liberati ex Ægypto ab hoſte crudeliſſimo, conſecuti erant panem in deſerto & bibebant aquam de petra adeoque videbantur iam omnes euaſiſſe afflictionem; ſed ecce ſtatim obruuntur tam periculoſo bello, vt extremus totius gentis Iſraeliticæ interitus imminere videatur, nam Amalech videns Iſraelitas ex itinere defatigatos, fame, & labore confectos, bello inexpertos ac propemodum inermes inuaſit, quanta potuit crudelitate extremos Iſraelitici agminis, vt paulatim totum Iſraelis agmen deleret. hæc quidem eſt ratio pertinens, ſed cum eorum murmurationem legerimus immediate, imo & diffidentiam, quid mirum ſi illico ſequatur hoſtium impugnatio? pœna enim illico peccatum ſequitur, *Aduerte* (inquit cit. Oleaſt.) *qualiter ſequitur pœna peccatum quam primum enim populus peccauit, hoſtis affuit peccati vltor* 64. Oleaſt.

Tyrannes non illico dimicationibus fortiſſimorum abijciendi, ſed antea leuioribus pugnis exercendi.

Venit autem Amalech, & pugnauit contra Iſrael, cur Deus volens ducere Iſraelitas per viam terræ Philiſtim, ne videntes aduerſum ſe conſurgere bella, exinde in Ægyptum reuerterentur, vt cap. 13. dicitur, cur inquam hoc in loco permiſit, vt Amalech contra Iſraelem pugnaret? quæ enim poteſt eſſe diuerſa regio? diuerſam inquiris, plures aſſignabimus, cum enim Amalech non pugnarunt Hebræi ſtatim poſt diſceſſum ex Ægypto, ſed iam tranſactis diebus pluribus: ac ſi Hebræi iter feciſſent per regionem Philiſtiim, ſtatim eum eis dimicandum fuiſſet, cum quo tempore cum Amalecitis pugnarunt, iam fuerant in diuini auxilii fiducia pluribus miraculis confirmati, viderant aquas amariſſimas coniectu tactuque ligni dulces factas, acceperant manna cælitus, & percuſſa petra copioſiſſimus fõs potabilis emanarat: tum Philiſtæi multo potentiores & bellicoſiores erant Amalecitis, oportebat autem Hebræós non primo obijcere dimicationibus 65.

fortiſſimorum, ſed potius eos paulatim condocefacere res arduas, & laborioſas perferre, & leuioribus prælijs exerceri, quale fuit certamen illud Amalech, futurus enim miles, vel tyro primum ſe exercet in ludicris pugnis, & quaſi ſimulachris præliorum, vt paratior militiæ ſe accingat, & ad certamen deſcendat.

Aduerſus carnis delectationes, ſolum verè viri pugnare poterunt.

66. *Venit autem Amalech, & pugnauit contra Iſrael*, tunc ex iuſſu Moſis Ioſue eligit viros, Sept. addunt potentes; neſcio cur dictum eſt viros elegiſſe, cũ certo certius quod fœminas, non electurus eſſet, ſatis ergo erat dixiſſe milites elegit. Aduerte quod Amalech explicatur à Beato Hieronymo populus lambens, vel lingens, vt ſit compoſitum ex עם am, id eſt populus, & verbum ילק ialak, quod eſt lambere, eoque nomine ſignificantur præcipue delectationes carnis, quæ populum Dei inuadunt. En vt merito dictum eſt Ioſue elegiſſe viros, quia verè viri non effœminati, aut impotes ſui, ſed potentes, qui ſe ipſos regere norunt, quod eſt viri proprium, hunc hoſtem libidinoſum aggredi debent: aliàs qui non ſe ipſum vicit, & tenet, quomodo poterit alius ſuſtinere, & aggredi? Is, ait Diuus Proſper. lib. 3. de vita Contempl. cap. 10. cui Dominus eſt fortitudo, nullis carnalibus deſiderijs cedat, nullis voluptatibus acquieſcat, ambitionem ac popularem gloriam vincat, non enim pecuniæ amor addicat, non acerbitas paſſionum, damnorumque ſubijciat, ſit illi Deus laus tota, perfecta gloria, delectatio pura, ſpes certa, ſecuritas firma, poſſibilitas ſana, ſanitas incorrupta, vt ei quidquid carnalibus placet, in hoc mundo diſpliceat; quidquid pretioſum videtur eſſe vileſcat: quidquid nitidum, futurorum contemplatione ſordeſcat, nec ab his quæ iam per Dei gratiam eliſit, ſe patiatur elidi; quia ita turpius videtur animum ab his vitijs vinci, quæ vicerat, & nihil ei proſit aliquos ſuperaſſe, ſi alicui, quod neglexerit ſuperare, ſubiaceat; quandu nun ille fortis haberi ſolet qui in adeundis laboribus periculiſque claruerit, aut frænandis voluptatibus ac domandis inſtiterit: ſed ille magnus & ſublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione cenſendus eſt, qui nihil ſibi vitij rebellare, aut dominari permiſerit, modo abſit ignauia, ne nos id deſperemus poſſe, quod poſſumus: abſit præſumptio vitioſa ne nobis hoc, quod per Dei gratiam poſſumus, adſcribamus; quia ſiue de munere Dei, quo fortes efficimur, deſperemus, ſiue nos de noſtra poſſibilitate iactemus, idonei ad reſiſtendum vitijs eſſe non poſſumus, & vtique animi fortitudo, tam deſperandi ignauiam debet excutere, quam iactantiæ contraire.

S.Hieron. — S. Proſp.

Eccleſia duplici gladio ſe tueri debet contra inimicos viſibiles.

67. *Venit autem Amalech, & pugnabat contra Iſrael*: An ſuperabit Iſraelem? nequaquam, ait enim Moyſes Ioſue, elige viros, & pugna contra Amalech, quid? cum ſupremum totius populi principatum tunc teneas, an otioſus manebis, dum in certamen deſcenſurus eſt Ioſue cum Amalecitis? ego ſtabo, inquit, in vertice montis; quid? vt liber ſis à certamine? vt ſolum à longinquo pugnam decertantium intuearis, ab omni periculo immunis? nequaquam, ſed vt Deum pro victoria deprecaretur: nonne in armis ſtrenuiſſimus eſt Ioſue? nonne bellicoſiſſimi ſui milites? pugnent ergo ſoli, armis decertent, & trophæum referent; nequaquam, fideles enim duplici gladio aduerſariorum impetum debent repellere. Inſurgit Amalech aduerſus Iſraelitam, ecce viſibilis aduerſarius contra Dei populum, quid tunc Moyſes? præcipit Ioſue, vt deſcendat in certamen viſibiliter aduerſus Amalecitas, ipſe inuiſibiliter contra eos pugnaturus aſcendit in verticem collis: en vt duplici gladio pugnatur contra aduerſarios, viſibili & inuiſibili: Quis ſpiritualis & inuiſibilis? oratio Moyſis, *Et gladium ſpiritus aſſumite*, inquiebat Apoſtolos, *quod eſt verbum Dei*, non ſolum enim per gladium ſpiritus intellexit Apoſtolus prædicationem, prædicatores namque pugnant gladio iſto acuto contra hoſtes inuiſibiles, & hoc ſatagunt, vt vitia ab animabus auditorum ſeparare poſſint, poſuit ſiquidem os prædicatorum quaſi gladium acutum, Iſaia teſte, ſed etiam orationem; oratione namque ſicut & ſacra prædicatione, lectione, & inimici fugantur, & amici defenduntur: Orig. homil. 6. in Leuit. *Ad bella non vadit Moyſes, non pugnat contra inimicos, ſed quid facit, orat, & donec ille orat, vincit populus.*

Apoſtolus Epheſ. 6. — Iſai. 49. — Origen.

Milites ad conſpectum imperatoris bellicoſius pugnant.

Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael, ſed Moyſes præcepit Ioſue, ſibi aſciſcere viros ſtrenuos, vt cum eo in certamen deſcenderent: Quid tunc Moyſes? ecce ego ſtabo in vertice collis, vt Deum pro populo deprecer: nonne in valle coram Deo pro populi incolumitate fundere preces potuit? potuit, ſed elegit collis verticem, vt populi ſui ſpectaret periculum & magis moueretur ad orationem. Sed cur non dicemus etiam montis cacumen aſcendiſſe, vt Iſraelitæ, ſub imperatoris ſui conſpectum, & oculos, pugnantes tanto ardentius incitarentur ad pugnandum, inſtar militum, quibus ſtante imperatore, & vidente, ardent animi? nam quod ſententiam hanc refutet Serarius, ex eo quod Iſraelitæ habuerunt ſibi Moyſem aduerſum, ſed ipſe non admittendus: ſicut nec Adrichomius in tabulis ſuis qui id ita pinxit, tamen nec ſcriptura id indicat, neque ſitus Amalechitarum, & montis Oreb id exigunt, & quamuis exigerent, tamen quis neſcit in prælijs, facile variari ſitus pugnantium? 68.

Serarius. — Adrichom.

Nihil in duce prætermittendum in bello, quod ſui eſt muneris.

Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael, nunc milites præparat, qui armis ei reſiſtere valeant, ducemque exercitus præfigit Ioſue, 69.

cui ſolom vt habet textus, iubet vt egreſſus A pugnet contra Amalech, nonne proprium eſt prudeotiſſimi imperatoris cohortes diſponere, partim ad præludium caſtrorum, partim ad certamen ineundum? pugnaturos oratione ad fortitudinem accendere, claſſico præliandi ſignum dare? Cur ergo Moyſes, hæc certamini neceſſaria prætermittit? ne tanquam inexpertum imperatorem arguas Moyſem. Audi enim quid de eo probabiliter diſſerat Ioſephus, *Aliquas cohortes diſp ſuit, ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad caſtrorum præſidium, & imbellis multitudinis reliquit, per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul, & corporibus curatis intenti claſſicum ſigno per Moſem dari expectant, qui & ipſe pernox cum Ieſu conſultabat: etenim* B *quæ de inſtruendis ordinibus admonebat, appetente vero iam die hortatur ducem, vt ſpei de ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re geſta fideliter, exiſtimationem ſibi apud milites comparare: ſimiliter Hebræorum optimum quemque priuatum, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit, atque ita inſtructos, & armatos, Ieſu & Deo committit, ipſe vero montem aſcendit.* Ioſephus.

Cum meditatione certamen ineundum, & prælium.

70. *Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael:* Ao in vtramque aurem dormies, ô Moyſes, cum inſtate aduerſarios inſpicias! ô Ioſue (inquit) elige tibi viros potentes, & egreſſus, C pugna contra Amelech: quandonam? cras, inquit, cur non hodie? ecce inſtant aduerſarij, non ergo procraſtinandum, ſed illico in certamen deſcendendum; cras inquit pugna, & merito, non enim inconſiderate, ſed cum meditatione prælium ineundum, manus cum hoſtibus conſerendæ: Sic animaduertit noſter Epiſcopus Aſtenſis Panigarola, in ſuo bellorum ſacrorum ſpecolo, loco vndecimo, admonit. 4. *Hodie diſpone exercitum, mane autem pugna, non enim conuenit, niſi vrgente neceſſitate, aliter ſe gerere.* Noſter Epiſcopus Aſtenſis.

Pugnante duce exercitus, imperator ſi legitima de cauſa à prælio abeſſe debeat, cum ſacerdotibus inſtet orationi.

Venit Amalech, & pugnabat contra Iſrael: 71. Præfecit ducem exercitui Iſrael Ioſue, eligentem viros ſtrenuos armis, & peritos arte pugnandi, egreſſuſque pugnauit contra Amalecitas. O Moyſes qui tot olim prælia cum aduerſarijs Ægyptiorum geſſiſti, an deſcendes in certamen? minime, ſed ſtabo ſuper collis verticem, quid hic acturus? Deum pro populi mihi commiſſi incolumitate deprecaturus, comitante me Aarone ſummo ſacerdote: & merito, pugnante enim duce exercitus, imperator ſi legitima de cauſa abeſſe teneatur, cum ſacerdotibus orationi inſtare debet pro victoria ab hoſtibus conſequenda. Quod confirmat B. Chryſoſtomus hom. de hoc argum. S. Chryſoſt. *Stabat Moyſes in monte, non armis ſed precibus pugnauit, ſtabat extenſis ad cælum manibus deuoto orans affectu, non de terra, ſed de cælo auxilium petebat, cum hoſtibus pugnabat abſens, cum exteris ſine bello decertabat, vt quem loci diuerſitas ab inimicis ſeiunxerat, orationis affectus ad bellatorem præſentem hoſtibus exhiberet, ſic Moyſe orante pugna occulta, ſed manifeſta victoria.*

V A R I E T. L E C T. *Verſ.* 10. & 11.

Vulg. Fecit Ioſue, vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalech, Moyſes autem, & Aaron, & Hur, aſcenderunt ſuper verticem collis.

Sept. Et fecit Ieſus ſicut dixit ei Moyſes, & exiens congreſſus eſt cum Amalech, & Moyſes, & Aaron, & Or aſcenderunt in cacumen collis. D

Vulg. Cumque leuabat manus Moyſes, vincebat Iſrael, ſin autem paululum remiſiſſet, vincebat Amalech.

Sept. Et factum eſt cum leuabat manus Moyſes inualeſcebat Iſrael, vbi autem ſubmiſerat manus, inualeſcebat Amalech.

Cald. Et factum eſt cum eleuaret Moyſes manus ſuas, præualebant viri domus Iſrael, & cum demittebat manus ſuas, præualabant viri domus Amalech.

Oleaſt. Quando faciebat quieſcere manum ſuam.

E X P O S I T I O.

F*Ecit Ioſue, vt locutus erat Moyſes:* Scilicet viros armis ſtrenuos eligens, & educens eos extra caſtra aduerſus Amalechitas, *& pugnauit contra Amalech,* quod per anticipationem dicitur, prius enim aſcenderunt Moyſes, Aaron, & Hur in verticem montis, quam Ioſue pugnaret. Quis autem fuerit ille Hur, omiſſis Rabbinorum deliramentis, breuiter aperiam, Hur maritus fuit Mariæ, quod veriſimilius, quam quod fuerit filius Caleb, vt aliqui volunt, & Mariæ; cum iſte Hur grauiſſimos vir fuerit, & ad quæſtiones elucidandas ſimul Aaroni aſſignetur; Caleb autem cum terram promiſſionis exploraturus intrauit, quadraginta annorum deſcribitur, & Maria ad minus erat nonaginta duorum annorum.

Cumque leuaret Moyſes manus: Non pauci, quorum probabilis eſt ſententia, tenent manus quidem eleuaſſe, ſed ad modum crucifixi eas extendiſſe, tamen ſacer contextus non ait extendiſſe manus, ſed leuaſſe quomodo habetur in Hebræis, Græcis, Latiniſque

cõdicibus, & Paraphraſi Caldaica, Philo ait manus leuaſſe in cælum non extendiſſe ad ortum vel occaſum, quin etiam illi ipſi qui Chriſtum hic affixum cruci figuratum produnt, differentiam agnoſcunt.

S. Auguſt.

Nam Auguſt. ſerm. 93. de Temp. ait, aduertite fratres, Moſes quidem manus leuat, non tamen extendit, & licet ſolum manus eleuauerit, tamen in eis crucis myſterium repræſentatum reperies, ſi ſciueris manus eleuaſſe, & tranſuerſam in eis virgam Dei habuiſſe. ſtans tamen leuabat manus in cælum, non ſedens vel genu flectens, vt colligitur ex eo quod Moyſes dixerat, cras ego ſtabo, imo ſtando orare antiquitus ſolebant, vnde Lucæ 18.

Luc. 18.

A Pharisæus ſtans orabat, *vincebat Iſrael* cum ſcilicet eleuatas manus teneret, *ſin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech.* cur autem Moyſe attollente manus Iſraelitæ vincerent, demittente vincerentur, vario reſpondetur, primo vt Moyſis ſanctitas proderetur, ſecundo vt doceremur orationi etiam humilem & religioſum corporis externum habitum coniungere, tertio vt ad Deum tam Iſraelitæ quam nos in difficultatibus doceremur recurrere, dum ſatis ex euentu ſecuto indicatum fuit, non tam armis, quam oratione feruenti hoſtes fuiſſe expugnatos.

CONCEPTVS.

Etiam efficax crucis virtus in liberandis hominibus.

Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael,

72. Non minimæ notæ ſancti Patres credunt eiuſmodi manum Moyſis eleuatione Chriſti Domini crucem adumbrari: ſed ſi ſolum crux ſanctiſſima figuratur, quomodo in figura eius ſuperantur aduerſarij Dei? quia præpropera, & feſtina eſt illius virtus ad liberandum genus humanum, antequam crux Iudæis in mentem venerit, tam ſub illius trophæis fideles inaugurantur. de antelucana hac crucis efficacia pulchrè Nazianz. Apolog. 1. fatur.

S. Greg. Nazianz.

Quibus armis aduerſus Diaboli inſidias inſtruar? quis hunc profligauit? Moyſes in monte manus extendens, vt crux adumbrata, & ante indicata victoriam ferat, Quando quidem crucis nondum fabricatæ virtus armabat fideles, quà modo cruce exiſtente armabitur Chriſtiana Eccleſia? accipite D. Anaſt. Synaitam l. 11. Hexam. vbi ſic depingit Eccleſiam, *Vides infracta, & inuicta arma in quibus Eccleſia Dei conterit & aufert caput ſerpentis, crucem inquam, & corpus & ſanguinem Ieſu.* Hæc ſunt arma, quibus munitus Chriſtianus, vbique ſe ab hoſte timeri facit.

Vincuntur, qui crucis ſigno non muniuntur.

73. *Cum leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael,* remittente autem, Amalech ſuperabat, ſed nullo modo remittente Moyſe manum, ſed ſemper extollente aliquantulum, an Amalech ſuperior in certamine euadebat? nequaquam, imo fugauit Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladij, quid hoc eſt? cum eſſet bellicoſiſſimus & fortiſſimus Amalech, ita extollente manus in cælum Moyſe vincitur, & profligatur, Iſrael autem ex eo glorioſum refert triumphum? nonne eleuatio manuum Moyſis crucis ſignum adumbrabat, quo nequaquam munitus Amalech? quid mirum ſi in fugam vertitur & internecione deletur? hoc meditatus eſt D. Cyrill.

S. Cyrill. Alexand.

Alex. l. 3. de Iuſtif. in Chriſto, inquiens. *Attollente manus Moyſe, fortior erat Iſrael, remittente languebat, & ſuperabat Amalech, neque enim à diabolo, neque à quouis alio hoſte quamuis expugnandi cupidiſſimo vinci vllo modo poteſt, non modo vniuerſus Iſrael, ſed quicumque Chriſto conformes eſſe duxerunt, eius opprobrium, id eſt crucē illius venerandam perferendo: cæterum quicūque non acceperunt crucē, ij quod auxiliatore carerēt,* B *hoſtium incurſionibus patuerunt,* expende *cæterum quicumque crucem non acceperunt, &c.* vincitur enim quis facile qui crucis ſigno non munitur.

Si aſcenſiones meditaris in corde tuo, ad te dè cælo, omne bonum deſcendet.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, victoriam ſuorum à cælo trahebat, ſed paululum eas demittente, ſors mutabatur; quæ connexio inter victoriam, & manuum eleuationem? nonne deſuper victoria eſt, ſicut quodlibet omne bonum? benè ergo cum quis in cælum manus & mentem erigit, refert populus Iſrael victoriam, quia ſi eleuationem & aſcenſionem cæleſtem meditaris in corde tuo, ad te de cælo omne bonum deſcendet, à deiectis rebus te eripe, ſublimibus te applica, quaſi hoc vno ilice trahes ad te, & ad tuos cæleſtem victoriam. vnde Auguſt. ſer. 93. de Temp. ſic monet. *Si ergo talia ſunt opera tua vt illa poſſis in altum in conſpectu Dei leuare, potes etiam & tu in ipſo aduerſarios tuos extinguere,* non dubites de cæleſti auxilio qui meditaris in corde tuo aſcenſionem cæleſtem. 74.

S. Auguſt.

Si vetus teſtamentum non vilipenditur, certa eſt Chriſti de aduerſariis victoria.

Cum leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael, ſi autem paululum eas remiſiſſet ſuperior erat Amalech, quid hoc, quod Ioſue ſiue Ieſus clarebat victoria cum Moyſis manus non deiectæ erant, ſed eleuatæ? quia tunc verus Saluator mundi triumphat, & os inimicorum obturat, D cum Moyſes non abiicitur, ſed omnino bene habet, ſi lex non remittitur, non vilipenditur, certa eſt Chriſti de aduerſariis victoria, & ſic merito Orig. hom. 1. in Ioſue ait. *Tunc ergo inualeſcit Ieſus magis, & tunc vincit quando Moyſes erigit manus ſuas, victus eſt autem populus ille ab Amalech, quoniam iam non erigebat manus ſuas. ſed erant demiſſæ deorſum, illi enim ſunt quibus dicitur, ſi crederetis Moyſi crederetis vtique & mihi.* Præ manibus tibi ſint ſcripturæ, & celebrabitur victoria Ieſu, quem Moyſes & Prophetæ prædicant. 75.

Origenes.

Victoria de aduerſariis laborem petit humanum, ſed non tam ab illo, quam à Deo fit.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, hoc vnum requirebatur ad Iſraelitarum victoriam, 75.

nimirum quod Moyſes manus ſuas leuaret, leuatiſque Moyſis manibus, & vires addebantur Iſraelitis & victoria appropinquabat, ſed cum Moyſes in vertice montis eſſet à quo longe erãt pugnantes, qui conſertis manibus cum hoſtibus dimicarent; quumodo ergo Moyſis manus adeo diſtantes tam inſignem victoriam præbere potuerunt? ſanè dum Moyſis manus viſibiliter leuarentur in cælum, ſimul aliam occultam trahebant Dei manum, cuius erat & vires addere, & gloriosum triumphum referre. ad hæc
S. Irinæus. D. Irenæus lib. 3. c. 18. fatur, *Occultè quidem, ſed potenter omnia manifeſtans, quoniam occulta manu expugnabat Dominus Amalech:* tantum equidem opus, tantum victoriarum augmentum non à viſibilibus, Moyſis manus cauſare poterat, alterius occultiſſimæ, & prorſus ab oculis remotæ manus, opus erat.

B

Si terrenis ſis deditus, facile ab hoſte tartareo ſuperaberis.

77. *Cum leuaret manus Moyſes, vincebat Iſrael, Sin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech.* Ex quonam fonte totius Iſraelis emanat perditio? quænam eſt cauſa, quod Iſraelitæ ab infenſiſſimo ſuperentur hoſte? nimirum ex eo quod Moyſis manus deorſum vergerent, vbi ad terram inclinabantur Moyſis manus, aduerſaria poteſtas exaltabatur & Iſraelitæ perdebantur, de quo ſic loquens D. Hilarius in Pſal.
B. Hilar. 133. aiebat: *Moyſes nos docuit exemplo, qui cum eleuatis manibus conſtitiſſet, vincebat, ſubmiſſis vero in terram, vincendum populum ab hoſte præbebat, oſtendens, per hanc formam hoſtem noſtrum ſi terrena opera noſtra ſint, vincere*, inter terrena opera nunquam non oſtenditur potentia Sathanæ, qui omnia hominum bona perdat.

C

Expandens Dominus manus benignitatis, nihil tibi timendum.

78. *Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael*, ecce tibi in expanſione, & eleuatione manuum victoria ſita eſt, & hoſtium perditio. quo reſpiciens Dominus aiebat. expandi manus meas ad te tota die, Iſaiæ 55. non Moyſes, ſed ergo expandens manus oſtendo vbera benignitatis, quibus hoſtes cadant & fideles victoria potiantur. ad hæc Procop. in cit. c. Iſaiæ. *Ille enim*
Iſai. 55. Procopius. *ego ſum, inquit Dominus, qui manus meas in Moyſe expandi, vt per victoriam vos mihi conciliarem, Amalecitas autem perderem.* Si vel expandat manus Dominus ſuæ benignitatis vbera tibi oſtendat, habes in eius vberibus turres inexpugnabiles, quæ tibi victorias pariat, & à quibus vniuerſi hoſtes perdantur.

D

Vnuſquiſque ſuum munus obeat, aliàs tota populi ruina eueniet.

79. *Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael*, ſed non ſolum quia Moyſes manus leuabat, ſed quia egreſſus Ioſue pugnabat, ſic inter Ieſum Nauè & Moyſem diuiſa ſunt obtinendæ victoriæ munera, vt Ieſus medius contra confertiſſimos hoſtes pugnaret, & Moyſes in monte amicorum auxilio & conſortio recreatus oraret: ſed ſi Myſes decertaret cum hoſtibus, & Ioſue oraret in monte, nonne victoriam poplus conſequeretur? ſanè perderetur ſi Moyſes arma caperat, & in pugnã deſcéderet, perderetur, ſi Ioſue relictis armis ſolũ oraret: vnuſquiſque enim ſuum munus obire debet, ni totius populi ruinam velit euenire. Id quod pulchrè tractat Damian. in Apolog. de contemptu mundi cap 17. Petrus Damianus.
In vertice montis Moyſes orabat, & duce Ioſue Iſrael in conualle pugnabat, ſed ſi Moyſes in adiutorium populi ſui ad campeſtria deſcendiſſet, Amalech procul dubio Iſraelitarum terga percuteret: ſi ille manus ad corripienda arma deponeret, facta ſuorum ſtrage facilem victoriam aduerſariis triumphantibus præbuiſſet, itaque tota perditio victoriæ fuiſſet, quod Moyſes à monte deſcenderet & manus demitteret etiam vt arma ſumeret aduerſus inimicos, non enim erat id ſuum munus, ſed Ioſue qui ſolus cum ſuis medius cõfertiſſimis hoſtibus poſitus & telis expoſitus ab omnibus glorioſiſſimum retulit triumphum.

Libido vt expugnetur, tanquam aduerſus omnia vitia, ad arma te accinge.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, orabat Moyſes in monte, egreſſus pugnabat Ioſue cum fortiſſimis militibus: ſed cur aduerſus Amalech non ſolum duriſſimus militantium labor, ſed inſuper & oratio requirebatur? nonne aliæ multæ nationes expugnatæ fuerunt ab Iſraelitarum copiis? cur inter omnes Amalech non niſi armis & oratione ſimul poteſt deuinci? erat Amalech idem quod voluptatis turpitudo; ad hoc autem quod vincatur voluptas, nulla debent deficere ex armis quibus vniuerſa ſuperantur vitia; teſte D. Greg Mag. in cap. 15. 80.
lib. 1. Reg. *Voluptuoſæ violentia paſſionis oſtenditur, cum eadem qua recenſentur Amalech bella deſcribuntur, nam pugnante Iſraele cum eleuabat manus Moyſes, vincebatur Amalech, & vincebat ille cum iſte manus deponerit, quid eſt autem quod contra alios ſolis armis pugnabat Moſes, contra Amalech vero non ſolis armis, ſed etiam virtute orationis? profectò magnum fornicationis certamen oſtenditur, quod tanta virtute, tanta difficultate ſuperatur, arma igitur exercitus, & oratio intentiſſima neceſſaria eſt; arma quidem neceſſaria ſunt, quia qui contra fornicationem pugnare volunt vincere nequeunt, ſi non cæteris virtutibus muniuntur*, hæc vltima pende verba, quibus manifeſtè declaratur, quod armis omnibus debet muniri, quiſquis de voluptate ſperat habere triumphum. S. Greg. Ma.

Eos virgo obumbrat, qui contra vitia pugnant.

Cum leuaret manus Moyſes, vincebat Iſrael, ecce Moyſes quodam obumbrantis & orantis habitu, ſuorum hoſtes defendebat. Id ne perfectius præſtabit vmbra Virginis? quidni? extendat ipſa manus, oretque pro bellatoribus, vincent ſuos hoſtes, virgineoque tegmine muniti, magnam hoſtium multitudinem licet paucis ſternent, inuiſibiles hoſtes deiicient; deiicient viſibiles, mundi illecebris fortes occurrent: igitur in quacumque pugnâ ad vmbram virgineam quiſque confugiat, nam vt bene Laurent. Inſtin. de Natiuit. Virg. *Virgine interpellante pro nobis, vincemus mundum, diabolum ſuperabimus, reniſemur tentationibus.* & Richar. à S. Laurent. lib. 2. de Laudibus Virg. *In vmbra* 81.

S. Laurent. Iuſtin.
Richard. à S. Laurent.

orationis, inquit, *nos Maria protegit, contra pluuiam tentationum diabolicarum.*

Etiam ob Moſis ſolitudinem victoriam populus conſequitur.

82. *Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael*, vbinam leuauit manus? in vertice montis: ſiſto hîc & quæro, quid neceſſe erat, vt in montem oraturus Moſes aſcenderet? nonne poterat manus eleuare etiam multitudini proximus? numquid non ſua præſentia animum pugnantibus addidiſſet? an ſciebat ſe ſolitudinis cultu periclitanti populo magis profecturum? ita eſt, ſors non Iſrael viciſſet ſi Moſes montis verticem à multitudine ſe ſubmouens, non aſcendiſſet: quod ſupra vidimus ex Damiano confirmatum, ait enim; *ſi Moyſes in adiutorium populi ad campeſtria deſcendiſſet, Amalech proculdubio Iſraelitarum credentium terga percuteret*, vide quanta Moſis ſolitudo bona toti populo parturierit, quã illuſtrem victoriam, à multitudine abſens, ſit adeptus, qua facile multitudini ſi fuiſſet proximus, multitudo caruiſſet. Petrus Damian.

Aptè cum cruce, Ieſu nomen coniungitur, & quaſi adhæret.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,
83. pugnabat tamen Ioſué, ſeu vt habent Septuag. Ieſus, ſed cur eodem tempore, quo Ieſus decertat contra Amalechitas, Moſes crucem manuum eleuatione præferebat? vt victoriam inde adipiſcerentur, ea facile cariturі, ſi crucem formari Moſes neglexiſſet: eleuauit Moſes manus, & interim cum viris quos elegerat pugnauit Ioſué, qui Ieſum vel nomine ſignabat, ſicque vincebat Iſraël. vt hinc colligeremus, quàm aptè cum cruce Ieſu nomen hæreat: iuuare hanc mentem videtur Tertull. qui ad præſentem Exodi mentem reſpiciens lib. 3. aduerſus Marcion. c. 18. Ita loquitur, *Iam vero Moyſes, quid vtique tunc tantum cum Ieſus contra Amalech præliabatur, expanſis manibus orabat reſidens, quando in rebus tam attonitis magis vtique genibus poſitis & manibus cædentibus pectus, & facie humi voluntante orationem commendare debuiſſet? niſi quia illic vbi nomen Domini Ieſu dimicabat, dimicaturi quandoque aduerſus diabolum, crucis quoque habitus erat neceſſarius, per quam Ieſus victoriam eſſet relaturus.* Tertullian.

Otium orationis negotium eſt operationis.

84. *Cum leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael*, manus eleuas, ſed vt ferias hoſtem, manus extolle, vt quo altius leuaueris eo grauius Amalechitam percutias: non eleuat in hoſtem, ſed verſus cælum ſtans in monte, quid hîc agis otioſus, & immunis à periculo, dum medio in certamine periclitantur alij? ne otioſum dixeris calumnioſè, imò laudabiliter, otium eſt enim orationis, quod eſt maximum negotium operationis, quid enim hoc otio non conſequitur? Imò victoriam illuſtriſſimam comparat, quod D. Ambr. lib. 3. offic. cap. 2. expendens ait, *Moyſes cum otioſus ſtaret, præliabatur, nec ſolum præliabatur, ſed etiam de hoſtibus quos non contigerat, triumphabat, adeo otioſus, vt manus eius alij ſuſtinerent, nec minus quam cæteri negotioſus, qui otioſis manibus expugnabat hoſtem, quem non poterant vincere qui pugnabant.* B. Auguſt.

Vberior orationis efficacia ex eleemoſyna.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 85.
D. Auguſt. quis bene manus leuat niſi qui per eleemoſynam in cælo iugiter theſauriſat? quis bene manus leuat, niſi qui aſſiduè victum & veſtitum pauperibus ſubminiſtrat? ergo nõ benè leuabat, ô Auguſtine manus in cælum Moyſes, cum eleemoſynam pauperibus non diſtribueret; ſed falleris, nonne maxima neceſſitate premebatur populus Iſrael? nonne Dei auxilio indigebat? hoc ei diſtribuit in manuum eleuatione: & ideo maiorem efficaciam obtinuit eius oratio. vnde B. Chryſoſt. in illa verba Pſ. 104. dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo, eleuatio manuum mearum, ſic fatur, *Expande manus tuas ad pauperem, ſi ad pauperum manus extendas, ipſum cæli cardinem attigiſti, nam qui illic ſedet eleemoſynam accipit: quod ſi ſteriles manus extendas, nihil proficis, nam non in verborum multitudine, ſed in operum exhibitione nos exaudiri meminerimus*, profectò ſine eleemoſyna oratio, ſicut ſine oratione eleemoſyna laudabilis actio, attamen prędicta loquendi ratione vberiorem ex eleemoſyna efficaciam intendit doctor oſtentare. S. Chryſ. B. Chryſ. pſal. 104.

Oraturus manus eleuans in cælum in crucis formam, quid non conſequetur?

Cum leuaret Moyſes manus vincebat, victoriã ex potentiſſimo hoſte referebat, tantæne eſt efficaciæ oratio cum manuum eleuatione? ſi formam crucis repræſentat, quidni? oraturus enim 86.
hoc modo quid non conſequetur? teſtis ſit S. Andræas Epiſcop. Cretenſis orat. 2. de Exaltatione ſanctæ Crucis, qui quo geſtu orauerint tres pueri in fornace Babylonica ait, *Suſtulerunt olim manus Azarias & ſocij eius in Babylonica fornacis igne precantes, & elatam in altum ignis flammam extinxerunt, crucem exaltatam adũbrantes.* quid de Iona orante in ventre Ceti, audiamus eumdem patrẽ. *Eleuauit aliquando Ionas vocem manibus in formam crucis ſublatis, & ſtatim virtutem ex alto attraxit, ſine noxa ex bellua eiectus*, idem habet Coſmas Hieroſolym. Hymno. 9. de Exaltatione ſanctæ Crucis, *Humida fera in viſceribus, palmas Ionas in figuram crucis extendens, Saluatoris iam paſſionem præfigurabat.* Andræas Cretenſis. Coſmas Hieroſol.

Manus nobis data, vt illas in oratione extendamus.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 87.
orantis habitus erat manus ad Deum extẽdere, vt notiſſimum eſt ex diuinis litteris: ſed cur hîc obſeruatur, vt manus eleuẽtur? quia manus huic præcipuè muneri ſunt deſtinatæ, vt eas in orationis ſignum eleuemus: quod notat S. Chryſ. oratione de prouidẽtia, dũ ait, *manus datæ ſunt, vt eas ad orationem extendamus*, non aptè manibus vtitur, qui eas in oratione non eleuat, eis abutitur, qui ab oratione ceſſat, ſic enim ab aduerſarijs vincetur, ſicut ſuperabatur populus Iſrael, cum Moyſes manus paululum demitteret. S Archiep. Conſtant.

Manus innocuæ, & impollutæ in oratione eleuentur.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 88.

quas manus? ſane puras, vnde D. Paulus ſcri- A
1 ad Tim. 2. beos ad Timoth Epiſc. 1. c 2. dicebat, volo autem vos orare in omni loco, leuantes puras
manus; cur addid t puras? nonne ſatis erat
dixiſſe, volo vt in oratione manus extollatis?
ecce de manibus Moyſis non dicitur, quod
fuerint puræ, ſed ſolum quod eas leuaret: in
Moyſe hoc præſupponebatur alijs autem hoc
ſignificari debuit, ne crederent ſufficere quomodocunque manus leuare, ſiue puras, ſiue
impuras; quod recte animadoertit D. Anſel. io
S. Anſelm. dicta i Epiſt. *Orent leuantes ad cæleſtia. non deprimentes ad terrena manus puras à peccatorum
ſordibus, ne enim confundantur manus ad Deum
leuata, debent & à peccatis eſſe pura & in omnibus operibus exercitata*, & præclare Tertul. in
Tertullian. Apolog. c. 30. *Illuc in cælum ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, quia innocui, nudo capite, quia non erubeſcimus, denique ſine monitore,* B
quia de pectore oramus.

Non qualibet puritas manuum, ſed ſpiritualis in oratione requiritur.

89. *Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,*
manus quidem leuabat, ſed puras, ſed impollutas, abluantur manus, & tunc puræ, tunc impullutæ erunt, & ſine ſordibus. olim enim vt
puras in oratione manus eleuarent manus lauabant, teſte S. Chryſoſt. homil. 56. ad popu-
S Chryſ. lum, ideo libenter non oramus niſi lotis manibus faciamus, tanquam Deum offenſuri, &
ſub nequam conſtituti conſcientia: ſed quid
refert ô Chryſoſt. manus abluere, non mentem,
ſordes in manibus non ferre, circumferre in
moribus? ſed idem pater grauiter vrget, ſor- C
didis quidem orate manibus non audes, ſordem autem & immunditiem offerens ex rapina
nil mali cenſes? *ipſas manus ſordibus & immunditia non ſinis impleri, ſed prius purificatas, ita
poſt modum eas offers, & talis ſordes nullum
habet peccatum, illa vero acuſatione digna atque
calumnia*: merito acriter pūgit B. Chryſ. eos qui
quidem manus abluunt ne impuræ ſint, ſed
ſine ſordibus in oratione, de puritate animæ
non ſolliciti, manibus neceſſaria quidem eſt
munditia, ſed ſpiritualis non corporalis. ſic ad
Tertull. hanc mentem loquitur Tertull. lib. de oratione
c. 11. *Cæterum* (inquit) *qua ratio manibus quidem ablutis, ſpiritu vero ſordente orationem
obire? quando & ipſis manibus ſpirituales
munditia ſunt neceſſaria vt à falſo, à cade, à
ſæuitia, à veneficiis, ab idololatria, cæteriſque* D
*maculis, qua ſpiritu concepta manuum opera tranſiguntur pura allenentur: ha ſunt vera munditia
non quas plerique ſuperſtitioſe curant ad omnem
orationem etiam cum lauacro totius corporis, aquam
ſumentes.* opportūna manuū ablutio quæ vitiorum maculas abſtergit, criminum ſordes tollit.

Manus in oratione extendantur, vt ligata ad pænitenda non porrigantur.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,
90. in oratione extendantur manus ad inſtar Moyſis qui ſuas eleuauerat: ſed cærerne myſterio,
quod in precibus fundendis extendantur? non
equidem. ſed vt ſic quodam modo vinciantur,
ne ad pœnitenda porrigantur id præclare do-
B. Chryſ. cet D. Chryſoſt. hom. 79. ad populum An- A
tioch, *quid manuum in oratione vult extenſio? ha
multis ſceleribus miniſterium exhibent, & propterea eas iubemur extollere. vt orationis miniſterium,
ſit eis nequitia vinculum, & à malitia ſeparatio,
vt cum rapturus, vel oppreſſurus, vel alterum percuſſurus ſis, recorderis, quod has ad Deum propatronis emiſſurus es, & per has illud ſpiritale ſacrificium offerre debeas, nec illas confundere, ne
actionis praua miniſterio fiducia priuere.*

Manuum eleuatio orantem ad bona opera vocat.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 91.
manus operis inſtrumentū & ſignum eſt, quid
ergo manuum eleuatio, quæ in oratiunē fit,
denotat? quid monet? quod oratio à bonis
operibus non eſt abiungenda, quod indiſſolu- B. Aug.
B bilis ſit nexus orationis & boni operis; huc vocabat S. Auguſtinus producta & explicata ſuperius Pauli verba de puris manibus eleuandis,
ait enim enarr. in Pſalm. 62. *Leuemus & nos
manus noſtras ad Deum in prece, & non confundentur manus noſtra leuata ad Deum ſi exerceantur in bonis operibus: quid enim facit qui leuat manus? Apoſtolus enim dicit, leuantes puras manus,
& cum leuas manus tuas ad Deum, veniant tibi in
mentem opera tua, ipſas manus cogita in bonis operibus exercere, ne erubeſcant leuari ad Deum.*

Fidelium arma, Oratio.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 92.
quid? an in hoſtes manus erigis? imo ſolum
verſus cælum extollis, quomodo ſi non armis
C pugnat, Amalechitas ſuperat? quis enim quempiam vidit non pugnantem, & tamen aduerſarios vincentem? vincit tamen Iſrael, Moſe manus in cælum erigente, Deum deprecante: oratio enim ſunt arma verè fidelium. Fauet Am- B. Ambroſ.
broſ lib. de viduis, *Arma Eccleſiæ fides, arma
Eccleſia oratio eſt, qua aduerſarium vincit*, Deo
orationes fundamus, & hoſtes noſtros conteremus, hoc indicat B. Auguſtinus ſerm. 93. de S. Aug.
temp. *ſcriptum eſt nempe Numer. 22. quia ſicut
vitulus abſingit herbam viridem, ita populus Iſrael* Numer. 22.
*abſinget populum Amalech ſuper terram, per quod
indicari videtur, quia populus Dei, non tam manu & armis, quam voce pugnabat & lingua*, id eſt
orationem ad Deum fundebat, pergit ergo; *&
tu ſi vis vincere, audi Apoſtolum dicentem,
orationi inſiſtentes & vigilantes in ea*: idem ha-
D bet Orig. ho. 11. *in Num. populus Dei non tam* Origen.
*manu, & armis quam lingua & voce pugnabat, id
eſt orationem fundens ad Deum proſternebat inimicos, ita ergo, & tu ſi vis vincere inimicos, eleua
actus tuos & orona.*

Oratio non ſolum arma, ſed etiam triumphus.

Dum leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael, 93.
cur non ait pugnabat Iſrael? nonne certamen
eſt ante victoriam? pugnet ergo Iſrael, & trophæum referet: optimè vnum, aliud infert,
nempe leuabat Moſes manus, & vincebat Iſrael, nam oratio viri iuſti, qualis erat Moyſes,
eſt triumphus de aduerſariis. Sic dicta eſt oratio à S. Ephrem tract. de oratione, *oratio*, in- S. Ephr.
quit, *corporum robur, rei familiaris adminiſtratio
recta iuris legumque conſtitutio, regni potentia,*

trophaum atque belli vexillum, tutela pacis. idem habet S. Greg. Nyſſ. tractat. etiam de oratione, *oratio regni vires, belli trophaum, pacis ſecuritas, diſſidentium conciliatio, &c.*

A *quietum, & ab omni tumultu exteriorum liberum, & clauſo oſtio id eſt excluſa phantaſmatum turba, ora patrem tuum.*

Vita proba volare facit orationem.

4. *Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,* quid à Deo te conſecuturum ſperans, media manuum eleuatione? victoriam ab inimicis: manus nondum eleuaſti, dicitur enim quod dum leuares, & ecce ſuperat Iſrael, quomodo tanta celeritate ad thronum Dei peruenire potuit oratio? quia tamquam alis virtutis, & probæ vitæ Moyſis euecta eſt in cælum. præclarè S. Ambroſ. in illa verba Pſal. 118. appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine, ait, *volare facit orationem bona vita, dat alas precibus ſpirituales, quibus ſanctorum ad Deum euehatur oratio.*

S Ambr. Pſal. 118.

Ad Chriſti, exemplar te compone, & erit efficaciſſima tua oratio.

95. *Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,* neſcio, cur efficacia tanta, in manuum eleuatione oſtenditur, vt his euectis victoriam à bellicoſiſſimo hoſte conſequantur Iſraelitæ: nonne eleuatio manuum Saluatoris crucifixi referebat imaginem? fauet B. Auguſt. ſerm. 95. de Temp. in ipſa eleuatione crucis myſterium oſtendebat. quid mirum igitur ſi eleuatis in cælum manibus orans glorioſiſſimam victoriam conſequatur? qui enim ad Chriſti Domini exemplar ſe componet quidquid petierit efficaciſſime, conſequetur, ſic enim Maximus Taurinenſis Epiſcopus hom. de Cruce & ſepul. *Ipſius inceſſus hominis cum manus leuauerit, crucem pingit, atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, vt ipſo quoque membrorum geſtu paſſionem Domini fateamur: tunc enim citius noſtra exauditur oratio, cũ Chriſtum quem mens loquitur, etiam corpus imitatur, hoc etiam exemplo ſanctus Moyſes cum contra Amalech, gereret bellum, non armis, non ferro, ſed eleuatis ad Deum manibus ſuperauit, ſic enim habes ſcriptum, cum eleuaſſet manus Moyſes vincebat Iſrael, cum autem depoſuiſſet conualeſcebat Amalech.*

S Auguſt. S.Maxim.

Externa, mentem colligi in oratione non ſinunt.

96. *Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael,* vbinam manus eleuat? in monte, cur non in caſtris? nam præſentia Imperatoris militanti militi animum addit: ſeceſſit in montem oraturus à caſtrorum tumultu ſeparatus, quia animus varijs diſtractus in plura effuſus externa, difficile poteſt in oratione ſe colligere, audi monentem S. Greg. 8. in Ezech. *Multa* (inquit) *terrena quotidie agimus, poſt hac ad orationem redimus, ad compunctionem accenditur animus, ſed earum rerum quas agimus, imaginationes verſantur in monte, & intentionem compunctionis præpediunt in oratione; & quod volentes foris agimus, hoc interius patimur inuiti, & quædam cogitationum phantaſmata mentem per imagines corporeas diſpergunt, ne ſtricta tota in oratione ſe colligat.* exiguus fructus ex oratione colligitur, quæ collecta mente non ſternitur, & ideo à tumultu te ſegrega, ſecede in montem, nam vt optime Auguſt. ſerm. 182. *Cum oraueris habeto cor*

S. Gregor. B.Auguſt.

Oratione dæmones expelluntur.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 97.
quos aduerſarios ſuperabat? Amalechitas qui dæmones adumbrant, filios Iſrael verè fideles oppugnãtes, ſed ſi quis debitè orauerit, an facilè hos repellet & proſternet? *Si dæmones nos conſpexerint*, inquit Chryſoſt. hom. 30. in Geneſ. *deprecatione munitos, illico reſiliunt, non aliter quam prædones & facinoroſi, vbi conſpiciunt militis gladium in caput ſuum vibrari.* & B Auguſt. ſerm. 32. ad fratres in eremo, quantæ virtutis eſt iuſti deprecatio, non ſolum ad inuiſibiles hoſtes & viſibiles deuincendos, ſed & ad alia B innumera mala euertenda, multis ſcripturæ exemplis demonſtrat his verbis, *O quam grandis eſt ipſius orationis cauſa! ô quam grande myſterium! Moſes orabat in monte, & Ioſue Amalech deuincebat, per orationẽ Ezechias ſanatur & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur: per orationem Saulus efficitur Paulus & doctor gentium; Ieremias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat; Iob in ſterquilinio nudus triumphat; Suſanna inter ſenes defenditur, paradiſum de cruce latro inuenit, Stephanus de torrente in cælum ſuſcipitur, & inter lapidantes pro Saulo exauditur.*

S Chryſoſt. S.Auguſt.

Ita in oratione eleuati eſſe deberemus, vt ſimul, cum ea, corpus etiam ſi poſſemus, in C *cælum deferremus.*

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 98.
diximus eleuationẽ manuum in oratione ſolitam obſeruari, nõ ſolum vt ex veteri, ſed etiam vt ex nouo conſtat teſtamento, Pſal. 118. Dauid dicebat leuaui manus meas ad mandata tua. Thren. 2. monemur, vt leuemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cælos, & Apoſt. 1. ad Timoth. 2. volo vos orare in omni loco leuantes puras manus, vnde S. Hyppolitus in oratione de conſummatione ſæculi, Chriſtum in iudicium quærentem inducit, manus veſtras feci, vt ad preces & obſecrationes extẽderetis eas, at vos ad rapinas, & cædes, & mutuas occiſiones extendiſtis; ſed quid denotat huiuſmodi eleuatio manuum, cum quis deprecatur? quod ſi poſſet etiam cum verbis deprecatorijs, D ipſum corpus in cælum transferret. ſic Clemens Alexand. cap. 17. Strom. *Caput & manus in cælum extendimus, vna cum verbo corpus è terra educere conantes, erectum & eleuatum animum deſiderio meliorum cogimus in ſancta progredi magno animo, corporis vinculum deſpicientes.*

Pſalm 118. Thren. 2. 1 ad Tim 2. S.Hipolit. Clemens Alexand.

Oratio affectuoſa quaſi omnipotens, ad omnia, quæ petit.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 99.
quid à Deo in tua manuum eleuatione poſtulabas? vt populus Iſrael victoriam ab Amalechitis referret. nonne ſi ſolus Ioſue cum validiſſimo ſuo exercitu pugnaret eos facilè ſuperaret? dux enim belicoſiſſimus eſt & milites ſui armis maximè ſtrenui, nequaquam ſolus cum ſuis vinceret: quomodo ergo Moyſe manus leuante, ſuperat Iſrael? quia oratio affectuoſa quaſi omnipotens eſt ad omnia quæ petit, ma-

gua enim orationis vis, & quæ maiores habet vires, quam humana præſumit temeritas: nemo tantum audet arroganter ſuperbiendo, quantum oratio ſuppliciter rogando, affectio ſupplicantis præ audacia ſuperat elatos auſus ſuperbientis, oratio, diuinus quidam vigor eſt, ſupplex omnipotentia, Theodoret. in hiſtor. Theodor. relig. ſic ait, *omnipotens oratio cum ſit vna, & omnia poteſt.*

Affectus inordinatus nobis prævalet, cum ad terrena deprimimur.

100\. *Tum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael,* ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech, quid hoc eſt, quod manibus in terram demiſſis ſuperabatur ab Amalech iam deuicto, B Iſrael? Philonis lib. 2. alleg. ſententia eſt, quod Philo. eleuat Moyſes manus ſuas, cum animus noſter ad cæleſtia fertur amore, deprimit vero ad terram, cum terrena appetit: ergo cum manus laſſæ ad terram decidunt, Iſrael ideſt videns Deũ ſuperatur, quia cura vel abundantia rerum temporalium cæleſtibus multum officit, verba illius ſubijcio. *Proinde alibi dicitur quia attollente manus Moyſe, prævalebat Iſrael, demittente autem, prævalebat Amalech: quibus verbis docemur quod mens quando attollit ſeipſam ſuper mortalia, & ſublimis fertur, vim concipit, vt Deum videat, quo loſt Iſrael: quando vero neruos ſuos hac remittit, relaxatque, mox affectus prævalet, ſcilicet Amalech, qui interpretatur populus olingens, reuera abſumit totam animam, & abligurit, nec leuem quidem virtutis ſcintillam relinquens.*

Victoriam referes à potentiſſimis, ſi debilibus, & pauperibus miſericordiam exhibeas.

101\. *Dum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael,* quid eſt in cauſa quod per manuũ eleuationem Deus victoriam tribuit Iſraeli? poſſet quidem alio quo vellet ſigno victoriam eis præſtare; maluit per manuum eleuationem, quia notante Orig. hom. 2. in Exod. eleuatio manuum eleemoſynam ſignificat, nam qui pauperi ſtipem porrigit, non tam in ſuum pauperum quam in cælum reponit, atque ita optimè dicitur eleuare manum, quando eleemoſynam præbet. hoc autem facto notatur eleemoſynam victoriam largiri contra irruentes hoſtes, qui ergo ſatagit ab irruentibus ſpiritualibus aduerſarijs victoriam referre, curet miſericordiam D pauperibus elargiri, hæc ſunt verba Orig. Origenes. *Eleuat ergo manum qui thezaurizat in cælum, vbi enim eſt cor eius, ibi & theſaurus eius, ibi & oculus eius, & manus eius.*

Oratio non vites tantum ex vocis vel cordis ſono, quam ex rectis operibus.

102\. *Dum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael.* cur non ait cùm eleuaret vocem, cum clamaret ad Deum, non autem cum eleuaret manus? nam cum de oratione ageretur, magis ad rem præſentem videbatur, quod eleuatio vocis victoriam conferret contra hoſtes quam eleuatio manuum: ſanè manus opera deſignant: nec mirum igitur ſi dicitur non quod vocem eleuauerit, ſed manus, vt denotaretur, orationem plus virium ſumere ex bonis operibus, quàm ex cordis vel oris clamore. hanc mentem adA ſtruit Orig. hom. vnica in lib. Reg. *An non* Origenes. *in lege per myſterium dicebatur, cum Moſe eleuante manus vincebat Iſrael, demittente & deijciente vincebat Amalech? quia dum famulus Dei eleuat manus ſuas ad Deum, vincit gens Dei, cum autem deiecerit, & demiſerit manus, id eſt actus ſuos, vincit Amalech inimicus Dei.*

Soli Chriſto Domino, debebatur manuum extenſio in cruce, vt nos omnium aduerſariorum victores redderet.

Dum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 103. cur non ait, dum extendebat, ſicque ſupe[...]at Amalechitas Iſrael? non dixit extendiſſe, ſed ſolum eleuaſſe, quia ſoli Chriſto debebatur extenſio manuum in cruce, vt nos omnium aduerſariorum victores efficeret, *Aduertite fratres* (inquit S. Auguſt, ſer. 93. de Temp.) *Moſes* S Auguſt. *quidem manum leuauit, ſed non extendit, cui ergo ſeruabatur vt manus extenderet niſi Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui extenſus in cruce vniuerſum orbem complexurus brachia pietatis extendit?*

Ceſſante oratione, ceſſat & victoria.

Dum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael, 104. ſin autem paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech, quid ô Deus, an tua dona imperfecta ſunt? an dimidiam tuis confers victoriam? integram tribue, ſed ſi non dimiſerit manus ab oratione, qui enim ab ea ceſſauerit, ceſſabit & victoria, fauet B. Chryſoſt. hom: de Moy- S Chryſ. C ſe, *Iſrael pugnabat contra Amalech, fit Moyſe orante victoria, ceſſante maſtitia: potentior hoſtis efficitur, iuſti corpore fatigato. deſinit Iſrael vincere, Moyſe deſinente in prece, vt dum diuerſa populis exhiberentur officia, orationis nobis potentia monſtraretur: denique tamdiu iſta diuerſitas valuit, quamdiu iugis oratio defuit.*

Vult Deus vt virtus orationis manifeſta omnibus fiat.

Dum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael ſin 105. autẽ paululum remiſiſſet ſuperabat Amalech: ſi ſtatueras tuos victores reddere Amalechitatum media Moſis oratione, cur permiſiſti, vt demitteret manus, ſicq; aliquantulũ ceſſaret victoria? aduerte quod ſi ſine intermiſſione, manus in cælũ eleuatas habuiſſet pugnãte Ioſue, victoria ſibi ceſſiſſet, ſine dubio Ioſue fortitudini militum eius tribueretur: merito igitur Deus ſtatuit, vt manus Moyſes demitteret, ceſſaretque victoria, vt omnibus manifeſta fieret virtus orationis, & non ſoli Ioſue certamini tribueretur. à noſtris ſtat partibus cit. Archiepiſc. *Conſtat perſeuerante Moyſe in oratione, quod perſeuerãs victor* S. Archiep. Conſtant, *roboratur, iam geritur pugna cum hoſte, iam Amalech precibus debellatur, commendatur Hebræus populus Deo, quem hoſtilis immanitas ad bellum prouocarat: oratio in vltionem inimici dirigitur, cuius ſcelera iam in interitum prouocabant: ne dum Moyſis oratio circa effectum victoriæ minus valeret, & inimici virtus in populum Dei potentior eſſet, non iam cæleſte, ſed humanum certamen ab omnibus putaretur.*

Oratio innixa meritis paſſionis Chriſti efficaciſſima eſt.

Cum leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, 106. erigebat autem manus tenens in eis virgam,

quid

quid eſt quod Moyſes tenet virgam Dei in manu ſua dum orat, niſi quod oratio noſtra debet inniti meritu paſſionis Chriſti? nam illa virga crucem Domini de ligno factam adumbrabat: & ſic poteſt intelligi illud à Chriſto Domino dictum, *ſi quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*, ideſt, quicquid petieritis innixi meæ paſſionis meritis. quid eleuatio manuum Moyſis denotat, niſi feruorem orationis? feruida namque oratio ad alta ſe volando erigit, & feruor iſte facile ab oratione procedit, in cuius ſignum Moyſes dum manus erigit virgam Dei tenet in manu, quid mirum igitur ſi tunc vincatur Amalech? oratio enim innixa meritis Chriſti efficaciſſima eſt.

Perſeuerantia in oratione requiritur.

Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael, ſin autem paululum demiſiſſet ſuperabatur, victoriam referente Amalech, ô Moyſes! cur ſemper manus erectas non tenes? cur eas aliquando deprimis? nonne diſcriminis populus tuus obijcitur manuum tuarum depreſſione? ita ſanè, niſi enim in oratione perſeueraueris, inefficax erit tua deprecatio. fauet noſter Bernardin. Senenſ. tom. 3. feria 2. poſt 3. Dominicam, *Aſcendit Moyſes in montem non armis, ſed precibus pugnaturus, & perſeuerante prece, perſeuerans victoria roborabatur.*

S. Bernard.

Non ſatis eſt ſignum crucis habere, vt hoſtium victor euadas, niſi crucifixum imiteris.

Cum leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrlae, non gladios, non tela vibrauit, ſed virgam Dei in manu detulit, quæ procul dubio lignum Dominicæ crucis figurauit. ſed eſto, vt virgam deferat, vt in ligni Sacramento confidat, & non armis, ſed ligno potius armatus hoſtium

A cuneos ſe eſſe debellaturum non ambigat; cur adhuc manus erigit? cur in modum crucis brachia expandit? ſecundum aliquorum Patrum ſententiam, per huiuſmodi expanſionem manuum aliqui intelligunt extenſionem bonorum operum ad imitationem Chriſti. bene ergo non ſolum defert virgam in manu, ſed manus etiam erigit & extendit, quia non ſatis eſt ſignum crucis habere, vt hoſtium quis victor euadat, niſi & crucifixum Dominum in operibus imitetur; expreſſa doctrina eſt S. Petri Dam. ſerm. 48. de Exaltatione S. Crucis. "Niſi ſpeciem crucis expreſſerit, niſi vexillum triumphale in ſublime leuauerit, nullam certè victoriam de fruſtratis hoſtibus obtinebit: habens itaque Moyſes virgam in manu, inſuper hoc & addidit vt brachia ſua in modum crucis expanderet, ſicque iam factum eſt vt cateruarum B aduerſantium acies ligno, & ſigno hoc, pleno crucis myſterio ſuperaret; hoc enim ſacra teſtatur hiſtoria, hoc planè factum non ſolum ſpiritalis intelligentiæ ſacramentum, ſed & virtutis nobis, ſaluberrimum connotat exemplum: nam dum crucem poſt Dominum tollimus, dum corda noſtra cum manibus ad Deum leuamus, rectores tenebrarum protinus corruunt, & in ima proſtrati fractis viribus eliduntur: ſi vero manus remittimus, & obliti cœleſtium terrena ſectamur, protinus hoſtis victor inſequitur, & nos amiſſa victoria perſequentium gladiis obtruncamur, in omni ſanè ſpiritali certamine crucis debemus præferre vexillum, quod nimirum ſi viriliter agentes attollimus, proculdubio victores exiſtimus, alioquin ſi ſegniter viuendo deponimus, ad primos perſequentium impetus neceſſe eſt vt C eneruiter concidamus."

Petr. Dam.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

Vulg. Manus autem Moyſi erant graues, ſumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit, Aaron autem & Hur manus eius ſuſtentabant ex vtraque parte, & factum eſt, vt manus illius non laſſarentur vſque ad occaſum ſolis.

Sept. Accipientes lapidem ſuppoſuerunt ſub eo, & ſedebat ſuper eum, & Aaron & Or ſuſtentabant manus eius hinc vnus, & factæ ſunt manus Moyſis ſtabiles vſque ad occaſum ſolis.

Cald. Aaron autem & Hur, ſuſtentabant manus eius, hinc vnus, & inde alter; fueruntque manus Moyſi extentæ in oratione, vſque ad occaſum ſolis.

Pagnin. Et fuit manus eius firma, donec occubuit ſol. *Vatabl.* Stabilita.

Oleaſt. Apprehenderunt manus eius.

D *Lippom.* Et fuerunt manus eius fides, veritas, ſiue ſtabilitas.

Quidam. Manſit manibus ſuis fidelis.

CONCORDIA.

HÆc verba Hebraica, מזה אחד ומזה אחד. mize echad vmize echad hinc vnus & hinc vnus, eleganter reddidit noſter interpres: vbi habemus ſuſtentabant, Oleaſter vertit apprehenderunt, additque verbum Hebraicum Zamah, ſignificare potius apprehendere, quam ſuſtentare, vt patet Prouerb. tertio vbi dicitur, digiti eius tamechu, ideſt apprehenderunt. Sic Amos cap. 1. vetemech, id eſt apprehendent ſceptrum de Aſcalon, quare hic ponendum putat, apprehenderunt manus eius; ſed ſtandum eſt noſtro vulgato Hebraici ſermonis peritiſſimo: legatur Pagninus in ſuo theſauro, תמך inquit eſt ſuſtinere deſuper, ne quid cadat, aut pereat; imo ratio conuincit, ſic vertendum fuiſſe, manus enim Moyſis ex nimis diuturna eleuatione in cœlum debiles redditæ fuerant, & ideo neceſſe erat, vt aliquis eas ſuſtineret ne aduerſarius ſuperior euaderet Amalech: noſter vulgatus habet, vt non laſſarentur manus eius, cum tamen ſit Hebraicè ויהי ידיו אמונה Vaehi, Iadaf, Emuna, eſt autem Emuna, nomen fœmineum verbale ab Aman, & ſignificat fidem,

veritatem, ſtabilitatem, imo indeficientem eſſe, hinc variè redditum eſt, nihilominus in eumdem ſenſum omnes conueniunt, manus Moyſis videlicet, non defeciſſe in ſua eleuatio- A ne, vtpote hinc & inde ſuſtentatas, qui autem fideles dixerunt, metaphoricè loquuntur, quæ enim fidelia, firma ſunt.

EXPOSITIO.

M*Anus Moyſi erant graues*, illa diuturna expanſione grauabantur, & præ laſſitudine deficiebant, *ſumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum*, ſtare enim amplius non poterat, & ideo neceſſitate compulſus ſedit, *Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius*, ece dubium quin cum Moyſe deprecante deprecati ſint: *& factum eſt vt manus eius non laſſarentur*, ſuſtentatæ ab Aaron & Hur, *vſque ad occaſum ſolis*, non quod tunc deficeret præ laſſitudine, ſed quia in occaſu ſolis iam Amalech fuerat deuictus, ſicque nec neceſſe manus extendere.

CONCEPTVS.

Non ſine dolore & labore, etiam præeunte Ieſu, obtinetur ab aduerſarijs victoria.

109. *Manus autem Moyſi erant graues*, præ diuturna extenſione manuum, & laborioſa earum eleuatione, cur ita laborioſæ eleuationi victoria conceditur? nonne ſatis erat, vt Deum ſedens deprecaretur, qui firmiter credebat auxilium diuinum non ſibi defuturum? cur ergo requiritur adhuc vt ſenex cum tanto labore manus extenſas habeat? nonne præibat Ieſus in certamine? detur ergo illi victoria; imo vbi Ieſus præibat in certamine, non otioſis, non oſcitantibus, qui cum labore, & dolore aliqua ſuſtinent, datur victoria & palma; quod innuebat Iuſtinus Martyr dial. aduerſus Iudæos, *Neque enim quod ita Moyſes precabatur, ſuperior erat populus, ſed initio pugnæ, cum nomen Ieſu eſſet, ipſe ſignum crucis edebat*: non ſufficit nuda fidei oratio ad palmam, quando Ieſus præit in puluere, quando in ſe dedicauit certamina, neceſſum eſt vt in nobis ſignum crucis in labore & ſudore edamus, qui triumphi cæleſtis palmas ſperamus.

S. Iuſtinus Martyr.

Pereunt qui diuina bona, ſuo volunt permitti arbitrio.

110. *Manus autem Moyſi erant graues*, ecce pugnaturus Ieſus Naue cum Amalech, poſuit Deus euentum belli, & victoriam in manibus Moyſis dummodo manus ſurſum eleuatæ reſpicerent. quid aliud Moſes cuperet, quid vltra deſideraret? in manibus ſuis victoriam habebat, & quidem cum eleuatas teneret, victores ſuos milites volebat exiſtere: ſed proh dolor, nomquam pugnatum eſt ab Iſraelitis periculoſius, numquam Moyſis victoria magis incerta, quam dum creditur eius manibus: ait enim textus, ſi paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech, manus autē Moyſi erant graues, & cur non ſunt manus graues ad bonum? quis non paololum, imo & multum, manus ad terram demitteret? ſanè nullus homo ſalutem adipiſceretur, ſi eius manibus ſalus fuiſſet permiſſa, aiebat Dauid, *Anima mea in manibus meis ſemper*; Cald. pulchrè *anima mea periclitatur, ac ſi in ſuperficie manus meæ eſſet ſita*, B maximum ſalutis periculum, imo detrimentum certum incurrit, qui ſolis ſuis manibus illam cupit permitti.

Pſal.

Ille ſecurus, fructuoſam orationem facit, qui ſecum Ieſum habet.

Manus autem Moyſi erant graues, initium fuit prælium à Ioſue cum Amalech, interea Moyſes eleuatis manibus victoriam obtinebat: ſed quia manus infirmæ erant, anceps erat victoria, iam pro Iſrael, iam pro Amalech ſtabat; quid tunc? ſumentes lapidem poſuerunt ſubter eum, Aaron autem & Hur, ſuſtentabant manus eius, & factum eſt vt manus ipſius non laſſarentur, vſque ad occaſum ſolis, fugauit Ioſue Amalech: Caldæus in rem præſentem id magis exprimit, fuerunt manus Moyſi extenſæ in ora- C tione vſque ad occaſum ſolis. orabat autem Moyſes, ſed paruo effectu, quia manus eleuatæ infirmitas ancipitem reddebat victoriam, ex quo in lapide ſedit, hic orat vt ſimul efficaciter victoriam trahat, qualis hic lapis, qui adeo efficacem orationem nouit parare? bene Lippom. *Petra quæ Moyſi fatigato ſupponitur, Chriſtus eſt, is noſtra firmitudo & ſoliditas eſt, quo confortante, omnia poſſumus, de Ieſu ſumenda eſt omnis orationis noſtra efficacia.* 111.

Lippom.

Stabilitas & immutabilitas in bonis operibus neceſſaria.

Manus autem Moyſi erant graues, ſumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: non leuiter prætereunda eſt hæc ma- D nuum grauitas, ſuum ad mores pondus habet. quid hoc eſt, quod ita graues, vt opus ſit eas ſuſtentari? & cum ſuſtentantur, vſque ad ſolis occaſum extendantur? innuitur ſanè bona opera non debere à nutanti animo emanare, ſed magna ſtabilitate fulciri, ne inchoata relinquantur imperfecta, & noxia viciſſitudine detineamur. audiendus S. Ambroſ. in Pſalm. 104. huius rei teſtis, *Curas inanes voluimus & operamur ſuperuacua, ſapientis autem cor & actumque & opus eſſe radicatum docet, atque immobile: hoc docuit Moyſes quando manus ei grauiores fiebant, ideoque vincebat populus, quando non perfunctoria gerebantur opera, ſed plena ponderis atq; virtutis, non nutantis animi nec titubantis affectu, ſed fundata mentis ſtabilitate*, vt non 112.

S. Ambroſ.

facile qui operi manum admouerit, ab opere reſiliat, & feſſus ac fatigatus opus relinquat, quod cum laude inchoauerat: non hoſte vincit qui animo nutat, & retro aſpicit, ſed & victoriæ vicinus à victoria excidit, ſuorum hoſtium ludibrium factus.

In oratione non ſedeas, niſi legitima de cauſa.

113\. *Manus autem Moyſi erant graues, ſumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum & ſedit*, ſedenſque in oratione perſeuerauit. Miror ſediſſe hominem ita pium, quis enim à rege aliquid petiturus ſupplex, ſederet in aliquo ſubſellio? nonne irriſione dignus? Angeli nonne ſtant in conſpectu Domini cum tremore, & reuerentia? flexis ergo genibus, ô Moyſes, vel ſaltem ſtans deprecare. audiamus Tertull. lib. de oratione, de his qui in oratione ſedent ſic loquentem: cōtra ſcripturam fecerit, ſi quis in cathedra aut ſubſellio ſederit, ſiquidem irreuerēs eſt aſſidere ſub conſpectu, contraque conſpectum eius, quem maximè reuerearis ac venereris, quanto magis ſub conſpectu Dei viui, Angelo adhuc orationis aſtante? factum iſtud irreligioſiſſimum eſt, niſi exprobramus Deo, quod oratio nos fatigauerit.] reſpicit Tertull. his verbis ad Angelos de quibus Iſaias, Vidi, inquit Propheta, Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius & duabus volabant; ſtabant Angeli non ſedebant, an non ſtatio inter labores, inter moleſtias corporis computatur, ſedere autem leuamē & refrigeriū eſt? qui autem in conſpectu Domini ſedet oraturus Deo exprobrat quod ſe oratio defatigat: quid ergo ô Moyſes ſedes in oratione? Aduerte plures geſtus inter orandum obſeruatos eſſe, primus eſt genuflexio in nouo & veteri vſurpata teſtamento, probataque exemplo Chriſti Domini, & Pauli, & Stephani protomartyris, omniumque veterum ſanctorum Patrum. S. Hieron. in Catalogo ſcript. Eccleſ. ſcribit S. Iacobum Apoſtolum flexis genibus pro populo precatum, in tantum vt Camelorum duritiem traxiſſe eius genua viderentur: idem de Pauli eremitæ corpore ita ſcribit in eius vita: introgreſſus eius ſpeluncam vidit S. Antonius, cum genibus complicatis, erecta ceruice, extenſiſque in altum manibus, corpus exanime &c. hunc geſtum natura ipſa nos docuit, valetque ad declarandam ſubmiſſionem animi, inopiam, & imbecillitatem noſtram, quo aliquid impetremus ab eo, ad quem preces noſtras dirigimus: alius eſt geſtus ſcilicet ſtationis, quæ ſatis vſitata fuit, lege Bellar. to. 3. lib. 2. de bonis operibus in particulari c. 22. Tertull. lib. de corona militis; dices Apoſtolos cum vacarent orationi, ſedentes Spiritum ſanctum accepiſſe, nam de eo B. Lucas dicit, repleuit totam domum vbi erant ſedentes Act. 2. dices vocem ſeſſionis hic pro habitatione ſumi, vt apud eundem Lucam cap. vlt. vos autem ſedete in ciuitate quoad vſque induamini virtute ex alto, & Act. 2. seditque ſupra ſingulos eorum. alius geſtus eſt eleuationis manuum, de quo S. Ephrem de panoplia ſpirituali, *quoniam in oratione manus extendimus ac veluti ſagittam in inimicum dirigimus* Euſebius lib. 3. c. 3. in vita Conſtantini ait, eum voluiſſe imaginem ſuam fingi, tanquam precantis, manibus expanſis, oculiſque in cælum ſubleuatis, imo natura ipſa ritum hunc orandi indidit omnibus, in repentino aliquo diſcrimine: ſi ergo hi ſunt geſtus in oratione obſeruandi; quomodo ſedet Moyſes Deum deprecaturus? ſanè neceſſitate coactus, quod equidem permittitur tunc, vel alia legitima de cauſa.

Tertull. — Iſaias, 6. — S. Hieron. — Cardin. Bellarm. — Act. 2. — S. Act. vlt. — S. Ephrem.

Plurium oratio efficacior.

Manus autem Moyſi erant graues, ſumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum & ſedit: Aaron autem, & Hur, manus eius ſuſtentabant, quid? an ſolum manus eius ſuſtinuere? imo & Deum ſimul cum Moyſe deprecati ſunt: & merito, plurium enim oratio ad aliquid impetrandum efficacior eſt, nam vno orante non difficile Deus abnegat, quandoque quæſita, at in multorum deprecantium conſpectu, quodammodo multitudinem reueretur nec audet denegare. Sic exponit D. Chryſoſt. hom. 2. in 2. ad Corinth. *Deus*, inquit, *frequenter reueretur multitudinem vnanimem & conſentientem in precando, vt veluti pudore victus non audeat eis negare*. quid orante pro ſe Petro potentius? quid Eccleſiæ fundamine ſtabilius? tenebatur in carcere, oratio autem fiebat ſine intermiſſione pro ipſo ad Deum, ſolus orat, & tenetur in carcere, orant plurimi, & à periculo liberatur. 114.

S. Chriſo. — Act.

Importuna ſit etiam oratio noſtra.

Manus autem Moyſi erant graues, ab oratione, ergo ceſſa. nonne oculi Domini ſuper populum ſuum Iſrael, vt eum à periculo liberet? nequaquam ceſſat, ſed Aaron & Hur manus eius ſuſtentant: factum eſt, inquit textus, vt non laſſarentur vſque ad ſolis occaſum, nonne ſatis eſt inſtaſſe deprecationi matutino tempore? cur ergo eam protrahit vſque ad diei terminum? quia importuna etiam debet eſſe oratio, nunquam enim non oportune ad Deum accedit multiplicatis precibus orator. hinc Chryſoſt. In illud Apoſt. 1. ad Timoth. 4. Inſta opportunè, importunè, *Accedamus* (inquit) *imo hoc nunquam eſt importunè, ſed opportunè accedere, ſicut enim reſpirare importunum nunquam eſt, ita etiam non quidem petere, ſed non petere potius importunum eſt*. Vbi affirmat tam ſalutare animæ importunam precum multiplicationem, quam corpori reſpirationis viciſſitudinem, non importunum corpori perpetuum ſpiraculum, non igitur animo importuna orationis inſtantia. 115.

B. Chriſo. — 1. Timot. 4.

Orationem comitentur eleemoſyna, & ieiunium.

Manus autem Moyſi erant graues, vt ergo eas iterum in cœlum erigat, & à Deo exaudiatur eius deprecatio, quid fiet? ſuſtentent manus eius Aaron & Hur; cur debet adiuuari Moyſes deprecans ab Aaron & Hur? nonne apud Deum eius preces erunt efficaciſſimæ etiam vtroque abſente? ait Gerardus 116.

Gerardus Lorichius. Lorichius, Aaron & Hur ſignificant orationis firmamentum, & alas ieiunium, & eleemoſynam, ſic autem B. Eligius ſerm. 9. de Cœna
S.Eligius. Domini ad populum, *Sciat fraternitas veſtra qu a tunc pretioſior ſit oratio cum coniuncta fuerit*
Tobiæ 11. *eleemoſyna & ideo ſcriptura inſeruit Tobia bona eſt deprecatio cum ieiunio, & eleemoſyna: nam qui in die iudicij præmium pro bonis operibus & eleemoſynis redditurus eſt, hodie quoque ad orationem cum operatione venienti benignus auditor eſt, ſic Cornelius Centurio cum oraret meruit audiri, faciens multas eleemoſynas, & orans ſemper ad Dominum, hinc circa horam nonam aſtitit Angelus teſtimonium reddens operibus eius, & dicens, Corneli orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram Domino.*

Cum oras nec dolore diſtraharis ab oratione.

117. *Manus autem Moyſi erant graues*, fatigatæ ex doloroſa illa eleuatione. cur non conquereris de nimia manuum laſſitudine? vel ſi manus grauantur, cur non ceſſas ab oratione? excuſatio enim tibi ſubeſt legitima, tum ex debilitate propter ætatem, nimium prouectam, tum ex nimia defatigatione: nequaquam conqueritur, ſed vſque ad ſolis occaſum eas in cælum extendit: cum enim Deum deprecamur, de nullo alio
Oleaſter. debemus eſſe ſolliciti quam de noſtra petitione obtinenda, ad hæc Hieron. ab Oleaſt. *Diſce non ſtatim eſſe ab oratione recedendum, ſed cum opus eſt, continuandæ preces, quare cum orat, non ſtatim recedas ſi manus vel pes doleat, ſed perſiſte, quoniam etiam dolor orationem iuuare ſolet, modo æquo animo feras illum quoniam qui orat, de nullo alio quam de Deo, quem orat & pro quo orat, debet eſſe ſollicitus.*

Chriſtus lapis ſolidiſſimus, afflictorum requies.

118. *Manus autem Moyſi erant graues*, nutabant enim ex diuturna eleuatione, quid ergo agendum vt ſolidentur? ſumentes lapidem poſuerunt ſubter eum, Iſidor. Hiſpal. ſedet Moyſes
S.Iſidorus Hiſpalenſ. ſuper lapidem, id eſt Chriſtum, de quo ſcribitur in Zacharia, quod ſeptem oculos habebat,
Zachar. & in Samuelis volumine appellatur lapis adiutorij. Cur Chriſto Domino lapidis nomen tri-
Iſai. 28. buitur? ſic enim Iſaiæ 28. appellatur, ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem probatum
Pſalm. 117. angularem, Pſ. 117. lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli,
Zachar. 3. Zach. 3. & alibi, nonne lapis ſolidiſſimus? dic ergo talem dici propter ſoliditatē quę in Chriſto contra omnes vitiorum incurſus & infernorum ſerpentium morſus extitit ſingularis: vnde Scholiaſtes D. Greg. Naz. oratione 34. rectè
D.Gregor. Nyſſenus. dixit, *Lapis Chriſtus dicitur propter corporis ſoliditatem ac duritiem nullas ad affectiones cedentem, quantacumque enim iacula in Chriſtum Dominum ab eius hoſtibus tam viſibilibus quam inuiſibilibus torquerentur, & quidem ad eximiam corporis ſoliditatem impacta, ſtatim irrita in ipſos iaculatores reſiliebant.* Sed adde lapidem dici & in eo Moyſem ſedere, quia in eo ſolidè conquieſcebat & recreabatur; ſic enim dicitur Chriſtus à Niſſ. lib. de vita Moyſis, *lapis confirmatorum & lapis quieſcentium*, vel dic eum verum lapidem adiutorij, ecce enim ab eo adiuuatur Moyſes, vt perſeueranter Deum pro victoria deprecetur.
Lippom. Lippom, *Chriſtus lapis eſt, is enim eſt firmitudo,*

A *& ſoliditas eſt, quæ confortante omnia poſſumus.*

Ex contemplatione patriæ caleſtis, fortes reddimur, & ardemus maximo in eam amore.

Manus autem Moyſi erant graues, ſumentes lapidem poſuerunt ſubter eum in quo ſedit; Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius. 119.
Greg. Mag. in cap. 15. lib. 1. Reg. ait, *leuare manus eſt caleſtia contemplari*, ergo qui cæleſtia contemplatur, facile inimicos fugientes inſequitur, nulloque fugat negotio; ſi vero relictis cæleſtibus terrena contempletur vincitur ſtatim ac deficit: oportet ergo vt Aaron & Hur tamdiu laſſis manibus fulcra ſe obijciant, quādiu inimicos fugant & omnino delent. ſed cur Aaron & Hur ſuſtentant? interpretatur Aaron mons fortitudinis, Hur idem eſt ac ignis, S. Gregor. Mag.
B & cur Aaron & Hur ſuſtinent manus contemplantis cæleſtia, ne deficiat? quia ex contemplatione cæleſtis patriæ eximiam fortitudinem haurimus ad virtutis operationem dum cæleſtium ciuium lætos cuneos mente verſamus, igne cæleſti ardemus vt beatam illam patriam ardenter amemus & omnia virtutis opera amore proſequamur, verba ſubijcio cit. ſūmi Doctoris, *Aaron quidem mons fortitudinis, Hur ignis vocatur, quando laſſi ſumus conſideratis cæleſtibus roboramur. Mons ergo fortitudinis quid eſt niſi altitudo contemplationis, qui nimirum lapidem ſupponunt, & manus ſuſtinent? quia qui ſumma cælorum præmia ardenter aſpicit, fortitudinem magnam ſumet & bene operari, & conditorem exorare non deſinet.*

C

Lex quidem pugnare docuit aduerſus hoſtes viſibiles, ſed niſi Chriſtus adeſſet & Spiritus ſanctus, nulla eſſet victoria.

Manus autem Moyſi erant graues, & ſumentes lapidem poſuerunt ſubter eum, Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius in hoc certamine ancipiti, cuius victoriam deprecabatur Moyſes: non eſt dubium quin Amalech maior aut fortior cunctis hoſtibus eſſet Iſraël, aut ſolus hic erat contra quem neceſſario tali modo pugna fieret: Moſes, inquit textus, Aaron & Hur aſcenderunt ſuper verticem montis, cumque leuaret Moyſes manus vincebat Iſrael, ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech, manus autem Moyſi erant graues. Num ſine certi cauſa myſterij prouiſum eſt, vt tali ordine 120.
D vinceretur hic hoſtis? aduerte, quia ſicut principium gentium factus eſt Amalech, & primus ex omnibus poſt exitum ex Ægypto pugnauit contra Iſrael, & ipſum nomen Amalech populus lingens interpretatur, rectè omnium viſibilium & inuiſibilium inimicorum populi Dei de hoc mundo ad Deum fugientis typum tenere iudicatus eſt: & ita contra illum pugnatum eſt, vt qualiter diabolus cum omnibus qui ex parte eius ſunt expugnandus, pugna ipſa figuraret: venit Amalech, venit populus lingens, & poſt concupiſcentias ſuas incedens, cuius princeps & dux eſt diabolus, & communicato conſilio cum ſpiritibus malignis peregrinantem in hoc ſæculo Dei populum impugnauit, & ſemper impugnare non deſinet; contra hunc Moyſes in montem aſcendit: ſed cur cum eo Hur & Aarón potius quam alij? cur hi duo manus eius ſuſtinent, ne nimirum fatigatæ decidant, & ſic victoria potiantur Amalechitæ? audiamus

Abbas Tuicensis. reſpondentem Abbatem Tuicenſem, *Per Moyſem legem per Aaronem Chriſtum, per Hur, ſanctum Spiritum intelligimus, vt quid enim data eſt lex niſi vt pugnare doceret & vt ſecundum illam, homo contra diabolum manus ſuas, id eſt opera iuſtitiæ in cœlum tolleret? ſed manus inquit Moyſi erant graues, quia videlicet nihil ad perfectum lex adducere poterat: ſumentes igitur lapidem poſuerunt ſubter eum in quo ſedit, quia videlicet ad hoc in mundum venit Chriſtus filius Dei, & ad hoc glorificato illo datus eſt Spiritus ſanctus, vt legi quæ infirmabatur ſolida ſubſtitueretur gratia Euangelij, in quo ſederet Moyſes, id eſt in quo adimpleretur lex: Aaron, inquit & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte, nam difficultatem occidentis litteræ quam neque patres noſtri, neque nos, inquit Apoſtolus Petrus Act. 15. portare potuimus, Chriſtus & quem ille miſit Paracletus, ſuauem nobis atque portabilem fecerunt, in ſpiritu viuificante.*

Quos lex antiqua damnat, Chriſtus miſericorditer liberat.

121. *Manus autem Moyſi erant graues*, ne ita ponderoſæ ſint, quid agendum? Aaron & Hur accedant, eaſque ſuſtentent, vt leuiores reddantur. quid hoc eſt quod manus Moyſi graues, fiant ab Aaron & Hur leuiſſimæ? ſi per Moyſem lex, vt dictum eſt, ſi per Aaron qui interpretatur mons fortitudinis, Chriſtus, de quo per Prophetam Iſaiæ 2. dicitur, erit mons

Iſai. 2. præparatus in vertice montium; per Hur autem qui interpretatur ignis, Spiritus ſanctus intelligitur, non inquiremus cur Moyſi manus grauiſſimæ, ab Aarone, & Hur ſuſtentatæ, reddantur leuiſſimæ, quia lex quæ erat grauiſſima, id eſt ſeueriſſima, mortem enim ferè ſemper in tranſgreſſione præceptorum minabatur, ſuauis à Chriſto Domino dicente, iugum meum ſua-

Matth. ue eſt & onus meum leue, leuiſſima effecta eſt, & à Spiritu ſancto tolerabilis: ſic eleganter S. Greg. Mag. homil. 33. Temperauit nobis Deus diſtrictionem legis miſericordia Redēptoris. In illa quippe ſcriptum eſt, ſi quis hæc vel illa fecerit morte moriatur. Si quis hæc, vel illa fecerit lapidibus obruatur. apparuit conditor noſter in carne, confeſſioni peccatorum non pœnam, ſed vitam promittit: mulierem ſua vulnera confitentem ſuſcipit, & ſanam dimittit. Inflexit ergo ad miſericordiam duritia legis: quia quos iuſte illa damnat, ipſe miſericorditer liberat. vnde bene quoque in lege ſcriptū eſt, quia manus Moyſi erant graues, ſumentes ergo lapidem, poſuerunt ſubter in quo ſedit; Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus eius. Moyſes, quippe ſedit in lapide cum lex requieuit in Eccleſia. ſed hæc eadem lex graues manus habuit, quia peccantes quoſque nō miſericorditer pertulit, ſed ſeuera diſtrictione percuſſit. Aaron vero mōs fortitudinis, Hur autem ignis interpretatur. quem itaque mōs iſte fortitudinis ſignat, niſi Redemptorē noſtrū de quo per Prophetam dicitur: erit in nouiſſimis dieb⁹ præparatus mōs domus Domini in vertice montium: aut quis per ignem niſi Spiritus ſanctus figuratur, de quo idem Redemptor dicit, ignem veni mittere in terram? Aaron ergo & Hur graues manus Moyſi ſuſtinent, atque ſuſtentādo leuiores reddūt: quia mediator Dei & hominum cum igne ſancti Spiritus veniens, mandata legis grauia

A quæ dum carnaliter tenerentur, portari non poterant, tolerabilia nobis per ſpiritualem intelligentiam oſtendit. Quaſi enim manus Moyſi leues reddidit, quia pondus mandatorum legis ad virtutem confeſſionis retorſit.

Actiones ſapientis fulciuntur veritate & ratione.

Manus autem Moyſi erant graues, & merito, vir enim ſapiens grauitate pollere debet, opera eius mentis grauitatem ſapere debent, non animi leuitatem, ſed vt hanc retineant, cur ab Aaron & Hur ſuſtentantur? Philo dicit eos rationem & veritatem eſſe, & merito, his enim actiones ſapientis fulciuntur, *Hominis mali* (inquit) *ſubuentanea leueſque ſunt, Moſis vero, id eſt Sapientis graues ſunt & inconcuſſa, idcoque ab Aarone, id eſt à ratione, & ab Hur, id eſt à lumine, hoc eſt à veritate ſuſtentantur*: quaſi dicat actiones ſapientis fulciuntur ratione & veritate. 122. Philo.

B

In difficultate boni operis adiuuamur à timore ſupplicij, & amore præmij æterni.

Manus autem Moyſi erant graues, id eſt in oratione remiſſæ, ex quo ſuperabatur Iſraelita, vincebat Amalech. quid ô Moyſes, tantam in oratione difficultatem experiris? quid remedij? Hur & Aaron eas ſuſtentent, vt extendantur vſque ad ſolis occaſum, vſquequo victoria ab Amalechitis referatur; nec miror, ſi enim tepidi & remiſſi in bonis operibus fuerimus, à timore ſupplicij, & ab amore præmij æterni inducimur ad feruorem eorum & perſeuerantiam, *Manus ſunt graues*, inquit Card. noſter Vital. tit. de bello, *quia proni ſumus ad malum, difficiles ad bonum, Aaron, & Vr hoc eſt timor ſupplicij, & amor æterni præmij manus ſuſtentant, quia in difficultate boni operis confortant.* 123.

C Cardinalis Ioannes vitalis.

Prælatus ex officio, ſubditi exemplo perfectionis, alios accendant ad Dei obſequium.

Manus Moyſi erant graues, quas Aaron & Hur ſuſtinuere, vt eas vſque ad ſolis occaſum extenſas haberet: quid hoc eſt, quod Aaron dictus mons fortitudinis, & Hur ignis, manus remiſſas Moyſis ſuſtinent? quia Prælati Aarone ſummo Sacerdote deſignati, alios ex officio ad obſequium Dei, ne remittantur à bonis operibus, & ſubditi Hur adumbrati, exemplo perfectionis alios accendere debent ad Dei obſequium, & ad perſeuerantiā: *In bono*, ait Galfrid. apud Tilm. *opera Moyſis, Aaron & Hur non modo in ſeipſis, ſed in alijs ſuſtentare videntur, ille quidem prælationis officio, hic perfectionis exemplo: & forte etiam per Seraphim ipſi deſignantur, quod nomen ardentes & incendentes ſonat, Hur quoque vt aiunt ignis interpretatur, oportet certè eos qui votum gerunt Monaſticæ profeſſionis conuerſatione feruentes, eos autem qui gradum tenent Eccleſiaſticæ dignitatis, etiam accendentes, cæteros inueniri, nec immerito per Pontificem Aaron Prælati intelliguntur Eccleſiæ, in cuius nomine quod ſonat montem fortitudinis admonentur, quam ſit eis potiſſimum, qui eiuſmodi dignitate ſubleuantur, neceſſaria fortitudo; crebro ſiquidem eis dicitur Euge, euge, ſed ſummos feriunt & fulgura montes, & quidem non minus ab eis quam à cæteris, religioſam vitam profeſſis perfectio operum quæritur.* 124.

D Galfridus.

Bonorum diſcipulorum precibus fulciuntur Prælati.

90. *Manus autem Moyſi erant graues*, ſuſtentantur ergo ab Aaron & Hur, ſi Moyſes à Deo omnium inſtitutus eſt Iſraelitarum dux & gubernator, cur fulciuntur eius manus à ſubditis ipſius? cur non fulcirentur ſi eas nimirum demittebat, itaut Amalech ſuperaret? bonorum diſcipulorum enim (quales poſſunt dici Aaron & Hur reſpectu Moyſis omnium Domini) operibus fulciuntur aliquando prælati. hoc habet

A liber cuius titulus eſt, Cantica ſine titulo apud Tilm. *Tigna, & parietibus incumbunt, & tecti tabulas ſuſtenent, & à laquearibus ſibi affixis decorem ſumunt, boni namque auditores nimium doctori tribuunt, quando venerabili eorum vita conſcripta, ſi quid in ea infirmi repereris, corrigit, & ibi cadere vbi alios prædicando à lapſu reuocat, erubeſcit. hinc B. Moyſi manus, ſiquidem moralem ſequimur ſenſum, Aaron & Hur ſuſtinent, quia prædicatoris operatio à bonis auditoribus ſuſtentatur, ſiue vt lapſum declinet, ſiue vt in virtute proficiens victoriam reportet.* Liber cuius titulus Cantica.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

Vulg. Fugauitque Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladij.

Sept. Et fugauit Ieſus Amalech in cæde gladij.

B *Vatabl.* Contriuit Ieſuah Amalech.

Oleaſt. Debilitauit Ieſuah Amalech.

Aly. Et ſuccidit Ioſuah Amalech.

CONCORDIA.

Verbum חלש Chalas, dubiæ eſt ſignificationis, quidam putant ſignificare infirmari, alijs ſignificat ſortem proijcere, collatis tamen inter ſe ſcripturæ locis, quibus verbum ponitur, videtur ſignificare, ſuccidere aliquid, vt Iob cap. 14. vir morietur, vane Helas, & ſuc-
Iobe 14. cidetur quantum ad radices & ramos, Iſaiæ 14.
Iſai. 14. habetur, proiectus es in terram, qui Cheles, id eſt ſuccidebas gentes ſcilicet è terra, quare bene etiam verterunt aliqui, & ſuccidit Ieſouah: Ioelis 3. ponitur nomen Chelas, ideſt debilis; ex quo loco quidam argumentum ſumunt quod ſignificet debilitare, & ſic Oleaſt. reddidit debilitauit, tamen bene noſter vertit fugauit, ſcilicet debilitando & conterendo Amalechitas.

EXPOSITIO.

Fugauit Ioſue Amalech, non quomodocumque, ſed proſternens, profligans, hos occidens, alios vulnerans, & omnes alios in fugam agens: vtrum autem hæc pugna tam propitium habuerit Deũ, vt nemo plane ex Hebræis ceciderit, neque ſcriptura hoc loco, neque Philo tradiderunt, id tamen aſſerit Ioſephus: quod videtur poſſe confirmari ex ſacro contextu, cum ait, Sin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalech, non dicit remiſiſſe, ſed ſi remiſiſſet, eſtque admodum probabile neminem deſideratum, quia in hac prima pugna voluit exſuſcitare animos populi ſui ad fiduciam in Deum in reliquis prælijs. quod ſi Ioſue poſt ſex & 30. homines de exercitu ſuo occiſos in oppugnatione Hay, vſque adeo afflictus eſt etiam poſt multas victorias trans Iordanem viuo adhuc Moyſe obtentas, & deletam Iericho, vt ſcinderet veſtimenta ſua, & pronus caderet in terram coram arca Domini, vſque ad veſperam, tam ipſe quam omnes ſenes Iſrael, ſi pertimuit cor populi, & liquefactum eſt inſtar aquæ, miſeruntque puluerem ſuper capita ſua, non minus afflicti fuiſſent in ſimili aliqua iactura, non minus quippe erat tunc periculi, ne

C conſternarentur animis in hoc primo omnium certamine, qui in ſeruili timore fuerant educati, nec proſperis bellorum ſucceſſibus adhuc animoſi effecti.

Occiſos tamen nonnullos Iſraelitarum ab Amalechitis ſi non in pugna, ſaltem in pridiana incurſione, cuius mentio eſt in Deuteron. Deut. c. 25.
manifeſtum videtur, ibi enim dicitur cap. 25. Amalech extremos agminis Iſraelitici cecidiſſe, quod Moyſes & Septuag. dixerunt, eos caudam exercitus omnes ſcilicet debiles amputaſſe, quod explicans Onkel. vt occiderit inquit in te omnes eos qui tardius ſequebantur te: at vero cum iſti debiles eſſent, & laſſi ſubſtitiſſent, & primi in ferocem hoſtem integrumque
D incidiſſent, quis dubitauerit interfectos?

In ore glady percutere in ore, duo ſignificare poteſt, alterum eſt vt loquatur ſcriptura iuxta morem bellicum, vbi omnis deletio dicatur eſſe facta per gladium, quomodocumque fiat, etiamſi ſint alia genera armorum: alterum ſignificatum eſt, vt idem ſit percutere in ore gladij quod omnes occidere, & nemini parcere, ac ſi percuterentur omnes quotquot gladius percutere vellet, & ſic Ioſue percuſſit Amalechitas.

CONCEPTVS.

Ieiunium quaſnam de hoſtibus victorias non refert?

Fugauit Ioſue Amalech, & populum eius in ore glady, fugauit quidem Ioſue, ſed non ſolus, nam etiam Moyſes media oratione eum cõtriuit, & vſque ad internecionem deleuit. verum an populus qui cũ Ioſue in certamen deſcenderat, armis aduerſus Amalech decertauit? tenet Hieron. S. Hieron.

quod vſque ad veſperam etiam ieiunauerit; en vt ieiunium non leues de hoſtibus refert victorias! ſubijcio ſancti Doctoris verba lib. 2. aduerſus Iouinian. *In Exodo aduerſus Amalech oratione Moſis & totius populi vſque ad veſperam ieiunio dimicatum eſt.*

Ieiunium non minuit, ſed vires ad auget.

124. *Fugauit Joſue Amalech, & populum eius in ore gladij*, contritus eſt etiam oratione Moyſis & populi ieiunio, ſed cum vires neceſſariæ militibus ſint, vt poſſint cum hoſte bellicoſiſſimo manus conſerere, ieiunium autem eas minuat, hominemque ieiunātem debilem efficiat, quomodo populus Iſrael pugnat ieiunans & ſuperat? ne dicas vires ieiunium adimere, ieiunans enim cæleſti gratia validior, vegetior, & animoſior redditur; annuit Tertull. lib. aduerſ. Pſyſ. c. 7. qui ſermonem habens de Iſraelitis victoribus, & quomodo victoriam retulerant ait, *Ceciderunt paſtes impaſti, armatos inermes, hu erant vires ieiunantium Deo, cœlum pro eiuſmodi militat.* ſubſcribit S. Leo ſerm. 1. de quadrag. *vt ſuperare*, inquit, *ſuos hoſtes poſſent vires animi & corporis indicto ſibi reparare ieiunio.*

Tertull.

S. Leo.

Electio debet eſſe à Deo, vt omnia fauſta ſint & proſpera.

125. *Fugauit Ioſue Amalech, & populum in ore gladij*, nonne Amalech erat bellicoſiſſimus, & populus eius armis potens & animo fortis? quomodo ergo ſuperatur à Ioſue, & vſque ad internecionem? pende quid dixerit Moyſes Ioſue, elige tibi viros, an cum electio fuerit à viro iuſto, & à viro Dei nempe Moyſe iuſſa, non miraberis omnia proſpera ei contigiſſe, eiuſque arma fœlicem effectum ſortita? fauet Philipp. Abb. lib. de dignit. cleric. c. 9. *Non ſolum in regimine populi, verum etiam in populi diſcrimine valere plurium videtur electio, diuinarum ſcripturarum ſignanter innuit lectio: cum enim contra populum Iſrael in Raphidim Amalech pugnaret, & quomodo contra repugnantem bellum eſſet ineundum, Moyſes ordinaret, dixit ad Ioſue, elige viros, ecce de filijs Iſrael nulli ad præliandum contra Amalech accinguntur, niſi qui à Joſue id eſt Ieſu eliguntur, ne ſi non electi bellum præſumant inire, ruinam potius quam victoriam cogantur inuenire.*

Philippus Abbas.

Solius Ieſu manus non ſuccumbunt infirmitates noſtras ferentis.

126. *Fugauit Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladii*, cur non dicitur quod Moyſes fugauit Amalech, cum manus erigens vinceretur, deprimens ſuperaret? potuit ergo ei victoria tribui, ſicut Ioſue: nonne remiſit manus, de Ioſue autem tale memoriæ non mandatur? nec miror ergo Ieſu viciſſe, ſoli victoriā aſſignantam, ſolius enim Ieſu manus ſuccumbere neſciunt, ſed ſemper pro nobis extenſas habuit, vt victoriam referremus ab hoſtibus, annuit Beatus Ambr. in Pſal. 43. *Docuit nos Moyſes leuare ad Dominum manus, pii cultus diſciplinam docuit, quemadmodum Amalech verſutia vinceretur, vt ſi mores noſtros & opera leuaremus ad Chriſtum, ſic deſtrui poſſe perfidiam, ſin vero deiiceremus animum, inclinaremus affectum, & à continentiæ ſtudio auerteremus ingenium, ut perſuaſio nos vana ſuperaret, nullū remedium futurū niſi Jeſus, depreſſa iam brachia Moyſi tanquam infirmitatem legis attolleret, & ſua miſericordia ſuſtineret: ſed infirmum adhuc fuiſſet legis auxilium, niſi ipſe Ieſus veniſſet in terras, qui vt noſter ſuſciperet infirmitates, quem ſolum peccata noſtra grauare non poſſent, nec inclinare manus eius, qui ſe inclinauit vſque ad mortem mortem autem crucis, in qua expandens manus ſuas totum orbem qui erat periturus, erexit, leuauit iacentes, atque ad ſe omnium gentium fidem traxit.*

S. Ambr.

Violentiſſima ſunt bella carnis noſtra libidinoſa & ſine Ieſu non ſuperantur.

127. *Fugauit Ioſue Amalech, & populum eius in ore gladii*, de hoc Amalech dicitur, quod in via reſtitit, nempe valido & magno conatu aſcendenti Iſraelitæ ex Ægypto ad terram promiſſionis; non eſt dubium quin qui peccatorum tenebras & ima deſerunt, & ad lumen veritatis accedunt, & in montem boni operis aſcendunt, quod oppugnentur ab Amalech, qui libidinem adumbrat. Sed cur dicitur quod in via reſtitit? etſi enim dictum fuerit prius, venit Amalech & pugnabat contra Iſrael, certum eſt ei reſtitiſſe: ſanè vt denotaretur motus libidinis fortiſſimos eſſe, & non quoſcumque, ſed nobis repugnantibus ſemper reſiſtere, & niſi Ioſue, id eſt Ieſus accedat pro nobis præliaturus, in huius modi Amalech, conatus noſtros fore irritos. doctrina eſt S. Greg. Mag. c. 15. in lib. 1. Reg. In via Amalech Iſrael reſtitit, quia libido ad perfectionis ſummum tendentibus arma voluptatibus obijcit, & corda quæ poteſt gladio immundæ ſuggeſtionis ferit, & quia valde fortis & violenta eſt pugna fornicationis, non quomodolibet obuiaſſe Iſraeli, ſed reſtitiſſe perhibetur: reſiſtere quidem forti oppugnationi inſtare eſt; hos equidem Amalechitas reſiſtentes videbat Iſraelita ille aſcendens, cum dicebat, video aliam legem reſiſtentem legi mentis meæ Rom. 7. vnde & auxiliatorem reſpiciens ait, infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti: ergo reſiſtere Amalech dicitur, quia dum in carne ſumus, libidinis fortia bella ſuſtinemus: ſed quid de Ægypto aſcendentibus dicitur reſiſtere? ecce quia ad tertii cœli ſecreta ſe ſuſtulerat, reſiſtentes motus carnis habebat: merito igitur non ſolum nouitios, ſed etiam magna virtute præditos Iſrael de Ægypto aſcendens inſinuat, Ægypti quidem nomine huius mundi tenebræ deſignantur, Iſrael autem de Ægypto aſcendit, quia electi omnes dum ſancte viuendo proficiunt ad ſupernam patriam pertingere conantur, & quia quandiu in carne ſunt, carnis legem legi mentis contrariam habent, ſibi vtique per validos motus Amalech reſiſtentem vident: huius namque paſſionis violentia oſtenditur, cum eadem quæ recenſentur Amalech bella deſcribuntur. *Sed quis eiuſmodi Amalech ſuperare poterit? ſane Ieſus nobis auxilians.*

S. Greg. Magnus.

Rom. 7.

Si anima à Deo deſeritur propter delicta, brutales eam affectus illico occupant.

118. *Fugauit Ioſue Amalech*, cuius proſapiam deſcribit Philo de congreſſu quær. erud. gratia, Thamna cõcubina ait, Eliphæ filij Eſau peperit Eliphæ filium Amalech, quid hoc eſt quod Eliphas ſit Amalech genitor? quid Eliphas? quid Amalech? Eliphas interpretatur, Deus me diſperſit, Amalech autem inquit Philo eſt brutus & immoderatus affectuum impetus. Bene ergo Eliphas generat Amalech, quia ſi anima à Deo deſeritur, non eſt dubium quin eam brutalis affectus illico occupet. ſubiicio verba Philonis, *Egregia nepotis generatio, ea magis patebit, ſi non tam de homine hæc intelligantur quam de anima, & quaſi anatomica ratione conſiderentur: brutus enim & immoderatus affectuum impetus appellatur Amalech, qui interpretatur populus elingens, ſicut enim vis ignis abſumit obiectam materiam, eodem modo & affectus excandeſcens abligurit, corrumpitque quicquid reperit obuium, huius affectus pater Eliphas cenſetur, nam hæc vox interpretatur. Deus me diſperſit*, an vt quam primum diſſipator & reiicitur anima à Deo, ſtatim hic brutus affectus naſcitur!

Philo.

Deus neſcit ſuis concredere pauca.

119. *Fugauit Ioſue Amalech, & populum in ore gladii*, an ſolum fuga ſibi ſalutem quærere compulit? an alios ſolum internecione deleuit? an ſolum populus Iſrael, liber inimicorum manus euaſit? nequaquam, neſcit enim Deus dona mediata concedere, non enim ſolum inſignem illi conceſſit victoriam, ſed hoſtibus Amalechitis interfectis, eum magnifice ditauit, tum ex ſpoliis detractis à mortuorum cadauere, tum ex innumera in caſtris eorum reperta pecunia, & varia ſuppellectile, nec non innumeris aliis facultatibus, quid amplius? aliis omnibus circumquaque gentibus etiam maximum incuſſit timorem; ſic hanc deſcribit victoriam Ioſephus. *Egregie vicerunt Hebræi fuiſſentque internecione deleti Amalecitæ omnino, niſi interueniente nocte, fuga & latebris quidam eorum ſalutem ſibi quæſiſſent, qua victoria non alia vel magnificentior, vel magis opportuna maioribus noſtris contigit: nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugauerunt, & omnibus circumquaque degentibus magnum terrorem incuſſerunt, & laboris præmium prædam opimam reportauerũt: namque caſtris etiam hoſtibus expugnatis, publicè & priuatim ſunt ditati, qui ad eam diem vix quotidianum victum ſibi parare poterant, nec in præſens tantum ea victoria profuit, ſed in futurum etiam: non ſolum enim corpora aduerſa-* A *riorum, ſed animi quoque eo prælio ſunt fracti, & omnibus circumquaque gentibus ex illo tempore facti ſunt formidoloſi, ipſis vero opulentia non mediocris facta eſt acceſſio multum enim auri & argenti in caſtris fuit repertum, multa æramenta vel eſcaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ ſignatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliaque ſupellex caſtrenſis, varia præda immenſorum, & impedimentorum quæ exercitum ſequi ſolent; quin & audaciores multo ſucceſſus hic Hebræos reddidit, & fortitudinis ac induſtriæ magis ſtudioſos, nihil non ſibi pollicentes, ſi virtutem ſtrenue colerent.*

Niſi perſeueraueris vſque ad finem, tibi nulla erit victoria.

Fugauit Ioſue Amalech, ſed pugnans vſque 130.
B ad ſolis occaſum, quomodo pugnam non intermiſit, ſicut nec Moyſes manuum eleuationem, à tempore quo ſedit ſuper lapidem, cum difficillimum ſit à matutino tempore vſque ad veſpertinum manus cum aduerſariis conſerere? difficillimum quidem, ſed neceſſarium, non enim corona dabitur niſi vſque in finem perſeueranti: ad mentem noſtram D. Cypr. de exhortatione Martyrii c. 8. *Inſiſtendum eſt & perſeuerandum in fide & virtute, & cæleſtis ac ſpiritalis gratiæ conſummatione, vt ad palmam & coronam poſſit perueniri, quod exemplum perſeuerandi & permanendi deſignatur in Exodo, vbi Moyſes ad ſuperandum Amalech, qui figuram portabat diaboli, in ſigno & ſacramento crucis adleuabat ſupinas manus, nec vincere aduerſarium potuit, niſi poſtquam ſtabilis in ſigno adleuatis iugiter manibus perſeuerauit, tunc enim fugauit* C *Ieſus Amalech.*

B. Cyrill.

Chriſtus D. manibus cruci affixis, ſcalam nobis erexit ad cælorum aſcenſum.

Fugauit Ioſue Amalech, & omnem populum eius in ore gladii, ſed eleuante manus in cælum Moyſe, interueniente enim crucis ſigno, Amalecitæ ſuperantur tartarei; ſed quid adhuc in hac manuum eleuatione adumbratur? quod in his quaſi erecta fuit ſcala, vt facillime ad cælum conſcendatur. fauet cit. Martyr. tract. de paſſione Chriſti. *Conſidero* (inquit) *opera tua, & admiror te cruci inter damnatos affixum, iam nec triſtem, nec pauidum, ſed ſuppliciorum victorem eleuatis manibus triumphantem de Amalech, & quaſi ſanctificantem de excelſo plebem, & eleuatum in ſublimi, & quaſi cælo proximum* D *ſuperioribus, inferentem conſummati agonis vexillum, & inferioribus erexiſſe ſcalam in patris occurſum.* 131.

Præfatus Doctor.

VARIET. LECT. Verſ. 14.

VVlg. Dixit autem Dominus ad Moyſem, ſcribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech ſub cœlo,

Sept. Deſcribe hoc ad memoriam in libro, & da in aures Ieſu, quoniam deletione delebo memoriam Amalech.

Cald. Scribe hoc memoriale in libro, & pone coram Ioſue.

Onk. Scribe hoc pro memoriali in libro, & pone coram Ioſuach, quoniam delens delebo memoriam Amalech, vt non ſit amplius ſub cœlo.

Pagin. Quia delendo delebo mentionem.

EXPOSITIO.

D*Jxit Dominus ad Ioſue*, fugato totaliter Amalechita, *ſcribe hoc ob monimẽtum*, hoc eſt in memoriam, ſcribe inquam in libro, vel modum quo bellum geſtum eſt, & victoria Moyſis precibus obtenta, vel delendos impoſterum internecione Amalechitas, ob perfidiam in Iſraelitas admiſſam. ſcribe autem in libro, vel iuſtorum, cuius mentio fit Ioſue 10. vel bellorum Domini, cuius mentio Numer. 21. vel in hoc libro Exodi, vel in aliquo alio in quo res illuſtriores deſcribebantur, *& trade auribus Ioſue*, inculca nempe futuram Amalechitarum internecionem, vt ipſe ſequentibus ſe populi ducibus & iudicibus, & hi in ſequentibus indicent voluntatem & decretum Dei de peragenda vindicta, deque delendo Amalech, *Delebo enim memoriam Amalech ſub cælo*, delebo, non quomodocunque, ſed funditus; quod quidem impletum fuit 1. Reg. 15. quando Saul, iubente Deo, Amalechitas internecione deleuit, eorumque regem Agag viuum cepit, quem poſtea Samuel interfecit; ſed dices, eorum memoria ſupereſt: ſupereſt quidem in libris ſacris, ſed hæc memoria non delenda prædicitur, ſed quæ ex eorum poſteritate, & florente republica ſupereſſe poterat, ſi qui autem eorum remanſerunt, vel pauci, & hi inglorii & nullius nominis.

CONCEPTVS.

Deus non irridetur, ſed ſeuerè ſui contemptores punit.

132. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech*, nihilominus cum præceptum habuiſſet Saul de non parcendo vlli Amalechitæ, Amalech regem incolumem ſeruauit, & quæcunque erant eorum optima. Nonne Deus dixit ſe omnem memoriam eorum deleturum? cur ergo aliquid eorum reſeruas? B. Hieron. In illud Iſaiæ 26. perdidiſti omnem memoriam eorum, ait, ex ſententia Hebræorum deceptum fuiſſe Saülem, ſed in quo decipi potuit? aduerte vocabula, quibus apud Hebræos memoria, & maſculus ſignificantur, iiſdem prorſus litteris conſonantibus, ſcribi ſolis punctis, quæ ſe habent inſtar vocalium commutatis, nomen enim דכר Dachar per duplex Kamets, hoc eſt per duplex A, ſignificat Maſculum, nomen vero דכר Decher per duplex Segol, hoc eſt per duplex, E, ſignificat memoriam, & quia veteres Hebræi punctis in ſcribendo non vtebantur, liberum erat legentibus hæc vel illa ſubſtituere: vnde aiunt potuiſſe Saül exiſtimare, diuinum præceptum ſatis impletum eſſe, quamuis aliqua ex ea ſtrage reſeruaret: ſed hæc Saülis excuſatio affectata potius eſt quam vera & germana, vt cit. Hieron. annotat, vbi propoſitis illis duobus vocabulis Hebraicis, ſubdit, *Hac verborum ambiguitate deceptum arbitrantur Saulem, quando pugnauit contra Amalech, & interfecit omnem maſculum eorum, Deo enim præcipiente, vt deleret omnem memoriam Amalech, ille pro memoria non tam errore quam prædæ ſedulus cupidine, maſculos interpretatus eſt, neſciens illud Apoſtoli Pauli ad Galat. 6. Nolite errare Deus non irridetur, & quamuis prætexeret illam dictionis ambiguitatem, nonne maſculus erat rex quem tamen incolumem ſeruauerat?*

B. Hieron. Iſai. 26.

Ad Galat. 6.

Multi percuti iubentur in exemplum diuinæ iuſtitiæ.

133. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech ſub cælo*, quod deinde exequi iuſſus eſt Saül lib. 1. Reg. c. 15. *Nunc ergo vade, & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius, non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid, ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, atque lactantem, bouem & ouem & camelum, & aſinum*, Licet Amalechitæ pugnantes cum Moſe & eius populo, grauiſſimum ſupplicium mererentur, quia proditorie eos ſunt aggreſſi, tamen hi poſteriores viuentes tempore Saül, neque parentum culpas contraxerunt, neque in eorum maleficia conſpirarunt, diuina autem lege iuſtiſſime ſtatutum eſt, vt anima quæ peccauerit, ipſa moriatur Ezech. 18. deinde illud vulgus miſerum, fragile, debile, ſenum, puerorum, dignum planè non videtur, in quod armentur milites: nonne ipſemet Deus non mediocriter inuehitur in Regem Babylonis Iſaiæ 47. quia ſuper ſenem aggrauaſti iugum tuum valde? oſtendit enim humanitatem quandam præſtandã eſſe ſenibus: non ergo crudeliter inferendũ bellũ: quid igitur ex iuſſu Dei miſerrima turba ſenum & puerorum trahitur ad lanienam? iam vero bruta animalia, & omnia Amalechitarum vtenſilia, quid peccarunt, vt in pœnam criminis diſperdantur? præcipue cum iubeat Deus Deuter. 20. victores milites ab his omnibus cruentas & violentas manus abſtinere: cur ergo nunc præcipitur, vt internecione deleantur? nonne Deus nimium ſeuerus cenſendus eſt, & ideo crudelis? nequaquam, ſed iuſtiſſimus, nam tam atrox ſupplicium merito infligitur, in deteſtationem illorum criminum, quæ veteres illi Amalechitæ in Iſraelitas commiſere, quorum memoriam delendam hic videmus comminari: cum vero parentum memoria non ſolum in filiis, ſed in poſſeſſionibus conſeruetur, nam hæc memoria aliquid eorum eſſe, ſeu ad eos pertinere cenſetur, non iniuſte iuſſit Deus, vt non ſolum tota poſteritas, ſed omnia etiam eorum bona tam mobilia quam immobilia euerterentur: neque in hoc ſupplicio vlla à Deo iniuria Amalechitis, aut eorum rebus inferebatur, nam præter ſupremum dominatum quem habet in creaturas omnes, & ideo iuſtiſſime in quamlibet ad libitum poteſt animaduertere; Nonne Amalechitæ mortem ex alio capite merebantur? adulti quidẽ propter actualia peccata, paruuli

1. Reg. 15.

Ezech. 18.

Iſai. 47.

Deuter. 20.

propter originale in cuius pœnam morti obnoxij fuere. Vnde neutris vlla iniuria fit dum occiduntur; tum, nonne non ſolum princeps ſupremus, ſed etiam alius propter alienas culpas poteſt, & ſolet temporaliter punire, vt patet in iure, tam Cæſareo quam Pontificio? In vtroque enim propter parentum peccata, multa filiis incommoda infliguntur, cum hæc in eorum qui peccarunt vindictam & deteſtationem inflicta cenſentur. Sic igitur hi Amalecitæ, & omnia quæ ad eos pertinebant, temporaliter puniuntur, vt illorum veterum Amalecitarum, qui in Iſraelitas iniurij fuerant, memoria deleatur.

Memoria peccatorum infamis.

134. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ieſue, delebo enim memoriam Amalech ſub cælo*, quomodo delebis huiuſmodi hominum memoriam? nam non video deletam fuiſſe, cum eorum nomen in ſacris litteris frequentiſſimè ſcriptum, æternum quodammodo habeatur. Nonne de illis ſermonem habemus, & poſteri etiam habituri ſunt? dic duplicem eſſe poſſe hominum memoriā, vnam claram, honorificam & glorioſam, quam homines amant, ambiunt, & aucupantur: alteram obſcuram, ignobilem, & indecoram, quam omnes fugiunt, & deteſtantur. hæc poſterior Amalechitarum non periit, alioqui nec de illis loqui vel cogitare poſſemus; imo in eorum dedecus & pœnam perſeuerat, vt quoties eorum mentio fit, toties eorum malefacta vituperentur. Illa autem prior penitus exoleuit, cum nunquam ad gloriam, ſed ſemper ad ignominiam commemorentur. In quo ſenſu iſtud oraculum diuinum de Iudæis Deuter. 32. (Deut. 32.) ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum, non quod tota eorum memoria interciderit, quod maxime optandum eſſet. Si ita diuinæ prouidentiæ ratio pateretur; ſed quod illa illuſtris, quæ olim inclaruerat, penitus obſcuretur, nec niſi in dedecus ac probrum vlla de Iudæis commemoratio habeatur: & de quibuſcumque peccatoribus locutus regius vates Pſalm. 33. (Pſalm 33.) *Vultus* (inquit) *ſuper facientes mala vt pereat de terra memoria eorum*, non quod in nulla hominum recordatione verſentur, ſed quod nulla fauſta gratulatione excipiantur.

Licet Deus ſeueriſſimus videatur in puniendis peccatoribus, tamen in hoc erga eos maximè miſericors eſt.

135. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech ſub cælo*, Si ſolum aliquot ex eis internecione deleres, tacerem equidem, cum plures in populum tuum cōſpirauerint; ſed ſanè plures ab hac culpa liberi, & ideo nec percutiendi, nec memoria eorum abolenda: cur ergo ita ſeuerè in eos te animaduerſurum dicis? ne dicas Deum tūc nimis ſeuerum, imo maxime miſericordem, quia ſi vita ipſis adimitur, ideo ne grauioribus deinde ſupplicijs digni reddantur, dum enim præmatura morte præripiuntur, maioribus & pœnis & culpis eripiuntur: vnde recte (S. Bernard.) D. Bernard. ſerm. cont. ingrat. Dei clementia (inquit) eſſe videtur ingratis negare quod poſtulant, ne contingat vt tanto grauius de in-

A gratitudine iudicentur, quanto magis accumulatis beneficiis ingrati probantur extitiſſe: ergo miſericordiæ res eſt in hac parte, ſubtrahere miſericordiam, & antecedenter miſericordiæ quoque eſt, punitionem maturare, ne punienda augeantur. miſericordia igitur diuina fuit qua Amalechitas ſeuerè puniuit, ne poſtea à diuina iuſtitia ſeuerius punirentur; nimium atrox videtur eſſe illa punitio, quam Deus Ieremiæ imperauit dicens cap. 10. Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & ſuper regna, vt euellas, & diſſipes, & deſtruas, & diſperdas; quid enim in his verbis, niſi durum, rigidum, ac ſeuerum continetur ſupplicium? nihilominus Orig. hom. 1. in Ieremiam, diuinam in (Ierem. c. 10. Origen.) B tam acri vindicta miſericordiam recognoſcit, *Bonitatis* (inquit) *iſtud eſt indicium inimica cæleſtis regni regna deſtruere, & bellantes cum ſua gente euertere nationes*, hæc autem miſericordia conferebatur ipſis Hebræorum hoſtibus præmaturo ſupplicio correptis; ne ſi diu viuere permitterentur, tanquam horrida dumeta, in plures ſcelerum vepres luxurioſius ſilueſcerent, maioribus incendiis poſtea puniendi.

Regnum fouende bonos, aduerſus impios ſtabilitur.

Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ieſue, delebo enim memoriam Amalech ſub cælo, quod contigit tempore Saülis, cui Deus hoc onus impoſuit, vt omnes à minimo ad maximum internecione deleret: cum regem C deceat eſſe clementiſſimum, cur ei præcipitur, vt ita ſeuerè in Amalechitas animaduertat, nulli condonans, ſed omnes gladio percutiens? merito quidem hoc ei iubetur, quia regnum fouendo bonos aduerſus impios ſtabilitur, quod agnouit Theodoricus rex apud Caſſiodor. lib. 3. variar. Epiſt. 20. (Caſſiod.) *inter glorioſas* (inquit) *reipublicæ curas, quas perpeti cogitatione, Deo auxiliante, voluimus, cordi noſtro eſt leuamen humilium contra potentiam ſuperborum.* 136.

Tollantur peccata, vt dæmones ſpiritualiter occidantur, & ſimus omnium peccatorum victores.

Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech, 137. vnde apud Ioſue 8. (Ioſue 8.) percuſſerunt eos in ore gladij, vſquequo non relinqueretur ex his qui ſaluus fieret. Cur nullo dempto, omnes inter- D necione delentur? merito, quia Amalechitæ cum omnibus ſuis bonis demoliendi, myſticè repræſentant ſpirituales animæ hoſtes cum omnibus ſuis machinamentis, quibus ad nocendum vtuntur Iugulandos. (ait Orig. hom. (Adamant.) 8. in Ioſue) qui totam hanc ſtragem ad ſpiritalium hoſtium internecionem traducit, & ſtatim, *interimimus dæmones non ipſam eorum ſubſtantiam perimentes, ſed opus eorum ac ſtudium, vt peccare homines faciat: nam ſicut hæc eſt illorum vita, ſi nos peccamus, ita ſanè ſine dubio eorum interitus ſi non peccemus.* Itaque Dæmones ex noſtris peccatis animantur, & viuunt, hæc ſi abſint tanquam ſuis priuati animabus pereunt, & moriuntur. Igitur tollantur peccata, vt dæmones occidantur, ſed quinam hanc ſpiritalem occiſionem perficiunt? quis enim ita viribus potens, qui dæmones queat

interficere? conſulamus eundem Orig. qui ibidem explicans hæc verba Dauidis Pſalm. 100. [Pſalm 100.] in matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt diſperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. vbi ciuitatis nomine, vel vniuerſalem Eccleſiam, vel ſingularem animam intelligit, in vtraque enim ſpiritales hoſtes à viris ſanctis occiduntur, *In primis in Eccleſia egerunt*, inquit, *doctores de Eccleſia vt interficiant contrarios dæmones, & aduerſarias virtutes, docendo, inſtituendo, & occulta in diuinis literis myſteria reſerando*, deinde de ipſa quoque anima inquit, *Sanctus quiſque & diligens eijcit peccatores, id eſt cogitationes peſſimas, & cupiditates prauas interficit, in matutino*. Et paulo poſt, *Si quando ergo legis in ſcripturis ſanctis iuſtorum pugnas, cædes ac ſtrages interemptorum, & quia ſancti nulli penitus hoſtium parcunt, intellige bella iuſtorum. quæ ab eis aduerſus peccata geruntur, quomodo autem manebunt iuſti, ſi vel parum aliquid peccati in ſemetipſis reſeruauerint?*

Ne timeamus debellare tartareas poteſtates, ducem enim huius certaminis Deum habemus.

138. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech*, cur aſſeriſti deleturum? præcipe Ioſue vt eos deleat, cum ſit dux bellicoſiſſimus & obſequentiſſimus: dicit ſe deleturum, & ſic ſe huius pugnæ ducem & ſpiritalium Amalecitarum debellatorem profitetur. Ne quis noſtrum, nomen ſuum huius militiæ ſacramento audeat denegare, ſed intrepidus tantum ducem ſibi præeuntem ſequatur, & ſtrenuus contra ſpiritales hoſtes prælietur. Sic annotat Rupert. lib. 3. in Exod. c. 14. [Rupert.] *Deus ſpiritualiter in libro cordis cuiuſque noſtrum ſcriptum eſſe vult, quia diabolum antiquum inimicum Iſrael, & Angelos eius, & homines ſequaces eius perdere habeat, & memoriam ſub cælo delere, dicendo, ite maledicti: vt hac ſcriptura permanente in cordibus noſtris, nunquam cum illo pacem habeamus, neque pugnare iuſſi contra hunc Amalech inobedientes ſimus, ſi ita pugnantes deleuerimus Amalech, melius triumphabimus quam Saul qui parcendo illi triumphalem ſuperbiæ fornicem erexit, meliuſque placebit obedientia quam illius victimæ.*

Deus ſe quaſi immemorem exhibet, cum ex noſtris demeritis debemus puniri.

139. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech*, an immemor eorum, quæ tandem aliquando facturus es? an aliquid poteſt tibi excidere è memoria, cũ futura omnia tibi ſint præſentiſſima? cur ergo neceſſe eſt, vt ſcribatur in libro quod puniturus es Amalech, quod deleturus es eius memoriam? quia Deus quaſi immemorem ſe exhibet, cum ex noſtris demeritis puniri debemus, *Expende hæc* (inquit Oleaſter) [Oleaſt.] *qualiter pius pater præ ſe ferat obliuioſum, in noſtra punitione, & libro & ſcriptura ſit opus ad memorandum, vt nobis oſtendas, quam inuitus puniat & quam lento gradu.*

Etiam terrenorum memoria, vero Iſraelitæ officit.

140. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech*, expulit quidem Deus plures inimicas nationes de terra Iſraeli promiſſa, memoria tamen earum permanente, vnius Amalechitæ memoriam ſe deleturum pollicetur. Nonne ſatis eſt eum internecione delere? quid oberit eius memoria, ſi apud poſteros permaneat? Amalech eſt populus elingens qui figuram tenet amoris rerum temporalium, hic autem non modo armis & viribus populo Dei officit, ſed etiam recordatione, vnde non exterminandus ſolum ſed etiam eius memoria delenda. hoc deſumpſi ex Philone lib. 2. de alleg. legis, [Philo.] cuius verba ſubijcio, *Ergo quibus mentibus pacem Deus largiri dignatur, & his pollicetur deleturum ſe memoriam Amalechitarum.*

Vbi auaritia eſt interpres, & conſulens, ſemper peruerſa ſuggerit.

141. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech*, ſed cum Deus omnipotens ad vniuerſalem illius gentis euerſionem miſiſſet Saulem, optima quæque & pretioſiſſima cum animantium, tum ſupellectilium ſeruauit, contra præceptum Domini, & præſens vaticinium, delebo memoriam Amalech: cur inauguratus regno ſingulari Dei beneficio eius præcepta non capeſſis? diximus vocem Hebræam זכר Zecher duo ſignificare diuerſis punctis ſcriptam, nempe & maſculum, & memoriam; cur noluiſti ô Saul legere memoriam ſed ſolum maſculum? quia cupiditas & auaritia fuit ipſi interpres, auaritia fuit ipſi magiſtra, ſuppellectilis enim pretioſiſſimæ & optimorum gregum, & armentorum cupidus, voluit legere maſculum non memoriam. Sic D. Hieron. de quæſt. Hebr. [D Hier.] iam à nobis citatus, cuius authoritatem iterum repeto, *Deo præcipiente vt deleretur omnis memoria Amalech, non tam errore quam cupiditate prædæ pro memoria maſculum interpretatus eſt.*

Graui pœna plectentur qui in fide, vel virtute nouellos reuocant ac impediunt.

142. *Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriã Amalech*, ſcribe in chronicis, & indica Ioſue, vt ipſe ſequentibus ſe populi ducibus, & hi poſteris indicent voluntatem & decretum Dei, de peragenda vindicta, deque delendo Amalech: communica idipſum Ioſue, futuro ſucceſſori tuo, ne videlicet ſubacta terra promiſſa, ipſe fœdera cum Amalechitis iungat, vel admittat: cur quæſo tam ſeueram tulit Deus in Amalech ſententiam? non alia de cauſa quam quod immani bello appetierint innoxios, vacillanteſque Hebræos, & in vocatione ſua nouitios vt à Dei ductu eos in Chanaam, ſequendo abſterrerent. hanc cauſam indicat quod ſuperius dictum, nempe quod venit Amalech, & pugnauit contra Iſrael ex paterno videlicet odio Eſau, & poſterorum eius contra Iacob, ob prærepta ſibi primogenita, & ob præreptam patris benedictionem: videbat enim Amalech Iacobæos cum magna armatorum manu ad terram pro-

miſſam tendere, vnde verebatur, ne iam adimpleretur benedictio illa, quam Iacob fratri ſuo Eſau parenti Amalechitarum eripuerat, idcirco occurrit illis, vt tranſitum eorum impediat, belloque rem decernat, extremos agminis laſſos, & fame laboreque confectos cecidit, quamobrem Deus per Moyſem Deuter. 15. ſuum decretum refricat & addit, *Caue ne obliuiſcaris*: vt hinc diſcamus quam grauis ſit offenſa Dei, teneros recenteſque aſſeclas ab eius vocatione, & ſequela, ſeu à vera fide, religione, & ſtatu pietatis auertere.

Deuter. 15

A *Librorum ſcribendorum cura Deo tribuitur.*

Scrib: hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue, delebo enim memoriam Amalech, 145.
quis hoc imperat? quis iubet vt hæc ſcribantur in libro? ait textus, dixit Dominus ad Moyſem, in Hebræo eſt Iehoua, quid tibi curæ eſt ô Deus, vt hoc in libro deſcribatur? & eum ſcriptura debeat eſſe de victoria ſumenda ab Amalechitis, de eorum omnimoda internecione, cur ſub nomine Elohim denotante iudices, id non præcipit, non autem ſub nomine Iehoua? ait Card. Cajet. *Nomen eſt tetragrammaton, & etiã cura ſcribendi libros fonti eſſendi attribuitur.*

Card. Cajet.

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

V*Vlg.* Ædificauitque Moyſes altare Domino, & vocauit nomen eius exaltatio mea.

Sept. Et cognominauit nomen eius, Dominus refugium meum.

Cald. Ædificauitque Moyſes altare, & immolauit ſuper eo coram Deo, qui fecerat ei miracula.

Onk. Et cultum exhibuit ſuper eo coram Domino, qui fecit ſibi miracula.

Pag. Et vocauit nomen eius Adonaj Niqhi.

Vat. Vocauitque nomen eius Iehouah, vexillum meum.

Georg. Venet. Venit Dominus vexillifer meus.

Alij. Exultatio mea vel eleuatio.

Vulg. Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalech, à generatione in generationem.

Sept. Quoniam in manu occulta pugnat Dominus contra Amalech.

B *Cald.* Et ait cum iuramento dictum eſt hoc, à facie terribilis, cuius Majeſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, committatur prælium à facie Domini contra viros domus Amalech, vt conſumat eos à generationibus ſæculi.

Onk. Per iuramentum dictum eſt hoc coram Deo timendo, cuius Majeſtas eſt ſuper ſolium gloriæ; futurum tandem vt bellum inſtituatur coram Domino contra eos, qui ſunt de domo Amalech, ad delendum eos de habitatoribus ſæculi.

Pag. Quia manus ſuper thronum Domini, bellum Domini cum Amalech.

Bibl. antiq. Manus ſuper bellum Iah, bellum Iehouæ cum Amalech.

Antiq. C. M. Manus ſolius Domini. Sic Eugubinus. Chart. Lippomanus.

C *Vatab.* Et dixit ſublata manu per ſolium Dei iuro.

CONCORDIA.

NOn bene quidam ſolius legunt, eſt enim manifeſte in Hebreo כס quod ſolium ſignificat: difficilis eſt verſio Septuag. ſic legentium ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ in manu occulta, dicendum quod in Hebræo, pro כסיה Cheſiah voce diuiſa legiſſe vnica voce, & interpoſito puncto Schuret כסויה Cheſuia quod eſt paſſiuum participium, fœmininum à Chaſa quod tegere & abſcondere ſignificat: tum præpoſitionem על quæ ſubinde etiam inuerti poteſt, vel legerunt ipſam præfixam voci iad manus, non poſt poſitam, vti modo legimus, vel exiſtimatunt eam inter ſubſtantiuum & adiectiuum interiectam, eo modo quo & nos dicimus, omnibus in rebus, maria, per omnia, quod tamen Hebræis videtur eſſe inſolens: quid ſi etiam dicamus, eos hanc præpoſitionem non legiſſe, addidiſſe tamen illam de ſuo? quia idem eſt in manu occulta pugnare, & manu occulta pugnare. Porro horum ſenſus apud Sept. poteſt eſſe, Deum occulta manu cõtra eos pugnaturũ, quia eos adiuuerit, quo tempore nihil minus cogitarent. Eugubinus nulli ſciens condonare, ait Interp. ſenſum non attigiſſe cũ vertit manus ſolij Domini, vel textum deprauatum eſſe, vt deſit ſuper, dicendumque quia manus ſuper D ſolium Domini, ſed cur non dicemus potius in Hebræo illud על ſuperfluere, cum nec ab Hieronymo nec à Septuaginta legatur?

Propter incertitudinem radicis huius nominis נס nes incerta eſt eius ſignificatio, aliqui verterunt vexillum: quod vero exaltationem ſiue eleuationem ſignificet, non ſolum ex hoc loco conſtat, ſed ex cap. 21. Numer. vbi dicitur, fecit Moyſes ſerpentem æreum, & poſuit ſuper haues, id eſt eleuationem ſeu exaltationem, aut locum eleuatum, vbi non ita rectè vexillum. Vnde verbum naſus, à quo res ortum habere videtur, ſignificat Iſai. 58. eleuari, vel extolli, vbi dicitur Spiritus Domini noſa ſacb bo, id eſt extulit omne, vnde & illud Iſai. 10. erit chunſos noſſos vertendum putant aliqui, cum diſſoluitur eleuatio, ſcilicet fumi aut nebulæ, nam ante hæc verba habetur, erit lux Iſrael, in igne, & ſalus eius in flamma, & ardebit & deuorabit ſpinam & veprem eius in die vna, & gloriam ſyluæ eius & Carmeli eius, & anima vſque ad carnem conſumetur. & erit ſicut cum diſſoluitur eleuatio. poteſt tamen ſignificare vexillum ratione eleuationis, & ſic non male vertitur vexillum, nam ſenſus erit, Dominus dux meus in prælijs, quemadmodum

Num. 21.
Iſai. 58.
Iſai. 10.

ſolet

ſolet eſſe vexillifer eis qui eum ſequuntur. Si autem Septuag. legunt, Dominus refugium meum, ideo eſt quia illam dictionem נסי, niſi deducuot à radice nus, quod fugere ſignificat, A oos vero à radice Naſas, quod eleuare, exaltare denotat, nec reiiciendus eſt Cald. qui habet qui facit miracula, quia miraculoſe conceſſa fuit hæc victoria.

EXPOSITIO.

ÆDificauit Moyſes altare, ſcilicet ad offerendas victimas pro victoria populo cõceſſa, & hæ vocantur hoſtiæ pacificæ, quia victoriâ habitâ pax obtenta eſt, *vocauit nomen eius exaltatio mea*, ex hac enim victoria conſecuta exaltatus eſt populus Iſrael, Ioſephus ait, aram Deo victori poſuit, ab hoc effectu itaque qui hoc facto & nomen ſuum & populum ſuum exaltauit, exaltatio dicta eſt. vidimus in varietate lectionum, quam varie red dita ſit vox nes, forte diuino conſilio tot ſignificata comprebendente vſus eſt Moyſes, vt illorum multa ſint ſubintelligenda, & quod Dei miraculo factum ſit opus, & refugium fuerit Dominus populo, & vexillum ſuæ protectionis, & potentiæ ibi leuauerit, & Deo vt victori hæc omnia aſcribenda.

Quia manus ſolii Domini, aliqui hanc ſententiam ad iuramentum, alij ſolum ad prophetiam, referunt, certe pleriq; in textu Hebraico agnoſcunt iuramentũ, vel ipſius Moyſis, qood minus probabile, vel ipſius Dei, qood verius, vt ſenſus ſit, Moſen dixiſſe, Deum poſuiſſe manum ſuam ſuper ſolium ſuum, & hoc quaſi ritu ac cærimunia iuraſſe bellum fore perpetuum aduerſus Amalechitas, doocc penitus deleantur: familiare enim eſt ſcripturæ, iuramenrum ma- B nus eleuatione concipi, & ſacrarum rerum attactu, ſed prophetice hoc dictum intelligimus: *quia manus ſoly Domini, ly quia*, non eſt particula cauſalis, ſed continuatiua, per quã denotatur manus nẽpe potentia ſeu virtus diuina, *& bellum Domini*, hoc eſt bellum per bomines, ſed iuſſu & opera Dei gerendum contra Amalech, *à generatione in generationem*, impoſterum quouſque deleantur.

CONCEPTVS.

Crux Chriſti Domini *aduerſus omnes timores.*

144. *Ædificauit Moyſis altare Domino, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea*, Vatab. vocauit nomen eius Iehuuah, vexillum meum. Noſter Georg. Venet. in Cant. x. tom. 8. cap. 8. legit, Dominus vexillifer meus, cum dictum à nobis fuerit ex ſanctorum Patrum ſeoteutia, Moyſem eleuantem manus, Chriſtum Dominum in cruce repræſentaſſe, nunc parta victoria altare erexiſſe Domiuo vexillifero; quiſnã eiſſe poteſt, niſi Chriſtus Dominus in cruce? *vexilla regis prodeunt, fulget Crucis myſterium*, cãtat Eccleſia, quæ metum & hoſtes fugat, quis hoc credere faciat Iudæos? cur ii non potios rideãt hominem, quem cruci affixerunt, quam illum vexilliferum ſuum & ducem prædiceut? ſaoè rident Iudæi crucifixom, contemnunt peccatores eum qui cruci affixos eſt, at vbi ſe à D metu hoſtium liberari volũt, vbi inimicos ſibi ſubiicere ſtudent, neceſſum eſt vt ad crucem recurrant, & de crucis brachiis defenſorem & vexilliferum habeant.

Georgius Venetus. in harm.

Deus ſcit in crucis ſigno ſperantes exaltare.

145. *Ædificauit Moyſes altare Domino, & vocauit nomen eius Dominus exaltatio mea*, quid? nonne iam manus extendebas, crucem adumbrantes? quid autem olim cruce abiectius & vilius? quomodo ergo ex hoc ſigno dicit ſe eleuatum? potius deberet aſſerere ſe humiliatum: Dominus, inquit, eſt exaltatio mea, & meritu, qui enim in crucis ſigno confidunt, à Deo mirificè exaltantur. hanc veritatem confirmat S. Nilus hom. de Aſcenſ. apud bibliothecam Photij dicens, *O damnum è lucro proueniens, deorſum miſſi, tollimur in altum, expulſi, in cælum reducimur, intra paradiſum vulnerati, extra illum remedium inuenimus, vbi tibi pirata, maleficium eſt, crux quam gubernatori fixiſti, vertitur natura naufragæ in clauum nauis, & ad cæleſtem nos portum* C *fluctuantes ducit, ac ſiſtit*, pende *deorſum miſſi tollimur in altum*, & cur non in altum tolleremur, cur non exaltaremor in cruce, ſperantes? cum videris magis deiectus, tunc apparebis media cruce clarius ſublatus io cœlum.

S. Nilus.

Vere humilis in diuinis fauoribus non ſe inuenit, ſed ſuo tribuit principio.

Ædificauit Moyſes altare Domino, & vocauit nomen eius Dominus exaltatio mea, quid? nonne 146.
per integrum diem manos tuas eleuaſti, itã vt neceſſe fuerit Aaronẽ & Hor eas ſuſtinuiſſe, ne paululum remitterentur? te enim eas demittente, ſuperabat Amalecb populum tuũ Iſrael. Cur ergo Deum nominas exaltationem tuam, cum tu manus tanto cum labore & dolore erexeris ad victoriam conſequendam? quia verè humilis (qualis erat Moyſes) in diuinis fauoribus non ſe inuenit, ſed ſuo aoctori illos tribuit. bene D. Greg. mag lib. 4. in 1. Reg. c. 9. *Habent proprium mentes humilium, vt ſpiritualia dona habeant, ſed in iis quæ habent ſe non attendunt*, nihil ſui videt humilis in donis diuinis, imo ſemper Deo cuius ſunt, tribuit.

S Greg. Magnus.

Gratiarum actio victimis acceptior.

Ædificauit Moyſes altare Domino, vocauitque nomen eius exaltatio mea, licet à oobis dictum 147.
fuerit in expoſitione, hoc altare erectum, & in eo victimas Deo oblatas, tamen non pauci arbitrantur, illud altare ſolum pro titulo gratitudinis erga Deum erectum fuiſſe: vnde Ioſeph ait nomen inſcriptum fuiſſe huic altari, victori Deo: ſed cur in eo ſecuodum illorum ſententiam, non immolantur victimę, cum non ſolum victoriam ex Amalechitis retulerint, ſed diuites ex eorum ſpoliis effecti ſint? cur ſolum nudæ offeruntur gratiarum actiooes in huius altaris erectiooe? quia gratiarum actio-

nis titulus, omni alia victima excellentior. fauet Philo lib. de victimas offerentibus, *quantum aurum* (ait) *praſtat lapidibus, tantum acceptior eſt ſuffitus gratiarum actionis, quam mactata victima*, gratus Dei naribus ſuffitus qui gratiarum actiones ad eum defert.

Philo Alexand.

Ob diuina beneficia non efferamur.

148. *Ædificauit Moyſes altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea*, quid hoc eſt, quod tanto cum labore manus in cælum erexeris, ex quo data eſt Iſraelitis victoria? cur ergo ais, Dominus erectio mea? tuam deberes dicere: nec tale præſumit, ſcit enim in beneficijs Dei non intumeſcendum, ſed potius ad quælibet Dei opera præſtanda, promptiorem ſe exhibere. inſerenda ſunt hic S. Petri Chryſol. verba B ſerm. 142. quæ ſic ſe habent, *Deuotus animus inſulis beneficiorum creſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proſilit, non ad arrogantiam intumeſcit.*

S. Petrus Chryſolog.

Ita ſis gratus, vt gratitudo tua nota ſit omnibus.

149. *Ædificauit Moyſes altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea*, ſcio te erga Deú benefactorem propenſiſſimum eſſe in gratiarum actionibus referendis, ſed accepta tam inſigni victoria, ſufficeret canticum in eius laudem edere, ſicut poſt tranſitum maris rubri cecinisti ſubmerſo Pharaonis exercitu: cur ergo altare erigis? quia ita grati eſſe debemus, vt omnibus nota ſit noſtra gratitudo, *vt iugis* inquit C Hieron. ab Oleaſt. *eſſet beneficii accepti memoria, locum à beneficio nominauit.*

Oleaſt.

Deus ita miſericors, vt videatur non puniturus niſi ad id iuramento ſeſe obſtringeret.

150. *Ædificauit Moyſes altare, &c, quia manus ſolij Domini*, Cald. *cum iuramento dictum eſt hoc à facie terribilis, cuius maieſtas eſt ſuper ſolium gloriæ, vt committatur prælium contra viros domus Amalech*, nonne verbum tuum ô Domine, nullo interpoſito iuramento eſt infallibile? cur ergo Amalecitas puniturus, iuramento te obſtringis? bona largiturus, iuraſti equidem, ſed cum vindictam ab impiis ſumpturus es, cur iuſiurandú interponis? quia Deus eſt ita miſericors, vt nõ puniret aliquoties, niſi ad id iura- D mento ſe obſtringeret. obſeruatio eſt cir. Luſit. *Ad quid Domine iuramentum vt punias? tuum eſt iuramentum pollicitationibus bonorum adhibere, quemadmodum Abrahæ iuraſti per temetipſum, quod poſſideret ſemen eius portas inimicorum ſuorum: ſic iurauit Dauidi, neque mentietur quod de fructu ventris eius poneret ſupra ſedem eius: omnia hæc pietatem & miſericordiam ſonant, nam tamen non ſua ſponte punit, vt non ſumat vindictam niſi iuret, facileque, punitionis ſententiam mutet & parcat, cogit tamen eum improborum nimia impietas iurare, quod non mutabit vindictæ decretum.*

Luſitan.

Bellum ſi iuſtè ſuſcipiatur, non condemnandum.

151. *Ædificauit Moyſes altare, quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalech in generatione in generationem*. quid ô Deus! nonne pacis amator? quid viget in bello, niſi A nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, libido dominandi? &c. cur ergo populo tuo imperas bellum inferre Amalecitis, vſquequo omnino deleantur? ex hoc Dei iuſſu colligere facile poteris contra Manichæos & alios hæreticos, bellum aliquando licitum, cum ad eius æquitatem omnia neceſſaria cõcurrunt. audiẽdus eſt B. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum Manich. c. 14. doctiſſime hac de re ſermonem inſtituens, nec bella per Moyſem geſta miretur aut horreat Fauſtus, quia & in illis diuina ſecutus imperia, nõ ſæuiẽs ſed obediẽs fuit: nec Deus cum iubebat iſta, ſæuiebat, ſed digna dignis retribuebat dignoſque terrebat: quid enim culpatur in bello? an quia moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri? hoc B reprehendere, timidorum eſt non religioſorum, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominans, & ſi qua ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerumque ita culpantur, ita iure puniantur. aduerſus violentiam reſiſtentium, ſiue Deo, ſiue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, vbi eos iubere tale aliquid vel in talibus obedire, iuſte ordo ipſe conſtringit. alioquin Ioannes cum ad eum baptizandi milites venirent dicentes, & nos quid faciemus? reſponderet eis arma abiicite, militiam iſtam deſerite, neminem percutite, vulnerate, proſternite nemi- C nem: ſed quia ſciebat eos cum hæc militando facerent, non eſſe homicidas, ſed miniſtros legis, & non vltores iniuriarum ſuarum, ſed ſalutis publicæ defenſores, reſpondit eis: neminem concuſſeritis, nulli calumniam feceritis, ſufficiat vobis ſtipendium veſtrum; ſed quia Manichæi Ioannem aperte blaſphemare conſueuerunt, ipſum Dominum Ieſum Chriſtum audiant, hoc ſtipendium iubentem; redde Cæſari, quod Ioannes dicit debere ſufficere militi, reddite, inquit, Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei ſunt: ad hoc enim tributa præſtantur, vt propter bella neceſſario militi ſtipendium præbeatur: merito & illius centurionis dicentis, & ego homo ſum, ſub poteſtate cõſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit; & alij, veni & venit: & ſeruo meo D fac hoc, & facit, fidem laudauit, non illius militiæ deſertionem imperauit. Sed de iuſtis quidem, iniuſtiſque bellis nunc diſputare longum eſt, & non neceſſarium. Intereſt enim quibus cauſis, quibuſque auctoribus homines gerenda bella ſuſcipiant, ordo tamen ille naturalis, mortalium paci accommodatus hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque conſilium penes principes ſit, exequendi autem iuſſa bellica miniſterium milites debeant, paci, ſalutique communi, bellum autem quod gerendum Deo auctore ſuſcipitur, recte ſuſcipi dubitare fas non eſt vel ad terrendam vel ad obterendam, vel ad ſubiugandam mortalium ſuperbiam, quando ne illud quidem quod humana cupiditate geritur, non ſolum incorruptibili Deo, ſed ne ſanctis eius obeſſe aliquid poteſt quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam, ferendamque paternam diſciplinam etiam prodeſſe inuenitur.

B. Auguſt.

Grauiter punitur afflicto afflictionem addens.

152. *Ædificauit Moyſes altare &c. quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalech in generatione in generationem*, quid ſibi vult tanta ſeueritas, quod Dominus non tantum iubet peccatum Amalech in perpetuam memoriam reponere, ſed etiam vindicat illud in tertiam & quartã generationẽ? quid? ſignificatne Deus iniuriam etiam inueteratam vlciſcendam eſſe? minime, Deus enim prohibuit priuatam vindictam tam recentis quam inueteratæ iniuriæ: quid ergo hoc denotat? aduerte Amalechitas, afflictos miſeros & debiles Iſraelitas, qui vltimum agmen cum labore & dolore ſequebantur occidiſſe, & alios inſecutos fuiſſe: quid ergo mirum ſi ita ſeuerè à Deo puniantur? qui enim afflicto addit afflictionẽ pœnas dabit licet ſeueriſſimas, ſubſcribit Lippom. *ſignificat hac ſeueritate, quam graue peccatum, & quam horribili ſupplicio puniendum ſit, ſi quis miſero & afflicto addat nouam miſeriam & afflictionem, nam Iſraelitæ paulo ante euaſerant grauiſſimam, & nondum recuperauerant vires tam duro itinere exhauſtas, acceſſerat eodem fames & ſitis, qua paucis ante diebus torti fuerant, vnde factum eſt vt multi debiles & infirmi inſequerentur exercitum eorum in vltimo agmine: Amalecitæ autem addebant afflictis nouas afflictiones, & interficiebant debiles ac infirmos quoſcumque in vltimo agmine naneiſci potuerunt, hæc eſt crudelitas immaniſſima. videlicet afflicto nouam afflictionem addere: quare Deus vt grauitatem huius immanitatis oſtenderet, ac vt declararet ſe talem ſemper ſeueriſſimo vindicaturum, iubet Moyſem hoc peccatum Amalechitarum meminiſſe, & poſt multa tempora, iubet Saulem totam gentem Amalechitarum delere.* — Lippom.

Victoria à Deo pendet, eſtque ſingulare Dei donum.

153. *Ædificauit Moyſes altare Domino, quia manus ſolij Domini & bellum Domini erit contra Amalech*, nonne ſatis erat bellum dixiſſe contra Amalech? cur dicitur Domini bellum contra hunc populum? tum, cur ædificans Moyſes altare Domino, hoc illud hac inſcriptione, victori Deo, donauit? vt diſceremus quod ſicut bellum iuſtum non eſt niſi à Domino, ita victoriam nonniſi ab illo pendere, eſſeque illius ſingulare donum. hoc agnouit Theodoſius Imper. cui cum ei victoria de Ioanne tyranno in ludis circenſibus renunciaretur, ad populum vociferans ait (teſte Niceph. lib. 14. c. 7.) *Agite ludicro hoc omiſſo, in ædem hanc precatoriam eamus, & carmina gratiarum auctori Deo concinamus.* Noſter Clotharius cum dimicaturus eſſet aduerſus Chiſammum filium rebellem, teſte Gregor. Turon. lib. 4. c. 16. & 17. *Reſpice* (inquit) *de cælo Domine, & iudica cauſam meam, quia iniuſtè iniurias patior, reſpice & iudica iuſte, illudque impone iudicium quod quondam, inter Abſalonem, & patrem eius Dauidem poſuiſti.* hoc & agnouit Alphonſus Aragonum rex, qui Ferdinaudo contra Florentinos in bellum eunti ſic locutus eſt, teſte Pancratio in eius vita, *Noli ait, fili, tantum tua, aut commilitonum audacia tribuere, vt putes abſque auxilio Dei vllam victoriam haberi poſſe, victoria enim non hominum diſciplina aut induſtria paratur, ſed Dei optimi max. benignitate & arbitrio: Deum igitur ipſe & tibi concilia, quod ſi quando eum tibi iratum ſuſpicaberis, caue contendas, & quicquid ab eo tibi accidiſſe videtur boni conſule, ac patientia & pœnitentia eum placa.*

Niceph. — Gregor. Turonens. — Pancrat.

Per aliquid iurare nec inſolitum ipſi Deo.

Ædificauit Moſes altare &c quia manus ſolij Domini, Vatab. *& eleuata manu dixit per ſolium Dei iure*, quid eſt quod per aliquid à ſe ipſo iurat Deus? ſcio hoc omnibus ferè gentibus familiare, vt per ea iurarent, quæ quibuſque chara: tamen plures per alia iurauere, de Callimacho memoriæ traditur, quod per rugoſam ſuam pellem iuraret, ex B. Aug. lib. 2. de vera relig. c. 20. colligimus aliquos iuraſſe per canem, ſic enim ait, *Itaque & ipſe ſacrata cum populo ſimulachra venerabatur, & poſt eius damnationem mortemque nemo auſus eſt iurare per canem nec appellare quemcumque lapidem Iouem.* apud Græcos iurare per ſtygiam aquam gratiſſimum iuramentum erat; imo per lectum iurare ſolebant Romani, milites per ſigna conſueuerant iurare; hæc enim maxima apud eos veneratione, præcipuoque habita cultu, Tertull. Apol. c. 16. *Religio Romanorum tota, caſtrenſia ſigna veneratur, ſigna iurat, ſigna omnibus dijs præponit.* Ægyptij vt in deorum numerum retulerunt pleraque vilia, cibos, olera, ſic etiam per hæc iurabant. non defuerunt qui per ventum, per arma ſua, vt Schytæ per ſuorum oſſa & cineres, per parentum beatam memoriam, ſi è vita diſceſſerant, per eorum ſanitatem, proſperamque ſenectutem, ſi viuebant. per Abelis ſanguinem, Sethi poſteros iuraſſe indicat auctor libri Said Abē batrich qui Arabica lingua ſcriptus eſt, in quo familiæ Sethi recenſentur, hi quippe populi Caino & eius nepotibus infenſi, ſolemni iuramento ſe obſtringebant per ſanguinem Abelis. Pythagorei quaternarium numerum colentes, per illum iurabant, quod refert S. Gregor. Nazianz. oratione in ſanctam Pentecoſten, vbi ait, *Pythagorei in honore colebant quaternarium numerum, per quem etiam iurare conſueuerant*: en vt non inſolitum per aliquid aliud à ſe iurare! quod quo ſenſu fieri poteſt apud nos, diximus in Commentariis noſtris, in Geneſ. ſi autem Deus ipſe per ſolium ſuum iurat & non per ſeipſum, ideo fit, vt noſtris ſeſe accommodet ſenſibus, *Dominus iurat* (inquit Vatab.) *per ſolium ſuum quod eſt cælum ſtabile ac firmum.* 154.

B. Auguſt. — Tertull. — S. Greg. Nazianz. — Vatabl.

Deus contra hoſtes populi ſui, pugnat etiam tranquillus.

Ædificauit Moſes altare &c. quia manus ſolii Domini, & bellum erit contra Amalech, ſi Deum inſtar pugnatoris viderem, non mirarer eum quoſlibet aduerſarios ſuperantem, ſed in throno ſolij ſui ſedentem, quis diceret victoriam ab hoſtibus potentiſſimis relaturũ? ego equidẽ, immobilis enim & quietus permanens in throno gloriæ ſuæ, quoſlibet belliconſiſſimos populi ſui hoſtes facillimè ſuperat. ſiſto 155.

Abulenſ. *Dicitur Thronus Dei quædam tranquillitas Dei in ſe ipſo, ſine aliquo motu diſturbantia paſſionum, aut mordentium curarum, & tunc poteſtas Dei contra aliquem pugnat, quando Deus in ſua tranquillitate exiſtens, aliquem impugnat vel delet: ſic factum de Amalech quem Deus ſtans quietus deleuit.* Abulenſ.

Licet Deo cooperemur, tamen ipſe ſolus dicitur agere.

156. *Ædificauit Moyſes altare Domino, &c. quia manus ſolii Domini, & bellum Domini contra Amalech*, plures legunt vt vidimus in varietate, quia manus ſolius Domini; ſed hæc lectio admittenda non eſt, nam Saul Amalechitas in ore gladij deleuit, quomodo ergo ſolus Deus dicitur contra eos pugnaturus? cit. Epiſcopus reſpondet *Manus ſolius Dei fecit hoc; quia ipſa totam virtutem & poteſtatem ad hoc faciendum contulit, nam fortè Amalechitæ ita potentes erant, quod Iſraelitæ non præualuiſſent aduerſus eos, vel non ſuffeciſſent eos delere penitus, niſi virtus Dei ſpecialiter adfuiſſet.* Toſtitus.

SYNOPSIS CAPITIS XVIII.

Iethro ſocer Moyſi, vxorem cum filiis illi remittit, & poſtquam holocauſta & hoſtias pro gratiarum actione obtulit Deo, conſilium præbuit Moſi ſuper conſtituendis magiſtratibus, ſibique cauſis præcipuis reſeruandis, quod quidem conſilium dux populi Dei, quamuis ſapientiſſimus, nequaquam eſt dedignatus libenter acceptare, illudque opere complere.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

Vlg. Cumque audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraeli populo ſuo, & quod eduxit Dominus Iſrael de Ægypto.

Sept. Audiuit autem Iether ſacerdos Madian ſocer Moyſi, omnia quæcumque fecit
A Dominus Iſrael populo ſuo.

Cald. Audiuit Iethro princeps Madian ſocer Moyſi.

Vulg. Tulit Sephoram vxorem Moyſi quam remiſerat.

Sept. Sumpſerat autem Iether ſocer Moyſi Sephoram vxorem eius, poſt dimiſſionem eius.

Arias. Poſt dimiſſiones eius.

CONCORDIA.

Dictio כהן Cohem & principem & ſacerdotem ſignificat, addit Oleaſter quod hic quadrat magis princeps quam ſacerdos, ſed nullam adducit rationem, ſtandum eſt noſtro vulg. ſimiliter dictio חתן chotem, quam reddidit noſter vulg. cognatum, ſignificat quemcumque coniunctum, ſeu affinem, ſicut cathan coniungi, affinitatem contrahere, vt pa-
Ioſue.23. tet Ioſue 23. Cathantem bahem id eſt affinitatem contrahere aut coniunctionem facere nobiſcum, idem 1. Reg. 18. ponitur autem ali- 1.Reg 18.
B quando pro genero, vt Geneſ. 19. vbi dicitur Geneſ. 19.
adhuc eſt aliquis tibi hîc Cathan, id eſt gener, nonnumquam vero vt hic pro ſocero, vnde deducendum hoc nomen generale eſſe cuicumque affinitati, Septuag. habent γαμβρὸν quæ vox proprie ſignificat ſocerum, qualis fuit Iethro reſpectu Moyſis.

EXPOSITIO.

Cum *audiuiſſet Iethro*, ex familiari commercio, quod inter Ægyptios & Madianitas beneficio maris rubri intercedebat, vel ex
nuntio à Moyſe miſſo, qui hoſpitem & ſocerum imo vxorem & liberos noluit beneficiorum tantorum, quæ Deus Iſraelitis præſtiterat, & prodigiorum quibus Ægyptios afflixerat, eſſe ignaros, præſertim cum iam non longe abeſſet à loco habitationis eius, qui quantum poſſumus ex paſtura ouium eius, quas Moſes pauit, iuxta montem Sinai colligere, non ita remotus erat à Sina, & Raphidim, *cognatus Moyſi*, ſocer eius; duxerat enim Moyſes filiam eius in
C vxorem, *omnia quæ fecerat Deus Moyſi*, non ſolus Deus populo innumera beneficia contulerat, ſed etiam Moyſi, & ideo dixit vtrumque, nempe quæ Moyſi & populo præſtiterat, *tulit Sephoram vxorem Moyſi*, quam remiſerat in domum paternam, poſtquam Angelus ei occurriſſet, an remiſit autem tempore opportuno reuocandam, ſanè probabile eſt eum ſic feciſſe.

CONCEPTVS.

Ad Dei cognitionem, infideles illius confeſſione prouocemus.

1. *Cum audiuiſſet Iethro ſacerdos Madian, cuncta quæ fecerat Deus Moyſi*, acceptis vxore illius & filijs, itinera ſe accingens ad caſtra Iſraelitarum peruenit; quò cum fœliciter peruenisset, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptijs, propter Iſrael. Nonne in omni Ægyptiorum doctrina eruditiſſimus, & in omnium diſciplinarum notitia? quomodo ergo nactus hominem ſecundum plurimorum ſententiam adhuc ethnicum, nihil aliud illi propoſuit, quam nudum Deum omnipotentè aduerſus Ægyptios? cur non omiſſo Dei nomine, libertatem, quam [illegible] adeptus populus Iſrael, non aperuit? cur non narrauit, quomodo omnis Ægyptiorum exercitus miſerè in mari rubro ſubmerſus fuerat, & alia innumera prodigia? vel cur hominem vitæ regulis non inſtituit optimis documentis non erudijt? quia prius ad Dei cognitionem infideles illius confeſſione prouocare debemus. Id docet D. Cyrill. lib. 7. de adoratione, *Itaque ergo Iethro, ſolo de Deo narrationibus vſus eſt Moyſes, in eamque illum ſententiam traduxit, vt diſertis verbis fateretur non eſſe Deum alterum, ſed ſolum eum qui & vnus in natura, & verè Deus ſit.* Miſſa fecit Moyſes omnia humana ſtatuta, omnes humanarum diſciplinarum argumentationes fecit miſſas, & ſolis de Deo narrationibus vſus eſt, & ethnicum traxit & firmauit in vitæ cognitione. (B. Cyrill.)

Matrimonium ſaluti non nociuum.

2. *Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian cognatus Moyſi*, quæ Deus ei contulerat beneficia, nec non populo Iſrael, tulit Sephoram vxorem Moyſi: nonne fuere qui nuptias omnino condemnarent, tanquam noxias & animæ ſaluti contrarias? nonne fuerunt Marcion & Manichæus? (ſic enim D. Hieron. lib. 1. contra Iouin.) Nec non Marcionis & Manichæi dogma ſectantes, nuptijs detrahentes? fuerunt quidem ſed hæretici, animæ enim ſaluti non aduerſantur nuptiæ: ecce Moyſes vxorem habuit, & quibus gratus à Deo non præuentus? audiamus B. Chryſoſt. hac de re eruditiſſimè diſſerentem, ſerm. de Euang. nuptiæ factæ ſunt. Ne excuſes te propter nuptias, Dominus tuis nuptijs interfuit, nuptias honeſtauit, & tu nuptias arguis & dicis nuptias obſtaculum eſſe ad pietatem? nullum enim ad pietatem eſt obſtaculum; vis cognoſcere, quod nihil nocet habere vxorem & pueros: Moyſes nonne vxorem habuit, & liberos? Helias nonne virgo erat? nonne Moyſes manus è cœlo deduxit? nonne Helias ignem è cœlo deduxit? nonne Moyſes coturnices aduolare fecit? nonnè Helias verbum cœlu clauſit? nonne Moyſi Deus locutus eſt? nonne & cum Helia conuerſatus eſt? nonne Moyſes mare diuiſit, & transduxit populum? nonè Helias curru igneo in cœlum ſublatus eſt? an nocuit huic virginitas, an impedimento fuerunt illi vxor, & liberi? vidiſti Heliam aurigam in aëre, vidiſti Moyſem in mare vxorem, vide & Petrum Eccleſiæ columnam, quod & ipſe habuit vxorem: at non eſt ſcriptum, inquis, quod Petrus habuit vxorem, vnde ergo liquet quod vxorem habuit? ego dico, ingreſſus eſt Ieſus ad ſocrum Petri, & erat illa infirma & tetigit eam & reliquit eã febris, & ſtetit, & miniſtrauit, vides quod Petrus vxorem habuit, vbi enim ſueris, manifeſtũ quod ibi & mulier, vides & quod Petrus vxorẽ habuit: ne incuſes nuptias, vt ne quis prætexat vxorem, vel liberos, vel militiam, vel negotiationem, vel opificium, vel ſeruitutem vel diuitias, vel paupertatem, hæc excuſatio, hic prætextus diaboli inſidiæ ſunt. (B. Hieron.) (B. Chriſo.)

Beneficium omnibus collatum pluris penditur quam quoduis aliud.

Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian, quæ collata à Deo tum Moſi genero ſuo, tum populo Iſrael beneficia: ſed quæ populus acceperat textus, quòd eduxit eũ Dominus de Ægypto, cur hoc inter alia numerat, & præ alijs ponderat? nonnè erat generaliſſimum & omnibus commune? neſciſciteris ergo cur illius præcipua ſit mentio, quia beneficium omnibus collatum pluris penditur quam quodcunque aliud, hanc rationem protulit Abul. *Illud erat primum & maximum beneficium collatum Iſraelitis, ſimul erat & maximum, primo quia erat valde generale; nam nullus de Iſraelitis erat, qui non participaſſet hoc beneficium: ſecundo quia maximum bonum eis conferebatur nempe libertas, nulla res enim quantumcumque pretioſa quæ libertati comparetur.* 3. (Abulenſ.)

Parentes maximè lætantur liberos præ alijs honorari.

Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian omnia quæ fecerat Deus Moyſi, Sephoram tulit vxorem Moyſi, cur non antea, cum ſcilicet in Ægypto moraretur? cur nunc cum Moyſes per deſertum iter facit, in medio caſtrorum ſtat, & ſub tentorijs habitat? ſciebat Iethro generum ſuum in maximo honore à populo Iſrael haberi, en ratio cur nunc ad eum illam adducit! parentes enim maximè lætantur liberos, præ alijs honorari. *nunc videbat Iethro*; inquit citat. Epiſcopus, *generum ſuum proſperatum valde ſecundum popularem exiſtimationem, quia erat dux tanta congregationis, ideo mouebatur magis ad ducendam ei vxorem & filios, quia ſic honoratiores eſſent.* 4. (Toſtat.)

Noſtros, beneficiorum à Deo acceptorum participes faciamus.

Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſrael populo ſuo, quomodo hæc audire potuit Iethro? vel à quo accipere potuit tot à Deo genero ſuo collata beneficia: forte ab ipſo Moyſe, cur ab eo tot grauiſſimis abſtracto negotijs? quia noſtros, benefactorum à Deo acceptorum participes facere debemus: probabile enim eſt noluiſſe 5.

Moyſem ſocerum & vxorem tot gratiarum, A quas in ſe & in populum ſuum eſſe collatas ſenſit, ignatos eſſe.

Pluribus onerosum eſt matrimonium.

Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian omnia
6. *quæ à Moyſe geſta fuerant*, Dei beneficio, tulit Sephoram vxorem Moyſi, quam remiſerat, cur remiſiſti? dices longe eſſe debere à concubitu vxorũ, qui Deo & orationibus vacant, nam propter Deum didicerunt viri ſancti vxorem imo & filios dimittere: ſed cur ſaltem poſtquam fœliciter quæ ſibi à Deo iuſſa fuerant, perfecit, eam cum liberis non reuocauit? vt diſcas pluribus etiam ſeruis Dei eſſe onerosum matrimonium. fauet Oleaſt. *Quam onerosum ſit matrimo-*
Oleaſt. *nium oſtenditur, quoniam ſanctus Moſes poſtquam vxorem ſemel ablegauerat repetere non curauit.*

Parentes, filios coniugatos apud ſe difficile retinent.

7. *Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian*, quam eximia à Deo populus Iſrael beneficia acceperat, accepit Sephoram vxorem Moyſi, quam remiſerat, ſumpſit eam, ad virum reducturus: ſi remiſit Moyſes, cur eam reducit Iethro maxime cum eſſet princeps Madian, & ideo ditiſſimus, qui non grauari deberet, nec filiæ chariſſimæ, nec liberorũ eius expenſis? remittit
Luſitan. tamen, qui parentes filios coniugatos apud ſe difficile retinent, *Oſtendit locus iſte* (inquit Luſit.) *quam moleſtum ſit patri coniugatam vxorem apud ſe habere, maxime cum filiis, vt cogatur ſenex eam viro reſtituere.*

Ne ſcandalizeris, pios alterius religionis virorum conſortium non fugere, ſperantes eorum conuerſionem.

8. *Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian omnia quæ fecerat Deus Moyſi*, adoritur iter vt generum ſuum inuiſat, occurrit Moyſes accedenti, multis ſtipatus Iſraelitarum militibus eumque benignè recipit, imo facit ei conuiuium, reuiteſcentis neceſſitudinis indicium: nonne erat Iethro idololatra imo idolorum ſacerdos, A cuius filiam Moſes duxerat? cur hoc inter tot præclara facinora Moyſis, ſilentio non obuoluitur? nónne in dedecus Moyſis cedit, quod admiſerit idololatram? quod ſocietate Dei aduerſariorum gauderet? nequaquam; nã quando pii alterius religionis virorum ſocietatem admittunt, eo fine vt eos à falſo deorum cultu vel impietate reuocent, potius laudem merentur, ex quo pulchre D. Baſilius oratione 40. Phariſæorum oblatrantium Ieſu, quod meretricis acceſſum non refugeret, niebat enim ille Loc. S. Baſil.
7. hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique quæ & Luc. 7.
qualis eſſet hæc mulier, ſapienter reprimit ait enim, *Cur illam ſuſceperit Chriſtus, dicis? nempe vt ab improbitate eam abſoluat, vt ſuam clementiam palam faciat, vt diſcas nullam ægrotationem quæ illius benitatẽ vincat: quare non id*
B *ſolum conſideres quod ſuſceperis, verum etiam illud animaduerte quomodo mutauerit*: non enim vitio dandum, ſed laudi, quod quis ſe adiungat improbis illorumque gaudeat conſortio, dum ex tali ſocietate probi fiunt, qui antea improbi.

Qui ad prælaturæ officium redeunt, non renuncient curam etiam temporalium admittere.

Cum audiſſet Iethro ſacerdos Madian, quam
proſpere omnia genero contigerant Deo adiu- 9.
uante, ſumpſit Sephoram vxorem Moyſi, nec non filios eius, ſimulque ſe accingens itineri, eos ad Moyſem reduxit: quid? nonne filios cum coniuge remiſerat? cur eos denuo recipit, cum ab omni cura rei familiaris liber eſſe debere videretur, regimini populi iuſſu Dei potius oc-
C cupatus? conſulamus Hug. Card. ſic ſatisfa- Hug. Card.
cientem, *Illi qui mittuntur ad prædicationis officium exercendum, debent ſe ab omni cura temporalium exonerare, vnde 2. Timoth. 2. Nemo mili-*
tans Deo, & 1. Corint. 9. Omnis qui in agone con- 1 Tim 2. 1. Cor 9.
tendit ab omnibus ſe abſtinet: cum autem prædicator redit à prædicatione cum populo, vel cum ad prælationem aſſumitur, tunc propter eos qui ſibi regendi committuntur, ſollicite ſe tam in temporalibus quam ſpiritualibus gerere debet.

VARIET. LECT. Verſ. 3. & 4.

V*Ulg.* Et duos filios eius, quorum vnus vo- D cabatur Gerſam, dicente patre, aduena fui in terra.

Sept. Nomen vni eorum Gerſam, dicens, incola fui in terra aliena.

Pag. Nomen vnius Gerſom, quia dixit, peregrinus ſum in terra aliena.

Vulg. Alter vero Eliezer, Deus enim ait patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

Sept. Eripuit me de manu Pharaonis.

Cald. Quia verbum Dei patris mei, fuit in adiutorium meum.

CONCORDIA.

GErſam habemus, licet ſit in Hebræo Gerſom, ſed veriſimile eſt Mazoretas mutaſſe in fine vocalem, cum in noſtro vulg. & Septuag. habeatur Gerſam, & ipſa etiam nominis ethimologia requirit, גר get enim eſt aduena & שם Scham ibi.

EXPOSITIO.

ET duos filios. quorum vnus vocabatur Gerſam. hic repetuntur nomina cum ſuis interpretationibus, de quibus cap. 2. *a luena fui in terra aliena*, terram enim Madiam habitauit annos 40. cum in Ægypto originem ſumpſiſ-
A ſet, *alter Eliezer*, hos duos liberos ſolum habuit, *Deus enim patris mei adiutor meus*, & hæc eſt nominis interpretatio, adiutoré dicit, quia innumera ei contulit beneficia, & quia à pluribus malis & periculis eum eripuit.

CONCEPTVS.

Tempore proſperitatis omnes ad te confluunt.

Et duos filios eius, ſcilicet ſecum duxit cum matre ad Moyſem, quid hoc eſt, quod amantiſ-
10. ſimam filiam, chariſſimaque pignora quæ ad te remiſit Moyſes, iterum ad eum deducis? quid ait textus? cum audiſſet Iethro cognatus Moyſi omnia quæ fecerat illi Deus, nempe eximia illi collata beneficia, ad ſummum etiam euectū principatum, & populi innumeri regimen habere, omnia denique ei proſpera contingere, & ſecundam arridere fortunam. ne ergo ſciſciteris, cur eum conuenit, cur ad eum vxorem & filios reducit, nam tempore proſperitatis omnes ad fœlicem, fortunatumque confluunt: tempore enim hyberno, vt hirundines diſcedimus ab amicis, tempore vero verno eos libentiſſime comitamur, multos numeramus amicos, cum proſperitas arridet, ſi nubila ſunt tempora, ſoli ſumus, Prouerb. 14. etiam proximo ſuo pau-
Prou. 14. per odioſus erit, amici vero diuitum multi, &
cap. 19. diuitiæ adducunt amicos plurimos, à C
Prou. 19. paupere autē & hi, quos habuit amicos ſeparantur: hinc illud dictum, feruet olla, viuit amicitia, hoc eſt ſi cibus abundat, cibum comitabitur. huiuſmodi amici, dicuntur amici vel ſocij menſæ Eccleſ. 6. eſt amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis, imo eum in
Eccleſ. 6. labore, & aduerſis deſeret. hic ſimilis eſt argento viuo, quod licet auro ſit adeo amicum, ſe tamen ab illo ſeparat, ſtatim euaneſcit, cum in igne eſt: vera hæc amicorum falſorum conſignatio, vna adulantium nota, amico hærent, dum extra tribulationis ignem eſt, vbi flamma iſta ſæuitie incæpetit, ſtatim abeunt & fugiunt, *infamis quæſtus eſt*, inquit Hildebert. Epiſt. 2. *proximum colere dum ſuccedit proſperè, dum*
Hildebert. *male eſt ignorare*: facere quidam eiuſmodi amicos confert cum ſale in aquam coniecto, nam tunc liqueſcit & perit amicitia ſæpe aduerſitatum fluctibus quibus amicus iactatur abſumitur, niſi firmiſſima ſit: amicus verus non eſt qui vel leui aduerſitatis aura ab amicitiæ cultu ſinit diuelli: audiendus eſt hic Petrus Abbas
Abbas Cellenſis. Cellenſis qui lib. 5. epiſt. 21. ita ſcribit, *Neſcit vere amicitiæ naturā, qui in amore imitatur arundinem vento agitatam ſine profunda radice amicitia eſt accidens non ſubſtantia, ſpecies non virtus, fœnum de tecto quod antequam ſcindatur, areſcit.*

Nomina impoſita, memoriam beneficiorum refricent.

Et duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerſam. & alter Eliezer, interpretatio huius ſecundi
11. eſt Deus Patris mei; adiutor meus. at cur hoc nomen diuinum ſibi auxilium adfuiſſe indicās, imponit? quia in nominum impoſitione, plerumque ab antiquorum pietate ſpectabatur; vt nomina à rebus deſumerentur, & diuinorum beneficiorum memoriam ſemper refricarent: meminit huius moris ſanctus Chryſoſtomus hom: 28. in Ioan. *Mox*, inquit, *anti-* S. Chry.
B *quitus erat à rebus nomina imponi, quod & Helias fecit, hoc autem non temere fit, ſed vt ea appellatio imponatur, quæ ſit diuini beneficij perpetuum monimentum, & memoria per prædicta nomina auditorum animis imprimatur, ita & Ioanni nomen cælitus impoſuit.* Fœlix nomen quod ſtatim in Deum mentes erigit, & diuinorum beneficiorum memoriam excitat.

Calamitatis noſtræ ſemper ſimus memores.

Et duos filios eius quorum primus vocatus eſt 12.
Gerſam, id eſt incola fui in terra aliena, quid aliquam miſeriam indicas? ducimur enim ſemper amore patriæ, & licet omnia nobis abundent in alieno ſolo, adhuc calamitoſos nos arbitramur, ſi à natali abſentes ſumus: cur aliam appellationē ei non indidiſti quæ nobilitatē indicet? prudenter equidem hanc ei impoſuit, nā calamitatis noſtræ ſemper deberemus eſſe memores vt à nobis omnis ſuperbiendi occaſiō
adimeretur. ſcitè Hieron. ab Oleaſt. *Solebant* Hieronym. ab Oleaſt.
ſancti patres nominibus ſtatum vitæ ſuæ referre, vt ſi ſtatus ſit calamitoſus & miſer, miſeriam ſemper præ oculis haberent, ne inaniter efferrentur.

Nomini tibi impoſito vita conueniat.

Et duos filios eius, quorum vnus vocabatur Ger- 13.
ſam & alter Eliezer, cuius rationē reddēs Moyſes ait, Deus patris mei adiutor meus: nō eſt dubium huius nominis impoſitionem non ſolum fuiſſe ad memoriam Moyſi excitandā, vt beneficiorum ſibi à Deo collatorum nunquam eſſet immemor, ſed etiam vt filium prouocaret ad
D omnem ſpem ſuam in Deo collocandam: nomini enim impoſito in actibus noſtris reſpon-
dere debemus: vnde optimè B. Auguſt. lib. 2. B. Auguſt.
de vita Chriſti cap. 6. arguens eos, qui nomen Chriſtianorum ſortiti ſunt, & tamen ſecundum nomen non operantur, ait, Nec in hoc " nobis nomine tantum quod Chriſtiani dicimur " blandiamur, ſed propter hoc etiam iudicandos " nos credamus, ſi nomen nobis fruſtra vindicemus alienum; aut ſi aliquis tam incredulus eſt " tam infœlix, tam pertinax, tam obſtinatus, tam " audax, vt quandoque venturam Dei iudicis " iram, indignationemque non metuat; vel ſaltem humanam conſuetudinem erubeſcat: & videat quam brutus, quam inſipiens ille, quàm " ſtultus etiam ab ipſis gentibus iudicetur: cuius " tanta eſt vanitas & tanta dementia, vt ſibi nomen adipiſcatur alienum, quis enim tam vanus " & tam miſer eſt, qui aduocatum ſe cum litteras "

neſciat audeat profiteri, quis tam inſanos & excors vt profiteatur ſe militem, qui neſciat geſtare arma? nemo enim quodcumque nomen ſine cauſa ſortitur: ſutor vt dicatur, neceſſe eſt vt calceamenta conficiat: vt vocetur quis faber aut artifex artis peritia facit: vt negotians nuncupetur, quis carius quod vilius emerit, diſtrahit. eiuſmodi exemplis agnoſcimus nullum ſine actu nomen, ſed omne nomen ex actu. tu ergo quomodo Chriſtianus diceris, in quo nullus Chriſtiani actus apparet? Chriſtianus iuſtitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, caſtitatis, prudentiæ, humilitatis, innocentiæ, pietatis eſt nomen, & tu illud quomodo defendis & vindicas, cui de tam plurimis rebus nec pauca ſubſiſtunt?

Merita parentum magnipendenda.

Et duos filios eius, quorum primus erat Gerſam, ſecundus vero Eliezer, cuius ethymologiæ rationem reddens ait, Deus enim patris mei adiutor meus: nonne potuiſti dicere, Deus meus, cum tot titulis tuum eſſe non dubitares? cur maluiſti dicere, Deus patris mei: id eſt quem pater meus ſingulari affectu coluit? in quo ſane cultu, non defuere viro merita: en cur maluit dicere Deus patris mei! merita enim parentum magni pendenda, quorum intuitu, humiliter de nobis ſentientes, credere debemus innumera nobis Deum conferre beneficia.

VARIET. LECT. Verſ. 5. & 6.

V*Vlg.* Venit ergo Iethro cognatus Moyſi, & filii eius, & vxor eius ad Moſem, in deſertum vbi erat caſtrametatus iuxta montem Dei.

Cald. Venitque Iethro ſocer Moyſi, & filii eius, & vxor eius ad Moyſem in deſertum, in quo ipſe manebat, in montem ſuper quem reuelata eſt gloria Domini.

Arias. Vbi mons deſerti.

Vulg. Et mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te, vxor tua, & duo filij cum ea.

Sept. Nuntiatum eſt autem Moyſi dicentes, ecce ſocer tuus ad te venit.

Cald. Pag. Et dixit ad Moyſem ego ſocer tuus Iethro venio ad te.

CONCORDIA.

PArum refert quod vulg. reddidit iuxta montem Dei, quod Hebraice ſcriptum eſt שם הר האלהים ſam har haelohim, ibi mons Dei, nam idem eſt ſenſus. ſimiliter licet in Hebræo ſit ויאמר אל משה vaiomer el moſech & dixit ad Moyſem Iethro, & vulg. legat, mandauit Moyſi dicens, ſenſum tamen optime reddit, quia non per ſe ipſum, ſed per nuntium dixit, cum vicinus eſſet caſtris, vt patet ex eo quod auditis Moyſes his verbis, iuit obuiam ad honorandum ſocerum.

EXPOSITIO.

V*Enit Iethro cognatus Moyſi in deſertum*, locus indicatur, vbi caſtra erant, eo tempore quo aduenit Iethro ſcilicet, *iuxta montem Dei*, quem interpretes arbitrantur fuiſſe montem Sinai: ſed difficile occurrit dubium veneritne Iethro antequam Deus legem ferret in monte Sinai, an poſt datam legem. ratio dubitandi hæc eſt, Moſes c. 19. Exodi de latione

C. 19 Exod. legis agit, cap. autem 18. ſcribit veniſſe Iethro ad Moyſem, ergo prius venit Iethro quam lex daretur: nihilominus dicendum videtur, quæ ſcripta ſunt in hoc c. 18. eſſe per anticipationem, quia ſi ſatis attendimus, Moyſes ipſe teſtis eſt aduenisse ſocerum poſt acceptas à Deo leges, vt qui illi dicat ſe populum totis diebus ex præceptis Dei legibuſque iudicare, eumque docere leges; ergo iam acceperat: tum ſcriptura hoc in capite dicit obtuliſſe Iethro holocauſta, & hoſtias pacificas, ſcilicet de quibus mox epulati ſunt, atqui ea ſacrificiorum diſtinctio non erat ante datam legem: denique tribuni illi & Centuriones, qui ſuggerente Iethro à Moſe inſtituti ſunt, circa illud tempus, quo è monte Sina Deo iubente diſceſſum eſt, quod poſt datam legem contigit: *& mandauit Moyſi*, mandauit idem eſt quod nunciauit, *ecce cognatus tuus*, ſocer *venio ad te*, noluit enim Iethro vt prudentem virum decebat, generum improuiſo aduentu opprimere, ſed principi populi conſulens, cum de aduentu ſuo præmonitum voluit, vt ab eo fierent ac pararentur, quæ vtrumque decerent.

CONCEPTVS.

Hoſpes non ſeſe inopinatò in domum amici introducat.

15. *Mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te*, quid neceſſe fuit eum de aduentu tuo certiorem facere? nam certiſſimum eſt nec immemorem gratiæ à te acceptæ, quod ſibi incognito & pauperi filiam tuam maiorem natu in vxorem dediſti, & ideo benignè quomodocumque adueneris, te recepturum: ingredere ergo ad eum nulla aduentus tui facta mentione. prudentiſſimè eum monuit, hoſpes enim non ſeſe inopinatò in domum amici introducere debet, *non ſeſe ingeſſit populo* (inquit

Lippom. Lippo.) *donec id ſibi licere per amicitiam publicam intelligeret, ideo per internuncium renunciauit Moyſi ſe præſentem cum ſuis, non enim ſubito hoſpes obruere debet virum arduis negotijs ex officio occupatum, ſed ciuiliter ſeſe indicare alloqui cupientem, ſi liceat.*

Vnuſquiſque ſecundum ſtatum ſuæ conditionis incedere debet.

16. *Mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te.* cum quo comitatu? cum vxore tua, & filijs tuis; quid? nonne indecens virum adeo illuſtrem, nempè principem Madian, itineri ſe accingere cum vnica muliere, & duobus paruulis? ſed procedere textum, mandauit Moyſi, per famulos ſcilicet; certum eſt enim honorificum comitatum duxiſſe, ſecundum principis B conditionem & ſtatum. *Intelligendum eſt* inquit Abul. *aliquos viros veniſſe cum Iethro ad honorandum eum & comitandum, & vxorem Moyſis, quia iſte honor erat Moyſi, nam ſi ſolus veniſſet Iethro cum Sephora & filijs Moyſi, quoddam inhoneſtum atque diminutiuum ſtatus Moyſi erat, ideo Iethro qui vir prudens erat, cauit hoc.*

Abulenſ.

Licet honorari ab alijs non deſiderandum, tamen aliorum honori conſulere debemus.

17. *Mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te.* cur aduentus tui certiorem facis? an vt in occurſum tuum exeat honorificentiſſimè & multa nobilium turma te recipiens? non hac de cauſa, ſed vt ipſius honori Moyſis C conſuleretur, licet enim ab alijs honorari non deſiderandum, tamen aliorum honori prouidere debemus. ſubſcribit cit. Epiſcopus, *Miſit ad dicendum Moyſi, quomodo veniebat vt reciperetur in caſtra honeſtius exeunte Moyſe, & aliquibus alijs in occurſum eius. circa hoc multum attendere debet vir prudens, nam licet nullus deſiderare debeat honorem pro ſe ipſo, debet tamen conſeruare honorem & ſtatum alterius: nam ſicut conſeruare*

Toſtat.

A *diuitias alterius, bonum atque virtuoſum eſt, & lædere aliquem peccatum eſt; ita & fortius conſeruare honorem alterius maior virtus eſt, cum honor ſit maximum bonum inter omnia infra bonum virtutis, quia penitur maximum bonum politicum.*

Virtute probati periculis mundi ſuperiores euadent.

Mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te, potuiſſet in Ægyptum deſcendere, nun autem expectare quouſque ab eo gener ſuus diſceſſiſſet. Nam nonne Abraham? nonne Iacob? nonne ipſemet Moſes in Ægyptum deſcenderunt? deſcenderunt quidem, nec mirum, cum enim eſſent virtute probatiſſimi in Ægypto, nempe in mundo, periculis eius ſuperiores euaſere: ſic annotat Origen. hom. 2. in Exod. *Moyſes quia magnus & potens athleta deſcendit in Ægyptum, ad agonem & exercitia virtutum; Abraham & Iacob quoque qui ipſo nomine Athleta eſt, cum in Ægyptum deſcendiſſet factus eſt, ſicut ſtella cæli.* 18.

Origenes.

In virtute infirmi à periculis remoueantur.

Mandauit Moyſi dicens, ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & mecum adduco vxorem tuam & filios tuos: quo non amore tenetur vxor videndi maritum, & filij parentem? quomodo ergo à tempore quo diſceſſit Moſes à Madian, vt deſcenderet in Ægyptum eos non reduxiſti? potuiſſes enim cum hoc comitatu etiam in Ægyptum vbi mirabilia operabatur Moſes, deſcendere. Nequaquam cum fœmina nec cum paruulis deſcendit, ſed manſit iuxta montem Dei, qui enim infirmi ſunt in virtute, ſicut hi erant, minimè exponendos periculis decebat, ſubſcribit cit. Orig. *Non poterat ſacerdos Madian in Ægyptum deſcendere, nec vxor Moyſis, ſed nunc ad eum venit cum filijs; non enim poterat deſcendere in Ægyptum, & ſubire agones Ægyptiorum niſi athleta probabilis.* 19.

Adamant.

VARIET. LECT. Verſ. 7. 8. & 9.

V*Vlg.* Qui egreſſus in occurſum cognati ſui adorauit, & oſculatus eſt eum, ſalutaueruntque ſe mutuo verbis pacificis, cumque intraſſet tabernaculum.

Sept Exiuit Moyſes obuiam ſocero, & adorauit eum oſculatus.

Oleaſt. Interrogauit vir fratrem de integritate ſua.

Vulg. Narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni, & Ægyptijs propter Iſrael, vniuerſumque laborem qui accidiſſet eis in itinere, & quod liberauerat eos Dñs.

Sept. Quod eripuit eos Dominus de manu Pharaonis, & de manu Ægyptiorum.

Cald. Narrauit omnem tribulationem quæ D inuenit eos in via, & quomodo liberaſſet eos Dominus.

Pag. Narrauit omnem laborem qui reperit eos in via, & eripuit eos Dominus, *alij*, omnem moleſtiam.

Vulg. Lætatuſque eſt Iethro ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quod eum eruiſſet de manu Ægyptiorum.

Sept. Obſtupuit autem Iethro in omnibus bonis quæ fecerat eis Dominus, quia eripuerat eos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis.

Oleaſt. Et lucidus factus eſt Iethro.

Arias. Et optarunt vir ſocio ſuo ad pacem.

Alij. Bene precati ſunt alter alteri.

CONCORDIA.

HÆc verba Hebr. לישאלו איש לרעהו לשלום vaiſalu is lerehehu leſalom quæ alij verterunt, optarunt vir ſocio ſuo ad pacem vel bene precati ſunt alter alteri, docte expreſſit interpres dicens, ſalutaueruntque ſe mutuo verbis pacificis; dictionem תלאה. telaa telaa quæ proprie laborem ſignificat à verbo Zaa, nonnulli hîc verterunt moleſtiam, nam

idem verbum etiam moleſte ferre ſignificat: A præ verbum Hebraïcum ויחד vaichadde, quod recte vertit interpretes, alio modo reddiderunt Septuag. ἐξέστη δὲ Ἰοθὸρ & obſtupuit Iethro; nec minus bene tamen, nam tot auditis prodigijs obſtupuit: rationem autem ſuæ verſionis reddens Oleaſt. Oleſt. ait, dubia eſt ſignificatio verbi Chadach, id eſt lætari, & dicunt Hebræi ſignificare lætari & acuere, ſed dicerem (inquit ille) potius ſignificare lucere aut lucidum eſſe, politum, & terſum, & ex conſequenti lætari, quod lætus videatur lucidam & terſam habere faciem, præſertim Hebræi qui in die lætitiæ ſuæ ſolebant vnguentis nitidam & lucidam reddere faciem, iuxta illud Pſalmi, lucere fac faciē tuā ſuper nos, Pſal. 66. id eſt hilarem oſtende: ſic Prouerb. 27. ferrum ferro Iachad, id eſt polietur & vir terget, id eſt Prouerb. 27 exhilarabit faciem amici ſui; vbi apparet idem eſſe tergere quod exhilarate, ſed licet hoc verbum, lucidum eſſe ſignificaret, tamen hic minimè accommodari poteſt hæc ſignificatio.

EXPOSITIO.

Egreſſus eſt in occurſum cognati ſui & adorauit eum incuruando ſe eique reuerentiam more gentis exhibuit, *ſalutaueruntque ſe mutuo verbis pacificis*, interrogātes an ſibi omnia eſſent proſpera & ſalua: verba pacifica vocat verba amicabilia, nulla enim inter eos diſcordia præceſſerat. *Cumque intraſſet tabernaculum generi ſui, narrauit Moyſes cognato ſuo*, ſocero, cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni in decem plagarum illatione, & in omnis Æpyptiorum exercitus ſub- B merſione, *propter Iſrael*, vt populum dilectum liberaret à ſeruitute, *vniuerſumque laborem*, difficultatem & moleſtiam, cum ſcilicet inſequerentur eos Ægyptij iuxta mare, vbi nullum videbatur refugium, & cū cibo potuque in ſolitudine carerent, & Amalecitæ contra ipſos inſurrexiſſent, *lætatuſque eſt Iethro*, tum quod Moyſem generum ſuum euectum videret hac liberatione in ducem populi, tum quod Ægyptios ſciret tyrānice populū afflixiſſe, & ideo punitos.

CONCEPTVS.

Alios ad gloriam Dei prouocemus.

20. *Egreſſus in occurſum cognati ſui*, deducenſque eum ad tabernaculū ſuum narrauit omnia quæ C cōtulerat ſibi, Deus & popolo beneficia. ſed cur Moyſes non ſinit ſocerum ſuum prius de re familiari diſſerere? vt enim & ætate prouectior, princepsque Madianitarum, ſocerque ſuus prior ſermonem inſtituere debuerat. Nihilominus Moyſes ingreſſo tabernaculum ſocero, narrat omnia quæ fecerat Deus Pharaooi, & Ægyptijs. ſed qua de cauſa? dices vt Deo gratiarum actiones redderentur immortales, quod eius nomen ab omnibus celebre redderetur. ſed cur cum Abulenſi non dicemus vt & in Dei cognitionem & amorem Iethro prouocaretur? ſic Abulenſ. enim ait quæſt. 3. *Moyſes intendebat prouocare Iethro ad amorē Dei veri, qui erat ſpecialiter Deus Hebræorum: vt ſuſciperet ritum Iudæorum, & per iſta prouocari poterant, quæ monſtrabant magnitudinem Dei ſuper alios Deos gentium, qui confictí sūt.* D

Hoſpites benigna & hilari facie recipiendi.

21. *Egreſſus in occurſum cognati ſui*, cui obuiam factus, non ſolum adorat, ſed oſculatur, ſed & verbis ſalutat pacificis, cur hæc obſeruat Spiritus ſanctus? nam certo certius ſupponendum erat ſe inuicem ſalutaſſe, & in mutuos ruiſſe amplexus: quis enim ſocer qui erga generum amore ſpeciali non feretur, à genero cum oſculo & omni bonorum imprecatione non admitteretur? hæc tamen omnia particulatim expreſſit ſacer cōtextus, vt quam decens eſſet hoſpites benigna & hilari facie recipere nulli in- Lippom. cognitum eſſet. *Obuiam* (inquit Lippom.) *prodijt genero ſuo Moſes, honorem exhibuit, non vt Deum procidendo adorauit, ſed inclinauit pro more gentis, & in oſcula charitatis ruit, & amicum complexatus, excepit alacriter gratū hoſpitem, alter alterum interrogat ſi ſalua eſſent & integra omnia, beneque mutuum precati ſunt, & peramice quæ diuinus Spiritus non otioſè conſcribi in ſacris voluit, & doceri in Eccleſia.*

Deus fons gratiarum & bonorum.

Egreſſus in occurſum cognati ſui, narrauit cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni, quas in vniuerſum Ægyptijs plagas immiſerat, quot flagellis 22. Pharaonem eiuſque populum affecerat, & hæc omnia vt Iſraëli faueret. Cuncta enim in hoc tendebant, vt à miſera eriperentur captiuitate, libertatique manciparentur. ſed cur non dicitur Moyſes narraſſe omnia quæ fecerat Elohim, non autem quæ Iehoua? quia hic agebatur de gratijs populo Iſraël collatis, quorum ipſe fons eſt eſſendi. annuit Cajet. *Merito* Cajet. *toties replicat nomen tetragammaton, cuncta enim fonti eſſendi attribuuntur, quia eius eſt, eſſe fontem gratiarum.*

Colloquia noſtra non de rebus friuolis, ſed de ſerijs debent eſſe.

Egreſſus in occurſum cognati, narrauit cūcta quæ 23. *fecerat Deus Pharaoni.* Nonne in aduentu tanti principis, de rebus quæ voluptatem parere, & à tædio itineris recreare poſſent, agere deberet? cum enim magnatem nos inuiſentem recipimus, ſermones gratos inuicem miſcemus: de ſerijs autem ſilemus; quomodo ergo illico vt in ſuum recepit tabernaculum principē Madianitarum de Deo eiuſque mirabilibus prodigijs miſcet ſermones? quia noſtra colloquia cum Card. Cajet amicis non de rebus friuolis, ſed grauibus & ſerijs eſſe debērēt. vnde obſeruat auctor cit. *Serui Dei etiam inter amicabilia colloquia de rebus ſacroſanctis, & non friuolis, ſed ad honorem Dei ſpectantibus vti debent redimendo corpus.*

Nec in maxima conſtituti dignitate, noſtra ſimus inſirma ſortis immemores.

24. *Egreſſus in occurſum cognati, adorauit, oſculatuſque eſt eum*, quid? nonne totius populi Iſraëlitici à Deo dux & gubernator conſtitutus es? quomodo ergo ethnicum & gentilem adoras? nõne victor tum innumeræ Ægyptiorum multitudinis, tum Amalechitarum? quomodo ergo tamquam ſi inferior principe Madianitarũ, ei reuerentiam exhibes? ei exhibeat & adoret, neſcit enim ſuperbire ſanctus Moyſes, ſed ſuæ infimæ ſortis apud Madian memor, quẽ honore dignũ cenſet, reueretur omni cum demiſſione. Oleaſt. *Docet ſanctus Moyſes* (inquit Oleaſt.) *eos qui ex humili progenie ad magna euehuntur officia, ſuos humiles non ſpernere, ſed ſumme honorare, & taxat eos qui ia ſublimi ſunt loco humilitatis ſuæ & ſuorum nõ amplius recordantur, imo neque parentes neque fratres, aut alios conſanguineos in ſua ſublimitate cognoſcunt, præpoſitus erat à Domino ſanctus vir innumerabili multitudini & nihilominus ſocerum Æthiopem honorat, audis, & quod ſummæ humilitatis eſt adorat, vt hinc diſcas ſeruorum Dei hanc eſſe conſuetudinem, vt tanto ſint humiliores, quanto Deo propinquiores, & quanto magis à Deo euehuntur.*

Non ſolum bona, ſed & mala noſtra aperienda Amicis.

25. *Egreſſus in occurſum cognati*, narrauit non ſolum quæ Deus in gratiam populi fecerat Ægyptijs & Pharaoni, nec non omnem laborem qui accidiſſet eis in via, Cald. omnem tribulationẽ, omnem moleſtiam: tacerem equidem tribulationem, beneficia enim à Deo accepta ſolum referrem, ſilentio quælibet calamitoſa obuoluerem, quæ enim moleſta ſunt tacenda videntur: & bona accepta & mala quæ ſibi & populo contigerunt refert, amicis enim ſunt omnia aperienda. Luſitan. conſentit Luſitan. *Narranda & prædicanda omnibus Dei beneficia, non ſolum quæ in nos, ſed etiam quæ in proximos collocauit, præſertim præclara geſta quæ pertinent ad eius honorem & gloriam, ſic & labores populi narrat, & qualiter eos Dominus ab eis eripuerit, tam bona quam mala ad gloriam Dei narranda ſunt amicis, & potius mala quam bona, vt condoleant, inimicis vero potius bona vt inuidia torqueantur, mala vero* 1.Reg. *minimè ne eis lætentur, nolite, inquit Dauid Reg. 1. cum certum nuncium de morte Saulis accepiſſet, annunciare hæc in Get, quæ vrbs erat Philiſtinorum, ne forte lætentur filiæ incircumciſorum.*

Præferendum eſt miniſterium gratiæ, operibus naturæ.

26. *Egreſſus venit in occurſum cognati, quem adorauit & oſculatus eſt*, Nonne in comitatu ſoceri, erat vxor amantiſſima? an aberant chariſſimi liberi? nequaquam, quid hoc ergo eſt, quod nec Verbum dicitur de oſculo coniugi dato nec filiis? nonne maiori vinculo amicitiæ eis vniri deberet? cur ego nullũ erga eos præbet ſignum amoris? at ſocerum & oſculatur, & amplectitur & adorat? nonne diximus voluiſſe Moſem ad veri Dei cognitionem & amorem Iethro, trahere? cedat ergo natura gratiæ, illius enim myſterium præferendum eſt operi- S.Chryſ. bus naturæ, hoc rectè annotat B. Chryſoſt. hom. in Petrum & Eliam, in qua ſermonem agens de vidua, quæ cum ſolum tempore famis paululum farinæ pro filij, & ſuæ vitæ conſeruatione haberet, nihilominus quaſi floccipendẽs, S.Ambr. filij & propriam vitam, hanc vati Eliæ præparauit, ſic autem ait, *Videre licuit naturam contemptam & hoſpitalitatem honoratam, licebat videre eius viſcera proiecta, & Prophetã ſuſceptum, cum integram filiorum multitudinem ſepulchro mãdauit, quantum enim fuit in vidua propoſito, omnes eius filij mortui ſunt: neſcio certè quemadmodum huius viduæ laudes comprehendam, quæ ſe ipſam & filios contempſerit, & hoſpitalitatis ſtudium ſecuta fuerit*, en vt quaſi oblita naturæ, vt pietati & religioni proſpiceret!

Hoſpes honeſto loco recipiendus.

Egreſſus venit in occurſum cognati, quem poſtquam adoraſſet & oſculatus fuiſſet, eum introduxit in tabernaculum ſuum, deinde narrauit ei cuncta quæ fecerat Deus Pharaoni & Ægyptiis: cur cum eſſet adhuc in via, non ei aperuit beneficia à Deo ſibi collata, & ab eo accepta? cur prius voluit in tabernaculo eum recipere? quia honeſto loco hoſpes admittendus antequam de rebus ſerijs cum eo agamus. Sic Noſter Lyran. *honeſtius enim & magis serioſe dixit ibi quam in via.* 27. Lyran.

Tunc principis vere ſublimis animus, cum maieſtas illius deprimitur.

Egreſſus venit in occurſum cognati, adorauit & oſculatus eſt eum, quid hoc eſt, quod princeps nobilis ſicut Moyſes, innumeri populi dux & gubernator, ita ſe deprimat, vt alteri homini ſibi inferiori adorationem exhibeat? nonne puſillanimus cenſebitur, & prorſus indignus principis dignitate, qui neſciat dandas in animo potiores partes dignitati? imo tunc eius animum verè ſublimem cenſe, cum ſuam deprimit maieſtatem: quod optime ponderat S. Zeno in illa verba regij vatis, Domine non eſt exaltatum cor meum, ſed exaltaui animam meam, ponderat inquam hoc modo, hæc inuicem ſibi aduerſari videntur, quomodo enim nõ exaltauerit cor, qui animã ſe exaltaſſe dicit? aut quomodo animum exaltauerit, qui pedem cordis intro acceptas menſuras preſſit? ſanè quia celſitudinem atque potentiam, atque ea magna & mirabilia quæ à regia dignitate adueniebant, egregia animi magnitudine comprimebat, adeoque illis locum ſuum non relinquebat, vt animæ potius ſubiiceret & calcanda ſubſterneret. ſubiicio verba Zenonis ſic hæc acutè pendentis, *Videamus ne forte Propheta ipſe ſe impugnet, exaltando animam ſuam qui cor ſuum non exaltaſſe gloriatur: non ſibi repugnat, ſed oſtendit eſſe animæ ſublimitatem, ſuperiora viciſſe, animæ enim depreſſio, cor elatum eſt, cor prohibitum, promotio eſt animæ.* 28. S Zeno Pſalm. 130.

Quot bona humilem principem ſequuntur?

Egreſſus venit in occurſum cognati, adorauit & oſculatus eſt eum, magnum demiſſi animi argumentum, hominem in tali dignitate conſtitutum alterum adorare, an illius demiſſio in hoc 29.

ſiſtet

Pſal. 121 ſiſtet, vt ſolum mereatur præconium? imo ad innumera ſe bona extendet: quod obſeruat B.
S. Greg. M. Greg. in Pſal. 118. in verba, humiliatus ſum vſquequaque Domine, vbi ſermonē inſtituens de rege humillimo Dauide, ait. *Propheta igitur ſacramento conſtituens, vt iuſta Dei iudicia cuſtodiret hoc primum opus ſumpſit vt humilis fieret. hinc familiæ nobilitas, hinc regis poteſtas, hinc ſapientiæ fiducia. hinc prophetæ meritum, hinc copia facultatum.* Pende, *hinc regis nobilitas* &c.

Nihil efficacius principi ad gubernandum, quam affabilitas & humanitas.

19. *Egreſſus venit in occurſum cognati, adorauit & oſculatus eſt eum, atque verbis pacificis ſalutauit.* Nonne populus Iſrael, qui durem ſuum nulla ferri animi maieſtate, ſed maximè affabilē erga hominem gentilem conſiderauit, eum contemptui habuit? imo dignum imperio merito iudicauit: nihil enim efficacius principi ad gubernandum quam humanitas & affabilitas, quæ optime confirmat Nicephorus Greg. lib.
Niceph. Greg. 6. hiſt. Byzant. occaſione Imperatoris Andronici, inquiens. *Solet dexteritas atque facilitas morum, in altiore dignitatis gradu, facile omnium animos ſibi reddere obnoxios, quemadmodum verno tempore ſplendidi flores prætereuntium oculos in ſe conuertunt* ſubiungit, *hoc illud eſt Indorum ſapientum preceptum, principem quo natura ſublimior ſit, eo humaniorem ſe præbuerit inferioribus, chariſſimum populo futurum.*

Tanta ſunt Dei erga populum ſuum collata beneficia, vt ea ſtuporem inducant.

Venit in occurſum cognati. adorauit & oſculatus eſt eum, & quæ à Deo ipſe, & populus acceperat innumera beneficia, his auditis lætatus eſt Iethro, inquit vulg. Sept. autem, obſtupuit: videtur enim Iethro expenſâ, quam ſatis habebat perſpectam, Ægyptiorum potentia, & reductis ſimul in memoriā tot prodigiis, quod
B non ſatis ſibi ipſi fuerit præſēs præ admiratione familiaritatis & protectionis diuinæ quam intelligebat datam Iſraelitis duce genero ſuo, cum de nulla alia gente vel auditum eſſet, vel ſcriptum pro illius liberatione ac protectione tam magna à ſuis perpetrata fuiſſe, & ideo inquiunt Septuag. quod obſtupuerit: nec miror, tanta enim aliquando à Deo ſuis beneficia conferuntur, vt non ſolum in admirationem ſed & in ſtuporem rapiant.

VARIET. LECT. Verſ. 10. & 11.

Vlg. Et ait, benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, & de Pharaonis manu, qui eruit populum ſuum de manu Ægypti.

Cald. Benedictus Dominus qui liberauit populum de medio anguſtiæ Domini Ægyptiorum.

Onk. Qui eripuit populum iſtum de Imperio Ægyptiorum.

Vulg. Nunc cognoui, quia magnus Dominus ſuper omnes Deos, eo quod ſuperbe egerint contra eos.

Septuag. Nunc cognoui quia magnus Dominus præter omnes Deos, propter hoc quod in-
C ſectati ſunt eos.

Cald. Nunc cognoui, quoniam magnus Dominus, neque enim eſt Deus præter eum, quia eadem re qua cogitauerunt Ægyptij iudicare Iſrael, in ipſa iudicati ſunt.

Onk. Nunc cognoui quod princeps eſt Dominus, & quod non eſt Deus præter eum.

Oleaſt. Nunc cognoui, quod excelſus Dominus præ omnibus diis, quoniam in verbo quo ſuperbe egerunt contra eos, aut ſuper eos.

Arias. Quia in re qua ſuperbierunt contra eos.

Caiet. Quia in re quam impiè egerunt ſuper eos.

CONCORDIA.

Eſt ellipſis in his verbis, eo quod ſuperbe egerint contra illos, ſed perfectiore & pleniore ſenſu quam ſit in Hebræo, eſt enim, vel quia in re qua ſuperbierunt contra eos, vel
D quam impiè egerunt ſuper eos; ſed Caldæus ellipſim ſupplet, quæ etiam à nobis in expoſitione ſupplebitur.

EXPOSITIO.

Nunc cognoui, quamuis imperfecte antea cognouerim, ſed nunc perfecte cognoſco, omni abiecta ſimulachrorum vanitate, quibus paſſim antea ſeruiebam, cognoſco inquam & credo ſimiliter hunc ſolum Deum, qui vobis adeſt, optimum, iuſtiſſimum, & potentiſſimum, vt pote qui iuſtiſſimam vindictam in impios & tyrannos Ægyptios exercuit: *eo quod ſuperbè egerint contra illos,* eſt vnius verbi reticentia, & ſenſus defectu vnius verbi ſuſpenſus, & ſic hoc modo quod deeſt ſupplendum, eo quod ſuperbe egerint nempe Ægyptij, contra eos ſcilicet Hebræos ſupplendum, idcirco tam grauiter à Deo afflicti, *& benedictus Dominus,* id eſt laude ſit & benedictione dignus, *qui liberauit vos de manu Ægyptiorum,* manus hic pro potentia & tyrannide ſumitur.

CONCEPTVS.

Gratiarum actionem à nobis exigit Deus.

30. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, vicem repende pro beneficiis genero tuo collatis, cum enim ſis princeps, quis vetat aliquid retribuere ex tuis facultatibus? hoc non exigit Deus à nobis, ſed gratiarum actionem. *Cognitis beneficiis* (inquit Abulenſ.) Abulenſ. *aſſurgebas in eius laudes mente, ei congratulando, quod Deus nobis petit: non vult Deus quod beneficiis eius vicem reddamus, quia nec reddere poſſumus; & dato quod poſſemus reddere, non oportebat, quia Deus bonorum noſtrorum non indiget vt patet* Pſal. 15 *Pſal. 15. ſolum ergo gratiarum actionem & laudem in his omnibus à nobis deſiderat, immola Deo ſacrificium laudis, & redde Altiſſimo vota tua,* Pſal. 44. Pſal. 44

Non ſolum propter accepta beneficia, ſed etiam accipienda, referendæ ſunt gratiarum actiones.

31. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, non ſolum qui eripuit, ſed qui libertati mancipatis plura alia conferet beneficia, ſuam enim in vos extendet beneficentiam & miſericordiam: nonne ſatis pro acceptis grates rependere? imo & in futurum accipiendis, cum reddideris, quod debes præſtabis: ſic Caſſianus. enim obſeruat Caſſian. collat. 9. c. 14. *Quarto loco gratiarum actiones ponuntur, quas mens vel cum præterita Dei recolit beneficia, vel cum præſentia contemplatur, ſeu cum in futurum quæ & quanta præparauerit Deus his qui diligunt eum, per inceſſabiles exceſſus Deo refert.*

Miraculorum certa cognitio ad Dei fidem adducit.

32. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum.* Nonne hic erat ſacerdos Madianitarum? nonne falſorum numinum cultor? quomodo laudibus & præconiis Deũ extollit? cur ei benedicit? cur eum dicit præ omnibus diis excelſiorem? quia iam ſpeciali gratia Dei cognitionem attigerat, ſed quo motiuo externo ad hanc impellente? quid ait textus? narrauit Moſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Ægyptiis propter Iſrael, vniuerſumque laborem qui accidiſſet eis in itinere, & quod liberauerat eos Dominus. quot quæſo in his continentur miracula? dic eorum certam cognitionem ad Dei veri perfectam Toſtatus adduxiſſe cognitionem. fauet Abulenſ. *Ante hoc Iethro colebat Deos gentium, nunc autem audita tantorum miraculorum multitudine quorum quodlibet naturæ potentiam valde excedit, & quæ nullus vnquam Deorum ſuorum fecit, confeſſus eſt hunc eſſe verum Deum & magnum, alios autem vel omnino Deos non eſſe, vel non tantæ potentiæ ſicut Deus Iudæorum.*

Priſcis temporibus, vt quis in via ſalutis eſſet, non erat neceſſe ritum Iudæorum tenere.

33. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu*

A *Ægyptiorum*, ecce verum Deum benedicens eius omnipotentiam prædicat, verum an circumciſionem ſuſcepit? an ritum Iudæorum profeſſus eſt? an proſelytus factus? nequaquam, nã legis Moſaicæ obſeruatio neque tunc exteris ſimpliciter neceſſaria erat ad ſalutem cum plerique extra populum Iſraelitarum in veri Dei cultu & ſpe venturi Meſſiæ, in lege naturæ viuerent, & ſaluarentur; neque poterant, quæ ad illius cæremonias pertinent obſeruari, nec Hebræi hominem circumciſum & debitorem vniuerſæ legis factum permiſiſſent redire ad ſuos, apud quos eam obſeruare non poſſet & periculum eſſet recidendi in patrias auitaſque ſuperſtitiones. cum ergo ad ſuos redierit Iethro vt in fine huius capitis habetur, intelligitur eum liberum à Iudaicis obſeruationibus remanſiſſe. hæc paucis comprehendit Dionyſ. Dionyſius B Cartuſ. Charſuſ. *Quamuis Iethro dicatur conuerſus ad Dei cultum, non tamen legitur circumciſus fuiſſe, idcirco non tenebatur ad Moſaicam legem. ſed in lege naturæ potuit ſaluari cum cultu vnius Dei, & fide Chriſti venturi, ſicut tunc multi ſaluati ſunt.*

Deus ad indulgendum facillimus.

34. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, quid hoc eſt? nonne ille Iethro ſacerdos erat non ſolum populi gentilis, ſed idolorum præcipuus cultor? quomodo ergo cum ſeueriſſimè deberet puniri, tantum ei confertur donum quale eſt Dei cognitio? reſpondet S. Ambroſ. lib. 2. in Luc. titul. de proph. S. Ambr. C Zachariæ. *Bonus Deus & facilis indulgere peccatis, non ſolum ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit: nemo ergo diffidat, nemo veterum conſcius delictorum præmia diuina deſperet, nouit Dominus mutare ſententiam, ſi tu noueris mutare delictum.*

Non ſolum de bonis alteri collatis gaudere debemus, ſed etiam pro eis gratiarum actiones reddere.

35. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, ipſi Deum benedicant, gratiaſque pro libertate adepta referant: nonne cum tibi memorarentur quot Deus in eos contulerat beneficia, & à quot malis erepti fuerant, D ſummo affectus es gaudio, eis congratulans? ad quid igitur cum ipſi Deum benedicere debeant, in eius laudes prorumpis? quia non ſolum de bonis alteri collatis gaudere deberemus, ſed etiam pro eis gratiarũ actiones referre. *Bonus proximus* (inquit Oleaſt.) Oleaſt. *qui non ſolum cum populo gaudet de bono eorum, ſed pro eis & eorum beneficiis gratias agit Deo: vtinam fratres mei de beneficiis exhibitis grati eſſemus. tantum abeſt, vt de aliorum beneficiis gratias reddamus, nos noſtra vix cognoſcimus, iſte aliena in Deum refert & gratias rependit.*

Qui indigne ſeruum tractat, meretur illius iacturam facere.

36. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, nunc cognoui Deum veſtrum omnino aliis præferendum, *eo quo ſuperbe egerint contra illos*, quis ſenſus iſtorum verborum? nam cum truncata ſit ſententia, difficile concipitur; quid ait Iethro? liberauit vos de manu Ægyptiorum, qui vobiſcum tanquam viliſſimis mancipiis agebant, & tyrannicè vtebantur: & merito vos liberauit de eorum ſeruitute, quia qui impiè cum ſeruo tractat, meretur illius iacturam facere. *Dignus eſt ſeruum amittere* (obſeruat cit. Luſit.) [Luſit. g.] *qui ei ſuperbè dominatur, cui natura par Domino ſuo eſt, quamobrem Dominus poſtmodum Iudæis præcipit, ne ſeruis ſuis ſuperbe dominentur.*

Mala aliis inferentes, in ſuamet capita recidunt.

37. *Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum*, fama ſolum à me cognitum veſtrum Deum, nunc experientia probatum veneror & prædico, & omnibus aliis præferendum fateor, *eo quod ſuperbè egerint contra illos*, cur ſenſum non profert integrum? Cald. hunc expreſſit, cum dixit, quia eadem re qua cogitauerunt Ægyptij iudicare Iſrael, ipſa iudicati ſunt & merito; qui enim mala aliis inferre moliuntur, in ſuamet capita recidunt, nonne id teſtatur regius vates Pſal. 7. [Pſal. 7.] lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit? conuertetur dolor in caput ipſius, & in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet: [N. Titelm.] in quæ verba noſter Titelmanus. *Non ſatis eſt eorum inſatiabili ad decipiendum cupiditati, quod palam oppugnent miſeros, verum etiam calliditate ſua & aſtutia inſidias parant quaſi foueas occultas aperientes, & profunde admodum aperientes, vt in eas incaute labantur miſeri, & collapſi non facile queant liberari; verum Dei iudicio fit plerumque, vt liberatis iis quibus foueam effoderant, ipſimet incidant in eam, quam parauerant, fitque vt dolor & malum qua aliis parauerant, in capita recidant auctorum ſuorum & iniquitas male machinata innoxio, in collum redeat machinantis.*

In hoc maximè elucet Dei magnitudo, quod malum ab impiis machinatum in eoſdem conuertatur.

Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Ægyptiorum, nunc cognoui quia magnus Dominus ſuper omnes Deos, In quo? eo quòd ſuperbe egerint contra illos, Cald. *quia eadem re qua cogitauerunt Ægyptij iudicare Iſrael, in ipſa iudicati ſunt*, quid? in hoc Deum cognouiſti? nonne & pluribus aliis quæ Iſraelitarum gratiâ operatus eſt, in cognitionem illius deuenire potuiſti? dicit, nunc ſe cognouiſſe magnum Deum præ omnibus aliis, quia malum quod cogitauerant Iſraelitis inferre, in eorum perniciem conuerſum fuerit; & hoc eſt quare ipſemet regius vates fatetur, qui cùm dixiſſet conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet, infert; confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, & pſallam nomini Domini altiſſimi, [Pſalm. 7.] preme, quem magnum præ omnibus aliis diis prædicat Iethro; quia eadem re qua cogitauerant Ægyptij iudicare Iſrael, in ipſa iudicati ſunt; eundem altiſſimum regius vates fatetur, eo quod impius incidit in foueam quam fecit, & conuerſus eſt dolor eius in caput ipſius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet. vnde hæc verba exponens Titelmanus cit. ait, *Ita ſane eſt iuſtus Deus, & iuſtum eſt hoc Dei pro innocentibus iudicium, cui proinde pro immenſa hac & admirabili iuſtitia ſua confeſſionem dabo ac laudem, atque gratiarum actionem cantabo ipſi, qui ſuper omnes eſt altiſſimus.* [Titelm.] 38.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

Vulg. Obtulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo, veneruntque Aaron & omnes ſeniores Iſrael, vt comederent panem cum eo coram Deo.

Sept. Et ſumpſit Iether ſocer Moyſi holocauſtomata, & ſacrificia Deo, venit autem Aaron & omnes ſeniores Iſrael manducare panem ſimul cum ſocero Moyſis coram Deo.

Cald. Obtulit que Iethro ſocer Moyſi holocauſta, & ſacrificia ſanctificata coram Domino.

Onk. Obtulit victimas ſanctas.

CONCORDIA.

SEnſum ex verbis doctè elicuit eruditus interpres; cum reddidit, obtulit, licet in Hebræo ſit ויקח vaiikkach quod à Septuag. & accepit, redditur, nam ipſe fuit Iethro, qui accipiens obtulit Deo holocauſta, ſic etiam reddidit Caldæus.

EXPOSITIO.

Obtulit Jethro cognatus, ſocer *Moyſi hoſtias & holocauſta Deo*, quo facto verum ſe veri Dei cui vni debentur ſacrificia, cultorem profeſſus eſt; nec dubitandum eſt ipſum Iethro per ſe ſacrificaſſe Domino, vt adhuc fecerat apud ſuos, præſertim cum non-

dum conſectatus eſſet Aaroo & filij eius, & ipſe qui circumciſus non eſſet, ad obſeruationem diſtinctionis miniſtrorum ſacrificantium non obligaretur, ſed iure ac priuilegio naturæ vteretur, in qua non ſolum primogenitus Cain, ſed etiam Abel ſacrificauit, *holocauſta & hoſtias*, quæ ſacrificiorum diſtinctio iuxta ritus Hebraicos, & à lege inductos oſtendunt, legem iam fuiſſe Habreis promulgatam, quando Iethro venit ad Moyſem, ipſumque ita iuxta eum ritum ſacrificaſſe, vt ampliorem fidem faceret Iudæis, ſe vere ad Dei cultum eſſe conuerſum, qui eorum ritu, & holocauſta A in eius honotem tota incenderet, & hoſtias pacificas in gratiarum actionem offerret: *Veneruntque Aaron & omnes seniores Iſrael vt comederent panem cum eo coram Deo*, idest ſecundū aliquos iuxta tabernaculum in quo ſacrificatum erat coram Deo, quod tunc erat extra caſtra. quidam tamen iſtud *coram Deo*, interpretaotur piè ac religioſè quaſi in conſpectu Domini, ſicut cùm dicitur, Ambula coram me, & eſto perfectus: erat autem id epolum ſanctum, quoniam cibi ipſi oblati Deo ac ſanctificati fuerant.

CONCEPTVS.

Quicquid in Dei gloriam fit, coram Dei præſentia fieri cenſetur.

39. *Obtulit Iethro holocauſta & hoſtias Deo, veneruntque ſeniores vt comederent panem coram Deo*, hoc eſt, vt ſecundum aliquos diximus, iuxta tabernaculum: ſed plures tenent nondum erectum fuiſſe vllum, quo pacto igitur in tabernaculo coram Domino ſeniores congregari potuerunt panem manducaturi? facilis ad inſtitutum reſponſio ex B. Auguſt. quæſtione 66. in Exodum, *Quia quicquid cum deuotione, & in Dei gloriam fieri ſolet, vbicumque fiat, coram Domino fieri cenſetur, ſic autem ait ante Deum id accipere debemus factum, quod ante Deum factum eſt, vbi enim non Deus?* & Orig. *omnia quæ faciunt ſancti in conſpectu Dei faciunt.*

B Aug.

Origenes.

Sacerdos ſit, qui ſacrificium Deo offerat.

40. *Obtulit Iethro holocauſta, & hoſtias Deo*, quid? nonne aderat Moyſes? nonne ſimiliter Aaron? cur ergo ipſi Deo ſacrificium non offerunt? cur hoc Iethro præſumpſit? Ne eum præſumptionis arguas, cum enim Sacerdos eſſet, decebat vt ipſe etiam holocauſta, & hoſtias Deo præſentaret. Animaduerſio eſt Cardinalis Cajetani. *Ex eo quod non dicitur quod animalia dederit in holocauſta, & ſacrificia, ſed quod cœpit holocauſta & ſacrificia ipſi Deo ſupremo, vniuerſali iudici, ſignificatur quod ipſe ſocer Moyſi ſacerdotis officio vſus fuerit: ſi enim propriè loquendo ipſa holocauſta & ſacrificia cœpiſſe verificatur, quatenus holocauſta & ſacrificia immolanda, & quadrat vt ſacerdoti detulerint, & quod res geſta fuerit ante vnctionem Aaron in ſacerdotem ante conſtitutionem tabernaculi, & Arca Domini; non enim poſtea permiſiſſent externum ſacerdotem immolare Domino coram tabernaculo Domini.*

Card. Cajet.

Lætum ſed conuiuium non prohibetur, dummodo ab eo abſit luxus.

41. *Obtulit Iethro holocauſta, & hoſtias Deo, veneruntque ſeniores vt comederent panem cum eo.* Nomine panis, quodlibet ciborum genus intelligitur; conuiuium ergo parauit Moyſes ſocero ſuo, cui grauiſſimi ex populo adſuere: ſed cum à conuiuijs vt plurimum gula nun abſit, de qua erudite Diuus Ambroſius libro 1. de Caio & Abel. c. 5. plurimos occidit, nullum frugalitas, vina innumeris nocuerunt, nulli parſimonia, pleríque inter epulas fudere animas, & menſas, proprio repleuere ſanguine, alijs cruditas vocem rapuit ſimul & ſenſum, etſi aliquibus cruditas noxia non fuit, his ruinam fecit ebrietas: poſtremo audi quos Chriſtus excludat, Luc 13. cum intrauerit, inquit paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtium dicentes, Domine aperi nobis; & reſpondens dicet, neſcio vos, vnde eſtis? recedite à me operarij iniquitatis, tunc incipietis dicere, manducauimus coram te & bibimus, & dicet vobis, neſcio vnde eſtis, audiſtis quid de manducantibus dixerit? ſi ergo qui coram Deo ſe manducaſſe aſſerunt, tamen non C admittuntur, imo in tenebras exteriores dejciuntur. hîc videmus Aaronem & Moyſem, nec non ſeniores populi coram Deo panem manducaſſe, vituperabitur ergo eorum conuiuium? nequaquam, quia ſi Chriſtus eos coram ſe manducantes reprehendit, ideo eſt, quia charitate deſtituti, nihil de facultatibus ſuis erogabant pauperibus, at hic de liberalitate erga egenos non agitur, ſed quod Iethro conuiuio exceptus ſit à genero, à quo cū abſuerit luxus & profuſio, approbandum eſt, *Decet enim* (annotat Lippom.) *in publicis feſtiuitatibus conuenire pios, lætumque agere conuiuium, modo id fiat ſine luxu cum modeſtia & timore Dei.*

Abulenſis.

B

Luc. 13.

Lippom.

Qui propter Deum aliquid relinquit, maiori fœnore illud recipit.

Obtulit Iethro holocauſta, & hoſtias Deo, quod quidem obſeruatione dignum. ſed miror quo- 42.
D modo maieſtas ſacræ ſcripturæ ad commendandas res ita humiles ſe demittat, vt videlicet quod ſeniores populi conuiuati ſint cum Iethro, quod vxorem adduxerit, cum liberis in deſertum, quod Moyſes ei obuiam proceſſerit, quod ſalutauerint ſeſe mutuo. ſed deſinat quis hanc humilitatem mirari quia nihil eſt tam humile quod manu Spiritus ſancti cuius organum eſt ſcriptura, tractatum non fiat ſplendidum & vtile: nā vt [illegible]dimus de conuiuio quod factu fuit coram Deo, in parſimonia & ſobrietate, vt qualis debeat eſſe piorum hominum menſa denotetur; ſic ſi Moyſes procedit obuiam affini ſuo, & adorat ac oſculatur eum, exemplum eſt non ſolū ciuilis honeſtatis, qua alter alterum honore debet præuenire, ſed etiam maximæ humilitatis in Moyſe: etſi enim Moyſes ornatus erat

clariſſimo dono edendorum miraculorum, & A gerebat magiſtratum ſuper populum Dei electum, non tamen deſpicit præ ſe affinem ſuum, ſed abijcit ſeſe coram ipſo, tanquam ſi eſſet longè inferior: ſi autem dictum eſt, quod reduxerit vxorem, in hoc laudanda eſt maxima Dei bonitas, nam cum Moyſes dimiſiſſet vxorem propter Deum, nempe vt ad tempus perfectius Dei mandata perficeret, ecce eam recipit cum honore & comitatu tãti principis. obſeruatio eſt auctoris Catenæ. *Recenſet ſcriptura quod affinis Moyſi adduxerit ei vxorem & liberos, quos antea ex itinere domum remiſerat: docet Deum magno id rependere commodo, quod ad vocationem eius relinquitur. Moyſes enim reliquit vxorem & liberos, ac remiſit eos ad patriam, vt expeditior exequeretur præcepta Domini: nunc ergo reducit eos affinis Moyſi, & restituit ipſi magno honore; & in Euangelio dicitur, qui reliquerit agrum aut domum propter nomen meum, centuplum accipiet; hoc autem ideo obſeruandum, vt ſi quando neceſſe habeamus aliquid relinquere, vt ſequamur Dominum, non inſaniamus, non lugeamus tanquam prorſus amittendum, ſed relinquamus tanquam in manu Dei reponendum, & confidamus tanquam maiori fœnore recepturi.* Auctor Catenæ.

Deus ita ſuorum amator, vt delectetur cum eos, coram ſe conuiuari viderit.

43. *Obtulit Iethro holocauſta & hoſtias Deo, & venerunt ſeniores vt comederent panem cum eo coram Domino,* quod conſpiciatur Rex menſæ accumbens, non inſolitum eſt, ſed quod rex alios conuiuantes reſpiciat, ita vt in eis delectetur, fere inauditum, hoc enim regiæ maieſtati indecens: quomodo ergo coram Deo conuiuium parant & epulantur? quia Deus ita ſuorum amator vt coram ſe conuiuari benigne viderit. *Dei dignitatem mirare* (inquit Oleaſt.) *qui ſuos libenter vides coram ſe comedentes & bibentes, quaſi bonus ac pius Dominus, qui ſumma auiditate vides ſuos epulari & bibere, quo taxat auaros dominos, qui velint ſuos continuo ieiunare, & vix dantes eis quæ ſibi neceſſaria ſunt, vt diſcas quid valeat ſeruire Domino.* Oleaſt.

Opera fidem comitentur.

44. *Obtulit Iethro holocauſta & hoſtias,* Nonne ſatis erat Deum verum agnouiſſe, omnibus alijs falſis numinibus longè maiorem? nonne ſatis eum benedixiſſe? cur adhuc ei offers ſacrificia? ſi iam tibi donum fidei conceſſum eſt, quæ omnibus theſauris opulentior, inquit S. Ambroſ. lib. 3. de Virginibus, virtutibus corporis omnibus fortior, Medicis omnibus ſalutarior; quid? nonne fides, inquit Chryſoſt. ſerm. de Fide, Spe, & Charitate, eſt origo iuſtitiæ, ſanctitatis caput, deuotionis principium? ſi ergo tali dono illuſtratus, ſi talem theſaurum poſſides, cur adhuc Deo hoſtias offers & holocauſta? quia fidem bona opera debent comitari: nam vt optimè S. Ignatius epiſt. ad Philippenſ. *Ambo ſimul hæc iuncta, nempe fides & opera, hominem Dei perficiunt.* B. Chryſ. S. Ambr. S. Ignatius Martyr.

Qui ſapientum conuiuio fruitur, quaſi frueretur gloria diuinæ maieſtatis.

45. *Obtulit Iethro holocauſta & hoſtias, veneruntque ſeniores vt comederent panem coram Domino,* cum ſeniores populi dixit cum eo panem comediſſe cur addidit coram Deo? nam cum vbique ſit Deus, hoc minimè obſeruatione dignum videtur: nonne ſenioribus populi, ſapientes intelligendi veniunt? bene ergo dicitur, quod Iethro panem manducans cum ſenioribus populi, hoc fuerit factum coram Deo, nam qui menſæ ſapientum accumbit, quaſi diuinæ maieſtatis gloria fruitur, ſic aliqui Hebræi, teſte Cornelio, *qui coram Deo dici ſentiunt* B *propter ſanctos & diuinos homines, qui in conuiuio iſto præſentes fuerunt. iuxta illam veterum ſapientum ſententiam, qui fruitur conuiuio, in quo ſapientes accumbunt, perinde ac ſi fruantur gloria diuinæ Maieſtatis.* Cornelius à Lapide.

Ad fidem recenter conuerſi honorandi ſunt.

46. *Obtulit Jethro holocauſta & hoſtias, veneruntque ſeniores vt comederent panem cum eo,* quid eſt, quod mox poſt eius conuerſionem dicitur, quod ſeniores venerunt ad manducandum cum eo? vt honorem impenderent, conuiuio eum excipientes: quid inde colligi poteſt? quod alijs datur quædam occaſio fidem amplectendi, & in ea permanendi: innuebatur C ſimiliter conuerſo quod virorum virtute inſignium conſortio dignus cenſebatur, nec hoc inſolitum, quod gentilis, Dei vocatione, ad ſuam perueniens cognitionem & fidem, honorifico excipiatur conuiuio, nam quid Iudith capite 6. dicitur? quod cum Acbior verum Deum cæli & terræ conditorem coram arrogantiſſimo Nabuchodonozore confeſſus fuit, & ideo miſſus in Bethuliam, vt gladio Aſſyriorum ſimul cum eam incolentibus periret, *Tunc Ozias* (ait textus) *ſuſcepit eum in domum ſuam, & fecit ei cœnam magnam. & vocatis omnibus presbyteris, ſimul expleto ieiunio, refecerunt.* Iudith c 10

Qui laborem Religionis cognitum patienter ſuſtinere voluerit, ſacrificium eius admittitur à Deo. D

47. *Obtulit Jethro holocauſta & hoſtias,* quæ ſine dubio acceptæ Deo fuerunt, ſed quandonam eius ſacrificium acceptum? poſtquam narraſſet Moyſes, inquit textus, vniuerſum laborem qui accidiſſet eis in itinere: alij omnem moleſtiam, tunc obtulit ſacrificium. quid hoc eſt? liceat hic myſticum ſenſum Gloſſæ ordinariæ in medium adducere, Per Iethro, qui erat Gentilis, & honorabilis, ſæcularis virtuoſus intelligitur; talis audiens bona quæ facit Dominus exeuntibus de ſæculo, per Religionis ingreſſum, qui ſignificatur hic per egreſſum de Ægypto, & ingreſſum deſerti, concipit aliquando propoſitum ſimiliter faciendi: propter quod venit ad Moyſem, ideſt ad illius Religionis ſuperiorem, volẽs accipere ſtatum illũ, ſicut Iethro de Gentilitate conuerſus fuit ad Iudaiſmũ, quoniã talis eſt charitatiuè recipiẽdus, ideo ſubditur, quod Moyſes.i. Religionis Prælatus, ei Gloſſa ordinaria.

occurrit, & oſculatus eſt eum, & quod narrauit ei vniuerſum laborem qui accidiſſet eis in itinere, prælatus enim accipiens ad religionem, omnia grauia religionis ſibi debet exprimere, & ſi promptus fuerit ad ſuſtinendum recipitur A eius ſacrificium, quod facit de ſe ipſo per religionis ingreſſum, ſecundum illud Roman. 12. exhibeatis corpora veſtra hoſtiam ſanctam; & hoc ſignificatur cum dicitur, obtulit Iethro hoſtias & holocauſta.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

Vulg. Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret populum qui aſſiſtebat ſibi à manè vſque ad veſperam.

Sept. Et factum eſt poſt craſtinum, conſedit Moyſes ad iudicandum populum.

Pagninus. Stabat populus iuxta Moyſem.

Oleaſt. Sedebat ſuper Moyſem.

EXPOSITIO.

ALtera autem die ſedit Moyſes, altera die poſtquam ſcilicet conuiuium exhibuit ſocero, *ſedit Moyſes vt iudicaret populum*, vt ſuum ius cuique diceret: putabat enim populus aliorum arbitrio ſuum ius tenere non poſſe, ac proinde omnes ad Moyſem confluebant, *qui* B *aſſiſtebat ei à mane vſque ad veſperam*, ad multitudinem quippe cauſarum decidendam, quæ cum facile non poſſent expediri, qui ius petebant, quorum ingens erat numerus, tota die erant apud Moyſem præſtolantes, & expectantes vt ſingulorum cauſas finiret.

CONCEPTVS.

Princeps reipublicæ, pluſquam genus, pluſquam parentes, debet illius commoda æſtimare.

48. *Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum*, Sept. Et factum eſt poſt craſtinum ſcilicet aduentus ſoceri ſui, vxoris, & filiorum, quid? heri in tua caſtra deſcendit Iethro, quem honorifico excepiſti conuiuio, quomodo eo derelicto, iuri populi dicendo ſedes pro tribunali? cur eum de tuo dignaris colloquio? cur cũ eo de tot prodigijs ſermonem per aliquot dies non protrahis? cur vnum tantum diem filijs, vxori, & ſocero excipiendo & honorando concedis? nonne populo ius dicere debebat? & ideo ne mireris, ſi ſoli Reipublicæ attendens, genus & cognationem ſuam, & quidquid habet chariſſimũ, deſpiciat, huic enim omnibus alijs prætermiſſis, inuigilare deberent principes. ponderat D. Ambr. orat. de obitu Theodoſ. in eius filio Honorio Auguſto, qui cum patris cadauer ab Italia deferretur Conſtantinopolim, non comitatus eſt patris reliquias, ait enim, *Flos etiam Imperator Auguſte, quod non ipſe Conſtantinopolim vſque, reuerendas reliquias non proſequeris, ne hoc tibi laborioſum, niſi te teneret reſpublica, quam boni Imperatores parentibus & filijs prætulerunt: denique ideo te Imperatorem fecit Pater, Dominus confirmauit, vt non ſolum militares patri, ſed omnibus imperares.* Hæc vniuerſi principes intelligere debent, quod non tales fiant, vt militent parentibus, filijs, propinquis, ſed vt imperent omnibus, & rempublicam præponant proprio generi. *D. Ambr.*

Ne ſuperbiant, & in periculum incidant Principes & Prælati, maximè cauet Deus.

49. *Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum. qui aſſiſtebat Moyſi, à manè vſque ad veſperam*, cum ſederet ius populo dicturus, tunc alienigena introducitur, qui Moyſem reprehendat, eiuſque nimiam carpat ſollicitudinem, circa omnium particularium ſubditorum audiendas cauſas, *non bonam rem facis*, (inquit) ſed cur alienigena non expectat diſſolutionem iudicij, & tunc ſecreto Moyſem admonet? cur C ſtatim vt videt illum ſedentem reprehendit? diuino res agebatur conſilio, ſciens enim Deus prælationis & principatus cuiuſlibet periculũ, vbi famulum ſuum Moyſem in ſede exaltatum nouit, ſtatim permiſit ab alienigena reprehendi & morderi, vt cohiberetur & periculum magis caueret. ad hæc Auguſt. quæſt. 68. in Exod. ait, *Videndum eſt etiam, ne Deus voluerit ab alienigena admoneri Moyſem, vbi & ipſum poſſit tentare ſuperbia; ſedebat enim iudiciaria ſublimitate ſolus vniuerſo populo adſtante.* Numquam Deus ſollicitus non eſt de ſuis admonendis Prælatis, vt qui ſciat, quam periculoſum ſit in homine alijs præeſſe, & quam cautus ſemper eſſe debeat ſubditorum conſpectus, in quo fere omnes homines euaneſcunt, vnde meD rito talem principem nimirum, Moyſem ſubiecit correctioni alienigenæ, vt ſic, in regio culmine ſecurius & firmius maneret. *Auguſt.*

Iuſtitia reipublicæ, pax & ſtabilitas.

Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret populum, cur iam in litibus componendis occuparis? otio perfruere poſt tot labores exantlatos, quieſce poſt libertatem populo tuo ſudoribus comparatam: cur pro tribunali ſedes à mane ad veſperam ius litigãtibus dicturus? quia ſanctus Moyſes non ignorabat, à recta adminiſtratione reipublicæ pacem & ſtabilitatem aduenire. quod omnino expreſſit Athalaricus Rex apud Caſſiod libro nono, epiſtola ſecunda, vbi hoc præmiſſo; *Arbor quam [illegible]orere vides. quam ſummu conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fœcunditatis animatur, in ſuperficie re[illegible]dens quod in radice continet. hominum quoque vultus* 50. *Caſſiod.*

magna hilaritate decoratur, ſi viſceribus ſanis grauamen nullius ſentiat laſionis. ſubiicit. *Sic regnum iure dicitur integerrimum, ſi nuſquam fuerit imminutum, hoc fieri poteſt, cum vndique ſubmouetur effrenata licentia, nec datur auſus menti malignæ, ſub abominabili ſpecie peccare.* Et lib. 7. Epiſt. 23. *inter populos naſcuntur ſempiterna certamina, niſi fuerit iuſtitia cuſtodita: ergo ſi cuſtodiatur, pax ſumma & fœliciſſima tranquillitas, perpetuo reipublicæ aderit, egregiuſque ſtatus ſubſiſtet.*

Ab inopia iuſtitiæ, cauſarum & litium copia venit.

51. *Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſperam,* de litibus ſuis iudicaturo: vnde tot lites in populo Dei ſuperuenerant, præſertim cum nullæ eſſent ſibi poſſeſſiones, in quibus præcipue contentiones oriuntur, vt neceſſe ſingulis diebus à mane vſque ad veſperam coram tribunali Moyſi præſentes adeſſe? aduerte quod propter grauia à diſceſſu Ægypti negotia, iudicium exercendi opportunitas non fuerat. ne mireris ergo tot in populo lites inueniri, *Ab inopia enim iuſtitiæ copia venit cauſarum*, inquit
Caſſiod. citat. Caſſidor. lib. 9. Epiſt. 20.

Si ex iuſtitia reddita aliqui te odio habuerint, à Deo diligeris, & à ſaniori hominum parte.

52. *Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum*, qui contentiones aliorum dirimit, licet aliquando ad amicitiam reuocet communem, pluries tamen fit, vt quis læſum ſe arbitretur, vt odio non ſolum in partem, ſed & iudicantem feratur, ita vt eum & acceptionis perſonarum, & iniuſtitiæ arguat: cur ergo, ô Moyſes omnium hominum mitiſſime, à iure dicendo non ſuperſedes? imo ſedet iudicaturus populum, floccipendens aliquorum odium, ſcit enim à Deo & ſaniori hominum parte dilectionem mereri, ſic enim Clemens Roman. in
S Clemens Roman. Epiſt. ad Iacobum monebat, *Itaque prælatum ſi malis ex fratribus, propter rigorem iuſtitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, ſed ex eiuſmodi odiis amor Dei ſibi conciliatur, & ideo ſatage magis ac refuge, ne lauderis ab iniquis, & ne à peſſimè agentibus diligaris, ſed potius propter iuſtam diſpenſationem & æquiſſimam regulam diſciplinæ Chriſto collaudari merearis.*

Princeps non debet ſemper abditus eſſe, ſed ſui aliquando copiam facere.

53. *Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret populum*, cur ita frequenter te præſentem populo exhibes? plures enim tenent ſolitum ſedere ſingulis diebus pro tribunali; nonne maieſtas regia delitеſcere debet, vt in maiori habeatur reuerentia? quod enim frequenter viſitur, contemptui habetur, ſed hoc nequaquam verum in principibus, dummodo cum familiares ſe reddunt, nihil maieſtate regia indignum & contemptibile faciant, ſic enim & amorem & reuerentiam in ſuis mouebunt. audiendus hac
Syneſius Epiſcop. in parte Epiſcopus Cyri Syneſius orat. de Regno, *Seuerior illa grauitas, idipſumque quod vos*

A *metuitis, ſi vos ſæpius ſpectandos præbetis, nimium ſitis hominibus veſtris familiares, vos domo penitus clauſos, & a vobis ipſis quaſi obſeſſos detinet, vt pauciſſime & videatis & audiatis à quibus rerum regendarum prudentia colligitur, ergo quamtumdiu humanam conditionem aſpernamini, ne hominis quidem perfectionem attingitis: quod autem ad eam vtilitatem ſpectat, quæ res ex domeſtica vobis cuſtodia accidit, dum ex populo eos qui mente præditi ſunt, ſuſpectos habetis, atque his ſuperbe vos cum oſtentatione venditatis, ſtulti vero duntaxat rudeſque admittuntur, quibus vos palam manifeſtos exponitis, id probe intellexiſſe oporteret iiſdem artibus vnumquodque augeri quibus conflatum eſt.*

B *Honeſtæ recreationes principi permittuntur, quibus finitis, regni adminiſtrationi incumbat.*

Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret populum, cur hanc particulam *autem* appoſuit? 54.
vt enim narratio apte teneretur, ſatis erat dixiſſe altera die ſediſſe iudicandi populi gratia; nequaquam ſuperflue, ſed emphaticè *autem* poſitum eſt, ad denotandum quod poſt conuiuium peractum, poſt amici congratulationem, poſt aliquod tempus datum recreationi, non ceſſauit à republica gubernanda, imo quod ſtatim altera die ſedit populo ius dicturus, eiuſque lites & contentiones iudicaturus, quod notans Lippom. ait, *Poſt gaudia ſanctæ ſocietatis, & cœnam honeſtiſſimam, ſtatim redit ſanctus* Lippom.
C *ad officium conſulendi, & conſulendi grauatis, dirimendo controuerſiam profouenda charitate, & ſeruanda, in tanto populo,* quæſo expende, vt poſt conuiuium, ſtatim redeat ad regimen reipublicæ.

Fœlicitas regnantis, ſubditi concordes.

Altera autem die ſedit Moyſes, vt iudicaret 55.
populum, de ſuis contentionibus & litibus, vt his ſolutis vnuſquiſque ad concordiam rediret. verum nonne totius huius populi regis habenas? nonne à Deo illius conſtitutus es dux & gubernator, ſceptrum tenes? quid tibi curæ litigantium contentiones componere? imo in id incumbere debet princeps, quia fœlicitas regnantis eſt ſubditorum concordia. ita Theodor. rex apud Caſſiodor. lib. 5. Variar. Epiſt. Caſſiod.
40. *Fœlicitas regnantis eſt famulantes amare, quod expedit, quid autem magis expedit quam pax, &*
D *concordia inter eos?*

Iudices, litigantes audiant ſecundum tempus a legibus ſtatutum.

Altera autem die ſedit Moſes vt iudicaret 56.
populum, qui aſſiſtebat ei à mane vſque ad veſperam, quid? nonne bonus ſenex iam octogeſimum excedens annum non ſatigatur tanto temporis ſpatio, ſedens in tot dirimendis litibus? quis enim à mane ad veſperam ſedens, non frangeretur præcipuè cum litigantes inter ſe, de iure ſuo certantes audiantur? non fatigatur Moyſes, non ei moleſtum eſt, à mane ad veſperam ſedere vt contentiones populi dirimat, vt nunc pudeat iudices ſi iuri dicendo aliquod temporis ſpatium ſufficiens ad dirimendas lites ſibi præfigunt, *Audiant hæc delicioſi iudices* Lippom.

(inquit Lippom.) *qui vix ad horum ferunt litigantium importunitatem.*

Iudices non ita graues, vt litigantes non ſuſtineant ſibi approximari.

57. *Altera autem die ſedit Moſes, vt iudicaret populum qui aſſiſtebat*, à quo tempore? à matutino ad veſpertinum, Pag. legit, *ſedebat iuxta Moyſem.* Oleaſt. *Sedebat ſuper Moyſem.* nonne nimium importuni, imo & inurbani erant eiuſmodi litigantes, qui non ſolum iuxta Moyſem, ſed quaſi ſuper eum ſedebant? cur eos non repulit? cur non præcepit, vt longius recedant? nihil tale iuſſum legimus, iudex enim non tantæ maieſtatis ac grauitatis debet eſſe, vt non ſinat litigantes propius ad ſe accedere, *Expende* (inquit Luſit.) *quod dicitur eos ſtetiſſe iuxta aut ſuper Moyſem; noſtros autem nemo audet tangere, aduerſus quos Dominus apud Iſaiam c. 1. principes, inquit, tui infideles, ſocii furum, pupillo non iudicant, & cauſa vidua non ingreditur ad eos.*

Luſitan.

Iſai. 1.

Iudices in tranquillitate animi populum iudicent.

Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret populum, nonne ſatis erat dixiſſe Moyſem altera die populum iudicaſſe? cur neceſſe fuit hoc verbum *ſedit* addere? aduerte ſeſſionem corporis, tranquillitatis animi eſſe indicium: apte ergo poſitum eſt ſedere, cum ius populo dicere debet, quia iudex in tranquillitate animi debet ferre iudicium, *Quia vero omne iudicium* (notat Epiſc. Meton) *non in motu paſſionis, ſed in rationis tranquillitate exerceri debet, ideo ſedit Moyſes ad iudicium peragendum. & hinc venit quod iudices pro tribunali ſedentes ſententiam proferant, ſeſſio enim corporis, tranquillitatis mentis figura eſt.* 58.

Auctos catenam autex.

VARIET. LECT. Verſ. 14.

V*ulg.* Quod cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait; quid eſt hoc quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane ad veſperam?

Sept. Quare tu ſedes ſolus? omnis autem populus adſtat tibi ad mane ad veſperam?

Cald. Quid eſt hoc verbum, quod tu facis in populo?

Onk. Quænam eſt hæc res quam tu facis populo?

CONCORDIA.

Optime phraſim Hebraicam, nempe quod eſt verbum hoc quod tu facis in populo? reddidit vulg. interpres per hæc verba, quid eſt quod facis in populo? & in hoc verbo *præſtolatur* idem dicit in effectu, quod Hebraicum, nempe נצב עליך niz zab halecha ſtat iuxta, ſiue apud te.

EXPOSITIO.

Q*uod cum vidiſſet cognatus*, ſocer eius, ſcilicet quomodo ſolus iudicaret populum, *quid eſt hoc quod facis in populo?* tantos labores ſuſtinens, à matutino ad veſpertinum? vel, quid eſt hoc quod per integrum diem expectat à te iudicium populus iſte?

CONCEPTVS.

Optimi ſuperiores & principes, magis ſuorum incommodis, quam propriis mouentur.

59. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane ad veſperam?* quid tibi curæ eſt, vt interroges generũ, cur præſtoletur plebs apud eum à mane ad veſperam? nonne affinitate es coniunctus Moyſi cum ſis illius ſocer? cur ergo de labore quem ſuſtinet, tanto onere quo premitur, per dies integros ſedens in iudicando populo non interrogas? de populi incommodis præcipue loquitur, ſic enim optimum principem (qualis erat Moſes) decet potius moueri ſuorum incommodis quam propriis. annuit Epiſcop. Meton. *Videns Ietro laborem & afflictionem generi, arripit rethorico more id quod plus moueret, nempe populi afflictionem & laborẽ tametſi leuare voluit onus Moyſi, quid, inquit, populo ſic facis, vt totũ diẽ durare hic & expectare cogantur?*

Epiſcop. Meton.

Qui peregrinatur, aliorum mores conſideret, vt ſi boni, eos imitetur; ſi mali, redarguat.

Cur ſolus ſedes & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam? vnde hæc interrogatio naſcitur? ait textus, quod cum vidiſſet cognatus eius omnia quæ agebat in populo: cur in colloquio cum ſenioribus populi non detineris? nonne eſt indecens principem coram tribunali iudicis conſiſtere, vt videat quod ferat iudicium? non arguendus eſt Iethro, nam qui peregrinatur, aliorum mores conſiderare debet, vt ſi boni fuerint, imitetur, ſi mali, redarguat, & admoneat conſentit Oleaſter. *Docet ſenex iſte & ſi barbarus natione, nos, cum aliorum terras & regna ingredimur, mores tam bonos quam malos explorare, & ſi poſſumus, malos corrigere.* 60.

Oleaſt.

Aliquando oculatiores ſumus in aliorum officijs, quam ipſimet qui ea adminiſtrant.

61. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam*: eum interrogat vt ex reſponſione, quid ei faciendum ſit, exprimat, & vt eum à tanto labore quaſi inutili reuocet. Solus enim lites vniuerſi populi dirimere non poterat; ſed cum à Deo Moyſes eſſet edoctus, nonne optimo pollebat ingenio, vt ſe oleum & operam perdere cognoſceret: quomodo ergo meritis, & ſcientia inferior, quid ſibi faciendum eſt edocet? quia aliquando oculatiores ſumus in aliorum officiis, quam ipſimet, qui ea adminiſtrant. ſuffragatur citat. Luſit. (Luſitan.) *conuincit locus iſte eos, qui ſe curioſos ſpectatores exhibent, oculatius cuncta rimari, & videre quam videant ipſi, qui munus adminiſtrant, quare non ægrè ferant artifices, ſi ab aliis taxentur in operibus ſuis, conſiderauit enim & deprehendit ſenex iſte in officio ducis & iudicis emendanda, quæ ipſe Moſes, cum eſſet à Domino edoctus, vix conſiderabat.*

Princeps, pater publicus.

62. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam?* neſcio cur vult arguere Moſem: nam principis officium eſt ius populo ſuo dicere, ſubditorum lites componere, & vnumquemque ad pacem & animorum vnitatem reuocare. Pende quid dicat Iethro, cur ſolus ſedes? non dicit cur ſedes, ſciebat enim principem patrem publicum eſſe reipublicæ, & omnibus ſubditis natum; quod fatetur Theodoricus rex lib. 4. Variar. Epiſt. 42. apud Caſſiod. (Caſſiod.) *Bene principalis clementia ſuſcepit, quos pietas paterna deſtituit; quia ſub parente publico genitoris minime ſentiri debet amiſſio, ad nos ſiquidem iure recurris infantia deſtituta, quibus vniuerſorum hominum proficiunt incrementa.*

Forenſis officialium ſtrepitus, raro puræ mentis auditui non obſtruit viam.

63. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam?* merito reprehenderis à ſocero, cur enim plures officiales non elegiſti, ſcribas, patronos, procuratores, vt populo litiganti, ſint in ſubleuamen? aduocatus enim eius tibi cauſas referet, procurator omnia ſcripto comprobabit, teſtes aderunt citati, ſiue commiſſarii qui teſtimonia accipiant; neſcit tot officiales in diſcuſſione litium nominare, nam præuidit, quod ſæpe vbi res agitantur per tot miniſtros, iniuſtitiam naſci ex eiuſmodi tribunali. Accipe D. Bernard. lib. 1. de conſideratione forum depingentem. (S. Bernard. lib. 1. c. 10.) *Niſi agitentur cauſæ, audiantur partes, inter partes iudicare quis poteris: agitentur cauſæ, ſed ſicut oportet, nihil ita abſque labore manifeſtam facit veritatem, vt breuis & pura narratio: miror namque quomodo religioſæ aures audire ſuſtinent huiuſmodi diſputationes aduocatorum, & pugnam verborum, quæ magis ad ſubuerſionem, quam ad inuentionem proficiunt veritatis, hi ſunt, qui inſtruunt, à quibus fuerant inſtruendi, inſtruunt, non comperta, ſed ſua ſtruunt, de propriis calumniis innocentiæ, deſtruunt ſimplicitatem veritatis, obſtruunt iudicij vias*, equidem forenſis officialium ſtrepitus pluries puræ veritatis auditui obſtruit viam.

Neſciat iudex iudicium litium protrahere & differre.

64. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam?* ſententiam condemnationis vel abſolutionis expectans, cur ergo à matutino in veſpertinum, à veſpertino in diem ſequentem protrahis contentionum populi deciſionem? pende quid dicat textus, *omnis populus*, tanta erat multitudo litigãs, vt impoſſibile eſſet omnia quæ ad ius trahebantur, decidere, non ergo cauſas populi protrahit, quia vult, ſed quia cogitur. Scit enim non paruam iniquitatem eſſe in tribunali litigantium dilationem, quæ & eorum vehementiſſime cruciat animas, & ſubſtantias vacuat. Philo Iudæus lib. 1. in Flaccum, de iniquo Iudice Lampone, hoc in primis crimen exaggerat. (Philo. Iud.) *Iudex malitioſe differebat ſententiam, vt etiam ſi reus abſolueretur à crimine, ſaltem metu incerti euentus impendentis cunctaretur, quo diutiſſime & vitam morte grauiorem viueret, imo & poſtquam euaſiſſe viſus eſt, aiebat ſe mulctatum facultatibus.* Hæc eſt communis fere in omnibus forenſibus malitia, quæ omnia ferè iudicia & tribunalia peruadit, vbi cauſæ protrahuntur, & dilatantur in ſummum incommodum litigantium, & vt officiales & miniſtri iuſtitiæ auctiores fiant in facultatibus. pro quo ſic monebat D. Bernard. Eugenium lib. 1. de conſider. (S. Bern.) ergo illas quas ad te neceſſe erit intrare cauſas, diligenter vellem, ſed breuiter, decidere aſſueſcas, fruſtratoriaſque & venatorias præcidere dilationes. pulchre, *dilationes venatorias vocat*, vt quæ ad prædam & venationem faciendam de litigantium bonis inſtitui ſoleant.

Iudex bonus tanquam priuatus in dignitate ſe gerat.

65. *Cur ſolus ſedes & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam?* non miror te interrogaſſe generum, cur ſolus ſedeas, cum enim ſis totius populi Iſrael princeps, ſine dubio militibus ſtipari, vel ſaltem plures miniſtros in comitatu habere deberes, cur ergo tanquam priuatus ſolus ſedes? quia bonus iudex tãquam priuatus in dignitate ſe gerat. Mens mihi videtur fuiſſe Maximi ſerm. 9. de magiſtratu, (S. Maxim.) *Sapientes magiſtratus non propter magiſtratum, ſed propter virtutem in admiratione eſſe debent, vt mutatâ fortunâ eiſdem laudibus digni iudicentur*: licet ſis in præfecturam euectus, non te circumueniat ambitio, ſed te quaſi nulla tuæ eſſet fortunæ mutatio, gere.

Iudex perſonarum non ſit acceptor.

66. *Cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur à mane ad veſperam?* nomine populi, non plebeios ſolum intelligit, ſed vniuerſum omnem populum Iſrael, nempe magiſtratibus & plebeis congregatum: cum ſit diuerſa ratio magnatum & plebeiorum; cur magnatum lites cito non dirimit, vt non præſtolentur à mane ad veſperam? parum enim quod vulgus diutius expectet: non ſolum plebei ſed magnates expectant, neſcit enim æquus iudex perſonas accipere, hinc recte Baſil. hom. 21. exponens dictum Salomonis, iuxta Sep. qui reſpexit plana, (S. Baſil.)

miſericordiam inueniet, ait, *Ne dicas, ille diues eſt & honore dignus, hic pauper, contemno autem pauperiem, noli in diſtribuendis honoribus reſpectum habere magnatis, eſt enim diues ſæpe men-* A *dax, rapax, libidinoſus, pauper vero iuſtus, non igitur faciem tantum ſpectabis, ſed occulta penitioraque conſidera, eum honora, qui pretioſa poſſides, virtus vera ſunt diuitiæ.*

VARIET. LECT. Verſ. 15. & 16.

V *Vlg.* Cui reſpondit Moyſes, venit ad me populus quærens ſententiam Dei.

Sept. Et reſpondet Moyſes ſocero, quia venit ad me populus inquirere iudicium à Deo.

Cald. Venit ad me populus, vt quærat doctrinam à facie Domini.

Pag. Quia venit ad me populus ad quærendum Deum.

Vulg. Cumque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & B oſtendam præcepta Dei, & leges eius.

Sep. Cum eis contigerit altercatio, & venerint ad me, iudico vnumquemque & moneo eos præcepta Dei, & legem eius.

Cald. Cumque eſt eis iudicium, veniunt ad me, & iudico inter virum & proximum ſuum, & doceo eos præcepta Dei, & legem eius.

Onk. Cumque eis fuerit cauſa aliqua, veniunt ad me, iudico inter virum & proximum, atque ita eis nota ſtatuta facio & legem.

Arias. Cum fuerit eis verbum, veniunt ad me, iudicabo inter virum & ſocium eius, & notificabo ſtatuta.

CONCORDIA.

VErba Hebraica לדרש אלהים Lidros Elohim, quæ ſonant ad quærendum Deum, recte vertit noſter interpres, quærens ſententiam Dei, ſicut Sept. quærere iudicium à Deo, & Cald. vt quærat doctrinam à facie Domini, non enim immediate quærebat Deum, ſed ſententiam à iudice vicem eius gerente, dictio דבר Dabar, eſt communis ſignificationis, non enim ſolum res aut verbum interpretatur, ſed lis, contentio, diſceptatio.

EXPOSITIO.

V*Enit ad me populus quærēs ſententiam Dei*, C intellige ſententiam, dictante Deo prolatam, vel ſententiam æquitati conſentaneam, & diuinæ legi æternæ, vel per ſententiam Dei, intellige iudicium eius in rebus difficilioribus, non ſolum in materia politiæ ciuilis, ſed etiam religionis & cultus diuini. Quærebant autem hoc iudicium per Moyſem, *Cumque eis acciderit aliqua diſceptatio*, vel lis, aut cōtentio, *veniunt ad me vt iudicem*, dirimens eorum lites conformiter æquitati, *& oſtendam Dei præcepta & leges eius*, & ſic non videtur Moyſes conſediſſe, & populus aduenisſe vt litium finem ſolum acciperent, ſed etiam ad inſtructionem petendam in rebus difficilioribus, quid Deus agi vellet, quod hæc verba indicant, *& oſtendam leges eius.*

CONCEPTVS.

Non à Deo ſolo, ſed à Diabolo veniunt iudicia contra inauditos non contumaces.

Venit ad me populus, quærens ſententiam Dei.
67. Cōſtantius Imperator petebat à Lucifero Epiſcopo, vt damnaret D. Athanaſium, cui oppoſuit ſanctiſſimus Antiſtes illud quod reſpondit Moyſes ſocero ſuo, ſed qualis ô Lucifer reſponſio ad tantum Imperatorem? fateor enim quod Epiſcopi eſt ferre ſententiā Dei, hoc enim poſtulabat Imperator, vt credens multis alijs Epiſcopis accuſantibus & damnantibus Athanaſium, & tu illam ſententiam Dei ferens, damnes: nonne poſſes hoc præſtare iuxta Dei ſententiam? abſit, accuſatus enim erat Athanaſius abſens, non erat auditus, & ideo, iuxta Dei ſententiam non poterat damnari, ſed iuxta ſententiam ipſius Diaboli ait ipſe ſanctiſſimus
S. Lucifer. Lucifer lib. 1. pro Athanaſio ad Conſtantium, *Venit ad me*, inquit Moyſes, *populus quærens iudicium à Deo, igitur ſi iudicium Dei antiſtitum tam debet eſſe iuſtum, quod Dei dicatur, iudicium determinatum, quomodo tu inauditum habebis damnari à nobis? itaque hoc tuum præceptum quod* D *prolatum eſt à te, non eſt veniens de lege Dei, ſed eſt planè ex voluntate formatum Diaboli*, non à Deo ſane, ſed à Diabolo venit quod homo damnetur inauditus.

Aliorum cenſores ac iudices omni debeprent carere culpa.

Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, 68.
ergo ſi quis alium criminis reum accuſet, vt confeſſum vel conuictum damnabis? ita equidem, hæc enim eſt Dei ſententia: ſed nonne qui alium iudicat, ab eo crimine de quo feret ſententiam, debet eſſe immunis? an ab omnibus, de quibus plures in populo alios in iudicium trahunt, liber eſſe credo, cum enim eſſet optimus & æquiſſimus iudex carebat omni culpa eorum qui à ſe erant iudicandi. bene D. Anſel. S. Anſelm.
in illa verba ad Timoth. 3. oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, ait, *Qua libertate* 1 ad Tim. 3.

alienos filios corripere poſſumus, & docere quæ recta ſunt, cum nobis ſtatim qui fuerit correctus, ingerere poteſt, ante doce filios tuos? aut qua fronte extraneum corripio fornicatorem, cum mihi conſcientia mea reſpondeat? exhereda ergo filium fornicatorem, abijce filios tuos vitiis ſeruientes, cum autem filius nequam tecum maneat, tu audes de alterius oculo feſtucam detrahere, ſi velis aliorum eſſe cenſor & iudex, careas & eorum culpa. Et Caſſiod. Athalaricus rex apud Caſſiodor. lib. 4. Epiſt. 19. *Metus cuncta componit, ſi crimen reus in iudicante non inuenit.*

Iudex, ſi ſcripta Dei lex non eſſet, ſaltem ſecundum rectæ rationis dictamen iudicare deberet.

69. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, vt iudicem inter eos & oſtendam eis præcepta Dei.* Sept. vnumquemque iudico, & moneo eos præcepta Dei, & legem. B. Auguſt. quæſt. 67. in Exod. tenens hoc ante legem datam contigiſſe ait. quæri poteſt, quomodo iſta dixerit Moyſes, cum lex Dei adhuc nulla conſcripta B. Auguſt. eſſet? quid reſpondeat audiamus. *Quia lex Dei ſempiterna eſt, quam conſulunt omnes, vt quod in ea inuenerint, vel faciant, vel iubeant, vel velint, ſecundum quod illa incommutabili veritate perceperint; numquid enim Moyſes quamuis cum eo Deus loqueretur per ſingula credendum eſt, quod conſulere ſoleret Deum, ſi quid eſſet in diſceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum à iudicandi negotio à mane ad veſperam detinebat? & tamen niſi ſua menti Dominum præſidentem conſuleret,* C *legemque eius æternam ſapienter attenderet, quid iuſtiſſimum iudicare inter diſceptantes poſſet, non inueniret.*

Merita cauſarum ſunt, quæ iudicium conficiunt.

70. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, & cum venerit inter eos aliqua diſceptatio, iudico eos*, pende cum venerit aliqua diſceptatio, tunc iudico. non dicit ex voluntate ſua eos iudicare: ſed ſecundum litium exigentiam, & vt earum æquitas requirit, tunc fero ſententiam: cauſarum enim merita ſunt, quæ iudicium conficiunt, condemnant aut abſoluunt. recte Diuus D. Amb. Ambroſ. ſerm. 20. in Pſalm. 118. vbi erudite Ioan. 5. hæc verba Chriſti apud Ioann. 5. non poſſum ego à meipſo facere quicquam, ſicut audio, iu- Ioann. 19. dico, & meum iudicium rectum eſt. hæc inquam Chriſti verba cum illis Pilati poteſtatem ſuam in vtramque partem abſoluendi & condemnandi iactantis, neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? componit in hunc modum. *Bonus enim iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & domeſtica propoſito voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronuntiat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati, nihil paratum & meditatũ domo defert, ſed ſic vt audit, ita & iudicat, vt ſicut ſe habet natura indicij decernat: audite quid iudex dicat cœleſtis, non poſſum à me quicquam facere, ſed ſicut audio iudico: Pilatus dicebat ad Dominum, poteſtatem habeo dimittendi, & poteſtatem crucifigendi te: vſurpas, o homo, poteſtatem quam non habes, cum Dominus neget ſe habere, qui ſuper omnia habet poteſtatem, tua Pilate voce* A *conſtringeris, tuâ damnaris ſententiâ pro poteſtate ergo, non pro æquitate crucifigendum Dominum tradidiſti.* Opportuniſſime, nimirum princeps dum iudicat non potens, ſed priuatus, & legibus adſtrictus eſt, nec ſuâ potentia, ſed examinata cauſa reos condemnat, & innocentes abſoluit.

Ita debet eſſe recta iudicis ſententia, ac ſi ipſius Dei eſſet.

Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, 7.
an in tua ſitum eſt poteſtate Dei ſententiam requirenti proferre? nonne ſatis eſt dicere, venit ad me populus contentioſus, tunc eum in amicitiá reuoco, vel ſi de iniuſtitia aut ſcelere agi- B tur, reum condemno, innocentem abſoluo, ſententiam condemnationis aut abſolutionis profero? dicit populum à ſe tanquam à ſupremo iudice ſententiam, non ſuam ſed Dei quærere, quia tantæ rectitudinis & æquitatis debet eſſe ſententia judicis, ac ſi à Deo proferretur, *Oportet enim* (inquit Lipp.) *iudices eſſe pios viros, & fideles* Lippom. *Deumque metuentes, qui iuxta Dei mentem iudicent, quilibet enim in ſuis ac ſuorum cauſa cæcus eſt.*

Quidquid iudex agit, ad Dei honorem referat.

Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, & 72.
ſi quæ cõtentio inter eos orta fuerit iudicio, & oſtẽdo præcepta Dei, cur cum iudicio, quod in populum exerces, cõiunxiſti inſtructionem de præceptis eius & legibus? quia quidquid iudex agit, quaſcumque lites componit, omnia ad Dei honorem referre debet. Fauet B. Greg. Mag. in illa verba 1. Reg. c. 7. vbi iudicabat Iſraelem, ædificauit etiam altare ibi Domino, ait, *Valde otioſum eſſet doctoris*, adde & iudicis, *ſtudium, ſi per hoc quod ab illo in terra agitur, ædificium cæleſte non augeretur, neceſſe enim eſt vt quidquid in tribunali ad bonam reipublicæ gubernationem decernitur, totum ad Dei honorem, & cultum referatur.* S. Greg. Magnus. Reg. 7.

Princeps Dei mandata immixtim ſubditis ſeruanda aperiat.

Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, 73.
vt iudicem inter eos & oſtendam eis præcepta Dei. Sept. *& moneo eos præcepta Dei*, verum ſi hominum princeps, cui proprium propria imponere præcepta, cur omiſſis Dei mandatis, vel ſaltem detruncatis, aut amphatis tôam ſequi voluntatem non iubes? quia princeps Dei mandata immixtim ſubditis ſeruanda debet aperire. hinc recte D. Ambroſ. in c. 22. *Si Joannes hoc de ſuis in Apocalypſi ſcriptis, nempe quod nullus ei adderet, aliâs grauiſſimas lueret pœnas; quanto diuinis mandatis nihil eſt detrahendum? hinc ergo cœpit præuaricatio eſſe mandati.* D. Ambr. in Apocal.

Principum munus legem explicare & ius dicere.

Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, & ſi quæ eſt inter eos contentio, requirunt 74.
vt iudicem eos, vt oſtendam præcepta Dei: nonne aliis potes negotiis detineri? cur hoc munus aſſumis? cur tanto labore grauaris? quid enim intolerabilius quã innumeri populi lites

componere? hunc laborem non renuit, imo libenter acceptat: hoc enim principi incumbit, *Hæc duo ſunt*, inquit Oleaſt. *principum munera, ſcilicet leges explicare, ius ſuum cuique tribuere, ſeu ius dicere.* (Oleaſt.)

Iudex rectam legum diſciplinam faciat obſeruare, vt reſpublica capiat incrementum.

75. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei*, & ſi litibus detinetur, eas ſecundum legem Dei dirimo & compono, oſtendo ei diuina mandata, vt ſecundum eorum tenorem ſe componat, prauos coerceo, & eorum mores radicitus extirpare ſatago: & merito hæc curat Moyſes princeps & iudex Iſraelitarum, nam legum diſciplinam ab omnibus obſeruari contendere debet, ſi velit rempublicam fœlix incrementum habere, quàm rectè Athalaricus rex apud Caſſiodor. lib. 9. Variar. Epiſt. 19. qui poſtquam hæc Senatus Romano ſcripſit, *Silet æquitas ſi culpa non vociferetur admiſſa, & feriatum quieſcit principis ingenium quod non fuerit aliqua querela prouocatum conquerentium, ſiquidem vocibus adacti, & frequentium populorum de rebus quibuſdam interpellatione commoniti, neceſſaria quædam Romanæ quieti edictali programmate duodecim capitibus, ſicut ius ciuile legitur, inſtitutum in æuum ſeruanda conſcripſimus, quæ cuſtodita, reſiduũ iuris nõ debilitare, ſed potius corroborare videantur: hæc in coetus veſtri ſplẽdore recitentur, & per triginta dies præfectus vrbis, locis celeberrimis faciat ſolemni ritu proponi, vt noſtra ciuilitate recognita, ſpes truculentis moribus auferatur, nam qua confidentia proteruus aſſumat, quod principis agnouerit damnaſſe clementiam?* concludit hæc ſubiiciens, *redeat amor omnibus diſciplinæ, per quam & parua conualeſcunt & potiora ſeruantur.* (Caſſiod.)

Mandatis Dei cognitis, eis obtemperare debes.

76. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, & oſtendam Dei præcepta.* Cald. *doceo eos præcepta Dei*, quid: ſolum de præceptis Dei inſtruis? ſolum legem Dei aperis? cur non addis & eorum cuſtodiam præcipio? ſolum dicit ſe mandata Dei proponere, quia his cognitis, eis obtemperare debemus. ſic optime Caſſiod. lib. 1. Variar. Epiſt. 2. *Voluntatem regiam habes in legibus, illis obtempera, & noſtra cognoſceris implere mandata*, ſimiliter Dei voluntatem in ſuis legibus habes, ſatis eſt, eis obtemperare teneris, vt optime B. Auguſt. lib. de ſalutaribus documentis habet, *quali honore nobis Dei legatio ſit accipienda, ſi legatus à iure aut à iudicibus veniret, numquid mox aliis curis poſthabitis, prompta voluntate & cura, & cum deuotione litteras acciperemus, & legentes implere ſatageremus? ecce de cœlo rex regum imo redemptor noſter per Prophetas & Apoſtolos dignatus eſt Epiſtolas ſuas dirigere, non vt ſeruitium ſibi neceſſarium demandet, ſed quæ ad ſalutem proſint, innoteſcant.* (S. Aug.)

Lex Domini lumen viam veritatis oſtendens.

77. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei, vt oſtendam Dei præcepta & leges*, nõne ſatis eſt à te ſuarum habere litium ſententiam, & quæſtionum ſolutionem? cur ergo etiam legem ipſius Dei manifeſtam facis? merito ſanè, quia lex Domini viam veritatis aperit, ita teſtatur B. Cyprian. de ſingular. Clericor. *Ambulantes in tenebris ſibimetipſis non poſſunt lumen oſtendere, niſi vltroneum ſe ipſis non videntibus offeratur lumen; ita humana cæcitas ad Deum non dirigit viam niſi ipſi lucernam legis oſtendat.* (B. Cyprian.)

Omne laude dignum quanto profuſius quæritur, tanto glorioſius inuenitur.

78. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei*, ex Hebr. *Venit ad me populus ad quærendum Deum*, numquid non notus in Iudæa Deus? nonne Deus omnes præuenit? an Deus longe abeſt ab eis? cur ergo ait Moyſes, populum adſe venire, vt Deum inueniat? cur tanta ſolicitudine Deum quæris? an inuenies? quam apte Aurelius lib. 7. Epiſt. 24. ſub finem, *Hic honeſta probatur ambitio, cui etiam & nimietas placet, omne ſiquidem prædicandum, quanto profuſius quæritur, tanto glorioſius inuenitur.* (Aurelius Senator.)

Nulla maior certitudo quam verbi Dei.

79. *Venit ad me populus quærens ſententiam Dei*, ſcilicet tum in litium deciſione, tum in rerum grauiorum ſolutione: ſed cur non ait, venit ad me populus quærens meam ſententiam? nõ ſuã ſed Dei dixit, nulla enim certitudo maior eſt quam ipſius verbi Dei. ſic explicat Abul. hæc verba quærens Dei ſententiam, *Id eſt reſpondeatur ſibi ex parte Dei quod in tali aut tali negotio ſit faciendum, nulla enim certitudo maior, aut tanta eſt, quanta Dei certitudo, ideo Iudæi volebant ſcire in ſingulis, quid Deus mandaret, & quia Moyſes erat Propheta eius familiariſſimus, veniebant ad eum quærentes, tanquam à Deo quærerent.* (Abulenſis.)

VARIET. LECT. Verſ. 17. & 18.

Vulg. At ille, non bonam rem facis.

Sept. Dixit autem ſocer Moyſis ad eum, non recte tu facis verbum hoc.

Pag. Non eſt bonum quod tu facis.

nk Non eſt commoda res quam tu facis.

Arias Non verbum bonum quod tu facis.

Vulg Stulto labore conſumeris, & tu, & populus ille qui tecum eſt, vltra vires tuas eſt negotium, ſolus iſtud non poteris ſuſtinere.

Sep. Corruptione corrumperis intolerabili, & tu & omnis populus hic qui tecum eſt, quia graue tibi verbum hoc, nõ poteris facere ſolus.

Cald Fatigatione fatigaberis tam tu quam populus hic, qui tecum eſt, quia grauis res eſt iſta, non poteris eam facere tu ſolus.

OnK. Quam quod tu ſolus eã perficere poſſis.

Pag Cadendo cades & tu.

V. Deficiẽdo deficies, *alij* ſuccũbẽdo ſuccũbes

Arias Marceſcendo marceſces.

Lippom. Palleſcendo palleſces.

CONCOR.

CONCORDIA.

VErbum נבל nabal multiplicis eſt admodum ſignificationis, & ita tot capita tot ſignificationes, ſumitur enim pro cadere, ſuccubere, marceſcere, defatigari, deficere: verũ quia hoc verbum etiam ſignificat deſipere, vel inſipienter agendo concidere, hanc ſimul cum altera ſignificationem noſter coniunxit vulg. A reddidit Lippom. palleſcendo palleſces, metaphora ab arboribus, quæ vigorem amittunt, cum nimio percutiuntur frigore, vel æſtu. Eugub. condẽnat Septuag. quod dixerint φθορᾷ φθαρήσῃ ſed verbum nabal hanc etiam ſignificationem admittit.

EXPOSITIO.

NOn bonam rem facis, non vult dicere aliquid mali & peccaminoſi egiſſe, ſed quod aliquid, nempe nec ſibi nec populo vtile faceret, & quod non ita expediret, *ſtulto labore conſumeris*, inutili labore conſumeris, cum populus ob multitudinem cauſarum ſententiam à te conſequi non poteſt, *vltra vires tuas eſt*, grauius eſt negotium quàm tu illud ſuſtinere poſſis.

CONCEPTVS.

Proprio non regi iudicio in negotiis difficillimis, prudentia eſt.

Non bonam rem facis, ſedebat Moyſes à mane in veſperam, & populi cauſas arbiter componebat, diſplicuit tamen norma iudiciorum eius ſocero ſuo, nam addidit, *ſtulto labore conſumeris cum populo*, cur reprehendit eum Iethro? an non laudatiſſima ducis populi actio eſt, miſerorum quæſtiones obaudire, tantæ patientiæ conſtantiâ, vt ab aurora in noctem vacet litigantibus? glorioſum plane hoc eſt, nec ſine aduerſus diligentiam principis inuectus Iethro; ſed quod nimium ſuæ tribuerit induſtriæ, & tam difficilibus nexibus ſolum arbitraretur poſſe ſatisfacere; atque ideo ſocios forenſium cauſarum reſpueret: quid eſt hoc C quod facis in plebe? cur ſolus ſedes? vides increpatum quod ſolus pro tribunali ſederet. ſed hoc in Moyſe non vituperandum, nonne omnium diſciplinarum genere cumulate inſtructus? tanta itaque ſcientiarum fama clarus, ſolus pro roſtris ſedere poterit, verum eruditiſſimus quanquam Moyſes, Iethro tamen non videtur tãtus, qui ſolus populum iudicare debeat, licet ergo tantus ſit Moyſes, tamen regi proprio iudicio in negotiis difficillimis non iudicat Iethro prudenter factum. ſic notat Chryſoſt. hom. de ferend. reprehenſ. *Etiam ſi perfectus ſis. opus es tibi conſiliario & aliquo qui te arguat. nempe Moyſi facile par non fueris, qui eras mitiſſimus Dei amicus, in externa Philoſophia bene inſtitutus, & non minus ſpiritualium intelligentia inſignis; conſiliariis omnes opus habent, etiam ſi Moyſi conferri poſſint, multa enim ſunt, quæ magni & admirabiles viri ignorant, quæ tamen parui abiecti, ne ſcire ſolent.*

61. (margin, beside "ne in veſperam")

S. Chryſ. (margin)

Nullus præſumat ſe ad eum ſapientiæ perueniſſe gradum, vt non poſſit inſtrui.

62. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris*, cum arguit quod innumeram populi multitudinem iudicare ſolus præſumeret, & ſic quid ei agere expediat, vt tantus labor cedat in communem vtilitatem inſtruit, quid nonne quotidianis fere cum Deo colloquiis eruditus? B nonne in omni Ægyptiorum ſcientia apprime doctus? quis eo in rebus theologicis doctior? quomodo ergo ſui regendi populi normam accipit à ſocero? vt diſcant omnes nunquam ad eum ſapientiæ gradũ aut perueniſſe, aut forte peruenturos eſſe, quin ſuperuenturum ſit, in quo ab aliis aliquid diſcant: profero in medium D. Hieron. exponentem illud ex 10. Prouerb. audiens ſapiens, ſapientior erit, teſtimonium. ſic autem ait, *quia ſapientiæ amator extitit Salomon, qui optione ſibi data ſapientiam petiit & accepit, pulchre initium parabolarum ſuarum à ſapientia ſumit: quod autem ait ſapientem, cum audierit verbum, ſapientiorem effici, oſtendit neminem in hac vita ſapientem fieri poſſe, cuius ſapiẽtia nequeat augeri, ſemperque moris eſſe ſapientũ,* C *vt dictis maiorum aliquando etiam minorum auſcultent, & quidquid in eis vtilitatis audierint, ad ſe replicent, ſuoque in corde recondant: denique audiuit ſapiens minor maiorem, Regina Saba Salomonem, & ſapientior rediit, audiuit Moyſes ſocerum multo inferiorem, ſublimior, & ſapientior redditus eſt, audierunt diſcipuli Chriſtum Dominum, & Spiritum ſapientia percipere meruerũt: audiuit Nicodemus: audiuit Gamaliel: audiuit diſcipulus eius tunc Saulus, nunc Apoſtolus Paulus, ſapientes vtique verbum Euangelij, & ſapientiores ſunt facti: qui etiam Paulus cum ad tertium cœlum raptus, audiſſet ea, quæ non licet hominibus verba loqui, nihilominus ad terram reuerſus aiebat: quæ ex parte cognoſcimus & ex parte prophetamus. cum autem venerit, quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.*

D. Hier. Prou. 10. (margin)

D *Non erubeſcamus aliorum licet inferiorum reprehenſiones admittere.*

Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris, quid hoc eſt? quis Moyſes vt quaſi inuerecunde à ſocero arguatur? ecce dicit ſtulto labore conſumi; quis Moſes inquam, vt hanc à Iethro barbaro reprehenſionem ſuſtineat? nũne ille eſt qui potens verbo & opere, non ſicut alii Prophetæ per ſomnia & ænigmata, ſed facie ad faciem Deum alloquebatur? qui innumerum eduxit, etiã nolẽte Pharaone Rege potẽtiſſimu, populũ ex Ægypto, qui mare diuiſit,

& iterum coniunxit, miraculum ſanè admirabile, tunc enim primum ſol intuitus eſt mare non nauali ſed pedeſtri itinere tranſiri, pelaguſque non remis & nauibus, ſed equorum pedibus tranſmitti: quomodo ergo reprehenſus à ſocero, ſilet, cumque patienter audit? quia licet ſapientiſſimi, potentiſſimi, miraculorum patratores eximij, imo & ſanctiſſimi ſimus, aliorum reprehenſionem iuſtam, benignè ſuſtinere debemus, hoc documentum præbet Chryſoſtomus hom. de ferendis reprehenſ.

S. Chryſ. *Erat Jethro* (inquit) *alioqui homo barbarus & inſipiens, quique in ſolitudine vitam egerat, & adhuc impius erat, quo non eſt certius inſipientia argumentum, verumtamen ille barbarus, ille inſipiens, vbi vidit Moyſem præter dignitatem quadam facere, eum correxit non curans ſapiens eſſet & intelligens, & Dei amicus, neque ſic exaſperatus ille ſapiens, ille intelligens, ille tot Myriadum dux.*

Non cuiuſque animi ſed nobiliſſimi & regij, eſt patientiſſimè, ab inferioribus reprehenſionem ſuſtinere.

74. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris*, Sept. corruptione corrumperis intolerabili, coram quibus Iethro ducem populi Dei reprehendit? coram omnibus: quis princeps in ſuo principatu coram ſuis curialibus & aulicis, in materia graui ſuſtinere poſſet ſeueram ab aliquo inferiore factam reprehenſionem? vix quidem reperietur, nonne in materia graui, nempe in defectu regiminis populi, & ſatis ſeuerè, ab inferiori & dignitate & meritis, reprehenditur Moyſes, & omni populo præſente? ita ſanè, quomodo ſuſtinet? quomodo patitur? quia vere erat ei mens regia. non enim cuiuſcumque animi, ſed nobiliſſimi, id patienter tolerare: hoc agnouit cit. Archiepiſc. Conſtant. *Reprehenſionem bene ferre, non vulgaris ſed ſumma Philoſophiæ præconium eſt, & laus. Non adeo laudamus & admiramur hodie Jethro, qui Moſem correxit, ſicut ſanctum illum qui non erubuit tot præſentibus corrigi: & factum hoc memoriæ commendare declarans in omnibus ſapientiam ſuam, quod gloriam in tanta eminentia qua ſibi à pluribus impenſa fuiſſet, contempſit & conculcauit.*

S. Archiep. Conſtant.

Non tacenda, ſed poſteritati mandanda reprehenſio, ab inferioribus nobis facta.

75. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris*, tuam miror virtutem in toleranda hac reprehenſione, quæ ſanè grauiſſima, cum & de culpa & de ſtultitia damnaris, cur ſaltem eam ſilentio non obuoluiſti? cur vt poſteritati & omnibus nota eſſet, tradidiſti? cur nam litteris conſignaſti? ſane in hoc eſt ſtupenda eius humilitas, quæ omnium linguis celebrari digniſſima eſt, cum ſuam reprehenſionem verbis ad præſentes, & ſcriptis ad poſteros euulgarit, obſeruatio eſt cit. Chryſoſt. *Moyſes tanquam honeſtatus hac ſoceri admonitione, non illos ſolum, qui tunc erant homines, ſed etiam eos qui vſque ad noſtrã ætatẽ ſequuti ſunt, & vſq; ad Chriſti aduentũ erunt per totum orbem, factum hoc*

S. Chriſo.

A *litteris docuit, & quod nõ potuerit animaduertere quid facto fuerit opus, & quod conſilium & correctionem à ſocero acceperit*, & ſtatim vnde digreſſus in vanos propriæ exiſtimationis amatores ait, *nos autem* (inquit) *ſi coram vno homine arguimur, & corripimur conturbamur totis viſceribus, obſtupeſcimus, & de vita huius ſumma periclitari nos putamus.*

Alios corripere quoddam genus eleemoſynæ eſt.

Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris, nonne barbarus arguetur, quod in omnium conſpectu, virum eruditiſſimum & ſanctiſſimum auſus ſit reprehendere. nonne aliqua dignus eſt pœna, quod eum quaſi ſtultitiæ arguerit? imo præmium meretur, q[...] enim in alterum animaduertit eum corrigens, ei præſtat eleemoſynam quandam ſpiritualem, quam non dubium eſt corrigenti prodeſſe, ſed etiam pluries reprehenſos teſtatus D. Augu. in Enchirid. ad Laurentium. *Ad omnia quæ vtili miſericordia fiunt, valet quod Dominus ait date eleemoſynam, & omnia munda ſunt vobis, non ſolum autem qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo veſtimentum, &c. verum etiam & qui dat veniam peccanti, eleemoſynam dat, & qui verbere emendat, in quem poteſtas datur, vel coercet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læſus eſt, aut offenſus dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur, non ſolum quod dimittit atque orat, ſed etiam in eo quod corripit eleemoſynam dat, quia miſericordiam præſtat, multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati non voluntati.* 76.

S. Auguſt.

Melior manifeſta correctio quam amor abſconditus.

Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris, miror hominem ſub tanto onere gementem, à mane in veſperam pro tribunali ſedentem, vt toti populo conſulat, lites omnium dirimat, contendentes ad mutuam pacem reuocet, publicis à te præconiis non extolli, publicis acclamationibus non efferri! cum princeps ſi tanto labori incumberet laudem non correctionem mereretur, deſine ergo à correctione, & in laudem eius prorumpe: neſcit adulari Iethro, ſcit enim manifeſtam correctionem, cum ſit debite, meliorem eſſe omnibus præconijs, & amore abſcondito, hoc deprompſi ex calamo Beati Petri Damiani, lib. 2. Epiſtola 11. ad Deſiderium Abbatem. *Fraternæ correctionis zelum noli moleſtè ferre, ſed gratulabundus amplectere, ac velut certe curationis antidotum in animæ languentis interiora diffunde, memento quod per Salomonem dicitur Prouerb. 27. Melior eſt manifeſta correctio quam amor abſconditus, meliora ſunt vulnera diligentis quam fraudulenta oſcula odientis*, & libro 6. Epiſtola 18. ad Ariprandum Monachum, *inter cætera ſancta conuerſationis inſignia, vnum præ cæteris caue, ne correptiones aliquando grauiter feras, ne qualibet occaſione redargui, à tuis quoque iunioribus erubeſcas, quod videlicet huius loci tam familiare atque natiuum, vt* 77.

S. Petrus Dam.

Prou. 27.

qui corripit fugit, nobiſcum habitare non poſſit: A *ad hoc enim homo de ſaculo, magiſterio regularis diſciplinæ ſubmittitur, vt rubiginem quam de mundo lenocinante contraxerat, aſpera correptionis limis detergat, vnde eſt quod ſapientia* Prou. 1. *Prouerb. 1 loquitur. Conuertimini ad correptionem meam, non enim dicit ad blanditias, ſed conuertimini ad correptionem.*

Non ſolum patienter ferenda correctio ab inferioribus, ſed etiam optanda.

68. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris,* vidimus laudatam à ſanctis patribus virtutem, tum humilitatem, tum patientiam Moſis in ferenda hac correctione coram omnibus, ſibi facta, à ſibi tum dignitate tum meritis inferiore: ſanè enim hoc dignum admiratione, cum nec inferior velit à ſuperiori reprehendi, etiam cum grauiter deliquerit, verum an ſolum patienter ferenda, imo & optanda, ſic enim reprehendi optabat Auguſtinus ab Hieronymo, licet enim ſibi in dignitate S August. inferiori, ſic enim Epiſtol. 19. ad eum ſcribit. *Identidem rogo, vt me fidenter corrigas, vbi mihi hoc opus eſſe perſpexeris, quanquam enim ſecundum honoris vocabula, quæ iam Eccleſia vſus obtinuit, Epiſcopatus presbyterio maior ſit, tamen multis in rebus Auguſtinus Hieronymo minor eſt, licet etiam à minore quolibet non ſit refugienda vel dedignanda correctio.*

Quam diuersè ſe gerant pij, & impij in admittendis correctionibus. C

69. *Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris,* quot ſi etiam leuius quam Moyſes à Iethro reprehenderentur, ad defenſionis ſuæ inſaniam inſurgerent? varias in ſuis delictis excuſationes adinuenirent? calumniam ſibi ſtrui proclamarent? ſanè innumeri, non enim vnus aut alter reperiretur, qui moleſtè ab alio reprehendi non ferat: quomodo ergo in dignitate ſublimis, in miraculorum patratione eximius, in colloquio diuino celebris, non ſolum correctionem ſibi factam fert patienter, ſed etiam ei acquieſcit, nulla excuſatione interpoſita? vt quam diuerſe ſe habeant impij & iuſti in correctionibus admittendis, nobis eſſet compertum, obſeruatio eſt S. Gregorij S. Greg. Magnus. lib. 10. moral. cap. 3. *Sicut recti de quibuſdam* D *quæ ab eis non rectè geſta ſunt, correptionis vocem, miniſterium charitatis æſtimant: ſic peruerſi deriſionis contumeliam putant, illi ſe protinus ad obedientiam ſternunt, iſti ad inſaniam ſuæ defenſionis eriguntur, illi correptiones adiutorium vitæ ſuæ patrocinium deputant, per quod dum præſentis vitii culpa corripitur, venturi iudicii ira temperatur: iſti cum ſe impeti redargutione conſpiciunt, gladium perſecutionis credunt, quia dum per correptionis vocem culpa detegitur, præſentis gloriæ opinio fœdatur; hinc quippe in laudem iuſti per Salomonem dicit veritas* Prou. 9. *Prouerb. 9. doce iuſtum & feſtinabit accipere.*

Labor inutilis, ſtultus iudicatur.

Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris, qui ſe hoc modo obiurgari ſentiret, ſtultum ſe appellari cenſeret, ille ſtultorum numero adſcribitur qui ſtulto labori occupatur. ſed ne ſentias ſtultum Moyſem appellare, voluiſſe Iethro, ſed ſolum inutili labori incumbere, ſtultus enim labor cenſendus eſt, qui in nullius rei cedit vtilitatem, ſic explicat verba Iethronis Epiſcop. Abulens. *Quando aliquis conſumitur laborando, ſi labor iuſtus eſt & quaſi neceſſarius, rectè fieri videtur, vel ſaltem non male: quando autem quis* B *conſumitur labore, & ille nihil proficit, labor ille eſt ſtultus & inutilis, talem iudicabat Iethro eſſe laborem Moyſi, quia multum laborabat in iudicando, quia per totum diem iudicio vacabat, quod valde affligeret, nam verboſa atque clamoroſa litigantium contentiones aures faſtidiunt, pertinacia litigantium qui interdum iure cognito aſſentiri nolunt, & peruigiles de componendo inter litigantes cura iudicem torquent: iſte ergo labor conſumptiuus eſt, & præter hæc, inutilis & ſtultus erat, quia ſine tanto labore cauſæ melius determinari poterant.* 70. Abulenſ.

Non ſufficit recta intentio, & zelus, niſi ſit ſecundum ſcientiam.

Non bonam rem facis, ſtulto labore conſumeris, non equidem reprehenſione, ſed potius præconiis dignus, quid enim ſedens pro tribunali ſingulis diebus, aliud intendebat, niſi populo ſuo conſulere? nonne zelus illius extollendus, quod omnem populum ad animorum vnitatem reuocare contendebat? nulli parcens labori eius zelum prædica, lauda rectam illius intentionem: imo eum arguit, quia non recta intentio ſufficit & zelus, niſi ſit ſecundum ſcientiam & virtutem diſcretionis. ſic de quibuſdam queritur D. Paulus Roman. 10. quod æmulationem quidem Dei habebant, ſed non ſecundum ſcientiam, ignorantes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credẽti, vnde S. Bern. ſerm. 19. in cant. ait, *Deus vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed & ſapienter, vnde Apoſt. Rom. 12. rationabile, inquit, obſequium veſtrum, alioquin facillimè zelo tuo Spiritus illudet erroris, ſi ſcientiam negligas, nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam ſi efficere poſſit vt in ea incautè & non cum ratione ambuletur.* & idem ſerm. 49. *importabilis abſque ſcientia zelus eſt, vbi ergo vehemens æmulatio, ibi maximè neceſſaria diſcretio, quæ eſt ordinatio charitatis, ſemper quidem zelus abſque ſcientia minus efficax minuſque vtilis inuenitur, plerumque autem & valde pernicioſus ſentitur.* 71. Rom. 10. S. Bern. Rom. 12.

VARIET. LECT. Verſ. 19. & 20.

V*Vlg.* Sed audi verba mea atque conſi- A lia, & erit Deus tecum, eſto tu populo in iis quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum.

Sept. Nunc itaque audi me, & coofilium dabo tibi, & erit Deus tecum, eſto tu populo tuo in iis quæ ad Deum, & referes verba eorum ad Deum.

Cald. Nunc acquieſce mihi, & dabo tibi conſilium, & erit verbum Domini in adiutorium tui, eſto tu populo quærens doctrinam à facie Dei, & tu referes verba eorum in conſpectum Domini.

Onk. Atque refer cauſas eorũ corã Domino.

Pag. Audi vocem meam, & conſulam tibi, eſto tu populo coram Deo, & refer eius lites ad Deum.

Vatab Et refer res difficiles ad Deum.

Oleaſt. Eſto tu diuiſio populi ad Deum, vel eſto populo tu præciſè ad Deum.

Arias. Adduces tu verba ad Deum.

Cajet. Sis tu populo tuo frons Elohim, & adduces verba ad Elohim.

Aliqui. Sis tu populo è regione Dei.

Vulg. Oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debent, & opus quod facere debent.

Sep. Et teſtaberis illis præcepta Dei & legem eius, & demonſtrabis illis vias in quibus ambulabunt.

Cald. Et admonebis eos de præceptis, & legibus.

Oleaſt. Et annunciabis populo leges & ſtatuta.

CONCORDIA.

HÆc verba Hebraica à כול האלהיה mul B haelohim rectè reddidit quæ ad Deum pertinent, expreſſius enim denotat, quid hæc verba ante Deum ſiue coram Deo ſignificent, non eſt reiicienda verſio Oleaſt. eſto tu diuiſio populi ad Deum, ſic autem interpretatur, non planè conſtat quid ſignificet dictio, Mul, nam, verbũ Mul, ſignificat circumcidere, ſcindere, ſeu diuidere, quoniam ſcindens diuidit id quod ſcindit, vt Pſalm. 118. in nomine Domini quia Amilim, id eſt diuidam ſeu ſcindam in eis, ſeu
Pſalm. 118. eos, vnde locus iſte poſſet ſic reddi, eſto tu populo diuiſio ad Deum, ac ſi dicat ſis intermedius inter populum & Deum: poſſet non male ſenſus ſic reddi, eſto tu populo præciſe ad Deũ, ſed meo iudicio ſenſus litteræ germanus eſt, eſto tu diuiſio populi ad eum, id eſt, ſis medius inter populum & Deum, quem ſenſum ſequẽtia probãt, hæc Oleaſter: quẽ nõ probo in hoc quod addit, quod non male verteretur eſto tu populo præciſe ad Deum, nam deberet dicere bene verteretur, cum eadem eſſet ferè verſio cum vulgata quæ ſic reddit, eſto populo in his quæ ad Deum pertinent. legit vulg. cæremonias & ritum colendi, pro his verbis, ritum colendi, eſt in Hebræo ואת התורת veeth hatorot quæ alii vertunt leges, ſed de lege colendi Deum eſt ſermo, cum Moyſes ſit futurus in his quæ ſunt ad Deum, & ideo rectè redditum eſt.

EXPOSITIO.

A*Vdi verba mea*, acquieſce ſermonibus C meis & conſiliis, *& erit Deus tecum*, proſpere hoc tibi negotium ceder, *eſto tu populo in his quæ ad Deum*, inter Deum & populum tibi commiſſum ſis mediator, *& referas quæ dicentur ad eum*, non quæ dicuntur à Deo ad populum, ſed vt Deum pro populo conſulas, ita enim habet Hebræum, & venire facies ſeu referes verba ad Deum vtique populi, & ſi id non exprimatur. Cald. & Sept. manifeſtè indicãt qui habent ſermones eorũ ad Deum vel coram Deo, *Oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi*, hoc indicat alterum officium Moyſis referentis ſcilicet voluntatem Dei ad populum, *viamque per quam ingredi debent*, vt debite omnia operentur; ſic enim additur, *& opus nempe rectum quod facere debent.*

CONCEPTVS.

Ne conſilium rectum ab inferiori renuas.

71. *Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum*, nonne, cum & dignitate & meritis longe eſſet ſuperior Moſes, (Iethro enim colloquijs Dei non fruebatur, quibus quid ſibi faciendum eſſet, inſtrueretur,) reſpondere potuit, tibi tua ſint conſilia, eis non acquieſcam, non enim mihi ignotum quid agere debeam? imo ea admiſit Moſes, conſilium enim rectum ab
Ioann. Abbas. inferiori datum omnino non reiiciendum, ſed amplectendum. hic bene Ioannes Abbas Ca- D ſemarij apud Lippom. *Sæpe paruo cuilibet Dominus aliquid oſtẽdit quod alicui magno & multis donis repleto videre nequaquam concedit, ſicut Moyſi ſancto facie ad faciem cum Deo loquenti Jethro alienigena conſilium dedit.*

Conſilium, etiam ſi prudẽtiſſimus & in multis expertus ſis admittendũ, plura enim te latẽt.

Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum, poſſet tibi ſatisfacere Moſes, ego ſum eruditus in omni ſcientia Ægyptiorum, diuina 72.
non me latent, cur hæc non obiicis ſocero?

quia conſilium, etia nſi prudentiſſimus ſis & A in multis expertus, ad nittendum, te enim latent plurima: hæc habet S. Chryſoſt. in hom. de ferẽdis reprehenſ. *Conſiderabat nempe Moyſes quod licet magna à ſe fierent miraca a, humanæ tamen eſſet particeps naturæ, quam non raro multa latent, atque ideo cum manſuetudine conſiliam ſuſcepit*: deinde inuehit in aliquos qui nimis de ſe præſumentes quodcumque ſibi datum conſilium reiiciunt, *eſt nanc videre aliquos* (inquit) *qui ne putentur alieno indigere conſilio, malunt potius vtilitate conſilij carere, quam ſuſcepta admonitione peccatam emendare, imo eligunt ignorare quam diſcere, quamuis ſciant non eſſe crimen ignorare ſed nolle diſcere, non indoctum eſſe, ſed doctrinam reſpuere. & ſæpe abiectus quiſpiam, & vilis inuenis quod magnus & ſapiens vir præterit, quod Moyſes quoque conſiderans omni cum manſuetudine audiuit illum conſulentem; hac vt audiuit non erubuit, non eſt confuſus, non eſt veritus ſubditos, non dixit intra ſemetipſum, contemnent me ſubditi, ſi ab alijs quid faciendum ſit diſcam, ſed obtemperauit & fecit iuxta conſiliam eius.* (S. Cryſoſt.)

Natura conſilij pendenda eſt, non conſulentium qualitas.

73. *Audi verba mea, & conſilia, & erit Dominus tecum*, cur te audiret, cum ab hoc die ſolum creatorem cæli & terræ adoraſti, & ſacrificium obtuliſti? at Moyſes, ab incunabulis, à die circumciſionis in hoc ſacramento fidem & C gratiam accepit iuſtificantem, vni ſoli Deo ſemper præſtans obſequium, & cultum latriæ ei exhibens: licet in meritis diſſimilis ſit non reiicit eius conſilium, ſed illud amplectitur, non enim qualitas conſulentium, ſed conſilii natura pendenda: mens eſt cit. Epiſcop. Conſt. ſubiicientis. *Si autem vtile vel commodum quid conſulat aliquis, eſto miniſter ſit admitto; ſin perniciale quiddam, eſto in ſumma dignitate ſit, eius ſententiam reiicias.* (S. Chryſ.)

Prælati non ſe ſecularibus implicent, rerum ſpiritualium obliti.

74. *Audi verba mea, & conſilia mea*, quænam ſunt vt eis acquieſcere debeam? eſto tu in his quæ ad Deum pertinent. nonne mihi commiſſum eſt totius Iſraelitici populi regimen? ſi lites habeat dirimendas, cur à mane in veſperam ſedens pro tribunali eas componere non contendam? bonam rem non facis, inquit Iethro, & ſtulto labore cõſumeris: ſtultũ laborẽ appellas, paci ſubditorũ conſulere, vacare eorũ contentionibus componẽdis? non hunc laborẽ mediocriter ſumptuoſ, ſtultum appellat: ſed cũ quis prælatus nimis ſe ſecularibus implicat negotiis, ſpiritalium oblitus. quam recte documentum hoc deſcripſit ſummus pontifex Gregorius Mag. in 2. Paſtor. Sæpe nonnulli velut obliti quod fratribus animarum cauſâ prælati ſint, toto cordis adniſu, ſecularibus curis inſeruiunt: has cum aſſunt, ſe agere exultant, ad has etiam cum deſunt, diebus ac noctibus cogitationes turbide, æſtibus anhelant: cumque ab his ceſſante forſitan opportunitate quieti ſunt, ipſa deterius ſua quiete fatigantur: voluptatem namque cenſent, ſi actionibus deprimuntur, laborem deputant, ſi in terrenis negotijs non laborant. ſicque fit, vt dum vrgeri ſe mundanis tumultibus gaudeát, interna, quæ alios docere debuerant, ignorent: vnde ſubiectorum quoque proculdubio vita torpeſcit, quia cum proficere ſpiritualiter appetit, in exemplo eius qui ſibi prælatus eſt, quaſi in obſtaculo itineris offendit, languente enim capite, incaſſum membra vigent, vt in exploratione hoſtium fruſtra exercitus velociter ſequitur, ſi ab ipſo duce itineris erratur, nulla ſubditorum mentes exhortatio ſubleuat, eorumque culpas increpatio nulla caſtigat: quia dum per animarum præſulem terreni exercetur officium iudicis, à gregis cuſto- B dia vacat cura paſtoris, & ſubiecti veritatis lumen apprehendere nequeunt, quia dum paſtoris ſenſus terrena ſtudia occupant, vento tentationis impulſus Eccleſiæ oculos puluis cæcat: hinc Moſes, qui cum Deo loquitur, Iethro alienigenę reprehenſione iudicatur, quod terrenis populorum negotiis ſtulto labore deſeruiat, cui & conſilium mox præbetur, vt pro ſe alios ad iurgia dirimenda conſtituat, vt ipſe liberius ad erudiendos populos ſpiritalium arcana cognoſcat. (S. Greg. Mag.)

Non pertinaciter adhærendam propriæ voluntati.

Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum, acquieuit ne conſiliis eius? quidni, cum ſibi & populo eſſent vtilia? cur ſuorum non tenax Moyſes, cum eorum mutatio mentis inconſtantiæ, vel ignorantiæ rerum agendarum, quod non leue in principibus dedecus, tribuetur? quid dicturus ſit populus ſperoit, ſatius ducit non pertinaciter propriæ deliberationi adhærere, quam eam amplectens, ſtulto labore conſumi, rectè Caſſian. collat. 11. cap. 28. *Non aliam ob cauſam Spiritus ſanctus hoc ſacris voluminibus indidit, niſi vt iſto eru diamur exemplo in definitionibus noſtris non pertinaciter permanere, ſed eas arbitrio noſtro debere ſubiicere, & ita iudicium noſtrum ab omni legis vinculo liberum conſeruare, vt promptum ſit ad ſequendam quocumque vocauerit ſalubre conſilium, nec differat aut recuſet, ſed id quod vtilius diſcretio ſalutari inuenerit abſque vlla cunctatione tranſire.* 75. (Caſſian.)

D *Fidelis amici conſilium tectum, vnguentum ſuauiſſimum.*

Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum, nonne Iethro arguemus, quod conſilium præbere voluerit ſapientiſſimo Moyſi? nonne quaſi exaſperatus cum hoc audiuit? ſuæ enim detrahebar experientiæ & ſapientiæ: imo benignè & forte cum gratiarum actione admiſit, fidelis enim amici, qualis erat Iethro erga Moyſem, conſilium, vnguentum ſuauiſſimum eſt; ſic hoc explicat vnguenti ſimilitudine B. Laurent. Inſtin. cap. 15. *Sicut vnguento & variis odoribus delectatur caro, ita boni amici conſiliis & fraterna dilectione anima delectatur, & dulcoratur.* 76. (S. Laurent. Iuſtin.)

Etiam conſilium dandum non petentibus cum eo indigent.

77. *Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum*, ſi conſilium à te non exigit Moſes, cur ei præbes? nam indecens mihi videtur ſummo principi conſilium nullum petenti, vt admittat, aperire. Nihilominus Iethro à Moyſe ſequendum offert, nec in hoc vituperatur, dandum enim conſilium non petentibus cum eo indigent, aliquid amplius docet Oleaſt. etiam
Oleaſt. nos ad id obſtrictos eſſe, ſic enim ait, *Tenemur etiam non petentibus conſilia præſtare, cum nobis egere videantur.*

Conſilium accipienti ab inferiori, Deus aderit propitius.

78. *Audi verba mea, & conſilia, & erit Deus tecum*, cur Deum fore cum Moyſe aſſerit? an eum deſeruerat Deus, aut ab eo aberat, cum ait ſi acquieuerit conſilijs ſuis Deum fore cum eo? non eſt hæc mens Iethro, tunc Deum à Moyſe abfuiſſe, ſed magis deinde propitium fore, ſi ſua non reſpuat conſilia, quod equidem certiſ-
Rikelius. ſimum eſt, annuit Rikelius, *Eris Deus tecum per gratiam ampliorem, ſi humiliter acquieueris imperfectiori in eo quod veraciter dicit.*

Prælatus deberet eſſe inter Deum, & populum mediator.

79. *Audi verba mea, & conſilia*, quænam? *eſto tu in his quæ ad Deum pertinent*, Cald. *eſto tu populo quærens doctrinam à facie Dei.* Oleaſt. *eſto tu populi diuiſio ad Deum*, nonne potius omnium princeps deberet eſſe vnio quam diuiſio? quid in hac lectione ſumpta ex Hebræo voluit Oleaſter? nempe quod prælatus debeat eſſe
Thomas de Vio. inter Deum & populum mediator, præiuit Card. Cajet, *Vtrumque officium, videlicet quæ ſunt perſonæ Dei ad populum, & quæ ſunt populi ad Deum exercendum, Moyſi conſulit, vt vtrimque ſit medius inter Deum & populum.*

Optimus princeps ſummam Religionis curam habere debet.

80. *Audi verba mea, & conſilia, eſto tu in his quæ ad Deum pertinent, oſtendaſque cæremonias & cultum Dei*, hæc omnia quid aliud denotant? niſi addictum debere eſſe non ſolum in cultu diuino, ſed in maximo illum probandi ſtudio, vt ſubditos doceat religionem veri numinis, & quomodo ſit cæremonijs colendum. Sed cur non conſulit Moyſi, vt cum tot hoſtibus & his fortiſſimis manus conſerat, bella gerat vt terram promiſſionis conſequeretur? nonne potius eum admonere tenebatur, vt bellatores viros ſeligeret? quotidianis exercitationibus probaret? prudenter Iethro primo conſulit Moyſi, vt ſit in his quæ ad Deum pertinent, cæremonias & cultum Dei doceat, optimus
Syneſius. enim princeps præcipuè ſummam religionis curam ſuſcipere debet. Bene hoc monet Syneſius Antiſtes oratione de regno ad Arcad. Auguſt. Cum veri regis ſimulachrum ei obijciens dixiſſet ea vero magis amplectere quæ citra omnem controuerſiam regem apprime deceant, de quibus idem eſt cum antiquorum tum nouiſſimorum iudicium, ſubdit, *Religio autem & pietas firma & prima eius baſis ſubijciatur, in qua ſtabile & inconcuſſum ſimulachrum perſtet*, & D. Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 249. S. Iſidorus Peluſiota
cum ea Danielis verba c. 9. deficiet hoſtia & Daniel. 9.
ſacrificium, de extinctione ſacerdotij regni Iſraelitici accepiſſet, addit, *Ac maxime quidem per ſacerdotis extinctionem, regni quoque & aliarum rerum ſubuerſionem ſimul demonſtrabat, nam regni quoque baſis pietas erga Deum*, pende illa verba, *regni baſis pietas &c.* quaſi diceret, in regno quod præcipue intendere debet princeps, vt ſumma cum religione, & pietate Deus colatur.

Si princeps de Religione præcipuè curat, fælicitas humana eum, & regnum comitabitur.

Audi verba mea, & conſilia, eſto tu in his 81.
quæ ad Deum pertinent, oſtendaſque cæremonias & cultum Dei, an acquieuit eius ſermonibus Moſes? quidni. cum ab his ſuæ reipublicæ dependeret fælicitas, ſi enim princeps de religione & cultu Dei præcipue curam habet, eum, & regnum quaſi perpetuo comitabitur proſperitas, conſentit Auguſt. lib. 5. de ciuit. Dei c. 24. B. Auguſt.
Illos beatos & fælices reges indicat Chriſtiana religio, qui ſuam poteſtatem ad Dei cultum maxime dilatandum maieſtati eius famulam faciunt, qui Deum timent, diligunt, colunt, hos enim appellas fælices, non autem qui diutius imperarunt, vel morte placida filios reliquerunt, vel hoſtes reipublicæ domuerunt, ſed cur illos præfælices potius quàm probos appellat? etenim diutius imperare, morte placida filios regni hæredes relinquere, hoſtes perdomare, quis neget egregię cuiuſdã fælicitatis eſſe? regiam vero poteſtatẽ ad Dei cultum dilatãdum maieſtati eius famulã facere ad pietatem, & probitatẽ potius quã ad fælicitatem referẽdum videtur, Sed ſubſiſtit Auguſtini ſenſus, atque locutio: quod ab vna principis religione, & pietate in Deum ea omnino accedat fælicitas, qua & diutius imperatur, & imperium in filios tranſmittitur, & hoſtes expugnantur, & quidquid in rebus humanis præclarum eſt. Vnde indidem cap. ſeq. Auguſt. de florentiſſima Conſtantini Magni ob aſſertam Chriſtianam religionem fortuna ſic fatur: *Conſtantinum Imperatorem non ſupplicantem dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet, cui etiam condere ciuitatem Romano Imperio ſociam veluti ipſius Romæ filiam, ſed ſine aliquo dæmonum templo, ſimulachroque conceſſit, diu imperauit, vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit & defendit: in adminiſtrandis & gerendis bellis victorioſiſſimus fuit: in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt, grandæuus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt, filios imperantes reliquit.*

Princeps bonis moribus imbuat ſubditos.

Audi verba mea, & conſilia, eſto tu in his 82.
quæ ad Deum pertinent &c. oſtendaſque viam per quam ingredi debent, nonnè columnam habent ducem, quæ quo tendere debeant, & quando caſtra mouere docet? cur ergo conſulit vt oſtendat Iſraelitis viã, per quam ingredian-

tur, non de quacunque via, ſed morum loquitur, princeps enim bonis moribus ſuos imbuere de[illegible] ſubditos: expoſitio eſt Toſtati. *Doceſque viam per quam ingredi debeant quantum* A *ad omnia agibilia, in quibus teneri oportet quandoque rectitudinem quæ eſt quaſi via*, & ſic dicit B. Auguſt. *quod aliquando eſt bonum errare in via pedum, ſed non in via morum.* Abulenſ. Auguſt.

VARIET. LECT. Verſ. 21.

V*Ulg.* Prouide autem de omni plebe viros potentes & timentes Dominum, in quibus ſit veritas, & oderint auaritiam, & conſtitue ex eis tribunos, atque centuriones, & quinquagenarios, ac decanos.

Sept. Et tu prouide tibi ex omni populo viros potentes, Deum colentes, viros iuſtos, odio habentes ſuperbiam, & conſtitue ſuper eos decuriones. B

Cald. Tu autem videbis ex omni populo viros virtutis, timentes Deum, viros veraces, qui oderint accipere pecuniam.

Pag. Et conſidera ex omni populo viros fortes.

Oleaſ. Vide tibi viros exercitus, viros ſtabiles, & odientes impletionem.

Arias. Videbis ex omni populo viros virtutis, timentes Deum, viros veritatis, & pones ſuper eos principes millenorum, principes centenorum, principes quinquaginta, & principes decem.

Alij ex Vatab Conſidera viros diuites, & conſtantes; *ſic Iſidorus Clarius.*

Caiet. Tu autem prouide, conſtitue ſuper eos viros ſapientes.

Alij. Conſidera viros robuſtos & duros.

Alij. Prouide viros nobiles.

CONCORDIA.

HEbraice habetur ואתה תחזה veatta thecheaze quod redditur, & tu vide vel conſidera; ſed à noſtro vulgato prouide, nempe attente & conſidera viros potentes: habet vulg. in Hebræo autem אנשי חיל anſe chail, eſt autem chail fortitudo, robur, & virtus, vnde alij viros fortes, potentes virtutis reddiderunt. Cum chail ſignificet etiam exercitum, ideo C etiam ita vertit Oleaſt. per viros autem exercitus, non intelligit viros bellatores, ſed bene ordinatos, vt ait, ſeu qui optime ordinare ſciunt, quales ſunt viri exercitus, iſti enim optime norunt alios gubernare. Caiet. qui reddidit ſapientes, ita ſe explicat: nihil propius, ad propoſitum tamen non ſapiẽtes ſignificat vox Hebraica, ſed proprie viros valentes ſeu valoris, eſt enim apud Hebræos hæc nuncupatio communis, tam valentibus ingenio, ſeu arte aliqua, quam viribus & armis, vnde & Pharan dixit ad Ioſeph, quod ſi fratres eius eſſent viri valoris, cõſtitueret eos ſuper pecora ſua: in hoc itaque loco, viri ingenio valentes intelliguntur, ac ſi in ſpecie dictum fuiſſet, viros ingenij: quod dicimus in quibus ſit veritas & Hebraice אנשי אמת anſe emeth viros veritatis, ſiue veraces, Sept. vertunt, ἄνδρας δικαίους viros iuſtos; ſed hæc conuertuntur iuſtus & verax, vbi ſimiliter legit vulg. & oderint auaritiam, reddiderunt μισοῦντας ὑπερηφανίαν odio habentes ſuperbiam; ſed vere בצע baaha proprie auaritiam, cupiditatẽm, lucrum ſignificat: attamen non reprehendendi, auaritiam enim comitatur ſuperbia: nam cum ſuperbus ſibi ipſi non ſufficiat, proximum conſilium eſt vt inuadat aliena: ſcio ex Hebræo reddi principes millenorum, &c. nos autem tribunos & centuriones &c. ſed omnium idem eſt ſenſus.

EXPOSITIO.

P*Rouide*, cum multa animaduerſione & cognitione deliges *viros potentes*, vel in fortitudine, qui ſint tanto oneri ferendo patientes, vel in conſtantia, qui ſcilicet in iudicio, nec minis nec muneribus à recto deflecti poſſint, vel in diuitiis, qui cum aliorum facultatibus non egeant, ſolum attenta æquitate iudicent, vel in conſtantia & ſtabilitate, qui nullo moueantur affectu vel paſſione ſcilicet amoris vel odij; vel ingenio vt ſciant non decipi à litigantibus: *timentes Deum*, ſimul enim cum poteſtate coniunctum Deum timorem habere debet iudex, *in quibus ſit veritas*, triplex ſcilicet veritas vitæ, doctrinæ, iuſtitiæ, *& qui oderint auaritiam*, D nam iudice auaro nihil peius, quomodo enim ſententiam non habet venalem, qui venalem habet animam? *& præfice eis tribunos & centuriones:* &c. hoc eſt conſtitue ſuperiores & inferiores iudices ſubordinatos, & licet tribuni centuriones maximè vſurpeotur pro iis qui præſunt in bellis, nihil tamen vetat etiam ad alias transferri præfecturas, quemadmodum & apud Romanos erant tribuni plebis, & tribuni militum, itaque tribuni erant qui ſub ſe babebant mille, totidem enim militibus tribuni præerant apud Romanos, centuriones qui centum. &c.

CONCEPTVS.

A principe idoneus iudex præficiendus, non A *affectu ſeu amore, ſed iudicio ac mente deligendus.*

82. *Prouide de omni plebe viros potentes.* Cald. *tu autem videbis*, alij, *conſidera*, quid videre, quid conſiderare debeat? vt præficiat populo Iſrael iudices: nonne ſibi ſunt ſpeciales amici? nonne aliquos præ alijs ſpeciali amore proſequitur? quid ergo conſideratione opus habet, vt eos deligat? imo maxima; non enim voluntatis affectu, ſed iudicio, non amore, ſed mente deligendus eſt iudex: aptè Theodoricus apud Caſſiod. lib. 5. epiſt. 40. vbi cum præmiſiſſet. *Licet vltra deſiderium ſupplicum frequenter præſtitiſſe beneficia, gaudemus, & quod eſt difficilimũ humana ambitionis vota ſuperemus, hoc tamen amplectimur, quia nos merito feciſſe gloriamur.* ſubiicit opportune, *vt quippe trutinandus eſt, cui traduntur examina, taliſque debet à principe deligi, qualis ab ipſa lege poteſt dictari.* vbi ſi recte attendis, prudenter à Rege Theodorico diſtinguitur inter beneficium & iudicis electionem, quaſi ad beneficia præſtanda ſupplicum deſiderijs annuere ſatis ſit, ad deligendum vero iudicem non illius deſideria, ſed merita inſpicienda, & diu trutinanda ſunt, vt videlicet rerum copia & negotiorum expeditio, non ſit beneficij loco committenda, ſed tanquam onus cui humeros puros habeat imponenda, & lib. 9. epiſt. 22. *electio noſtra de meritis venit.* — Caſſiod.

Non forte vel fortuna, ſed quaſi à Deo illuminatus princeps, debet iudicem eligere.

83. *Prouide de omni plebe viros potentes*, Cald. *conſidera*, nonne in ſua electione errare poteſt, licet attente conſideret? pluries enim oculatiſſimi in hoc difficili negotio decipiuntur, cum ex honoribus morum mutatio ſequatur, & quem humilem priuatum expertus fueris, ad dignitatem euectum, arrogantem & intolerabilem ſenties; cur igitur ait Iethro Deum deprecare, vt tibi & populo prouideat viros potentes, qui ſciant populum iudicare? hoc non cunſulit, ſed ſolum vt ipſe prouideat, quia cum princeps recta intentione & zelo reipublicæ iudices vult conſtituere, diuino lumine peculiariter illuſtratur, vt non in ſua electione decipiatur: ſic princeps Theodor. lib. 1. apud Caſſiod. epiſt. 12. *Deſiderat aula noſtra præſentiam bonorum, dum neſcio quo pacto quicquid regali ſapientia gratum eſſe cognoſcitur, & diuino iudicio comprobatur: quia ille qui corda regis, ipſe etiam quod debeamus ſentire, concedit*, ac ſi diceret, tam recta intentione & tanto cum zelo iudices eligit, vt inde à poſteriori (vt aiunt) fieret manifeſtum eius cor in manu Dei eſſe, qui illud regeret, & certum, maturum, ac ſincerum iudicium inſpiraret. — Caſſiod.

In magnis maxima diligentia neceſſaria eſt.

84. *Prouide de omni plebe viros potentes.* Pag. vide, A alij, conſidera, prouide non quomodocunque ſed inquiſitione facta, examine attente poſito, quinam in rectores populi ſunt aſſumendi. tantus ne labor impendendus, vt ab innumera multitudine in regimen reipublicæ aliqui aſſumantur? ita ſane, nã in magnis maxima eſt neceſſaria diligentia, *Iſta inquiſitio, vel prouiſio* (inquit Abul.) *magna fieri debebat, quia iſte erat magnus actus, ſcilicet eligere rectores & iudices totius populi, in quo maximus ſtatus populi pendet. & maximum periculum in hoc eſt: quia ſi rectores bonos inſtitui contingat, populus eſt in magna proſperitate ſtatus ſui, ſi autem mali inſtituantur, neceſſe eſt totum populum deperire: ideo cum magna diligentia inquiri debent, quia vbi maius periculum vertitur, ibi cautius eſt habendum.* — Abulenſ.

B *Principis ſupremi eſt aliquem vel aliquos ad negotiorum expeditionem adiutores aſſumere.*

Prouide de omni plebe viros potentes, quid prouidebit? nonne minuetur eius auctoritas? nam quod pluribus communicatum, accipit decrementum, tamen iuxta conſilium ſoceri viros ſtrenuos elegit, nam principum eſt, aliquem vel aliquos ſibi ad negotiorum expeditionem adiutores aſſumere: nam vt optimè Syneſius oratione de regno ait, *Deum quidem ſibi ſufficere, & antiquam eam eſſe naturam quæ ſupra id omne quod ſubditum eſt, aſſurgit. homini vero multis atque eiuſdem conditionis hominibus imperanti ad cuiuſlibet rei animaduerſionem propriam naturam ſatis ſuperque non eſſe, ac proinde* C *aliquem vel aliquot pretij magni homines ſibi deligere debere, quibus adiutoribus, ſiue in curarum leuamen, ſiue ad negotiorum expeditionem vteretur.* 85. Syneſius.

Non minuitur principis authoritas, quando viros idoneos in regno adminiſtrando habet, imo quodammodo augetur & extenditur.

Prouide de omni plebe viros potentes, abſtineat ab eiuſmodi prouiſione, illi enim quos ad maximam euehimus authoritatem, ſuæ immemores ſortis præteritæ, ita intumeſcunt aliquando, vt etiam ipſum principem habeant contemptui, tum & manet minuta ipſius electoris authoritas & potentia: ſed falleris, quo- D dammodo enim augetur & extẽditur, teſtis eſt cit. Epiſcopus. *Hunc igitur natura defectum ſupplens*, (nempe princeps) *amicos in eiuſdem naturæ communionem adſciſcit: vim quodammodo ſuam multiplicans, ita enim fiet vt omnium oculis videat. & omnium auribus audiat, omniumque animis in vnum conſentientibus conſilium capiat.* 86. Syneſius.

Præcipuum munus principis in deligendis magiſtratibus, oculos ſuper omnem populum habere.

Prouide de omni plebe viros potentes, ad quid? vt iudicent populum in omni tempore, ſi dice- 87.

res, ô Iethro, vt tibi ô Moyſes leuamen adſe- A
rant, tuo labori inducias præbeant, teque à ni-
mio curarum pondere amoueant, tacerem
equidem: ſed cur deſideras Moyſem eos ſibi
prouidere, vt iudicent populum? quia præci-
puum munus principis in deligendis magiſtra-
tibus eſt, oculos ſuper omnem populum habe-
Olcaſt. re, ſic Olcaſt. *Præcipuum munus eſt ad examen
hominum ad iudicandum oculos ſuper omnem po-
pulum habere, vt ex eo rectores deligant.*

*Eligantur à principe iudices potentes etiam
compeſcere magnatum iniquitatem.*

88. *Prouide tibi ex omni plebe viros potentes*, quid?
an acceptor perſonarum erit Moyſes, qui ad
hanc iudicaturæ dignitatem, potius viros po- B
tentes quam pauperes eligere debeat? ergo qui
potentes non fuerint, excludentur à magiſtra-
tibus gerendis, cum plures ad regimen reipu-
blicæ idonei reperirentur? non potentes, dixit
appoſite ad pauperes, ſed ad formidoloſos &
timidos, qui neſciunt iniquitatem magnatum
compeſcere, quod tamen neceſſarium eſt in
optimo iudice: non enim ſatis eſt doctiſſimum
eſſe in iure, rectiſſimam habere voluntatem,
nihil iniuſte committere, omnibus ſuum ius
dicere, & reddere, ſed neceſſaria eſt conſtantia,
& animi fortitudo vt æquitate exigente etiam
magnatum delicta ſeuerè puniat. hanc verita-
tem accipe ab Abulenſ. quæſt. 6. exponente
Abulenſ. hãc dictionem, potẽtes. *Hoc dupliciter* (inquit)
poteſt intelligi, vno modo potentes, id eſt potentes C
*iudicare, poſſe autẽ ſententiam dare, cuilibet facilè
eſt: ſed poſſe bene ſententiare difficile eſt, bene autẽ
ſententiare in duobus conſiſtit ſcilicet in intellectu
rectè determinante per prudentiam, & in voluntate
rectè eligente per iuſtitiam: iuſtitia namque per
quam iuſta facimus, iuſta volumus, iuſti ſumus, &
iuſtorum operatiui, vt patet in 5. Ethic. virtus mo-
ralis eſt in parte volitiua, ſi enim aliquis ſcit quid
vnicuique diſtribuendum per demotiuam potentiam
ſiue vim intellectus practici; & tamen habet, malam
voluntatem, ſcilicet, quod non habet iuſtitiam in-
formantem voluntatem, & inclinantem ad bene
velle, nullo modo benè eliget, vt patet in iuris peri-
tis qui peruertunt rectum iudicium, cum tamen ipſi
cognoſcant quid eſſet iudicandum: rurſus ſi aliquis
habens bonam inclinationem ad diſtribuendum
vnicuique quod ſuum eſt, non ſit peritus in iure vel* D
*conſtitutionibus, vel conſuetudinibus, quibus aliqua
gens, vel vniuerſitas regi debet, non poterit rectè
iudicare. requiruntur ergo ad hoc, quod aliquis
poſſit iudicare bene, verus intellectus quantum ad
practicam exiſtimationem, & recta voluntas ad
bonam electionem. ſcilicet, vt eligat bene ſententia-
re, ſicut nouit; nam ſententiare ſecundum quod in
iudicibus accipitur, eſt actus potentiarum executi-
uarum ſcilicet potentiæ interpretatiuæ, quæ vocatur
vis locatiua: ideo iſta operatio ſequitur ex determi-
natione duarum virium ſuperiorum, ſcilicet, quæ
ſunt verus intellectus, & bona voluntas, requiritur
quædam conſtantia, & vis animæ vt ipſe iudex ſit
fortis animo non formidans rectè iudicare, & exe-
cutioni mandare ſententiã propter aliquam per-
ſonam, ſed cogat omnes in virga ferrea.*

*Iudices non ſolum ſint liberi à vitiis, ſed ea
etiam in aliis auerſentur.*

89. *Prouide ex omni plebe viros potentes, & qui*
oderint auaritiam, Septuag. odientes ſuper- Origenes.
biam, Orig. hom. 11. in Exod. quid ſit odiſſe ſu-
perbiam vel auaritiam ipſe exponit, nempe
qui oderint eos, qui his criminibus inficiun-
tur, & merito; ille enim qui præeſt in iudicatu-
ræ officio, non ſolum debet eſſe à vitiis liber,
ſed etiam in aliis ea auerſari. ſubiicio verba
Orig. *Tales enim eſſe oportet principes, qui non
ſolum ſuperbi non ſint, ſed qui oderint ſuperbiam,
id eſt vt non ſolum ipſi abſque vitio ſint, ſed & in
aliis oderint vitia, non homines dico odiſſe, ſed vi-
tia, peccatores diſtinguendi ſunt ita vt homines
amentur, vitia coarguantur; ſic eos Chriſtus diſtin-
guebat cum etiam peccatores appellabat amicos,
amice ad quid veniſti? Matt. 26. amice quomodo* Matt. 16
B *huc intraſti? Matt. 22 amice non facio tibi iniu-* Matt. 22
riam Matt 20. nam qui in illis peccatum oderat Matt. 26
naturam diligebat.

*Timor Domini frænum in iudicibus, & ma-
giſtratibus aliis, ne in vitia
prolabantur.*

Prouide ex omni plebe viros potentes, Cald. 90.
viros virtutis, ſed ô Iethro, nonne conuenien-
tius reipublicæ Iſraelitarum, vt ſolus Moſes iu-
dicaret, quam alios ad iudicaturam eueheret?
nam pluries etiam in virtuoſis, & vt Cald.
habet in viris virtutis, altitudo dignitatis
illis extitit vorago iniquitatis, in quam tãdem
corruerunt, nam honorum faſtigium ſæpe ſo-
let eſſe præcipitium vitiorum; floruerunt vir-
C tutibus quidem in priuata vita, ſed in publica
dignitate penitus exaruerunt. teſtis ſit huius
veritatis Petr. Damia. ſerm. 5. qui in hunc mo- Petrus
dum loquitur: Nonnulli antequam ſacerdota- Damian.
lis officij culmen attingant, mites ſe & humiles
in omnibus exhibent, excreſcere in virtutibus
ſtudent, bonis moribus pollent, & in omni ho-
neſtate ſanctæ conuerſationis ſe exercent, mala
nulli inferunt, illata ſapienter ferunt, carnem
ſuam ieiuniis & orationibus edomant, & vin-
ctos in ſe vitiorum motus cenſura rigidæ ſeue-
ritatis frænant: ſed cum paſtoralis curæ iura
ſuſcipiunt, quidquid ſanctitatis habuerant, vt
ita, proh dolor! dicam, concambio miſeræ per-
mutationis amittunt, omne quod prævixe-
rant, obliuiſcuntur, ac decurrentium more flu-
minum ad ima abſque vllo retentionis obſta-
D culo deuoluuntur, ac veluti mali remiges cum
ad alta pelagi vento impellente deueniunt,
quando ſcilicet maiori conamine opus eſt, in
ſomnum mortifera ſecuritate ſe reſoluunt, vel
potius cum gubernandæ naui clauum ſuſci-
piunt, qui prius cum cæteris ſtrenue nauigaue-
rant, iam in magiſterio poſiti, in negligentiæ ſe
torporem deiiciunt: & non ſolum alios non
cuſtodiunt, ſed ſemetipſos etiam infœliciter
perdunt] huic Innocentium tertium addo, qui Innocent.
in lib. 2. de contempt. ſæculi c. 30. ſatis oſten- tertius.
dit, quanta morum mutatio fiat in eo qui à vi-
ta priuata quam rectè inſtituerat, ad publi-
cam euaſit: non curat, inquit, prodeſſe, ſed glo-
riatur præeſſe, præſumit ſe meliorem, quia cre-
uit in ſuperiorem, priores dedignatur amicos,
notos ignorat heſternos, contemnit comites
antiquos, vultum auertit, viſum extollit, ceruI-
cem erigit, faſtum oſtendit, grandia loquitur,
ſublimia meditatur, vides quod diuerſam

viuendi rationem in priuata & publica vita teneat vt non hos ſuos mures ſed ſe ipſum mutare atque alius omnino fieri videatur] Si ergo tanta mutatio morum ſit in homine ad dignitatem euecto, cur ſolus Moyſes non ſuſcipit regimen populi? cur aſſumentur alij ad eumdem honorem? quid ait Iethro poſtquam dixit prouide viros potentes? ſubiungit, & timentes Deum; timor enim Domini eſt frœnum in iudicibus & alijs magiſtratibus, ne in vitia prolabantur. S Baſil. Pſal. 33. fauet B. Baſil. in illa verba Dauid cōfige timore tuo carnes meas, ait enim Pſal. 33. *Nam quemadmodum qui corporis membra habent transfixa, ad actionem quamlibet immobilia ea retinent, ſic vtique quorum animam occupauit timor Domini, omnem prorſus importunam peccati & obſtreperam occaſionem vitant.* per timorem ab indecora omni & abſurda actione remoueamur, & impediamur, vt deinde vbi timor habitat, ibi animæ reſideat mundities, omnis iniqua noxiaque actio fugetur, membris corporis, ad enormes actus moueri, quod timore quaſi quibuſdam clauis confixa ſunt, nequentibus: ſicut enim qui clauos corpori affixos habet doloribus preſſus, non facile quidquam agere poteſt, ſic Dei timore confixi, non oculo vti præter decorem non manum ad nefarias mouere actiones, &c. poſſunt.

Dei timor præcipue ſit in iudicibus, non autem ſolum humanus.

91. *Prouide ex omni plebe viros potentes & timentes Deum*, cur non ait, timentes Moſem? nam qui ad alterius libitum ad aliquam euehitur dignitatem, & ab eo dependet depoſitio ſua, ſi malè ſe gerat, ſane timet ab ea deponi; cum autem eiuſmodi ſubdelegati ab electione Moſis & ſuppreſſione dependerent, debuiſſet dicere Iethro prouide viros te timentes; rectè dixit Deum timentes, quia in iudicibus Dei timor debet præcipue ineſſe, omnem alium depellens D. Bernard. timorem. fauet D. Bernard. in Pſal. 13. qui habitat: vbi pro hac re adducit verba Domini Luc. 12. Luc. 12. nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere, id eſt excutite humanum timorem eorum quibus tantum poteſtas eſt in corpora, ſed potius timete qui poteſt corpus & animam perdere in gehennam. ſic autem D. Bernard. loquitur. *Sicut ſolet nimirum amor amorem expugnare, ſic ſolet timor timore expelli, noli timere eos qui corpus occidunt anima autem non habent quid faciant*; & confeſtim, *oſtendam autem vobis quem timeatis, timete autem eum qui poteſtatem habet mittere in gehennam, ita dico vobis hunc timete; ac ſi manifeſtius dicat. hunc timete, ne illos timeatis, repleat vos ſpiritus timoris Dei, & timor alienus locum non habeat in vobis.*

Timor in iudicibus fundamentum aliarum virtutum.

92. *Prouide de omni plebe viros potentes, timentes Deum*, deinde proſequitur, *in quibus ſit veritas, & oderint auaritiam.* Sept. *ſuperbiam*: ad timorem Domini, amorem virtutum, & vitiorum odium ſubiungit, & merito, nam timor Domini baſis eſt amoris cuiuſcunque boni, & odij A cuiuſcumque mali. ita Bernard. tract. de donis Spiritus ſancti. Bernard. cap. 1. *Prima gratia eſt timor Domini, ſine hac gratia prima gratiarum, quia totius religionis exordium eſt, nullum bonum pullulare vel manare poteſt: ſicut enim ſecuritas vel deſidia cauſa eſt & mater omnium delictorum, ſic timor Domini radix eſt & cuſtos omnium bonorum: vnde ſcriptum eſt Eccleſ. 17 ſi non in timore Domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua, omne enim virtutum ædificium illico vergit in præcipitium, ſi huius gratiæ amiſeris præſidium.* Eccleſ. 17.

Iudex pauper, proditor ſolet eſſe iuſtitiæ, diues atque potens integrius iura tractat.

Prouide ex omni plebe viros potentes, alij, *fortes*, 93. B Vatab. *conſidera viros diuites*, quid? nonne qui nimiis abundat facultatibus, cuius domus diuitiis repleta eſt, cui nihil deeſt, onus iudicaturæ difficillime ſuſtinebit? tantum laborem, cum nullo egeat, ferre renuet: tum qui diues eſt, litigantes facile contemnet: prudenter tamen in republica Iſraelitarum prouidet iudices, qui ſint viri potentes, Vatab. diuites, iudex enim pauper proditor iuſtitiæ eſſe ſolet, diues & potens integrius iura tractat: vnde Ianſenius ad Ianſenius Eccl. 7 cap. 7. Eccleſ. explicans hæc verba, noli fieri iudex niſi valeas irrumpere iniquitates, ait: *Vt autem valeas irrumpere iniquitates aliorum, multa requiruntur in iudice potentia, diuitiæ, & fauor humanus; vnde Jethro Moſi conſulit, vt prouideat ex omni plebe viros potentes*, audi diuitias requiri in iudice, ne videlicet ſi pauper ſit & opum indigus, facile ſubornetur, aut ſpoliet inter ſe contendentes & litigantes, nam indi- C gentia aliquando nouerca eſt iuſtitiæ, & iniuſtitiæ nutrix.

Viri optimi ingenij, aliorum ſint iudices & rectores.

Prouide ex omni plebe viros potentes: Caiet. *viros ſapientes*, diximus per ſapientes legum peritos intelligi: ſed an aliam habere ſignificationem poteſt hæc dictio, *ſapientes*, in iudice quæ ei debeat adaptari? conſulamus Caiet. ſic ſatisfacientem. Cajet. *Sapientes in hoc loco valentes ingenio intelliguntur, ac ſi in ſpecie dictum eſſet, prouide viros ingenii, & vere prima pars iudicis aut principis à naturali iudicio eſt, viri ſiquidem ingenij naturaliter ſunt aliorum rectores, & ſine hac parte reliqua nihil valent.* 94.

D *Iudices ſi fieri poſſit, ſint nobiles.*

Prouide ex omni plebe viros potentes, Caiet. varias ait, ſortita eſt interpretationes hæc dictio 95. ſapientes, nam alij potentes, alij fortes, alij virtutis, alij nobiles interpretantur: ſed eorum pace dixerim, nam in iudicibus nobilitas non requiritur; quot enim eximios habent iudices reſpublicæ, qui tamen ex nobilibus nati ſunt progenitoribus? ſi non nobilitas ſanguinis requiritur, ſane nobilitas animi neceſſaria, tamen conſulerem, ſi vtraque poſſet eſſe in iudice, quod talis præ aliis eligeretur, quia verè nobilis erubeſcit indigna ingenuitate & nobilitate ſua operari. ait Abulenſ. *Iſti vocantur Deut* Abulenſ. *cap. 1. nobiles, quia nobiles communiter ignobiliori-*

bus ſapientiore ſunt, vel quia maioris authoritatis & reuerentiæ ſunt propter generis nobilitatem, & conuenientius eis dicentibus iura obtemperabitur, quam alicui nobili vel de plebe viro.

Iudices non ex propria libidine ſed ex neceſſario legis miniſterio reos iudicent.

96. *Prouide ex omni plebe viros potentes*. Caiet. *viros ſapientes*, ſapiens nonne ſecundum dictamen rectæ rationis operari debet, non autem ex motu proprio? bene ergo à nobis dictum eſt, iudices non ex propria libidine, ſed ex neceſſario legis miniſterio, reos iudicare debere, cum
S Baſi mag. ſint ſapientes. hæc deprompſi ex S. Baſil. epiſt. 79. ad Euſtach. *Qui rerum in hoc mundo potiuntur,* (ait) *quando facinoroſum aliquem morti ſunt adiudicaturi, cortinas obducũt, multumque tẽporis inſumunt, nunc legis rigorem intuentes, nunc naturæ communionem inſpicientes, multumque ingemiſcentes, ac iudicandi neceſſitatem deplorantes, nemini non manifeſtum faciunt, quod non ex propria libidine, ſed ex neceſſario legis miniſterio condemnationis inferant ſententiam.*

Sic iudicet iudex tanquam à Deo iudicandus.

97. *Prouide ex omni plebe viros potentes & timentes Deum*, in Heb. eſt elohim, quod interpretatur iudices, ſi à Moyſe delectus cum his circunſtantiis erit iudex populi, ipſe timendus erit, non autem alium iudicem timebit: iudex tamen vt recte ſuo munere fungatur, Deum ſupremum iudicem timere debet. ſic enim iudicare debet tanquam Deo rationem redditurus,
Card. Caiet. & ab eo iudicandus. *Timentes Deum*, inquit Caiet. *prima animi virtus requiſita ad principem cuiuſcumque ordinis eſt timor Dei, oportet enim iudicentem aliis rationem habere ſuperioris intuentis cor, & ſingulas conditiones iudicij atque iudicantis; ſic iudicet alios, tanquam certus quod redditurus eſt rationem de ſuis iudiciis, & ratione iudicandi, & quod puniendus eſt, ſi peccat.*

Iudices conſtituendi, quos vita purior & eminentior illuſtrat.

98. *Prouide ex omni plebe viros potentes & timentes Deum*, Cald. *viros virtutis in quibus eſt veritas*, Sept. *viros colentes Deum iuſtos & odientes auaritiam*, quod quidem difficillimum, dicitur
Pſal. 1. enim, beatus qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris, quis eſt hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua, ſufficiat quod ſint potentes & Deum timentes, vt tanquam optimi futuri iudices eligantur: conditiones alias quibus perfectus vir conſtituitur, adhuc deſiderat, quia ſolum illi iudices conſtituendi eſſent, quos vita purior & eminentior illuſtrat. Hunc in iudicibus cara-
Pet. Bleſenſ. cterem deſiderat Petrus Bleſenſ. epiſt. 95. *Sane* (inquit ille) *conſtituendi ſunt iudices populorum, quos vita purior, & eminentior, prudentia præ ceteris illuſtrant, nam reuerentia & authoritate præſidentium vitia temperantur in ſubditis.*

Iudices ſagaciſſimi ingenij ſint ne decipiantur.

99. *Prouide ex omni plebe viros potentes*, Caiet. *ſapientes*; quibus intelligit boni ingenij viros; ſed cum non aperuerit in quo hæc bonitas conſiſtat, non alienum erit id inquirere. dico in iudicibus bonitatem ingenij conſiſtere in ſagacitate illius, vt poſſint probabile à vero diſcernere, ne decipiantur in veritate agnoſcenda. ad mentem noſtram hæc Iſidor. Peluſ. lib. 3. epiſt. Iſidor Peluſ.
9. *Eos, qui de rebus iudicant, acutiſſimo ingenio eſſe oportet. vt & eorum qui loquuntur facundiam, & eorum quæ dicuntur probabilitatem, & veriſimilitudinem miſſam facientes, ſenſa ipſa introſpicere, atque hinc expiſcantes veritatem, haurire queant.*

In iudice non ſufficit ſolertia ingenij niſi coniuncta ſit cum morum probitate.

Prouide ex omni plebe viros potentes, Caiet. *ſapientes viros, optimi & ſagaciſſimi ingenij* ſufficiet ergo hæc bonitas & ſagacitas ingenij, vt verũ à probabili diſcernere poſſint, ſicque rectum ferre iudicium? cur igitur aliæ ab Iethro conditiones adduntur, nempe vt ſint Deum timentes, oſores auaritiæ? quia non ſufficit in iudice ingenij ſolertia, niſi coniuncta ſit cum morum probitate. *Sapientem quidem dico* (inquit Peluſ. citat.) *eum non qui promptus habeat in lingua Poetarum proſodias, diſertaſque Oratorum orationes, aut Philoſophorum tricas, ſed qui mores excolat, vitamque compoſite degat.* præfatus Peluſ. deinde concludit, *quare ſi vtraque aduenerit prudentia, & recta inſtitutio, hoc eſt mores dicendique facultas, bene erit.*

Iudicum conſtantia in Dei amicitia fundetur.

Prouide ex omni plebe viros potentes, Pag. *viros fortes* Oleaſt. *viros exercitus, viros ſtabiles*, alij, *viros robuſtos*, alij; *viros conſtantes* poſt hanc 100.
conditionem in iudicibus neceſſariam, alias ſubiungit nempe quod ſint timentes Deum, Sept. colentes Deum, in quibus ſit veritas, Sept. qui ſint viri iuſti; cur cultus Dei, timor illius, omnium morum integritas adhuc requiritur? quia nullus conſtantius, robuſtius, ac fortius iudicat, quam ille qui mediis virtutibus, amicitiæ diuinæ innititur. profero verba cit. Peluſ. lib. 1. in epiſt. 290. *Si Dei amicus eſſe cupis, fac robuſte præſis, hoc eſt, nec muneribus, nec amicitia, verum dignitati ac merito ius præbeas*; nullus robuſtius præſidet, quam ille qui media morum integritate amicitiæ diuinæ acquirendæ, & conſeruandæ intendit.

Iudex ſit pertinaciter neſcius flecti in executione ſententiæ bene conſultæ.

Prouide de omni plebe viros potentes, Vatab. 101.
conſidera viros diuites & conſtantes, cur in iudice quaſi primum requiris ô Iethro conſtantiam? nonne ſunt aliæ virtutes quibus ornari deberet, vt optimus cenſeretur? bene conſtantiam à iudice eligendo exigit, propria enim eſt illius virtus, qua & fortia conſilia eligat, & recta inſtanter ſeruet inconcuſſa, ne eum aut fauor demutet, aut obſequia deuincant, aut blandiantur, aut munera corrumpant, aut deprecationes inflectant; eſto docilis & fertilis dum conſulis, eſto etiam flecti neſcius ad amplectendum

quod ſemel conſultiſſime amplexus es, conſilium: quod aptè ad inſtitutum noſtrum obſeruat S. Bernard. ſerm. 10. in Pſal. qui habitat, exponens hæc verba, abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum. *Abſorpti, inquit, in affectum iuſtitiæ, & petræ ſoliditatem, cui iuncti ſunt, imitantes, tunc putes flexibile quippiam inueniendum in iudicibus iunctis petræ?* itaque ex mente Bernardi iudices recti, integerrimæ iuſtitiæ, vera metamorphoſi debent lapideſcere ad humana obſequia, ad flexibiles rerum preces, ad potentum minas, ad munerum corruptelas: imitentur petrinam duritiem, & in re bene conſulta & legitime decreta, exprimant ſaxeam conſtantiam, nec quidpiam flexibile in illis appareat: vt ſcopuli qui nec blandientis vndæ illecebris, nec ſæuientium fluctuum minis cedunt, ſed iunctæ duritiei pertinacia victores ſemper triumphant, ſic eſt efformanda iudicum integritas. — D. Bernard.

Bonus iudex neſciat reum, vt ſyncerius ſciat reatum.

102. *Prouide ex omni plebe viros potentes.* Pag. *viros fortes*, in quo fortes? nam non viribus corporis, quid enim neceſſariæ ſunt eiuſmodi vires? fortes ergo animo requirit, vt ſuperet audieum ſolitam fere propenſionem, qua homines æſtimant ex conditione, ex nobilitate, ex diuitiis: bene S. Bernard. lib. 2. de conſiderat. ad Eugen. *Eſt item vitium, cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes quos noui ex his qui cathedras aſcenderunt, ſedebis, me iudice, ſolitarius*, adeo hoc vitium occupauit fere omnia ſubſellia, tribunalia omnia, vt nemo fere ſit ab acceptione perſonarum immunis, hunc iudicem conſanguinitas ſubuertit, alium diuitiæ ſubornant, alteri blanditur venuſtas, hic donis corrumpitur, ille ambitione flectitur, & importunis precibus procerum: ſed cur adeo fortes debent eſſe? nonne attendenda eſt rei nobilitas? nonne conſiderandæ ſunt eius diuitiæ? conſanguinitas eius? ſi enim ei aliquid ſeuere inferatur, ſanguine, vel amicitia coniuncti, ferent indigniſſimè; ita fortes debent eſſe, vt non attenta rei perſona, ſolum illius reatum attendant, vt rectè iudicent, ſatis ad rem S. Baſil. hom. 21. ſic ait Iudicibus, *adſunt tibi ab oculos fratrum differentiæ, hic pauper ille diues; hic hoſpes alius domeſticus. ſi iudicaueris inæqualia, videas diuitem ſublimem, pauperem humilem*, expende illud, *ſi iudicaueris, inæqualia videas* ſic ſe gerat iudex, vt verè poſſit dicere reis, neſcio vos, ſolam cauſam veſtram ſcio, neſcio quod ſit meritum, aut demeritum, aut cuius ſit. — S. Bernard. — S. Baſi. mag. Homil. 21. ex variis.

Iudices potentes ſint, non vt violentiam inferant, ſed vt repellant.

103. *Prouide ex omni plebe viros potentes*, nequaquam eos deligat in iudices, qui enim potens eſt, ſua abutitur potentia, quoſcumque opprimens: quis enim iudici potentiſſimo reſiſtere audeat, cum per fas vel nefas quodlibet ei permittatur? non in hoc ſenſu vult iudices potentes deligi, ſed qui potentia non abutantur, aliena non diripiant, ſed ea reſtituere cogant, qui vim pauperibus non inferant, ſed eos à tyrannide & oppreſſione liberent: audiant ergo potentes illud quod habet B. Ambroſ. lib. 1. offic. c. 6. *Ideo te feci potentem, vt non inferres violentiam, ſed vt repelleres, nonne tibi ſcriptum eſt eripe iniuria patientem, nonne tibi ſcriptum eſt eripe pauperem? egenum de manu peccatoris liberate.* — D. Ambr.

Iudices etiam ſint diuites vt contemptui non habeantur.

Prouide ex omni plebe viros potentes. Pag. *viros fortes*, Vatab. *diuites*, cui adhæret Iſidor. Clarius, nec immerito ſic legere: alligata enim eſt opibus fortitudo, adnexa vis diuitiis, vt non ſemel fortitudinis nomine opes in ſcr. ſignificentur, Iob 5. & bibent ſitientes diuitias eius. Sept. abſorbeatur eorum fortitudo, Soph. 1. erit fortitudo eorum in direptionem. Cald. erunt diuitiæ eorum in ſpolium, Iſai. 19. fortitudinem gentium comedetis. Oleaſt. opes gentium comedetis, Iſai 5. & viri fortes. Cald. viri diuitiarum: fortitudinem nouit & Sathan, qui pugnam cum Chriſto iniens regnorum mundi aliam opumque oblatione ſe illi oppoſuit, dicens, hæc omnia tibi dabo, ſed hoc ſolum tanquam cæteris fortius, vltimo loco dicit; quod ita expendebat S. Chryſoſt. hom. 13. in Math. *Quaſi omnibus vitiis fortiorem pecuniarum cupiditatem poſtremo loco poſuit, acutè iam quidem & ab initio certaminis id ipſum meditatione parturiens, extremum vero illud reſeruans, quaſi quod omnibus eſſet valentius iudicaret*, en vt rectè vbi alij vertere fortes, alij reddidere diuites! ſed cur diuites eſſe debent iudices? iam vnam in medium adduximus rationem, aliam proferamus, nempe vt contemptui non habeantur, ſed in honore, & reuerentia, nam licet quis virtutibus & meritis emineat, ſi tamen paupertate prematur, hominum ludibrio obiicitur. hinc Cald. vbi Geneſ. 13. verſ. 2. legitur, *Abraham erat valde diues*, reddidit, *erat valde honoratus*, quaſi qui diuitiis abundat, honorari ab omnibus debeat. — S. Chryſt.

Mulieres nullo modo ad iudicaturæ dignitatem aſſumi debent.

Prouide ex omni plebe viros potentes, neſcio cur poſuit viros, ſatis enim erat dixiſſet prouide potentes, Deum timentes, in quibus ſit veritas, vt populum iudicent: nam facile intelligi poſſet, quod viri deberent eſſe iudices deligendi. poſuit tamen viros, vt innueret nullo modo mulieres ad iudicaturæ officium aſſumi debere, obſeruatio eſt Caiet. *Viros inquit non mulieres, quoniam regimen mulieris peſſimum eſt, adeo vt ſecundum naturæ curſum communem loquendo nulla in muliere affirmetur virtus: Sept. Ethicorum.* — Caiet.

Iudices à principibus deligendi.

Prouide ex omni plebe viros potentes, qui iudicent Iſraelem, cur ipſe Moyſes prouidere debet iudicaturos? ſortem inter ſe mittant Iſraelitæ, ne ſi vnus, non alij ad dignitatem hanc euehantur à Moyſe, ſibi plurimorum odium conciliet & inimicitiam: rectè conſulit Iethro Moyſi, vt ipſe prouideat iudices ſuper populum, quia hi à principibus eligendi, ſic apud Caſſiodor. 106.

Cassiod. Caſſiod. lib. 8. Epiſt. 22. *Regalis eſt prouidentia tales iudicum perſonas eligere, vt ad comitatum, neceſſitatem non habeat vilipendi quos in longinquis regionibus contigerit immorari.*

Optimos eſſe decet iudices.

107. *Prouide ex omni plebe viros potentes*, Cald. *viros virtutis, timentes Deum in quibus eſt veritas.* Sept. *viros iuſtos*, nonne ſufficit vt ſint potentes ad coercendam prauorum malitiam, nec perſonarum acceptores, vt æquiſſimam ſemper ferant ſententiam? cur viros etiam iuſtos oportet eſſe? quia vt recte ſuo munere fungantur, optimos decet eſſe, ſic apud eumdem Caſſiod. Aurelius Senator, lib. 6. Epiſt. 23. *Inter hæc præclara faſtigia, optimum eſſe iudicem decet. quando non poteſt ſe occulere qui inter frequentes populos cognoſcitur habitare, factum tuum erit, ſermo ciuitatis, dum per ora populi fertur, quod à iudice actitari contigerit.*

Legum periti iudices ordinandi.

108. *Prouide ex omni plebe viros potentes*, Cajet. *tu autem prouide ſuper eos ſapientes*, neſcio cur hæc circumſtantia requiratur in iudicibus, cum nihil certius quod præſuppoui debeat, quis enim dubitat iudicem ſapientia debere eſſe præditum? quomodo enim iudicium feret niſi ſapiens? expreſſit nihilominus hanc circumſtantiam vt ſit ſapientia in iudice, id eſt legum peritia, debent enim iudices legum & conſtitutionum ſcientiam habere, ita ſentiebat rex Athalar. apud Aurelium Senatorem libr. 8. Caſſiod. Epiſt. 18. *Profeſſionem eſſe conſtat iuſtitiæ, legum peritos iudices ordinare*, quia vix poteſt negligere, qui nouit æquitatem, nec facile erroris vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauerit.

Nullus iudicatura nec cuiuſlibet alterius magiſtratus faſtigium ambiat.

109. *Prouide ex omni plebe viros potentes, timentes Deũ, in quib' e veritas*, Sep. *viros iuſtos*, ſed quid colligere poſſumus ex homine cũ tot virtutibus euecto ad iudicaturæ dignitatẽ? an quod illam ambierit, quod varia interpoſuerit media, vt eam conſequeretur? nequaquam, imo inferre debemus, quod tot virtutibus illuſtris, ad illã debire vocatus fuerit. hanc illationem habet Philipp. Abb. lib. de dignit. Cleric. c. 8. Philippus Abbas. *Videtis hos principes nimpe tribunos, centuriones, &c. ad gradum digniorem non impetu propriæ voluntatis prouectos, ſed ordine diuino electos, ipſamque dignitatem non eorum lenocinari affectui, ſed fidelium ſeruire profectui, cum enim qui electi ſunt timere Deum, & amare veritatem, & auaritiam prædicentur odiſſe, conſtat nimirum dignitatis faſtigium eos non ambiſſe.*

Conceptus de veritate, & odio auaritiæ iudicum, inferius conſule.

VARIET. LECT. Verſ. 22.

VVlg. Qui iudicent populum omni tempore, quidquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantum iudicent, leuiuſque ſit tibi partito in alios onere.

Sept. Verbum graue referent ad te, quæ autem ex negotijs breuia fuerint, iudicabunt ipſi, & alleuabunt à te, & ſuſcipient onus vna tecum.

Cald. Omne negotium quod fuerit magnum referent ad te, omne autem negotium paruum ipſi iudicabunt, & alleuabunt à te onus, & ſupportabunt tecum.

Cald. Vt illa leuent te labore, tecumque ſimul perferant.

Pagn. Vt ad alleuandum te, ferent tecum.

Arias. Et alleuia à te.

CONCORDIA.

EST הקל imperatiuus hiphil, à verbo קלל Kalal, & redditur alleuia, ſed idem eſt ſenſus eum vulg. nec non cum alijs lectionibus, nam illud quidquid maius, idem eſt quod res vel negotium.

EXPOSITIO.

QVi iudicent populum, ſine intermiſſione aliqua culpabili, & abſque dilatione litium & negotiorum, *quidquid autem maius fuerit*, tum difficultate & obſcuritate negotij, tum grauitate rei de qua agetur, *referant ad te*, nempe iudices ſub te inferiores & ipſi minora tantum iudicent, ſic tamen quod inter hos iudices ſubordinatio ſit, itaque ſi ille decanus nequiuerit cauſam eorum qui ſub ſe eſſent dirimere, recurſus fieret ad quinquagenarium, *leuiuſque ſit tibi partito in alios onere*, communitatis quippe onera in plures diſpertienda ſunt, vt leuius ferantur & eorum munia commodius exequantur.

CONCEPTVS.

Princeps iudices conſtituat, vt ſuo conſulat Regno, & ſuæ incolumitati.

Qui iudicent populum omni tempore, leuiuſque ſit tibi partito in alios onere, nonne ô Iethro, generum exigui animi, quod iudicaturæ labori ſufficere non poſſit, arguere videris? vel infirmæ voluntatis, quod hunc laborem in bonum reipublicæ ſuſcipere nolit, 110. cum ei conſulis ſub ſe plures conſtituere iudi-

ces? non dettahens ipſius animo hoc ita expe- A dire dicit, ſed vt ſuæ vtilitati & reipublicæ, imo & ſaluti ſuæ hoc modo conſulat, ait enim, leuiuſque ſit tibi partito in alios onere: hoc docet Philo lib. de creat. principis, concludens quod niſi principes, iudices & magiſtratus, ſubdelegatos conſtituerint, publicis labo-

Philo. ribus minime ſufficient, quamuis firmiores Athlante humeros incumbenti negotiorum ſubieccerint, ſubiicio illius verba. *Vnus enim non ſufficit, quamuis alacer fortiſque corpore ſimul & animo in tanta mole negotiorum ac multitudine, quotidie alijs affluẽtibus ſuper alia: proinde aſſumẽdi ſunt optimates electi ſpectatæ prudentiæ, fortitudinis, iuſtitiæ, pietatiſque incorrupti, & ante omnia inſenſi ſuperbia: nam huiuſmodi viri* B *maxime idonei ſunt ad ſubleuandum ope ſua bonum honeſtumque principem.* Nouerat quidem hæc Athalaricus apud Caſſiod. lib. 8. Epiſt. 9. qui ſic loquitur, *Senes ipſi ſapientiam diſcunt,*

Caſſiod. *& à maturis in commune quæritur, quod pro omnium vtilitate tractatum,* concludit, *ſolatium curarum ſibi frequenter adhibent maturi Reges, & hinc meliores æſtimantur, ſi ſoli omnes non præſumunt.* pulchrè quidem, *hinc meliores æſtimantur,* quid enim principibus melius, quid ſapientius, quam nolle ſibi omnia prudentiæ munia adhibere, ſed optimorum iudicum & aliorum magiſtratuum labore & induſtria vti?

Princeps ſuis iudicibus & magiſtratibus ſic vtatur, vt totam vim dominationis pænes ſe retineat. C

Qui iudicent populum omni tempore, ſed ô Iethro, ſi à Moyſe auctoritatem accipiant, vt ad

111. libitum populum iudicare valeant, quaſi ea ſpoliatus cenſebitur; nec tam amplius habere imperium in populum: & iudices, ei quas leges volent, imponent, præcepta conſtituent, & ad ſuum nutum eum circumducent, & quaſi vincula inferent, vt non quod ſibi, ſed quod illis placitum exequantur: hoc tibi perſuaſum non habeas, nam Moyſes princeps populi, ſic magiſtratibus ſuis, & iudicibus vtitur, vt totam vim dominationis pœnes ſe retineat, ſicut cordatiſſimorum mos eſt principum, nam iudices & magiſtratus debent eſſe velut v[illegible], quæ corpus ſequuntur, ſicque ſicut [illegible] corpus, non corpus vmbram ſe[illegible] principem, ductorem ſemper & [illegible] habere debent, hæc quippe or- D [illegible]ma diſpoſitio & pulcherrima rerum fa[illegible] eſt, quæ ſuam cuique muneri perſonam, & perſonæ ſuum cuique munus tribuit, quid enim ordine pulchrius, & diuinius, & magis neceſſarium? audi Greg. Nazianz. orat. 26. *Ordo omnia conſtituit, & colligauit ordo cæleſtia, & terrena continet, ordo in iis quæ animo & ratione intelliguntur locum habet, ordo in iis quæ ſenſu percipiuntur, ordo in Angelis, ordo in aſtrorum motu, magnitudine, mutua relatione, & ſplendore: alia enim gloria eſt ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum,* & poſt nonnulla, *ordo cunctis animantibus ortum & alimentum, ſedeſque vnicuique aptas, & congruentes indixit, & quaſi lata lege præſcripſit, ac ne Delphinum quiſquam arua ſulcantem vidit, nec bouem per aquas lubricum iter carpentem, quemadmodum nec ſolem noctu de-*

S. Greg. Naz.

creſcentem, vel augeſcentem, nec rurſus lunam mortalibus interdiu prælucentem: ergo vt ordo in re omnium maxima ſeruetur, rex corpus ſit, alij magiſtratus vmbræ, ille regnet, imperet, & ſolus gloriam interdum mortalibus prælucentis habeat, hi vero velut vmbræ corporum ductum ſequantur, ac velut luna à ſole lumen accipiant.

Vnicum præcipuorum iudicum, aduerſus omnia diſcrimina munimentum, timor Dei.

Qui iudicent populum omni tempore, inter hos 112.
iudices alij inferiores, alij ſuperiores, & præcipui: nonne anceps principum ingenium, varium ſemper atque mutabile? quis plurium inuidiam? quis noxias plurimorum artes, lethali ſucco imbibita ſpicula? quis ipſiuſmet altitudinis prærupta, faſtigiique faſtidia & aſſiduæ tormenta? quis fortunæ libidinoſæ negligentiſque mancipiorum ſuorum dominæ ludibria vincere queat? vis noſſe, inſpice quid dixerit Iethro Moyſi, prouide de omni plebe viros potentes, & timentes Deũ, pende, *Deum timentes*, vis ergo noſſe quis magiſtratus, quis iudex etiam præcipuus antedicta ſuperare poterit, is omnino qui Deum primum quam principem timuerit, atque omnia diſcrimina non tam humana, quam diuina ſapientia & ope vitare curauerit: hæc accipe à Salomone principe ſic primates inſtituente Prouerb. 24. *Time Dominum fili mi & regem, & cum detractoribus ne commiſcearis, quoniam repente conſurget perditio eorum*, verum quid in originibus ſit pro illis verbis & cum detractoribus prius obſerua, Iſidorus Clarus,
enimvero Iſidorus reponit cum variantibus, Cajet. cum mutatoribus, Cald. cum ſtultis: iam ſi inquiras quid ſibi velit Salomon, cum monet non eſſe variandum, mutandum aut aliter agendum, reſpondent ſapienter interpretes, id eſſe omnino referendum ad ipſam dictionis ſeriem, & ordinem timendi ſignate præſcriptam, vt Deus primum & poſt Deum princeps timeatur; time Dominum, inquit, & Regem, id eſt Deum prius, ſubinde vero principem, ita vt fides Deo Domino ſeruetur, eiuſque amori, & timori principis amor & timor vndique ſubiiciatur. quod equidem monitum magiſtratibus ſic diſertiſſime dedit Greg. Naz. S. Greg. Nazian.
orat. 27. *Aulici proceres & ſublimibus thronis & dignitatibus inſignes, fidem imperatoribus ſeruate, ſed prius Deo, propter quem etiam cõmiſſi, & traditi eſtis*, opportune vt dixit Mag. Theologus ſeruanda quidem principi fides, deferendus ei honor & cultus eſt, verùm in his omnino rebus, quæ Dei fidei & legi non aduerſantur.

Iudices & magiſtratus in rempublicã non concupiſcentiæ amore, qui propria cõmoda reſpicit, ſed vera amicitia in populum ferantur.

Qui iudicent populum omni tempore, quid? ma- 113.
giſtratus & iudices, omni tẽpore occupati debent in litigantium contentionibus dirimendis & cõponendis? nonne ſuis cõſulerẽt familijs? an cura facultatum demittenda? & ſoli reipublicæ vacandũ? ait Iethro, vt iudicẽt populũ omni tempore: nam magiſtratus & iudices in rempublicam non amore concupiſcentiæ, qui propria cõmoda reſpiciat, ſed vera amicitia in

eam ferri debent, in cuius confirmationem ſit, illud quod refertur Luc. 4. nempe quod ſurgens Ieſus de Synagoga, intrauit in domum Simonis. Socrus autem Simonis magnis tenebatur febribus, & rogauerunt eum pro ea, ſi attendas tam ibi quam Matth. 18. non dicitur quod Dominus à Petro in domum ſuam fuiſſet deductus ob ſalutem ſocrus ſuæ reddēdam, ſed ſponte, non vocatū veniſſe: ſed cur qui pro ipſa, Domino domum ingreſſo, rogauit, noluit prius adducere, vt quantocyus ſanaretur ſocrus? an ille ad morem vulgi ſocrui ſuæ erat infenſus? apage! ſed qui Dominum ſiue in Synagoga ad omnium vtilitatem commorantem ſiue aliorū morbos depellentē videbat, minime ſuum illi negotium obtrudere, ſed tanquam optimus futurus omnium prælatus & iudex, vtilitati, cui Dominus intendebat, poſtponere voluit. ita obſeruat B. Chryſoſt. hom. 28. in
S. Chryſoſt. Matth. *Tu autem hic ſummam Petri in Christi reuerentiam conſidera, nam cum ſocrus ſua domi iaceret, calore febris arderet, non traxit eum in domum, ſed expectauit quouſque concionem ſolueret, ceteroſque homines qui ad Chriſtum confugerant curaſſet, & tunc demum cum intraſſet, Dominū rogauit*, teddit rationē, *ſic enim ſtatim ab ipſis initiis aliorum commoda, ſuit vt proponeret, inſtructus, quaſi ad id vtilitatis publicæ gratiâ adductus.*

Veri magiſtratus & iudices, non proprio, ſed principis nomine negotia expediant.

114. *Qui iudicent populum omni tempore* cuius nomine? tuo ô Moyſes non ſuo, nihil enim magiſtratibus, iudicibus, & aliis ſuper quoſcumque in dignitate conſtitutis, tam in animo & præ oculis habendum, quam ſui principis miniſtros eſſe, qui principis nomine audiant, loquantur, negotiorum expeditioni interſint, vt quæcumque faciant, dicant, decernant iudices, non ſuo ſed principis arbitratu egiſſe videantur. quam bene Ioab belli dux, quia præcipua dignitate bellica fulgebat, ex Dauidis regis beneuolentia, adeo gloriæ ſuæ zelator extitit, vt regis Ammonitarum vrbe, quam obſidione cingebat pænè capta, principem ſuum acceſſierit, vt gloria exitus & extremæ manus ei relicta, nemo alius præter ipſum & dimicaſſe, & viciſſe videretur. rectè hæc omnia annotauit S. S. Petrus Damian.
Petrus Damian. lib. 6. Epiſt. 9. ad finem, vt à filiorum ſæculis in ſuos principes obſeruantia, religioſos viros de gloria decertantes, nec ſe prælatis qua par eſt modeſtia ſubiicientes, opportune coarguat; ergo ſic ait, *Certe cum Ioab contra Rabaath Regem Ammon robuſte confligeret, vrbemq; regiam obſidione vallaret, nuncios ad* 2 Reg 12.
Dauid ordinat, eumque vt veniens victoriam in ſuum transferat nomen, inuitat, dimicaui, inquit, contra Regem Rabaath, & capienda eſt vrbs aquarum, nunc igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciuitatem, & eam cape ne cum à me vaſtata fuerit vrbs, nomini meo adſcribatur victoria. 2. Reg. c. 12. *militaris homo ad regalis gloriæ famam gaudet ſui laboris transferre victoriam, Herodes & Philippus vrbes proprio labore conſtructas ad honorem, alter Auguſti, alter Tiberii Cæſaris appellarunt, & nos qui vitæ huius pompam abiecimus, imo qui mundo mortuos nos fore iurauimus, vani nominis glorıolas concupiſcimus & de rumuſculis friuolæ laudis inflammamus.*

Iudices ſint ſemper ad iudicandum parati.

Qui iudicent populum omni tempore, nimium & intolerabile onus iudicibus imponis, vt toto die populum iudicent; quis, licet ſit marmoreus aut æneus, id poterit ſuſtinere? tum, quot aliis ſuarum familiarum negotiis diſtrahuntur? impoſſibile ergo vt omni tempore ius populo dicere valeant: non ſumendum ſic omni tempore, nulla intermiſſione facta, ſed quod ad iudicandum ſemper parati eſſe deberent, *Admonentur hic iudices* (inquit Oleaſt.) *paratos ſemper eſſe ad iudicandum, ne populus remoretur* Oleaſt.
in expectando iudice aut iudicio. 115.

VARIET. LECT. Verſ. 23. & 24.

V*Vlg.* Si hoc feceris, implebis præceptum Dei & præcepta eius poteris ſuſtentare, & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace.

Sept. Si verbum hoc feceris, corroborabit te Deus, & poteris conſiſtere, & omnis populus hic ad locum ſuum cum pace veniet.

Cald. Si verbum hoc feceris, & præceperit tibi Dominus, poteris ſtare, omnis quoque hic populus ibunt in pace.

Pagn. Si hoc feceris & quæ tibi præcepit Dominus poteris ſtare.

Vulg. Quibus auditis, Moyſes fecit omnia quæ illi ſuggeſſerat.

Sept. Audiuit Moyſes vocem ſoceri.

Cald. Acquieuit verbo ſoceri ſui.

CONCORDIA.

VT patet, alium habere ſenſum videntur Heb. à vulg. in his verbis, ſi hoc feceris ea quæ tibi Dominus præcipit poteris ſtare, quæ tamen contraria non ſunt, ſi hoc modo expoſuerimus, ſi feceris rem hanc, poteris audire præcepta Dei, ſeu vocabit, vt audias quæ præceperit Dominus, & poteris ſtare, nam Dominus dixerat ei, ſcilicet quod cadendo caderet, & quod eſſet populo coram Deo, vt ſcilicet venire faceret eos ad Deum, annuntiaret illis ſtatuta & leges Dei, & hæc duo explicat modo præpoſtero ordine, ſi feceris quæ conſulo, poteris audire quæ Dominus præcipiet tibi, id eſt præcepta quæ dederit tibi ad populum, & non cadendo cades, id eſt poteris ſtare, & laborem ferre: ac ſi dicat modo ob multitudinem cauſarum, vix potes audire præcepta Dei & leges eius, ac docere eas, & ſimul ſtare, ſed ſi

mihi credas, ſcilicet in diſtribnendo indicandi onere, vt maiora tantum iudices, per tempus licebit, ad anuunciaada Dei præcepta, hic A autem ſenſus vulg. non contrariatur, vt videre erit in expoſitiuue.

EXPOSITIO.

SI *hac feceris*, quæ tibi ſincero animo conſului, implebis præceptum Dei quantum ad munus ius dicendi populo, *& præcepta eius poteris ſuſtentare*, ſiquidem quando ſolus vniuerſis cauſis attendis, tota die occuparis, & propterea tibi minus vacat, minuſque idoneus redderis perceptioni diuinarũ reuelationũ & præceptorum; ſi ergo hoc feceris oneri non ſuccumbes, ſed poteris munus à Deo tibi commiſſum ſuſtinere, *& omnis populus reuertetur ad loca ſua in pace*, ſic enim omnes poterunt finiri lites, & controuerſiæ, quibus ſopiendis vnus non ſufficit, quibus auditis & libenti animo admiſſis eo modo omnia diſpoſuit quo ipſe Iethro conſuluerat.

CONCEPTVS.

Humilitas maxime in ſupremis principibus commendanda.

116. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, quibus auditis, Moſes fecit omnia quæ illi ſuggeſſerat, quis ille, qui ita acquieuit monitis Iethro, imo vt vertit Pag. paruit? Moſes miraculorum poteſtate inſignis, à ſublimitate doctrinæ, à ſanctitate, & à familiaritate cum Deo multum commendatus, & qui totius Iſraeliticæ reipublicæ habenas tenebat: cur paret? cur obedit alienigenæ, cum potius ei omnes præſtare deberent obedientiam? ſane in hoc multum commendabilis, qui cum eſſet princeps ſupremus & ſapientiſſimus, humiliter alterius monitis & documentis paruit. bene

B.Auguſt. Auguſt. qoæſt. 68. in Exod. *Inſinuatur hic humilitatis exemplum, quod Moyſes cum quo loque-* C *batur Deus, non faſtidiuit, neque contempſit alienigenæ conſilium.* Et Orig. *fecit omnia, vt formam humilitatis omnibus principibus daret.*

Principes iuſti, quæ conformiter legi Dei reſpondent, libenter obediant.

117. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, quibus auditis fecit omnia quæ illi ſuggeſſerat Iethro. quid, ô Moyſes, quæ à ſacerdote idolorum ſuggeruntur, non reiicis tanquam tibi noxia? imo paruit, vertit Vatab, nec mirũ, principes enim iuſti, qoæ conformiter legi Dei reſpondent, libenter admittunt, *Habebat Moyſes vir Dei*,

Lippom. inquit Lippo. *legem Dei, quæ aliud non eſt quam voluntatis Dei cognitio in corde ſuo ſcripta, iuxta quam omnia dirigebat: ſi igitur Iethro dixiſſet aliquid contrarium huic legi minime recepiſſet.* D

Optimorum magiſtratuum & iudicum, etiam principibus verum dicere.

118. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, quidnam hoc quod à Moyſe perficiendum? eligat indices potentes, in quibus ſit veritas, an ſolum reſpectu populi iudicandi? an ſolũ reſpectu ſui ipſius? imo & principum: nonne timidè quæ ad principem falſa perueniunt, non audent ipſi aulici corrigere, & contrarium ſuadere? vix enim regis limen intrat veritas, ſic exclamante

S. Petrus Dam. Petr. Damiano opuſ. 58. ô infœlix & deceptioni ſemper obnoxium humanæ faſtigium dignitatis, enimvero hoc inſitum aulæ principũ B malum eſſe videtur, vt quod regium limen exceperit, eius oculos velut peſtifero inficiat halitu, aut potius animum vireſque corrumpat, ne verum cognoſcere, ſiue cognitum manifeſtare velit: quaſi eadem aulæ ac lupi conditio ſit, dum hic quem prior videt elinguem & mutum facit; ſi ergo iudices pluries aulas principum freqoentant, quomodo in eis erit veritas? quia ab aulicorum moribus diſſimiles eſſe debent. qui ſolum ſciunt adulari, blandiri, nequaquam autem verum dicere; ſecus autem optimus magiſtratus. quemdam ſic laudibus efferebat Theodoric. rex apud Caſſiod. lib. 8. Caſſiod. c. 9. *Tu nullos ambiguis reſponſis fallebas, amaſti in dicendo patientiam, in ſuggeſtione voluntatem, ſæpe quæ ad te ſal ope uenerant, recti ſtudio corrigebas & quod rarum confidentia eſt. interdum* C *reſiſtebas contra vota principis, ſed pro opinione Rectoris* ô egregium apud principem ingenium! ô præclarum magiſtratum!

Ita verax debet eſſe iudex vt quaſi ſit ſponſus veritatis.

Si hoc feceris implebis præceptum Dei, nempe ſi partito onere prouideas populo viros potentes, vt cum omni tempore iudicent: an ſolum requiritur in iudicibus potẽtia? non equidem, ſed in quibus ſit veritas; in Hebræo eſt viri veritatis, qui eſt vir mulieris, ſponſus illius eſt, iudex ergo cum ſit vir veritatis, illius ſponſus dicendus erit, quidni? cum ita verax debeat eſſe iudex, ac ſi ſibi ipſi veritatem deſponſaſſet. 119.

obſeruatio eſt Cajet. *Clarius habetur in Hebræo* Card. Cajet. *viri veritatis, ſicut dicitur vir ſanguinum qui effuſor eſt multi ſanguinis, ita dicitur vir veritatis,* D *qui ſectator eſt veritatis, & quod ſit verax tum dicendo tum faciendo quod dixit, & veritas rerum geſtarum, teſtium, & eiuſmodi, inueniat locum ſuum apud eum hæc enim duo requiruntur ad virum veritatis.*

Veritas à quocumque iudice dicta, admittatur.

Si hoc feceris implebis præceptum Dei, nempe ſi conſtitueris tribunos, quinquagenarios, centuriones, &c. omnes hi ſupremi & infimi iudices debent ne eaſdem eſſe conditionis, nempe vt ſint conſtantes, timentes Deum & veraces? ita ſanè, verum ab infimis his iudicibus dicta veritas admitteturne? quis dubitat? cum à quocumque etiam infimæ conditionis prolata ad- 120.

mittenda eſt, *A quocumque verum dicitur* (inquit S. Aug. B. Aug. in Epiſt. ad Hieron.) *illo donante dicitur qui eſt veritas, & ideo recipienda.*

Index ſemper perſpectæ, & exploratæ veritati obſequatur.

131. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, licet aliqua conditio ex his quas expreſſiſti, deficiat in iudicibus eligendis, nonne adimplebit imperium Dei? nequaquam, oportet enim vt ſint potentes, fortes, conſtantes, Deum colentes, in quibus ſit veritas: ſed an in eis ſolum erit veritas formaliter? an cum eam perſpectam in litibus & controuerſiis habuerint, diſſimulare poterunt? an ab ea ſe auertent? imo et perſpectæ & exploratæ ſtatim obſequi, & in ea conſtanter perſtare tenentur: id monet S. B. Cyprian. Cyprianus in Epiſt. ad Iulian. *Sapientibus & Deum timentibus* (quales erant iudices à Moyſe Clemens Alexand. deligendi) *congruit patefactæ & perfectæ veritati libenter atque incunctanter obſequi*. ad quam rem opus eſt non paruo robore animi. hinc noſtri iudices deberent eſſe conſtantes, ait Clemens 7. ſtrom. *Opus eſt autem vt opinor amatore virtutis, robore animi, neceſſe eſt enim labi etiam in maximis eos qui res maximas aggrediuntur, niſi regulam veritatis ab ipſa veritate tenuerint.*

Modus etiam in iudicibus veritatem habendi, eſt quod ſint humiles.

132. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, conſtituens ſcilicet iudices, potentes, Deum colentes, in quibus ſit veritas, addit odientes auaritiam. Sept. ſuperbiam, cur immediate poſtquam dixit in quibus ſit veritas, addidit & odientes ſuperbiam? quia niſi à te abſit ſuperbia, nec in te humilitas nec veritas ineſſe poterit: medium enim eam obtinendi eſt vt ab omni faſtu, & arrogantia ſis alienus. Sic docet B. S August. Auguſt. Epiſt. 51. ad Dioſcorum, *Non aliam tibi ad capeſſendam & obtinendam veritatem, viam munias, quam quæ munita eſt ab illo qui greſſuum noſtrorum tanquam Deus videt infirmitatem, ea autem prima eſt humilitas.*

Iudices in quibus non ſolida, ſed ficta veritas, tanquam nociui cito deficient.

133. *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, adimple ergo, ô Moyſes, viros conſtantes, & in quibus ſit veritas, eligens, quænam? legitima vel fucata? ſolida vel ſimulata, qualis in pluribus reperitur? non ſimulatam, ſed ſolidam exigit, iudices enim qui ſimulationibus ſtudent, & ſub ſpecie veritatis decipiunt, tanquam omnibus nociui cito graues daturi pœnas miſere pereunt. teſtis ſit Abſalon qui 2. 2. Reg. 15. Reg. 15. dicebat, quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me veniant omnes, qui

A habent negotium, & iuſtè iudicem? quid contigit? vix ad hanc dignitatem peruenit & ex arbore ſuſpenſus miſere animam efflauit cuius S Iſidorus Peluſiota rei cauſam annotans Iſidor. Peluſ. lib. 3. Epiſt. 219. ait, *Abſalon quidem à diuina iuſtitia ſupplicio affectus eſt, quod exauctorandi patris cauſa probi iudicis ſpeciem præ ſetuliſſet, ſub liroſque pereiuſmodi lenocinium ſibi deuinxiſſet.* Itaque dum Abſalon non veritatem, ſed ſpeciem tantum referret probi iudicis, vt ſic animos populares traheret, quam primum à diuina iuſtitia è regno fuit exterminatus.

Omnis veritas deberet eſſe in iudicibus.

B *Si hoc feceris implebis præceptum Dei*, vult enim à te eligi viros, in quibus ſit veritas, ſed quæ veritas eis inerit? nam triplicem agnoſco, veritatem vitæ, ſecundum quam quis viuit iuxta rectæ rationis conformitatem fundatam in diuinis mandatis, & iuribus humanis; veritatem iuſtitiæ, ſcilicet in reddendo vnicuique quod ſuum eſt; & veritatem doctrinæ, ſecundum quam aliquis ita docet, vt veritas ſe habet, in quacũque arte aut conditione doceat. quæ veritas ab aliquibus veritas nuncupatur doctrinæ, quæ quidem veritates ad eum quæ eſt virtus moralis, facile reducuntur. an omnis hæc veritas iudicem ornare debet? affirmatiuè reſpondet Noſter Lyranus, *Sit veritas triplex vita, iuſtitiæ & diſciplina.* 134. Noſter Lyranus.

C *Iudex alios caſtigaturus de aliquo delicto, ſit ab eo immunis.*

Si hoc feceris implebis præceptum Dei, conſtitue ergo, qui iudicent populum omni tempore, viros potentes, & in quibus ſit veritas! dummodo Dei præcepta, leges & conſtitutiones, iuxta quarum præſcriptum ius dicent populo, non ignorent, nonne ſatis eſt vt optimi ſint iudices? ſuum vnicuique reddant? cur adhuc exigitur vt in eis ſit veritas, cum omnis homo ſit mendax? nonne plures in iudicium propter mendacium vocandi & puniendi? merito ergo vt ſint veraces requiritur, quia iudex alios caſtigans de aliquo delicto, ab eo debet eſſe immunis, *Hæc adhuc conditio in iudicibus* (inquit Oleaſter,) *requiritur vt ſint viri veritatis, quoniam qui mendaces caſtigare debet, longe debet* D *eſſe à mendacio*. & B. Ambroſius in lib. ſup. beati immaculati in via, *cum vnuſquiſque*, inquit, *ſuorum ſit conſcius peccatorum, quomodo poteſt de alterius iudicare peccato? iudicet de alterius errore, qui non habet quod in ſe ipſo condemnet; iudicet ille qui non agat eadem quæ in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat in ſe ferat ipſe ſententiam, iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur.* 135. Oleaſt. D. Ambr.

VARIET. LECT. Verſ. 25. 26. & vltimi.

V*Vlg.* Et electis ſtrenuis viris de cuncto A Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos, & centuriones & quinquagenarios, & decanos.

Sept Et elegit Moyſes viros potentes ex omni Iſrael, & fecit eos tribunos.

Cald. Elegit viros virtutis, *teſte Auguſt. poſt decanos, legitur & ſcribas.*

Pagn. Elegit viros fortes, & poſuit eos capita ſuper populum.

Aria. Dedit eos capita ſuper populum principes millenorum, principes centenorum, principes quinquaginta, & principes decem.

Vulg. Qui iudicabant plebem omni tempore, quicquid autem grauius erat ad eum referebant, faciliora tantummodo iudicantes.

Sept. Omne verbum graue referebant ad Moyſem, omne autem verbum leue adiudicabant ipſi.

Cald Negorium quod erat graue referebant ad Moyſem, & omne negotium quod erat paruum, iudicabant ipſi.

Pag Ardua referebant ad Moyſem, *Theod.* Negocium moleſtum.

Mont. Rem duram adducent ad Moyſem.

Vulg. Dimiſitque cognatum ſuum qui reuerſus abiit in terram ſuam.

Pag. Et dimiſit Moſech ſocerum ſuum & abiit.

CONCORDIA.

SEpt. & Vulg. non videntur inter ſe conuenire, cum vulg. dicat, & conſtituit eos principes tribunos, ſed hæc vox *principes* generica eſt, quæ tribunos & centuriones cōprehendit, non alium ab iis magiſtratum, quia ſupra Verſ. 21 nulla principum mentio facta eſt, neque aliud hic videtur eſſe, conſtituit eos principes, vel vt eſt in Hebræo, capita populi, quam quod vbi Verſ. 2. dictum eſt, conſtitue ex iis, vel vt in Hebræo habetur, conſtitue ſuper eos tribunos: tum ſi diuerſus eſſet à ſequentibus, magiſtratus, dictum fuiſſet, principes populi, & tribunos, copulatiua particula interpoſita, vt proinde vel ex huius particulæ omiſſione, ſatis detur intelligi, vocem primò genericam poſitam, quæ deinde in diuerſas magiſtratuum ſpecies diuidatur, & ſic recte hoc iudicant, Sept. vertentes καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ἐπ᾽ αὐτῶν, & fecit eos ſuper eos tribunos. Neque obſtat quod aliqui legātur fuiſſe principes tribuni, hi enim principes tribuni, nuſquam vocantur tribuni populi: adde principes tribunos vti & principes familiarum, non B videri magiſtratum geſſiſſe, aut iudicandi poteſtatem habuiſſe, ſed dignitatis tantum prærogatiuam & præeminentiæ ius habuiſſe, & in conuentibus in quibus res ad tribus, aut familias pertinentes, tractabantur, ius totam tribum, aut familiam repræſentandi. Itaque ſi qui fuerint qui integræ tribus iudices extiterint, hic non videntur indicari. certum eſt à Sept. in quibuſdam codicibus, teſte Auguſt. quæſt. 69. in Exod. poſt decanos adiungi aliud quoddam præfecturæ vel genus officij, γραμματεισαγωγεῦς, cum tamen nihil ſimile habeatur in Hebræo, tamen videri poſſunt illud adieciſſe ex Deuter. 10. Verſ. 15. vbi ad hunc locum alluditur, & in Hebræo principibus adiunguntur שטרים Schoterim pro quibus tam ibi, quam alibi ſæpius Sept. reddunt, γραμματεισαγωγεῖς, C noſter autem interpres doctores, vel magiſtros, qui autem fuerint hi ſcribæ, non errabis ſi dixeris, vel Notarios, vel quos vocant Secretarios, qui iudicum decreta, & ſententias ſcripto excipiunt.

EXPOSITIO.

E*Lectis viris ſtrenuis*, non ſatis clare habetur à ſolone Moyſe electi fuerint, an populi ſuffragiis: aliqui ſecundum id credibilius arbitrantur, ſed dicuntur hîc electi à Moyſe, ſic enim Sept. expreſſe, & ſelegit Moſes viros potentes, dicas fortaſſe vtrumque factum, vt & populus, eligeret binos, ternoſue ad quod D libet prædictorum munerum, è quibus deinde Moſes vnum eligeret, arbitratu ſuo. *Conſtituit eos principes populi decanos &c.* Eligebantur enim primum tribuni, deinde centuriones, quinquagenarii & decani, nam primum ſolertiſſimi quique, ac præſtantiſſimi eligendi erant, qui maioris momenti negotiis præficerentur, tum deinceps ne forte ſi à decanis res cæpta eſſet, in eo munere conſtituerentur, qui maxime eminebant, & ſic grauioribus officiis deteriores reſeruarētur, quinque iudices numerantur, apud quos populus res ſuas agere poſſet, primo enim apud decanum controuerſia mouebatur, indeque ad tribunum vſque, vel etiam ad Moyſem deuoluebatur, ſed ita res erat attemperata, vt non liceret homini priuato apud quinquagenarium ne dum apud Moyſem ſi voluiſſet cauſam dicere, ſed primum apud decanum, lis erat mouenda, à quo ad ſuperiores erat prouocatio.

Qui iudicabant populum omni tempore, quotidie ſcilicet, exceptis diebus feſtis, quibus ius dicere non liceret, quod forenſes controuerſiæ quietem deuotioni ac contemplationi debitam non parum turbent: quotidie inquam, vt facilius lites quæ plurimæ in tanto populo, & tanta rerum communicatione, quotidie exiſtebant, expedirentur, & vt gra-

cia quæ pœne ſemper litibus violatur, primo quoque tempore redderetur, *quicquid antem erat grauim referebant ad eum*, grauia quædam ſunt ex genere ſuo, nimirum quæ ad Deum & res ſacras pertinent, omnia enim huiuſmodi magna cenſentur, & hæc ad Moyſis iuriſdictionem directè, & immediate pertinebant, & ad eum ab omnibus iudicibus referenda erant: deinde ad eum ſpectabant omnes cauſæ in quibus benigna legis interpretatione vtendum, cuius Moyſes erat interpres, & ſecundum Deum legiſlator, tum etiam iu-

A dicia capitalia quæ natura ſua magna ſunt, vt pote ad hominis vitam aut mutilationẽ pertinentia, in quibus non niſi grauiter peccari poteſt, & peccato remedium adhiberi, tum demum ea quæ à tribuius ad eum per appellationem deuoluebantur, *Dimiſitque cognatum ſuum*, ſocerum ſuum Iethro volẽtem diſcedere *qui reuerſus abiit in terram ſuam*, non cum filio ſuo Hobab, qui diſcedẽte patre, apud Moyſem ſororis maritum, ipſo rogante, cum ſorore nepotibuſque non inuito patre, & rogante Moyſe, remanſit.

CONCEPTVS.

Decus alienum non ſibi vſurpandum.

136. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi*, quid? an admiſſo conſilio ſoceri ſui, illico viros illos elegit, non communicato auctore tanti conſilij, nomineque eius ſuppreſſo? nequaquam, imo aperuit ſocerum ſic ſalubriter ſibi conſuluiſſe, alienum enim decus non ſibi vſurpandum, *Hoc Raguelis conſilium*, (inquit Ioſeph lib. 3. cap. 3.) *Moyſes libenter admiſit, fecitque quicquid ille monuerat, non ſibi hoc commentum vſurpans, neque auctorem eius celans, ſed pro concione populo indicans cuius hoc inuentum fuerit, malens dignos laude ſua non fraudare, quam ſibi alienum decus vſurpare, vt hinc quoque virtutem eius concipere liceat.* Ioſeph.

Cauſæ litigantium non curſim ſed attentè à iudicibus examinentur. C

137. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos &c decanos*, qua de cauſa tot iudices ſubordinati? nonne multitudo iudicum reipublicæ oneroſa? conſtitue ergo ſolum tribunos, qui ad te grauiora referant negotia, leuiora autem ipſi iudicent. Non contentus tribunis, eligit & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, vt in multiplicibus ſubordinaris iudicibus, non curſim ſed attentè cauſæ litigantium ab eis examinarentur, *Conſidera* (inquit Oleaſter,) *quam examinatas voluerit ſenex prudens iuſtitia cauſas, vt prius decanorum iudicium ſubirent, poſtea quinquagenariorum, tertio, centurionum, & vltimo tribunorum.* Oleaſt.

Multiplicatis litibus multiplicandi iudices.

138. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos &c.* vt autem in quacumque tribu ferè perſpecta tibi ſit iudicum multitudo, vnaquæque tribus numerabit familias, quibus conſtabat, ex quo numero intellexis, quot ſibi decani, quinquagenarii neceſſarii erant: nam exempli cauſa, ſi in vna tribu quinque millia familiarum erant, eligebantur in ea quinque tribuni ſiue millenarii, quinquaginta centuriones, centum quinquagenarii, & quingenti decâni, & ita de cæteris prout tribus familiis paucioribus abun-

B darent: cur tanta iudicum multitudo? aduerte pœne innumerabiles fuiſſe in hoc populo lites, & controuerſias, nam quotidie ſedere iudicaturi tenebantur, quod aliàs non fieret, ſi cauſæ pauciores eſſent: ne mireris ergo tantam iudicum multitudinem, nonne multiplicatis litibus ipſi etiam multiplicandi ſunt? annuit Luſit. *Aduerte quod ſecundum cauſarum difficultatem iudices multiplicauerit, vt ad ſupremos mille, id eſt tribunos, ad inferiores centum ad alios infimos quinquagenarios & decanos, vt nos doceat pluribus oculis opus eſſe ad difficiliores quam ad alias cauſas.* Luſitan.

Inter iudices, & honorabiliores perſonas, rariores deberent eſſe lites.

Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, huiuſmodi iudicibus ſuberant priuatæ & leuiores cauſæ, & controuerſiæ non ita graues: quod ſi lites inter diuerſorum decanorum domos exiſterent, conueniebant decani ambo litemque dirimebant, niſi ad quinquagenarium intercederet appellatio, ad quinquagenarium adibatur. preme ſi ipſi decani inter ſe contenderent de re aliqua, quæ ad Moyſis iura directè non pertineret. Secundo ſi quis priuatus decanum in ius vocabat, coram quinquagenario eius iudice proprio agendum erat: vnde poſtmodum ad centurionem dabatur appellatio, eademque ratio erat centurionum in quinquagenariorum ſuorum cauſis & tribunorum in centurialibus, & Moſis in tribunitiis, ſed D hæ infrequentes erant; ſed cur pauciſſimæ? quia perſonæ erant admodum honorabiles ſapientia ac virtute inſignes, quas raro litigare contingit & ſi contingit, indecens eſt. 139.

Iudices non ſolum non debent eſſe auari, ſed & ipſius auaritiæ oſores.

Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, per hos ſtrenuos principes, eos intelligit in quibus conditiones requiſitæ à Iethro, inueniebantur, nemne quod eſſent viri potentes, timentes 140.

Deum, veraces, & odientes auaritiam: cur non ait, quod non ſint auaritiæ dediti? cur neceſſe quod etiam ipſam odio habeant? ita ſanè, licet enim in alijs ſufficiat, vt non ſit auaritia, at in iudicibus aliquid amplius requiritur, nempe vt illius ſint oſores eamque tuto animo deteſtentur, *Quamuis ſufficiat homini*, obſeruat Cajet. *non eſſe auarum,* Cajet. *non ſufficit tamen principi aut iudici, ſed oportet tam alienum eſſe ab auaritia, vt oderit ipſam,* addit Oleaſter, *nulla enim affio humana ita infeſtari iudices videtur, ſicut auaritia, ideo eam maximè fugere decet.*

Non ſolum quomodocunque iudex auaritiam odiſſe debet, ſed perpetuis odij actibus.

141. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos,* &c. Cajet. *viros potentes,* Oleaſter, *elegit viros virtutis,* non exigua ſanè in iis requirebatur virtus, nam præter timorem Dei, veritatem, debebant odio auaritiam proſequi; in Hebræo eſt odientes, cur non ait qui oderint, non autem odientes? quia non ſufficit quemcumque actum odii auaritiæ habere, ſed continuis & repetitis actibus eam odio proſequi. obſeruatio eſt Cajet. *Participium habetur in Hebraeo, puta odiens auaritiam, ſignificans affectos continuo odio auaritiæ, & non quia ad horam oderit auaritiam: nec refert quod* Thomas de Vio. *dictio Hebraica non ſignificat propriè auaritiam, ſed facultates, hoc eſt bona quæ poſſidemus, aurum, argentum & reliqua eiuſmodi, quandoquidem non de odio facultatum abſolute, ſed de odio earum illicite habendarum eſt ſermo intentus, ſignificatus cum maximo horrore ab odio etiam ipſarum facultatum auri, argenti, reliquarumque rerum ex quibus facultates humanæ integrantur.*

In iudicibus primum, & vltimum malorum eſt auaritia.

142. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos,* & poſt enumeratas virtutes quibus ornari deberent, vltimam quaſi præcipuam, ſubiungit, odientes auaritiam: cur vltima ponitur virtus iudicum, odium auaritiæ? quia ſicut huiuſmodi odium præcipua eſt eorum perfectio, ſic ſi inquinarentur, primo & vltimo, omnium malorum inficerentur, ſic Nectarius Archiepiſcopus Conſtantin. S. Nectar. oratione de S. Theodoro, ieiunio, & eleemoſyna, *Contineamus nos non modo à vetito cibo, &c. ſed ab auaritia, quod malorum omnium primum eſt & vltimum.*

Muneribus à iudice ex auaritia perceptis, iudicium corrumpi neceſſarium eſt.

143. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes tribunos &c.* viros ſtrenuos nominat pluribus virtutibus inſignes, ſed inter eas annumeratur odium auaritiæ, quod præcipue in iudice attendendum eſt, ſed ſi aliqua à litigantibus accipiat munera tanto ne dignus vituperio? imo grauiſſimo dignus ſupplicio, muneribus enim à iudice ex auaritia acceptis, iu-

A dicium peruerti neceſſe eſt. Sic enim Petrus Damianus libr. 2. Epiſt. 2. & in ordine 25. *Filij Samuelis nullum aliud crimen habuiſſe leguntur niſi quia munera dilexerint, & quia paternæ* S. Petrus Damian. *munditiei non ſequebantur exemplum, irrecuperabiliter amiſerunt plebis Iſraeliticæ principatum. notandum quia cum de illis ſcriptura dicit, declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera protinus intulit, peruerterunt iudicium; vicinum quippe eſt ac continuum, vt poſt munus acceptum, peruertatur, etiam corrupto cenſore, iudicium.*

Etiam ſapientiſſimi iudices, ſi auro capiantur, hallucinantur.

Electis viris ſtrenuis, Sept. *elegit viros potentes*, Oleaſt. *elegit viros virtutis*, & Cajet. vt vi- 144.
B dimus reddiderat viros ſapientes: ſi ergo iudices ſapientia pollere deberent, cur additum eſt à Iethro, non ſolum vt colerent Deum, vt in eis eſſet veritas, ſed etiam vt odirent auaritiam? quia etiam ſi iudices ſint ſapientiſſimi, ſi auro ſemel capiantur, iam ſunt inſipientes & hallucinantur. id teſtatur S. Greg. Gregorius Nazianz. in ſententijs, *Munera faciunt* inquit, *vt ſapientes quoque viri hallucinentur. atque vt aues laqueo, ſic auro homines capiantur.*

Auri eloquentia, etiam eloquentiſſimos iudices ſuperat.

Electis viris ſtrenuis, nempe iudicibus populi, qui ſint potentes, Cajet ſapientes, 145.
C timentes Deum, veraces, & odientes auaritiam, quid? licet aurum diligerent, cum ſint ſapientes & eruditi, an eis perſuadere aurum poterit, quod aliquid contra rationis & legum dictamen efficiant? quidni? cum auri eloquentia ſit alia omni maior. fauet S. Greg. Naz. Cit. Nazian. *Auro loquente iners eſt omnis oratio, perſuadet enim illud etiam ſi nullam vocem edit.*

Fortiſſimis & conſtantiſſimis iudicibus aurum præſidet.

Electis viris ſtrenuis, Sep. *ſelegit viros potētes*, 146.
alii fortes, quidam, robuſtos, vt in varietate Lection. Verſu 21. vidimus: non contentus Iethro, vt iudices conſtantia & animi fortitudine ſolum ſint præditi, alias addit, ſub-
D iungens hanc vltimam, odientes auaritiam: cur cum nihil auro pretioſius illius non erunt cupidi? nam ſi fortes, ſi conſtantes ſint, ab eo non ſuperabuntur, imo in eorum tribunali tanquam ſupremus Dominus præſidebit. audiendus Petrus Damianus opuſ. 52. S. Cordin. oſtiens. cap. 29. qui ſic loquitur. *Aurum nunc ipſis ſenatoribus præſidens in tribunalibus indicat velut imperator quidam, pragmatica ſanctionis edicta promulgat: ſicut enim rex in ſecretalibus adytis de regni ſtatu, de rerum ſumma deliberat, quodammodo ſic aurum & latet in occulto, & ſententiam depromit in publico, in ſudario anguſto concluditur, & deciſis negotiis calculos iudiciales apponit.*

Auri cupiditas quas virtutes in optimis iudicibus non enervat?

146. *Electis viris ſtrenuis*, nomine ſtrenuorum virorum eos comprehendit de quibus antea Iethro quod eſſent potentes, Pag. fortes, Cajet. ſapientes, quod Deum timentes, Sept. Deum colentes, in quibus eſſet veritas, Cajet. viri veritatis, tandem concludit & odientes auaritiam: licet eam odio non habuerint nonne ſatis eximiis virtutibus decorati? ſi enim timēt Deum, quid amplius requiritur? vt ſint odientes auaritiam, quia auri cupiditas & amor, quaſcumque præclaras virtutes in optimis iudicibus eneruat, & pluries deſtruit, rectè Matthæus Boſſus Veronenſ. Canonicus regularis (Matthæus Boſſus.) diſp. 1. de veris animi gaudiis ſic ait, *Quæ virtus tam præcipua tamque diuina, in quam auaritia non frequenter incurſet? quod denique propoſitum tam ferreum & tam continens quod non aries iſte pecaniæ gradu dimoueat, incurvet ſibique ſubmittat?*

Iudex qui auro non capitur, eſt quid maius homine.

147. *Electis viris ſtrenuis*, Sept. *Elegit viros potentes*, qui animi conſtantia præualerent, religioſi eſſent erga Deū, & apud homines veraces, ſed vltimo additur qui odirent auaritiā, cur poſt eximiarum virtutum ornamentum, quod inquirit Iethro, omnium poſtremum, aſſignat odium auaritiæ? an quia minor hæc virtus præcedentibus? imo quia maior, & ita eximia vt iudex qui auaritiæ odium habuerit, quid maius homine cenſeri debeat: ſic auri contemptum efferebat B. Ambr. lib. 2. offic. (B. Amb.) c. 14. *Quid illo viro precelſius qui auro moueri neſciat? contemptum habeat pecuniarum? quod qui fecerit, hunc homines ſacrum hominem arbitrantur, quis eſt hic & laudabimus eum?*

Si dixeris auarum, iudicem ne nominaueris.

148. *Electis viris ſtrenuis*, non ſolum conſtantes animo, ſed & in quibus eſſet odium auaritiæ, elegit ſic enim ſocer eius cōſuluerat, tamen nō ita neceſſaria hæc vltima conditio in iudice, ita vt optimus iudex cenſeretur, ſi virtutibus aliis foret præditus: imo nec iudex nominandus, ſi regnaret in eo auaritiæ vitium. nam (S. Leo.) vt optime S. Leo ſerm. 9. de Paſſ. Domini, *Nullum eſt in illo corde iuſtitiæ veſtigium, in quo auaritia fecit habitaculum*. preme hæc penultima verba, nullum eſt in illo corde virtutis veſtigium &c. ita longe eſt à veri iudicis munere, qui ab auro poſſidetur, ſicut ille in quo nullum eſt minimum iuſtitiæ veſtigium.

Iudex oſor auaritiæ, olim ſine oculis & manibus pingebatur, cum auribus tamen: amator autem illius cum oculis & manibus, ſed captus auribus & pedibus.

149. *Electis viris ſtrenuis*, in populi iudices inſignos & ſupremos conſtituit, qui virtutibus toties à nobis memoratis inſignes eſſent, ſed præcipuè odio auaritiæ: hinc eſt quod iudices olim (teſtibus Sancto Clemente Rom. & Diuo Baſilio) ſine manibus & ſine oculis pingebantur, vt hac pictura denotaretur, munera nec manibus capienda, nec oculis vſurpanda: nam qui manibus capiunt, à prauis affectibus capiuntur, & qui vel ſolis oculis vſurpant, etiam animis excæcantur; in quam curam diabolus maxime incumbit, iuxta illud Iob 9. terra data eſt in manus impii, vultum iudicum eius operit. vbi Lyranus nomine impii, diabolum intelligit, qui propterea totius terræ poſſeſſionem inuaſit, vt terrenis muneribus iudices excæcaret, excæcatoſque in mille iniuſtitias præcipitaret: ne igitur iudices ex auaritia internis oculorum affectibus excæcarentur, ſine corporeis oculis olim pingebantur: adeo credebant antiqui vel ſuſcepta, etiam per ſolos oculos, munera incorruptis iudiciis aduerſari, qui ſe oblatis muneribus ex nimis habendi cupiditate, ineſcari paterentur: ecce ergo vt iudices munerum & auaritiæ oſores, pinguntur, ſed auri amatores qua pictura referendi? ſanè ſine pedibus, imo & auribus. ſic Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſtola 233. qui quomodò auri cupidos pingere oporteret monens ait. *Porro aures vſque adeo obturatas habet vt nec ſupplices preces, nec gemitus, nec fletus audiat, & ideo ſine auribus pingendus, nec pedes quidem ipſi, vt nullus cordatus te emere queat, neque enim qui captus eſt ſecedere poteſt.*

(S. Clement. Roman. S. Baſil. — Iob. 9. — Peluſ.)

Iudex laborans morbo auaritiæ, etiam infirmatur ex ſuperbia.

Electis viris ſtrenuis, conſtituit eos principes populi, quas autem habere virtutes deberent, Iethro ſapienter conſulens inter alias hanc aſſignat vt odirent auaritiam, Septuaginta reddiderunt, odientes ſuperbiam: cur ita reddiderunt, cum in aliis lectionibus ſolum ſermo ſit de auaritia, non autem de ſuperbia?, non arguendi quod loco auaritiæ ſuperbiam reddiderint, qui enim laborat morbo auaritiæ, certum eſt & infirmitate ſuperbiæ teneri. ad rem Beatus Auguſtinus ſermone 212. ita loquitur, *Nihil tam timendum in diuitiis quam ſuperbia, Apoſtolus de hoc admonet Timotheum, præcipe, inquit, diuitibus huius ſæculi, ſuperbe non ſapere, non enim diuitias exponit, ſed morbum diuitiarum, morbus autem diuitiarum eſt ſuperbia magna*, laborat hoc morbo qui pecunias opeſque diligit. 150.

(S. Auguſt. — Timot.)

Ab auaritia vermis ſuperbia.

Electis viris ſtrenuis, conſtituit eos principes populi, tribunos &c. elegit autem 152.

omni perſonarum acceptione amota, nam A quibus iudicibus virtutes neceſſariæ inerant, ab eo in iudices conſtituti ſunt, hae autem præcipue decorari debebant, nempe odio auaritiæ. ſic enim conſulebat Iethro, & ſint odientes auaritiam. Sept. ſuperbiam, ſcimus nomen pxa auaritiam, cupiditatem ſignificare, non autem arrogantiam, faſtum, & ſuperbiam: cur ergo ita ab eis redditur? quia ita inſeparabilis eſt ſuperbia ab auaris diuitibus, ſicut vermis à quibuſdam fructibus, & granis. ita enim S. Auguſt. ſerm. 5. de verb. Domini c. 9. *Nihil eſt* (inquit) *quod ſic generent diuitiæ quomodo ſuperbiam, omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermem ſuum, alius eſt vermis mali, alius pyri, alius fabæ, alius tritici; vermis diuitiarum ſuperbia*, ab hoc, quicũque ſis, ſi vermi vis liberari, cura ne ſis huius ſæculi diues, ſed futuri, ne diuitias accumules ex auaritia, nec ob præſentis ſæculi amorem, ſed ob æternæ vitæ requiem, diuitias pauperibus distribue, qui fidi ſint earum cuſtodes, qui deducent te in æterna tabernacula, quorum vtinam Deo auxiliante poſt huius ærumnoſæ vitæ periculum, ſimus tandem aliquando poſſeſſures.

SYNOPSIS
CAPITIS XIX.

Filij Iſrael de Raphidim profecti ſunt in montem Sinai, vbi per plures dies permanſuri fixerunt tentoria, medianteque Moyſe eliguntur à Deo in peculiarem populum, quibus plurima beneficia promittit ſe largiturum, ſi in eius fide & dilectione perſeuerare voluerint. Iubentur ſanctificari, & termini conſtitui ad legem recipiendam à Deo, in montis verticem die tertia deſcenſuro, & ex eo loco præmiſſis tonitribus, & fulguribus, omnibus è populo audientibus, eam pronunciaturo, Deus autem cum maxima maieſtate apparet eis illam daturus.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

V*VLG.* Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.

Sept. Menſe autem tertio exitus filiorum Iſrael de terra Ægypti, hac die venerunt in deſertum Sina.

Arias. In menſe tertio exire filiorum Iſrael è terra Ægypti.

A *Vulg.* Nam profecti ſunt de Raphidim, & peruenientes vſque in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibique Iſrael fixit tentoria è regione montis.

Sept. Et promouerunt ex Raphidim, & venerunt in deſertum Sina, & caſtrametatus eſt ibi Iſrael, contra montem.

Alij. Ad montis orientem.

Alij. In circuitu totius montis.

CONCORDIA.

REctè reddidit interpres hæc verba Hebraica נגד ההר neged hahahar è regione montis, ſed quia plagam & ſitum loci non notauit Moyſes, hinc variè explicantur hæc caſtra poſita, nam aliqui poſuerunt ad meri- B diem montis, qui erat ſitus ſecundum rationem itineris, venientibus enim ex Ægypto mons hic eſt Septentrionalis, alii ad montis orientem, & ſic verterunt. Alii in circuitu caſtrorum, & ſic reddiderunt alii.

EXPOSITIO.

M*Enſe tertio*, non completo, aliàs non poſſet conuenire cum eo quod die quinquageſimò ab exitu Iſraelitarum ab Ægypto primum ſit eis data lex in monte Sinai: menſem ergo tertium intellige inceptum, *in die hac*, non prima huius, ſed tertia, eadem enim computatione numeranda, ſicut & tertius menſis, nullum enim aliud nomen numerale præceſſit, ad quod pronomen *hac* poſſit referri, hæc autem tertia dies fuit quadrageſima ſeptima poſt exitum populi Iſrael ab Ægypto, tranſierant enim quindecim dies primi

menſis, viginti nouem ſecundi (ſunt enim A menſes Iudæis lunares) & tres huius tertij menſis, qui omnes conſtituunt quadraginta ſeptem, & ſane hoc ſic debet intelligi ex modo loquendi Hebræorum, quia interdum hunc
Pſalm 41. pro eodem vſurpant, vt Pſal. 41. in via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi, nec enim vllam viam oſtendit, perinde eſt
Nehem 4 ac ſi diceret, in via eadem quam ambulabam & Nehemiæ 8. & venerat menſis ſeptimus, deinde cap. 9. ait, in die autem viceſimo quarto menſis huius (id eſt) menſis eiuſdem ſeptimi:
Leuit. 23. Leuit 23. quinta decima menſis huius id eſt menſis eiuſdem, ergo vera interpretatio eſt menſe tertio in die hac, id eſt in die eadem tertia videlicet die ſicut tertius erat menſis.

Venerunt in ſolitudinem Sinai, in itinere vnius diei à diſceſſu è Raphidim; porro hæc B ſolitudo Sinai diuerſa eſt à ſolitudine Sio, contigua tamen ei, ſolitudinis enim magnæ plurimæ ſunt partes, in hac autem ſolitudine ferè per annum integrum conſtiterunt, hoc eſt à die tertia menſis tertij, anno egreſſionis primo, vſque ad vigeſimam diem menſis ſecundi anni ſequentis, vt habetur Numer. 10. & 11. in eaque manſione facta omnia quæ toto hoc deinceps libro, toto Leuitico lib Numer. vſque ad illum verſum 11. capitis 10 recenſentur, *nam profecti de Raphidim* die ſecundo menſis tertij, *caſtrametati ſunt in eodem loco*, tentoria fixerunt, hæc autem caſtrametatio fuit duodecima manſio, quæ cæteris fuit diuturnior, *ibi,us fixit Iſrael tentoria*, hæc verba priorum ſunt expoſitio, vt ſæpe in ſcriptura contingit; dicitur Iſrael id eſt filij Iſrael, cur autem ſic dicantur, non autem Abrahæ & Iſaac, puto hoc ideo fieri, quod nec Abraham nec Iſaac habuerint tot filios, qui merito domum conſtituerent, cum tam Abraham quam Iſaac vnicam habuerint prolem, ex his quæ in ſemen reputari deberent, Iacob qui & Iſrael duodecim habuit filios, qui omnes ad ſanctum ſemen & populum Dei pertinebât, vocat autem Hebraiſmus domum, poſteritatem & prolem præcipuè copioſam, vocantur quoque Iudæi filij Iſrael. *E regione montis*, prope montem Sinai, qui & Oreb ad quem Dominus dudum prædixerat Moyſi ipſum cum vniuerſo populo redempto perventurum.

CONCEPTVS.

Deus in promiſſis ſuis infallibilis, & ſine cunctatione ea adimplens.

1. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti in die* C *hac venerunt*, ſcilicet Hebræi in Sina deſertum, tentoria figentes è regione montis Sinai. quem Moyſes Deum allocuturus aſcendit; cur menſis & dies aduentus filiorum Iſrael in huiuſmodi locum ita diligenter obſeruatur? ſatis enim erat dixiſſe, ſicut & in ſuperioribus manſionibus, obvolutis ſilentio menſe & die, è Raphidim diſcedentes perueniſſe in deſertum Sina è regione montis caſtrametatos. reuoca in memoriam Deum Moyſi pollicitum fuiſſe ex rubo quod in monte, redempto populo ab Ægypti ſeruitute, ſibi in eo immolaturus eſſet: ſic enim c. 3. hoc habebis ſignum quod miſerim te cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum: ne mireris ergo ſi huiuſmodi aduentus in deſertum Sina & caſtrametationis è regione montis Sinai, menſis & dies ita acura- D tè notantur; nam non ſine ratione factum, ſed vt innueretur Dei in promiſſis ſuis infallibilitas ſine cunctatione ea adimplentis, obſer-
Rupert. uatio eſt Ruperti lib. 3. cap. 23. *Quod ergo dicis menſe tertio in die hac, idem eſt ac ſi dixiſſet menſe tertio in die menſis prima*, arbitrabatur enim fuiſſe primam, ſed in expoſitione oſtendimus fuiſſe tertiam, *hic immolaturus erat Moyſes, & implenda veritas eius qui miſeras eum dicentis cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabit Deo ſuper montem iſtum, hac immolatio Moyſi pro ſigno veritatis facta fuit quod Deus eum miſerit, non quia immolauerit, ſed qua inter immolandum Deus clariſſima ſua præſentia ſigna dedit, ita vt perterriti ac pauore concuſſi filij Iſrael, dicerent Moyſi, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ergo ſic immolaſſe ſuper montem iſtum ſignum fuit Moyſi quod Dominus miſiſſet eum*

In deſerto & extra tumultum melius percipitur doctrina cæleſtis.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem, & è regione montis fixerant tentoria, in hoc monte daturus erat eis legem, præcepta plurima iuſſurus obſeruari: cur non expectat quouſque in terram lacte & melle manantem peruenerint, aliquam populoſam ciuitatem habitantes, non autem cum ſolum in eremo vaſtiſſima ſub tentorijs commorantur? merito in monte, & in deſerto legem ſuam eis promulgare decreuit, quia in deſerto, loco à tumultu hominum ſegregato melius doctrina cæleſtis percipitur, *Exigit doctrina*, inquit Oleaſt. *ſeceſ-* Oleaſt.
ſum & à mundanis curis expeditum hominem, ideo Dominus Iudæos in deſertum locum induxit, vbi expeditiores ab omnibus facti cæleſtis doctrina eſſent capaciores, apud Oſeam legis 2. cap.
Ecce duco eam in ſolitudinem &. loquar ad cor eius. Oſe. 2.

Alios docturus, vitæ eminentia conſtet.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, 3.
in die hac venerunt in ſolitudinem iuxta montem Sinai caſtrametantes, nullus autem neſcit, quod in hoc monte de diuina lege inſtructi fuerint Iſraelitæ, de iis quæ obſeruare tenerentur ad vitæ conſecutionem æternæ: quis Deum mouet vt populum doceat legem ſuam ſeruandam in montem aſcendere? nonne in quocumque loco hæc præcepta præſcribere potuit? potuit, ſed noluit niſi in monte, vel vt loco ipſo doceret, doctoris eſſe vitæ eminentia ſuis auditoribus præferri,

præferri, alioquin eius doctrina contemnetur, cuius vita deſpicietur, vilis enim eſt doctor & prædicator qui iacet miſer in valle vitiorum: iuuens eſt Auctoris imperf. hom. 9. in Matth. qui inquirens, cur Chriſtus Dominus docturus populum, montem cunſcenderit, ait. *Vt oſtendat quoniam in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet, qui docet Dei iuſtitiam pariter & qui audit, nemo enim poteſt in valle ſtare & de monte loqui, ſi in terrâ ſtas, de terrâ loqueris, in monte conſiſte.* (Auctor imperf.)

Nihil faciendum ad oſtentationem, ſed ad ædificationem.

4. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem*, quod non ſine Dei ſpeciali prouidentiâ contigit, nec quod ſimiliter caſtrametati ſint è regione montis, in quo legem ſuam docturus erat: ſed cur in ſolitudine? cur in monte? cur non dicemus ideo hoc factum, vt nos erudiret nihil ad oſtentationem noſtri faciendum, ſed ad ædificationem & ita dandam operam, vt à cunctis tumultibus liberemur cum alios docturi ſumus, ne ex doctrina eximia vanam gloriam velle aucupari videamur. fauet B. Chryſoſt. hom. 5. in Matth. *Per hoc quod non in ciuitate & foro, ſed in monte & ſolitudine ſedit*, (loquitur de Chriſto Domino docente) *erudiuit nos nihil ad oſtentationem facere & à tumultibus abſcedere, & maxime cum de neceſſariis diſputare oportet.* (S. Chryſ.)

Præcepta Dei licet aliquibus videantur amara tamen in ſe ſunt dulciſſima.

5. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem*, in quam cum perueniſſent, obſeruat textus, *quod caſtrametati ſunt è regione montis*, in quem deſcendit Dominus præcepta legeſque eis daturus: hunc montem, cum aliis in quibus doctrina cœleſtis exhibetur, conſiderans propheta Ioel ait, ſtillabunt montes dulcedinem & colles fluent lac & mel: nec mirum ſane ſi in monte docet, quod eius verba omni ſuauitate ac dulcedine referta ſint, omnique melle dulciora. Sed quomodo (dices) dulcedinem montes ſtillant, cum vxorem proximi tui, eiuſque facultates, vt non concupiſcas, & alia præcipiuntur, quæ pluribus amara videntur? nunquid pluribus iucundius, quam cupiditate ferri in aliorum bona &c? ſed ſi dixeris eorum prohibitionem amaram, falleris, hæc enim omnium prohibitio ſano palato ſapidiſſima, dulcedine mons Sinai affluit, quia in illo rerum terrenarum deſpicientiam iubet, cum dicit non concupiſces rem proximi tui: caſtitatem & munditiam cum ait, non adulterabis: quæ non amara ſed melle dulciora ſunt: rectè ſentienti mel ac lac eſt caſtitas, rerum terrenarum contemptus, & aliæ virtutes, quæ in aliis decalogi præceptis commendantur, in hoc monte à Deo in eum deſcendente. (Ioel.)

Virtus & receſſus à vitiis, nobis gloria loco eſſe debent.

6. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem*, & duce columA na ſtante, caſtrametati ſunt è regione montis, in quem Deum legem populo ſuo daturum deſcendiſſe diximus, quæ plura virtutum exercitium perſuadentia, plura autem à vitiis reuocantia continebat; verum in eodem monte gloria Domini oſtenditur, maieſtaſque eius ſentitur, nec miror gloriam Domini in hoc monte notari, quia virtutes & receſſus à vitiis cum gloria coniunguntur, imo beatitudinis vicem gerere debent.

Iudæi tanquam pueri prius lege quam Euangelio imbuendi.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, venerunt in ſolitudinem, caſtrametantes è re- 7.
B gione montis, quem Deus elegit non ſolum, vt decalogum eis præſcriberet, ſed & iudicialia, & legalia daret obſeruanda: cur his omiſſis, cum lex euangelica adeo ſit leuis & ſuauis, eam populo ſuo electo non promulgauit? ſane imperfecti adhuc erant Hebræi, pleno euangelicæ legis lumine, imbecilla eorum acies perſtringenda ſtatim non erat, per vmbras quaſdam prius erudiri debuerunt, vt deinde ſe ad Euangelium recipiendum præpararent. audiendus, hic Euſeb. Cæſarienſ. qui lib. 1. cap. 1. Eccleſ. hiſt. ita ſcribit. *Hebræis adhuc rudibus & contagione vitæ præteritæ infectis, per Moyſen typos & adumbrationem diuini cultus, per ſabbatha quædam myſtica, & per circumciſionem corporis altius aliquid in ſpiritu ſignificantem, cæteraque huiuſmodi præcepta legalia veluti elementa ſacratioris olim futuræ eruditionis, Deus impreſſit.* Tanquam rudes pueri per legem, & Moyſem erudiuntur Hebræi, plene perfectaque ſcientia per (Euſebius Cæſar.)
C Chriſtum & Euangelium imbuendi: quod habet etiam S. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum his verbis. *Oportebat per Moyſem tanquam puerum erudiri Iſraelem, cui puerilis adhuc & rudior mens erat, at per Chriſtum in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei reconditi, deſcriptam veram & conſumatiſſimam nobis afferri ſcientiam.* (S. Cyrill. Alex.)

Lex inter ſpinas ſeruatur.

Menſe tertio egreſſionis de terrâ Ægypti venerunt in ſolitudinem, & caſtrametati ſunt e regione montis, nempe Sinai, in quo legem à Deo accepit Moyſes populo promulgaturus: ſed caretne myſterio, quod diuina lex potius in hoc monte data ſit, quam in alio? nequaquam; nam Sinai rubum ſignificat, & quia qui verba Dei dignè excipere cupit, debet pœnitentiæ ſpinis, & doloris aculeis mentem pungere, congruen- 8.
D ter lex diuina in monte tradita eſt. rectè vero in Sinai, qui rubum ſignificat, legem Moſes accepit, imo & in rubo Dominum vidit, quia inter tribulationis & aduerſitatum ſpinas, & Deus melius cognoſcitur, & perfectius lex diuina ſeruatur.

Præceptis & legi danda præſtruenda eſt ſignorum claritas.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti venerunt in ſolitudinem, & caſtrametati ſunt è regione montis, quem Deus ad dandam populo ſuo legem ſelegit: ſed cur antequam illi obſeruandam præſcripſit, tot edidit mirabilia in Ægypto & in ſolitudine, & in mari? quid enim mirabilius, quam mare diuidere, diuiſumque ſo- 9.

lidare? panem è cœlo quotidie præbere? aquam A è petrà largiri? &c. cur ergo tanta miraculorum multitudine præfulget, antequam ſua iniungat cuſtodienda præcepta? vt ſignorum editio legi mandatiſque ſuis authoritatem conciliet, ſic B. Chryſoſt. in illud Matth. 4. & curauit 5 Chryſ.
eos, qui inquireus, cur Chriſtus D, tot mirabilia operatus tot ſanauit infirmos. *Vt auctoritatem ſuis* (inquit) *mandatis perſtrueret claritate ſignorum.* Matt. 4

VARIET. LECT. Verſ. 2. & 3.

V*Vlg.* Moyſes autem aſcendit ad Deum, vocauitque eum de monte Dominus, & ait, hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Iſrael.

Sept Moyſes aſcendit ad montem Dei.

Cald. Aſcendit in conſpectum verbi Domini. B

Vulg Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, adduxi vos ad meipſum.

Cald. Portaui vos ſuper alas aquilæ, & applicaui vos ad ſeruitutem meam.

Arias. Eleuaui vos ſuper alam aquilæ.

CONCORDIA.

NOſter vulgatus habet ex Hebræo aſcendit ad Deum, Sept. autem ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ aſcendit ad montem Dei, ſed in idem redit vtriuſque lectio, ideo enim mons Dei dicitur quod Deus in eo peculiari ratione habitare crederetur, ob ea quæ ibidem antea & poſtmodum à Deo facta ſunt: licet ſolum habeat Vulg. & aſſumpſerim mihi, & Septuag. adduxi vos ad meipſum, & Cald. applicaui vos ad ſeruitutem meam; tamẽ vtrobique eſt idem ſenſus niſi quod Cald. expreſſerit, vt videtur quomodo Hebræos ſibi Deus aſſumpſerit.

EXPOSITIO.

MO*yſes aſcendit ad Deum*, ſpeciali aliqua Dei vocatione præcedente, *vocauitque eum de monte Dominus*, nam particula *que* hoc loco eſt rationalis, explicans cauſam, cur Moyſes aſcenderit, nempe quia Deus eum vocauerat. *Hæc dices domui Iacob & annuntiabis filiis Iſrael*, repetitio ejuſdem ſententiæ, nam domus Iacob & filij Iſrael pro eodem ſumuntur, quiquidem modus eamdem diuerſis verbis repetendi ſententiam non eſt inuſitatus apud prophetas, maxime apud Iſaiam, vt patet eius prophetiam reuoluenti, *& vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis* tum in Ægypto, cum eorum primogenitos medio Angelo percuſſore interfeci, tum in tranſitu maris rubri, cum Pharaonem & innumerum eius exercitum aquis ſubmerſi, ne vno quidem ſuperſtite, *quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum*, nullo meliori ſchemate potuit Deus, amorem & prouidentiam ſuam erga gentem Hebræam demonſtrare, C quam aquilæ & erga pullos ſuos amore debacchantis, & erga imbecillos, & ſe minime tueri valentes, potentiſſimæ; etenim potentia ſimul cum maternà indulgentia per aquilam indicatur, eſt enim auis regia, & licet aliquando in malam partem ſumatur, vt apud Ierem. cap. 48. & Exech. 17. hoc tamen in loco in bonam, & per eam deſignat Deus potentiſſimum amorem quo populum ſuum proſecutus eſt, & ſingularem protectionem illius, imo dum eum portat in humeris, ſecuritatem indicat, quam ipſe nactus eſt, ex eo quod humeris Dei deportetur, quæ probari poteſt ex Iſai. c. 58. vbi dicitur. *Delectaberis ſuper Domino & ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ*. Sept. *eris confidens ſuper Dominum*, quod idem eſt atque inniteris ſuper Dominum, nihil habens timendum, *& aſſumpſerim vos*. Cald. intelligit in ſeruos meos, ſed melius aſſumpſi vos ſub ſpeciali tutelà meà. Iſai. 58.

CONCEPTVS.

Nihil omnino difficile vero obedienti.

10. *Moyſes aſcendit ad Deum, vocauitque eum de monte Dominus*: aſcendit ergo in montem, vnde Sept. reddiderunt aſcendit ad montem Dei, cur ergo non dicitur ad eum aſcendiſſe ſed ad Deum? & cum mons aſcenſu difficilis, in quo ad Deum peruenit, cur non dicitur montem ſuperauiſſe? cur difficultas montis non exprimitur à Moyſe ſuperata, vt ad Deum perueniret, ipſique præſens adeſſet? aduerte in expoſitione à nobis dictum Moyſem aſcendiſſe ex ſpeciali vocatione Dei: ne quæras ergo, cur non dictum fuerit in montem aſcendiſſe, ſed D ſolum ad Deum, cur non memorentur difficultates ſuperatæ à Moyſe, vt Deo ſe præſentem exhiberet, hoc enim ad promptiſſimam Moyſis obedientiæ commendationem faciebat, quod licet cum difficultate mons eſſet conſcendendus, tamen hoc prætermittitur in eius acceſſu ad Deum ita vt acceſſiſſe videatur quaſi nulli montis eſſent obices.

Velociſſima ſit obedientia.

Moyſes aſcendit ad Deum vocauitque eum de monte cur non ait ſacer contextus, vocauit Dominus Moyſem, & ad eum aſcendit, cum vocatio prius facta fuerit quam aſcenſus? verũ eſt Deum vocaſſe, & tamẽ vocatio poſtponitur, ei 11.

antea aſcenſus eius ad Deum refertur, vt in- A
nueretur iſta prompta veloxque eius obedien-
tia vtilior, & quaſi imperceptibiliter ad Deum
peruenit, vix auditâ Dei vocatione: & licet po-
ſtea dictum ſit vocauit eum de monte, ideo eſt,
vt notum fieret quod vocatus, & tamen adeo
promptè Deo obedierit, quaſi nondum vel au-
ditâ vel finitâ vocatione, tanquam auis velo-
ciſſima montem Deum allocuturus, conſcende-
Iſai 46 rit. hoc ſibi ni fallor volunt Dei verba Iſai 46.
ſaltem id rectè ſignificant, ſic enim ait. *Vo-
cans ab oriente auem, & de terrâ longinquâ vi-
rum voluntatis meæ*, ſermo hic iuxta interpretes
de Cyro eſt, qui vt Dei imperio pareret, venit
in Babylonem, ſed cur auis vocatur, vt Dei
mandata exequatur? an vt celeritatem com- B
mendaret, & obſequendi velocitatem, quæ
parenti neceſſaria eſt? pulchrè id ex his verbis
Oleaſt. elicuit Oleaſter, ſic enim ſcribit & legit vo-
cans ab oriente auem, & à longinquo virum
conſilij mei. *Quâ celeritate debeamus exequi
mandata Dei noſtri pulchre hoc loco admonemur,
gentilis erat Cyrus, non audierat vnquam quis eſſet
Deus Iſrael & tamen non ad vocem, ſed ad inſpi-
rationem velut auis volat ad eum, vt eius mandatis
pareat*. tarditas omnis à nobis exulet, prompti
celereſque Dei in mandatis ſimus, velociter ille
parebat, qui dicebat viam mandatorum tuo-
Pſal, 118 rum cucurri Pſal 118. parum eſt ambulare,
lenteque moueri, currere opus eſt, vt torpor
omnis excutiatur, omnis lentitudo: ſtadium
obedientiam eſſe, in quo curſu res peragitur, C
quis enim ferat, qui in ſtadio de palmâ certare
velit, & vix pedem moueat, & teſtudineo ince-
dat gradu, hic ſpectatorum riſum habebit pro
triumpho, ſcommata pro victoriæ laude, idem
in parentiæ certamine accidit, ſtadium obe-
dientiæ eſt, curſus eſt neceſſarius, teſtudineus
inceſſus non admittitur, verba B. Laurentij
S Laurent Iuſtiniani ad mentem noſtram ſubſcribo cap.
Iuſtin. 4 de perſeuer. *Currite, currite, ô vos omnes milites
Chriſti properate feſtinè, & feſtinè quicumque in
obedientia, & ſubiectionis ſtadio certatis*, ita-
que qui vocatur ſtatim moueatur ad iuſſa per-
cipienda, imperceptibiliter currat, ita vt ad vo-
cantem prius agnoſcatur acceſſus, quam
vocatio.

Obedientia, aurea ad cœlum via.

12. *Moyſes aſcendit ad Deum*, quonam aſcen- D
deret, niſi ad Deum, niſi ad cœlum? vocatus
enim ilico paruit: qui autem promptam exhi-
bet Deo obedientiam, nullam aliam ſibi viam
ſternit, niſi quæ ad Deum ducit directè, & in
cœlum perducit, ſic enim à Sanctis patribus,
aurea ad cœlum via dicitur obedientia; è quo-
rum numero profero teſtimonium ſancti Petri
Damiani opuſculo decimo tertio, capite vige-
ſimo primo. *Nec tamen ieiuniis nimium tribuen-
tes, obedientiam quæ aurea via eſt ad cœlum relin-
quentes*, vis rectâ ad Deum via accedere, non lu-
toſa non difficili, ſed tota aurea, obedientiam
ei præſta.

*Nedenuo in irreuerentiam erga Deum
labamur.*

13. *Moyſes aſcendit ad Deum*, tenet Abu-
lenſ. nondum à Deo vocatum Moyſem cum ad
montem aſcendit; dixi ad montem, quia vbi
nos legimus, aſcendit ad Deum Sept. habent
ad montem, quomodo ergo dicitur quod vo-
cauit eum Dominus de mōte ſi in eo erat? tenet Abulenſ.
cit auctor, nondum ad ſuperiorem illius partē
perueniſſe. cur cacumē illius non cōſcenderat?
reſpondet, *quia cum ipſe paſceret gregem Iethro,
illo venit ad montem illum, & in parte ſuperiori
illius montis vidit rubum ardere, & non combure-
batur, & dixit, vadam & videbo viſionem hanc
magnam, quare non comburatur rubus: cernens au-
tem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit
eum de medio rubi. & ait, Moyſes ne appropies
huc, quia ergo Deus arguerat eum de irreueren-
tia in eodem loco accedendo antequam vocare-
tur, noluit nunc accedere, donec vocaret eum Deus,
ergo videns eius reuerentiam, vocauit eum, vt ac-
cederet ad locum*, hæc eadem habet *Dionyſius* Carthuſ.
Carthuſ.

*Promptiſſimi ſimus ad Dei exequenda
mandata.*

Moyſes aſcendit ad Deum, cur non pergis 14.
cum commiſſo tibi exercitu? cur non caſtra-
metaris è regione montis? cur eo derelicto in
montem conſcendis? quid tibi in monte per-
agendum eſt? reuoca in memoriam quid dixe-
rit ei Dominus, cum eduxeris populum meum
de Ægypto, immolabis ſuper montem iſtum:
ecce videt populum Iſrael liberum & incolu-
men, tyrannide euaſiſſe montem conſpicit, in
quo hoc ſibi à Deo dictum fuerat: ne mireris
ergo ſi ilico vt ad eum peruenerit, eum cōſcen-
derit, vt Dei placitum exequeretur, promptiſſi-
mi enim eſſe debemus ad Dei mandata inue-
ſtiganda, vt ea exequamur. hoc notat præfatus
Abulenſ. *Aſcendit ad montem illum Moyſes,* Abulenſ.
*volebat enim ſcire quid Deus volebat ſibi immola-
ri, & quantum, & quomodo, & ſic de cæteris, cir-
cunſtantiis, vt diligenter exequeretur, quia male-
dictus, qui facit opus Domini negligenter, vt patet
Ierem. 48.* Ierem. 48

*Cum iugum difficile alicui imponere volumus,
perſuaſione validiſſima vtendum eſt.*

Moyſes aſcendit ad Deum, qui cum eo ſer- 15.
monem miſcens, præcipit vt referat populo,
quam eximia in eum beneficia contulerit, quot
à malis eripuerit, quam materno affectu eum
proſecutus, quamque ſpecialis in eum fuerit
prouidentiæ: miror hæc à te ô Deus liberaliſſi-
me prolata, nam dona quæ contuliſti expro-
brare videris, quid autem indignius benefa-
ctore, quam exprobratio beneficiorum? quæſo
animaduerte Deum velle populo duræ ceruicis
iugum non leue ſed graue imponere, vt di-
ctum eſt Actuum 15. hoc eſt iugum quod vos Actuum 15
nec patres veſtri portare potuiſtis. vt grauita- Guillel.
tem huius iugi imponendi explicet Guillel. Pa- Pariſ.
riſienſ. in libro de fide & legib. cap. 1. recenſe
vniuerſæ illius legis præcepta ſexcenta & tre-
decim affirmantia, ducenta & octodecim, ne-
gantia, trecenta ſexaginta quinque, hinc
rectè S. Auguſtinus ſermone 9 de verbis S. Aug.
Domini ait, eſſe ſarcinam innumerabi-
lium obſeruationum: quid mirum er-
go ſi Deus, varia quæ in eum contulit

beneficia, in medium proponit: cum enim iugum difficile alicui imponere volumus, vt illud admittat perſuaſione validiſſima, qualis eſt beneficiorum acceptorum inculcatio, vti debemus: audiamus Abulenſ. *Deus volebat dare* Abulenſ. *legem Iudæis, & lex eſt quoddam onus, cum voluntas noſtra, quæ libera eſt trahitur ad determinatum modum agendi & ad nullum alium, cum tamen voluntas noſtra vellet ſibi relinqui electionem cuiuſlibet partis contradictionis: lex autem determinandi certum modum agendi, tollit voluntati noſtræ electionem, ſolum autem manet ibi obedientia, maxime quia iſta lex quæ imponi debebat, grauis erat ad tolerandum: ad hoc ergo, quod populus, qui hactenus liber ab omni iugo extiterat, nunc ſe nouo iugo ſubiiceret oportebat eſſe magnam perſuaſionem ex parte Dei, & ſic incipit hic perſuadere allegando beneficia quæ eis egerat, quæ erant valde magna, propter quæ rationabiliter obligarentur ad faciendum omnia, quæcunque eis Deus mandaret.*

Iucundius eſt nobis quod mala aduerſariis noſtris inferantur, quam quod bona amicis.

16. *Moyſes aſcendit ad Deum*, qui quomodo ſe geſſerat erga populum ſuum, narrans, ait, vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum: ſi beneficia collata memorat, cur prius non dixit, vidiſtis quomodo portauerim vos ſicut aquila pullos ſuos, deinde, quæ fecerim Ægyptiis? nempe tot in eos plagas immittens, & tandem vltimo plectens ſupplicio Pharaonem, & exercitum eius, aquis rubri maris ſuffucans, cur hunc ordinem obſeruat? quia ſciebat iucundius nobis eſſe mala quæ inferuntur aduerſariis, quam quod bona amicis exhibeantur, obſeruatio eſt Oleaſt. *Non tam gratum eſt homini vt eius gratia amicos illius diligas, aut eis bene facias, quam vt eius inimicos odias, & eis malefacias, & quoniam Dominus nouerat hoc ſummè placere Iudæis, hoc illis primum inter collata beneficia proponit: ſic & Malachiæ eis dixit dilexi vos, & quærunt in quo, id eſt quæ ſunt ſigna dilectionis quæ oſtendiſti nobis? nonne, inquit, frater erat Eſau Iacob, & Iacob dilexi, Eſau vero odio proſecutus ſum, & poſui montes eius in ſolitudinem & hæreditatem eius in dracones deſerti: cõquerebatur etiã ſæpius Saul quod nemo eſſet, qui eius gratia odiret Dauid, audite inquit filij gemini etiam omnibus vobis, dabit filius Iſai agros & vineas, omnes vos ponet tribunos & centuriones, quia coniuraſtis aduerſum me, & non eſt quis ex vobis, qui aperiat aurem meam cum fœdus inierit filius meus cum filio Iſai, & non eſt qui doleat ſuper me.*

Oleaſt. Malach. primo, 1. Reg. 21.

Amor Dei in ſuos ineffabilis.

17. *Moyſes aſcendit ad Deum*, à quo acceperat quot bona contulerat populo ſuo, vos vidiſtis, inquit, quomodo portauerim vos, ſuper alas aquilarum: nonne aliæ ſunt volucres quarum dilectio habetur commendatione digna, vt Pelicani, qui vt ſuos ſuſtentet pullos ſanguinem à proprio pectore extrahit. dicat ergo, tanto vos proſecutus ſum amore ſicut pellicanus. aduerte quid de aquila ſcriptum poſteritati traditur, quod prætereaquam quod altius volat, ſe ſe quaſi clypeum opponit pro pullis ſuis, quin a ſagittarum ictibus lædi queant: ſic id obſeruat R. Salomon dicens, cum nulla auis altius volet quam aquila, propterea collocat pullos ſuos in alis ſuis cogitans, ſatius eſt, vt in me penetret iaculum, quam in pullos meos, illos etiam præter aliarum auium morem, non vnguibus ſed dorſo aduehit, ne videlicet tenelli & implumes pulli ab acrioribus vnguibus pungantur, & malè habeant. ita adnotante Noſtro Lyrano, quando aquila vult transferre pullos ſuos de loco ad locum, portat eos ſuper humeros ſuos, quia non timet à parte ſuperiore, ſed tantum ab inferiore, ne emittantur ſagittæ, & ideo ponit pullos ſuper humeros, vt primo ipſa recipiat ſagittas, quam pulli percutiantur: ſic Angelus Dei perſonam repræſentans poſuit ſe inter caſtra filiorum Iſrael, & Ægyptios ſuper mare rubrum, ne ſagittæ & ſpicula Ægyptiorum læderent Iſraelem. de eadem ſic Hieronymus in cap. 65. Iſaiæ, inter cæteras animantes omnes, aquilarum quidem maximus eſt amor, quæ in excelſis & inacceſſis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet, & B. Chryſoſt. explicans illa verba Matth. 23. quomodo volui congregare pullos tuos ſub alas & noluiſti? ſic ait hom. 57. Amorem ſuum ab imagine ſignificauit, feruenti namque amore aues pullos diligunt ſuos. ne ſciſciteris ergo, cur non aliam auem aſſumit, ſed ſolum aquilam, vt in populum ſuum aperiat amorem, ſic enim ineffabilis exprimitur. non diſſentit Clem. Alexand. orat. ad Gentes. *Deus ex multâ benignitate & clementiâ hominem retinet, & amplectitur; ſicut enim cum pullus è nido excidit, mater eius è nido auolat natos chariſſimos pignora deferens: Deus autem pater ſuum quæris figmentum & ei quod lapſum eſt medetur, & feram perſequitur, & pullum rurſus in nidum recipit, vt rurſus auolet, incitat.*

Lyran. S. Ambr. Chryſ. Matt. 23. Clemens Alexand.

Deus varias induens formas vt ſuis ſubueniat.

Moyſes aſcendit ad Deum, qui ei quot beneficiis obſtrinxerat populum, commemorans comparat ſe aquilæ, ſuper alas pullus ſuos deferenti. cur hac ſimilitudine vteris, vt exprimas amorem tuum in populum? nonne ſatis erat dixiſſe te eum dilexiſſe, ſicut de patre eorum Iacob, dixiſti, dilexi, Eſau autem odio habui? ſimilitudine aquilæ eum exprimit, vt quantas induat formas ſuis ſubueniendi gratiâ, notum ſit omnibus, ſic enim ſcribit Petrus Chryſolo. ſerm. 170. *Totum te & pro te homo Deus patitur, quia te nimie diligit, nimie amat, formas variat, nunc te vt aquila protegit pennis ſapientia, & cœleſtem prouocat ad volatum dicente Moyſe, ſicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos conſidit extendens alas ſuas, excepit eos, & ſuper ſcapulas ſuas* & ſerm. 69. *Deus vultu incontemplabilis, viſu inperſpicabilis, nullo* 18.

S. Petrus Chryſolo.

ſenſu æſtimabilis inacceſſus mente, ne ipſe quidem ad plenum notus angelis, quoties, qualiter, quam varie, quam diuerſe ſe humanis aptauit obtutibus.

Exprimi non poſſunt beneficia Dei in ſuos collata.

Moyſes aſcendit ad Deum, debitâ cum reuerentia eum conueniens, accepit ab ore eius vt aperiret populo ſuo quantâ illius gratiâ Ægyptiis fecerat, ait enim, vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, cur ſigillatim & in particulari non aperis quibus ſuppliciis eos caſtigaſti, & quæ in ſpeciali contuliſti, vt panem de cœlo, coturnices, aquam de petra? in communi ca ſolum commemorat, quia in particulari qoanta fecerit, quis exprimere potuit? rectè cit. Petrus
Rauennas ſerm. 69. *Ad Moyſen igneus Deus glomeratur in rubo, exercetur variis in Ægypto virtutibus, & patefit ad nutum famuli, irrogat flagella, vel tollit, & in mari quantus ſit: quantumve homini dederit vltrices vnda demonſtrant obſequia, cum ſiccato gurgite cedit vnda piis, & liquore durato murum præſtat, munimen exhibet liberandis, ac totâ naturæ ſuæ virtute de hoſte ſæuiſſimo triumphatura decurrit: miro contubernio Iſraeliticis Deus conuerſatus in caſtris, numeroſas gentes nunc ferit fulmine, nunc tangit grandine, nunc ſolo tubarum clangore proſternit, vt ſine conflictu, ſine vulnere Deus ducat vltrices acies quas precedit, afficit deſideriis, votis annuit ſingulorum, mox ad interrogata reſpondit, occulta prodidit, prædixit futura, quæ patefecit, regnum contulit, donauit opes, temperauit fluuios, fœcundas præſtitit terras coniugia ipſa filiorum copia & honore decorauit; ſed adhuc parum eſſe credidit, ſi affectum ſuum erga nos præſtando proſpera tantum, & non etiam aduerſa ſuſtinendo monſtraret.*

Deus timendus, quia omnipotens, diligendus quia beneficus.

20. *Moyſes aſcendit ad Deum*, præcipientem vt ad populum referret ea quæ fecerat Ægyptiis, & quomodo eos ſuper alas aquilarum portauerat, ne ab aduerſariis vel minimam acciperent læſionem: nonne ſatis erat dixiſſe, annuntia populo quæ in eum contuli? hoc enim verbo comprehenderet & mala Ægyptiis allata, & bona Iſraeli collata: bene vtrumque in ſpeciali expreſſit, nempe ſeueram punitionem erga Ægyptios, & beneficia erga populum electum, vt ex recordatione ſuppliciorum, quæ incurreraot aduerſarij, Deum tanquam omnipotentem offendere timerēt, & beneficiorum ſibi collatorum eum tanquam benefactorem ſuum ſummo amplecterentur affectu, hæc habet Anſelm. Laudun. *Pœnas Ægyptiorum commemorat, & quæ populo ſuo præſtitit beneficia, vt timeant omnipotentem, & diligant benefactorem.*

Anſelm. Laudunen.

Suos ab aduerſariis protegens Deus.

Moyſes aſcendit ad Deum, à quo audiuit quanta fecerat populo ſuo Iſrael, quomodo portauerat eum inſtar aquilæ pullos ſuos deferentis: ſed cur dicit ſuper alas eum tuliſſe? potuiſſet enim obuoluto ſilentio nomine alarum, dicere eum fouiſſe, ſicut aquila pullos ſuos protegit, rectè S. Eucherius in tract. de formulis ſpiritalibus. *Alas habere dicitur Deus, pro eo quod more auis electos ſuos tanquam pullos ſub ſe colligit & fouet & ab inſidiis diaboli & malorum hominum protegit; vnde propheta ait ſub vmbra alarum tuarum protege me.*

S. Eucherius. Pſal. 15.

Suos in filios ſibi aſſumit Deus.

Moyſes aſcendit ad Deum, ſuam in omnibus executurus voluntatem, quæ ipſi declaratur, vt referat Iſraeli, quomodo portauerit eum ſuper alas aquilarum: quomodo hoc ſtare poteſt, cum certo certius ſit egreſſos ab Ægypto, nec mare rubrum tranſiiſſe eleuatos è terra, ſed ſuper eam iter facientes? non tulit equidem ſitu locali, ſed conditione, eleuans eos in conditionem filiorum Dei, ſenſus eſt Caiet. *Portaui vos ſuper alas aquilarum, metaphorica eſt locutio, & ſignificatur quod quemadmodum pulli aquilarum portantur ſuper alas aquilarum eleuati, protecti ab inferioribus, maternis alis euntes: ita Deus eduxit eos de Ægypto eleuatos, non ſitu locali ſed conditione, eleuatos quidem in filios Dei. ſic quod Ægyptij mortui, ipſi vero viui, ſic quod Ægyptij compellebant illos exire, per mare ierunt.* 21.

Cajet.

Iuſtorum conuerſatio in cælis.

Moyſes aſcendit ad Deum, Sept. *in montem Dei*, nondum perueniſti in deſertum Sina, nondum perfectè tuus fixit tentoria populus è regione montis, & ecce, iam montem conſcendiſſe diceris, quid hoc eſt? populus in valle cōmoratur, quidni? ob fidei enim ruditatem; & onera peccatorum, & crebras murmurationes, minime montem conſcendere poteſt, ſed ſolus Moyſes ſublimia petit, nam eius conuerſatio in cœlis erat. *Aduerte* (inquit interlin.) *quod Moyſes aſcendit in montem, proprium eſt enim ſanctorum montes diligere & incolere, quorum conuerſatio eſt in cælis* S. Greg. 31. Moral. cap. 34. præſtat audite exponentem illa verba Iob 39. nunquid ad præceptū tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? *Videamus* (inquit) *aquilam, nidum in arduis ſibi conſtruentem, qui ait, noſtra conuerſatio eſt in cælis: & rurſum, qui conreſuſcitauit & conſedere fecit nos in cæleſtibus in arduis habet nidum: quia profecto in ſupernis figit conſilium, non vult mentem in ima deiicere, non vult per abiectionem conuerſationis humana in infimis habitare, tune Paulus fortaſſe in carcere tenebatur, cum ſe conſedere in cæleſtibus teſtaretur, ſed ibi erat vbi ardentem iam mentem fixerat, non illic vbi illum neceſſario pigra adhuc caro retinebat.* 22.

Gloſſa interl. S Greg M. Iob 39.

Principes Deum imitentur in ſubditis non grauandis.

Moyſes aſcendit ad Deum, qui vt populum diſponeret vt libere imponendum opus legis reciperet, memoria inculcat quanto amore eum proſecutus fuerit, ſimilitudine aquilæ deferentis pullos ſuos ſuper alas. nonne otioſe 23.

Deum, veraces, & odientes auaritiam: cur non ſit, quod non ſint auaritiæ dediti? cur neceſſe quod etiam ipſam odio habeant? ita ſanè, licet enim in alijs ſufficiat, vt non ſit auaritia, at in iudicibus aliquid amplius requiritur, nempe vt illius ſint oſores eamque toto animo deteſtentur, *Quamuis ſufficias homini*, obſeruat Cajet. *non eſſe auarum, non ſufficit tamen principi aut iudici, ſed oportet tam alienum eſſe ab auaritia, vt oderit ipſam*, addit Oleaſter, *nulla enim aſſio humana ita infectari iudices videtur, ſicut auaritia, ideo eam maximè fugere debes.*

Cajet.

Non ſolum quomodocunque iudex auaritiam odiſſe debet, ſed perpetuis odij actibus.

141. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos*, &c. Cajet. *viros potentes*, Oleaſter, *elegit viros virtutis*, non exigua ſanè in iis requirebatur virtus, nam præter timorem Dei, veritatem, debebant odio auaritiam proſequi; in Hebræo eſt odientes, cur non ait qui oderint, non autem odientes? quia non ſufficit quemcumque actum odii auaritiæ habere, ſed continuis & repetitis actibus eam odio proſequi. obſeruatio eſt Cajet. *Participium habetur in Hebræo, puta odiens auaritiam, ſignificans affectos continuo odio auaritiæ, & non quia ad horam oderit auaritiam: nec refert quod dictio Hebraica non ſignificat propriè auaritiam, ſed facultates, hoc eſt bona quæ poſſidemus. aurum, argentum & reliqua eiuſmodi, quandoquidem non de odio facultatum abſolute, ſed de odio earum illicitè habendarum eſt ſermo intentus, ſignificatus cum maximo horrore ab odio etiam ipſarum facultatum auri, argenti, reliquarumque rerum ex quibus facultates humanæ integrantur.*

Thomas de Vio.

In iudicibus primum, & vltimum malorum eſt auaritia.

142. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos*, & poſt enumeratas virtutes quibus ornari deberent, vltimam quaſi præcipuam, ſubiungit, odientes auaritiam: cur vltima ponitur virtus iudicum, odium auaritiæ? quia ſicut huiuſmodi odium præcipua eſt eorum perfectio, ſic ſi inquinatentur, primo & vltimo, omnium malorum inficerentur, ſic Nectarius Archiepiſcopus Conſtantin. oratione de S. Theodoro, ieiunio, & eleemoſyna, *Contineamus nos non modo à vetito cibo, &c. ſed ab auaritia, quod malorum omnium primum eſt & vltimum.*

S. Nectar.

Muneribus à iudice ex auaritia perceptis, iudicium corrumpi neceſſarium eſt.

143. *Electis viris ſtrenuis de Iſrael, conſtituit eos principes tribunos &c.* viros ſtrenuos nominat pluribus virtutibus inſignes, ſed inter eas annumeratur odium auaritiæ, quod præcipue in iudice attendendum eſt, ſed ſi aliqua à litigantibus accipiat munera tanto ne dignus vituperio? imo grauiſſimo dignus ſupplicio, muneribus enim à iudice ex auaritia acceptis, iudicium peruerti neceſſe eſt. Sic enim Petrus Damianus libr. 2. Epiſt. 2. & in ordine 25. *Filii Samuelis nullum aliud crimen habuiſſe leguntur niſi quia munera dilexerint, & quia paternæ munditiei non ſequebantur exemplum, irrecuperabiliter amiſerunt plebis Iſraeliticæ principatum. notandum quia cum de illis ſcriptura dicit, declinauerunt poſt auaritiam, acceperunt munera protinus intulit, peruerterunt iudicium; vicinum quippe eſt ac continuum, vt poſt munus acceptum, peruertatur, etiam corrupto cenſore, iudicium.*

S. Petrus Damian.

Etiam ſapientiſſimi iudices, ſi auro capiantur, hallucinantur.

Electis viris ſtrenuis, Sept. *elegit viros potentes*, Oleaſt. *elegit viros virtutis*, & Cajet. vt vidimus reddiderat viros ſapientes: ſi ergo iudices ſapientia pollere deberent, cur additum eſt à Iethro, non ſolum vt colerent Deum, vt in eis eſſet veritas, ſed etiam vt odirent auaritiam? quia etiam ſi iudices ſint ſapientiſſimi, ſi auro ſemel capiantur, iam ſunt inſipientes & hallucinantur. id teſtatur Gregorius Nazianz. in ſententijs, *Munera faciunt* inquit, *vt ſapientes quoque viri hallucinentur, atque vt aues laqueo, ſic auro homines capiantur.* 144.

S. Greg.

Auri eloquentia, etiam eloquentiſſimos iudices ſuperat.

Electis viris ſtrenuis, nempe iudicibus populi, qui ſint potentes, Cajet. ſapientes, timentes Deum, veraces, & odientes auaritiam, quid? licet aurum diligerent, cum ſint ſapientes & eruditi, an eis perſuadere aurum poterit, quod aliquid contra rationis & legum dictamen efficiant? quidni? cum auri eloquentia ſit alia omni maior. fauet Gr. Nazian. *Auro loquente iners eſt omnis oratio, perſuadet enim illud etiam ſi nullam vocem edit.* 145.

S. Greg. Naz.

Fortiſſimis & conſtantiſſimis iudicibus aurum præſidet.

Electis viris ſtrenuis, Sep. *ſelegit viros potētes*, alii fortes, quidam, robuſtos, vt in varietate Lection. Verſu 21. vidimus: non contentus Iethro, vt iudices conſtantia & animi fortitudine ſolum ſint præditi, alias addit, ſubiungens hanc vltimam, odientes auaritiam: cur cum nihil auro pretioſius illius non erunt cupidi? nam ſi fortes, ſi conſtantes ſint, ab eo non ſuperabuntur, imo in eorum tribunali tanquam ſupremus Dominus præſidebit. audiendus Petrus Damianus opuſ. 12. cap. 29. qui ſic loquitur. *Aurum nunc ipſis ſenatoribus præſident in tribunalibus iudicas velut imperator quidam, pragmatica ſanctionis edicta promulgat: ſicut enim rex in ſecretalibus adytis de regni ſtatu, de rerum ſumma deliberat, quodammodo ſic aurum & latet in occulto, & ſententiam depromit in publico, in ſudario anguſto concluditur, & deciſis negotiis calculos iudicialis apponit.* 146.

S Cardin. oſtiens.

Auri cupiditas quas virtutes in optimis iudicibus non enervat?

146. *Electis viris ſtrenuis*, nomine ſtrenuorum virorum eos comprehendit de quibus antea Iethro quod eſſent potentes, Pag. fortes, Cajet. ſapientes, quod Deum timentes, Sept. Deum colentes, in quibus eſſet veritas, Cajet. viri veritatis, tandem concludit & odientes auaritiam: licet eam odio non habuerint nonne ſatis eximiis virtutibus decorati? ſi enim timēt Deum, quid amplius requiritur? vt ſint odientes auaritiam, quia auri cupiditas & amor, quaſcumque præclaras virtutes in optimis iu-
Matthæus Boſſus. dicibus eneruat, & pluries deſtruit, rectè Mathæus Boſſus Veronenſ. Canonicus regularis diſp. 1. de veris animi gaudiis ſic ait, *Quæ virtus tam præcipua tamque diuina, in quam auaritia non frequenter incurſet? quod denique propoſitum tam ferreum & tam continens quod non aries iſte pecuniæ gradu dimoueat, incuruet ſibique ſubmittat?*

Iudex qui auro non capitur, eſt quid maius homine.

147. *Electis viris ſtrenuis*, Sept. *Elegit viros potentes*, qui animi conſtantia præualerent, religioſi eſſent erga Deū, & apud homines veraces, ſed vltimo additur qui odirent auaritiā, cur poſt eximiarum virtutum ornamentum, quod inquirit Iethro, omnium poſtremum, aſſignat odium auaritiæ? an quia minor hæc virtus præcedentibus? imo quia maior, & ita eximia vt iudex qui auaritiæ odium habuerit, quid maius homine cenſeri debeat: ſic auri
B. Ambr. contemptum efferebat B. Ambr. lib. 2. offic. c. 14. *Quid illo viro precelſius qui auro moueri neſciat? contemptum habeat pecuniarum? quod qui fecerit, hunc homines ſacrum hominem arbitrantur, quis eſt hic & laudabimus eum?*

Si dixeris auarum, iudicem ne nominaueris.

148. *Electis viris ſtrenuis*, non ſolum conſtantes animo, ſed & in quibus eſſet odium auaritiæ, elegit ſic enim ſocer eius cōſuluerat, tamen nō ita neceſſaria hæc vltima conditio in iudice, ita vt optimus iudex cenſeretur, ſi virtutibus aliis foret præditus: imo nec iudex nominan-
S. Leo. dus, ſi regnaret in eo auaritiæ vitium. nam vt optime S. Leo ſerm. 9. de Paſſ. Domini, *Nullum eſt in illo corde iuſtitiæ veſtigium, in quo auaritia fecit habitaculum*, preme hæc penultima verba, nullum eſt in illo corde virtutis veſtigium &c. ita longe eſt à veri iudicis munere, qui ab auro poſſidetur, ſicut ille in quo nullum eſt minimum iuſtitiæ veſtigium.

Iudex oſor auaritiæ, olim ſine oculis & manibus pingebatur, cum auribus tamen: amator autem illius cum oculis & manibus, ſed captus auribus & pedibus.

149. *Electis viris ſtrenuis*, in populi iudices in-
A ſimos & ſupremos conſtituit, qui virtutibus toties à nobis memoratis inſignes eſſent, ſed præcipuè odio auaritiæ: hinc eſt quod iudices olim (teſtibus Sancto Cle- S. Clemens Roman.
mente Rom. & Diuo Baſillio) ſine mani- S. Baſil.
bus & ſine oculis pingebantur, vt hac pictura denotaretur, munera nec manibus capienda, nec oculis vſurpanda: nam qui manibus capiunt, à prauis affectibus capiuntur, & qui vel ſolis oculis vſurpant, etiam animis excæcantur; in quam curam diabolus maxime incumbit, iuxta illud Iob Iob. 9.
9. terra data eſt in manus impii, vultum iudicum eius operit. vbi Lyranus nomine impii, diabolum intelligit, qui pro-
B pterea totius terræ poſſeſſionem inuaſit, vt terrenis muneribus iudices excæcaret, excæcatoſque in mille iniuſtitias præcipitaret: ne igitur iudices ex auaritia internis oculorum affectibus excæcarentur, ſine corporeis oculis olim pingebantur: adeo credebant antiqui vel ſuſcepta, etiam per ſolos oculos, munera incorruptis iudiciis aduerſari, qui ſe oblatis muneribus ex nimis habendi cupiditate, ineſcari paterentur: ecce ergo vt iudices munerum & auaritiæ oſores, pinguntur, ſed auri amatores qua pictura referendi? ſanè ſine pedi- Peluſ.
bus, imo & auribus. ſic Iſidorus Peluſiota lib. 2. Epiſtola 233. qui quomodò auri cupidos pingere oporteret monens ait. *Porro aures vſque adeo obturatas habet vt nec ſuppli-*
C *ces preces, nec gemitus, nec fletus audiat, & ideo ſine auribus pingendus, nec pedes quidem ipſi, vt nullus cordatus te emere queat, neque enim qui captus eſt ſecedere poteſt.*

Iudex laborans morbo auaritiæ, etiam infirmatur ex ſuperbia.

Electis viris ſtrenuis, conſtituit eos princi- 150.
pes populi, quas autem habere virtutes deberent, Iethro ſapienter conſulens inter alias hanc aſſignat vt oderint auaritiam, Septuaginta reddiderunt, odientes ſuperbiam: cur ita reddiderunt, cum in aliis lectionibus ſolum ſermo ſit de auaritia, non autem de ſuperbia?, non arguendi quod loco auaritiæ ſuperbiam reddide-
D rint, qui enim laborat morbo auaritiæ, certum eſt & infirmitate ſuperbiæ teneri. ad rem Beatus Auguſtinus ſermone 212. S. Auguſt.
ita loquitur, *Nihil tam timendum in diuitiis quam ſuperbia, Apoſtolus de hoc admonet Timotheum, præcipe, inquit, diuitibus hu-* Timot.
ius ſæculi, ſuperbe non ſapere, non enim diuitias exponit, ſed morbum diuitiarum, morbus autem diuitiarum eſt ſuperbia magna, laborat hoc morbo qui pecunias opeſque diligit.

Ab auaritia vermis ſuperbia.

Electis viris ſtrenuis, conſtituit eos 151.
principes populi, tribunos &c. elegit autem

omni perſonarum acceptione amota, nam A quibus iudicibus virtutes neceſſariæ inerant, ab eo in iudices conſtituti ſunt, hac autem præcipue decorati debebant, nempe odio auaritiæ. ſic enim conſulebat Iethro, & ſint odientes auaritiam. Sept. ſuperbiam, ſcimus nomen γρα auaritiam, cupiditatem ſignificare, non autem arrogantiam, faſtum, & ſuperbiam: cur ergo ita ab eis redditur? quia ita inſeparabilis eſt ſuperbia ab auaris diuitibus, ſicut vermis à quibuſdam fructibus, & granis. ita enim S. Auguſt. ſerm. 5. de verb. Domini c. 9. *Nihil eſt* (inquit) *quod ſic generent diuitiæ quomodo ſuperbiam. omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum, habet vermem ſuum, alius eſt vermis mal., alius pyrì, alius fabæ, alius tritici; vermis diuitiarum ſuperbia*, ab hoc, quicūque ſis, ſi vermi vis liberari, cūra ne ſis huius ſæculi diues, ſed futuri, ne diuitias accumules ex auaritia, nec ob præſentis ſæculi amorem, ſed ob æternæ vitæ requiem, diuitias pauperibus diſtribue, qui fidi ſint earum cuſtodes, qui deducent te in æterna tabernacula, quorum vtinam Deo auxiliante poſt huius ærumnoſæ vitæ periculum, ſimus tandem aliquando poſſeſſores.

SYNOPSIS
CAPITIS XIX.

Filij Iſrael de Raphidim profecti ſunt in montem Sinai, vbi per plures dies permanſuri fixerunt tentoria, medianteque Moyſe eliguntur à Deo in peculiarem populum, quibus plurima beneficia promittit ſe largiturum, ſi in eius fide & dilectione perſeuerare voluerint. Iubentur ſanctificari, & termini conſtitui ad legem recipiendam à Deo, in montis verticem die tertia deſcenſuro, & ex eo loco præmiſſis tonitribus, & fulguribus, omnibus è populo audientibus, eam pronunciaturo, Deus autem cum maxima maieſtate apparet eis illam daturus.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

A VVLG. Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.

Sept. Menſe autem tertio exitus filiorum Iſrael de terra Ægypti, hac die venerunt in deſertum Sina.

Arias. In menſe tertio exire filiorum Iſrael è terra Ægypti.

Vulg. Nam profecti ſunt de Raphidim, & peruenientes vſque in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibique Iſrael fixit tentoria è regione montis.

Sept. Et promouerunt ex Raphidim, & venerunt in deſertum Sina, & caſtrametatus eſt ibi Iſrael, contra montem.

Alij Ad montis orientem.

Alij. In circuitu totius montis.

CONCORDIA.

REctè reddidit interpres hæc verba Hebraica נגד ההר neged hahahar è regione montis, ſed quia plagam & ſitum loci non notauit Moyſes, hinc variè explicantur hæc caſtra poſita, nam aliqui poſuerunt ad meri- B diem montis, qui erat ſitus ſecundum rationem itineris, venientibus enim ex Ægypto mons hic eſt Septentrionalis, alii ad montis orientem, & ſic verterunt. Alii in circuitu caſtrorum, & ſic reddiderunt alii.

EXPOSITIO.

M*Enſe tertio*, non completo, aliàs non poſſet conuenire cum eo quod die quinquageſimò ab exitu Iſraelitarum ab Ægypto primum ſit eis data lex in monte Sinai: menſem ergo tertium intellige inceptum, *in die hac*, non prima huius, ſed tertia, eadem enim computatione numeranda, ſicut & tertius menſis, nullum enim aliud nomen numerale præceſſit, ad quod pronomen *hac* poſſit referri, hæc autem tertia dies fuit quadrageſima ſeptima poſt exitum populi Iſrael ab Ægypto, tranſierant enim quindecim dies primi

menſis, viginti nouem ſecundi (ſunt enim menſes Iudæis lunares) & tres huius tertij menſis, qui omnes conſtituunt quadraginta ſeptem, & ſane hoc ſic debet intelligi ex modo
Pſalm 41. loquendi Hebræorum, quia interdum hunc pro eodem vſurpant, vt Pſal. 41. in via hac qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi, nec enim vllam viam oſtendit, perinde eſt
Nehem 4 ac ſi diceret, in via eadem quam ambulabam & Nehemiæ 8. & venerat menſis ſeptimus, deinde cap. 9. ait, in die autem viceſimo quarto menſis huius (id eſt) menſis eiuſdem ſepti-
Leuit. 23. mi: Leuit 23. quinta decima menſis huius id eſt menſis eiuſdem, ergo vera interpretatio eſt menſe tertio in die hac, id eſt in die eadem tertia videlicet die ſicut tertius erat menſis.

Venerunt in ſolitudinem Sinai, in itinere vnius diei à diſceſſu è Raphidim; porro hæc ſolitudo Sinai diuerſa eſt à ſolitudine Sin, contigua tamen ei, ſolitudinis enim magnæ plurimæ ſunt partes, in hac autem ſolitudine ferè per annum integrum conſtiterunt, hoc eſt à die tertia menſis tertij, anno egreſſionis primo, vſque ad vigeſimam diem menſis ſecundi anni ſequentis, vt habetur Numer. 10.

A & 11. in eaque manſione facta omnia quæ toto hoc deinceps libro, toto Leuitico lib. Numer. vſque ad illum verſum 11. capitis 10. recenſentur, *nam profecti de Raphidim* die ſecundo menſis tertij, *caſtrametati ſunt in eodem loco*, tentoria fixerunt, hæc autem caſtrametatio fuit duodecima manſio, quæ cæteris fuit diuturnior, *ibique fixit Iſrael tentoria*, hæc verba priorum ſunt expoſitio, vt ſæpe in ſcriptura contingit; dicitur Iſrael id eſt filij Iſrael, cur autem ſic dicantur, non autem Abrahæ & Iſaac, puto hoc ideo fieri, quod nec Abraham nec Iſaac habuerint tot filios, qui merito domum conſtituerent, cum tam Abraham quam Iſaac vnicam habuerint prolem, ex his quæ in ſemen reputari deberent, Iacob qui & Iſrael duodecim habuit filios, qui omnes ad ſanctum ſemen & popu-
B lum Dei pertinebāt, vocat autem Hebraiſmus domum, poſteritatem & prolem præcipuè copioſam, vocantur quoque Iudæi filij Iſrael. *E regione montis*, prope montem Sinai, qui & Oreb ad quem Dominus dudum prædixerat Moyſi ipſum cum vniuerſo populo redempto peruenturum.

CONCEPTVS.

Deus in promiſsis ſuis infallibilis, & ſine cunctatione ea adimplens.

1. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti in die hac venerunt*, ſcilicet Hebræi in Sina deſertum, tentoria figentes è regione montis Sinai. quem Moyſes Deum allocuturus aſcendit, cur menſis & dies aduentus filiorum Iſrael in huiuſmodi locum ita diligenter obſeruatur? ſatis enim erat dixiſſe, ſicut & in ſuperioribus manſionibus, obuolutis ſilentio menſe & die, è Raphidim diſcedentes perueniſſe in deſertum Sina è regione montis caſtrametatos. reuoca in memoriam Deum Moyſi pollicitum fuiſſe ex rubo quod in monte, redempto populo ab Ægypti ſeruitute, ſibi in eo immolaturus eſſet: ſic enim c. 3. hoc habebis ſignum quod miſerim te cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum: ne mireris ergo ſi huiuſmodi aduentus in deſertum Sina & caſtrametationis è re-
D gione montis Sinai, menſis & dies ita accuratè notantur; nam non ſine ratione factum, ſed vt innueretur Dei in promiſſis ſuis infallibilitas ſine cunctatione ea adimplentis, obſer-
Rupert. uatio eſt Ruperti lib. 3. cap. 23. *Quod ergo dicit menſe tertio in die hac, idem eſt ac ſi dixiſſet menſe tertio in die menſis primu*, arbitrabatur enim fuiſſe primam, ſed in expoſitione oſtendimus fuiſſe tertiam, *hic immolaturus erat Moyſes, & implenda veritas eius qui miſerat eum dicentis cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum, hue immolatio Moyſi pro ſigno veritatis facta fuit quod Deus eum miſerit, non quia immolauerit, ſed quia inter immolandum Deus clariſsima ſua præſentia ſignu dedit, ita vt perterriti ac pauore concuſſi filij Iſrael, dicerent Moyſi, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ergo ſic immolaſſe ſuper montem iſtum ſignum fuit Moyſi quod Dominus miſiſſet eum*

C *In deſerto & extra tumultum melius percipitur doctrina cæleſtis.*

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die hac venerunt in ſolitudinem, & è regione montis fixerunt tentoria, in hoc monte daturus erat eis legem, præcepta plurima iuſſurus obſeruari: cur non expectat quouſque in terram lacte & melle manantem peruenerint, aliquam populoſam ciuitatem habitantes, non autem cum ſolum in eremo vaſtiſſima ſub tentorijs commorantur? merito in monte, & in deſerto legem ſuam eis promulgare decreuit, quia in deſerto, loco à tumultu hominum ſegregato melius doctrina cæleſtis percipitur, *Exigit doctrina*, inquit Oleaſt. *ſeceſ-* Oleaſt.
ſum & à mundanis curis expeditum hominem, ideo Dominus Iudæos in deſertum locum induxit, vbi expeditiores ab omnibus fullicæleſtis doctrina eſſent capaciores, apud Oſeam legis 2. cap.
Ecce duco eam in ſolitudinem &. loquar ad cor eius. Oſe. 2.

Alios docturus, vitæ eminentia conſtet.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, 3.
in die hac venerunt in ſolitudinem iuxta montem Sinai caſtrametantes, nullus autem neſcit, quod in hoc monte de diuina lege instructi fuerint Iſraelitæ, de iis quæ obſeruare tenerentur ad vitæ conſecutionem æternæ: quis Deum mouet vt populum doceat legem ſuam ſeruandam in montem aſcendere? nonne in quocumque loco hæc præcepta præſcribere potuit? potuit, ſed noluit niſi in monte, vel vt loco ipſo doceret, doctoris eſſe vitæ eminentia ſuis auditoribus præferri,

præferri, alioquin eius doctrina contemnetur,
cuius vita deſpicietur, vilis enim eſt doctor &
prædicator qui iacet miſer in valle vitiorum:
mens eſt Auctoris imperf. hom. 9. in Matth.
qui inquirens, cur Chriſtus Dominus doctu-
Auctor imperf. rus populum, montem conſcenderit, ait. *Vt
oſtendat quoniam in altitudine ſpiritualium virtu-
tum conſiſtere debet, qui docet Dei iuſtitiam pari-
ter & qui audit, nemo enim poteſt in valle ſtare
& de monte loqui, ſi in terrâ ſtas, de terrâ loque-
ris, in monte conſiſte.*

Nihil faciendum ad oſtentationem, ſed ad ædificationem.

4. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in
die hac venerunt in ſolitudinem*, quod non ſine
Dei ſpeciali prouidentiâ contigit, nec quod ſi-
militer caſtrametati ſint è regione montis, in
quo legem ſuam docturus erat: ſed cur in ſoli-
tudine? cur in monte? cur non dicemus ideo
hoc factum, vt nos erudiret nihil ad oſtenta-
tionem noſtri faciendum, ſed ad ædificationem
& ita dandam operam, vt à cunctis tumultibus
liberemur cum alios docturi ſumus, ne ex do-
ctrina eximia vanam gloriam velle aucupari
videamur. fauet B. Chryſoſt. hom. 5. in Matth.
S. Chryſ. *Per hoc quod non in ciuitate & foro, ſed in monte
& ſolitudine ſedit*, (loquitur de Chriſto Domi-
no docente) *erudiuit nos nihil ad oſtentationem
facere & à tumultibus abſcedere, & maxime cum
de neceſſariis diſputare oportet.*

Præcepta Dei licet aliquibus videantur amara tamen in ſe ſunt dulciſſima.

5. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in die
hac venerunt in ſolitudinem*, in quam cum per-
ueniſſent, obſeruat textus, *quod caſtrametati
ſunt è regione montis*, in quem deſcendit Domi-
nus præcepta legeſque eis daturus: hunc mon-
tem, cum aliis in quibus doctrina cœleſtis ex-
Ioel. hibetur, conſiderans propheta Ioel ait, ſtilla-
bunt montes dulcedinem & colles fluent lac &
mel: nec mirum ſane ſi in monte docet, quod
eius verba omni ſuauitate ac dulcedine referta
ſint, omnique melle dulciora. Sed quomodo
(dices) dulcedinem montes ſtillant, cum vxo-
rem proximi tui, eiuſque facultates, vt non
concupiſcas, & alia præcipiuntur, quæ pluri-
bus amara videntur? nunquid pluribus iucun-
dius, quam cupiditate ferri in aliorum bona
&c? ſed ſi dixeris eorum prohibitionem ama-
ram, falleris, hæc enim omnium prohibitio ſa-
no palato ſapidiſſima, dulcedine mons Sinai
affluit, quia in illo rerum terrenarum deſpicié-
tiam iubet, cum dicit non concupiſces rem pro-
ximi tui: caſtitatem & munditiam cum ait, non
adulterabis: quæ non amara ſed melle dulciora
ſunt: rectè ſentienti mel ac lac eſt caſtitas, re-
rum terrenarum contemptus, & aliæ virtutes,
quæ in aliis decalogi præceptis commendan-
tur, in hoc monte à Deo in eum deſcendente.

Virtus & receſſus à vitiis, nobis gloriæ loco eſſe debent.

6. *Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, in
die hac venerunt in ſolitudinem*, & duce colum-
A nâ ſtante, caſtrametati ſunt è regione montis,
in quem Deum legem populo ſuo daturum
deſcendiſſe diximus, quæ plura virtutum exer-
citium perſuadentia, plura autem à vitiis reuo-
cantia continebat; verum in eodem monte glo-
ria Domini oſtenditur, maieſtaſque eius ſenti-
tur, nec miror gloriam Domini in hoc monte
notari, quia virtutes & receſſus à vitiis cum
gloria coniunguntur, imo beatitudinis vicem
gerere debent.

Iudæi tanquam pueri prius lege quam Euangelio imbuendi.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti, 7.
venerunt in ſolitudinem, caſtrametantes è re-
B gione montis, quem Deus elegit non ſolum, vt
decalogum eis præſcriberet, ſed & iudicialia, &
legalia daret obſeruanda: cur his omiſſis, cum
lex euangelica adeo ſit leuis & ſuauis, eam po-
pulo ſuo electo non promulgauit? ſane imper-
fecti adhuc erant Hebræi, pleno euangelicæ le-
gis lumine, imbecilla eorum acies perſtringen-
da ſtatim non erat, per vmbras quaſdam prius
erudiri debuerunt, vt deinde ſe ad Euange-
lium recipiendum præpararent. audiendus, hic
Euſeb. Cæſarienſ. qui lib. 1. cap. 1. Eccleſ. hiſt.
ita ſcribit. *Hebræis adhuc rudibus & contagione* Euſebius Cæſar.
*vitæ præterita infectis, per Moyſen typos &
adumbrationem diuini cultus, per ſabbatha quæ-
dam myſtica, & per circumciſionem corporis alius
aliquid in ſpiritu ſignificantem, cæteraque huiuſ-
modi præcepta legalia veluti elementa ſacratio-
ris olim futuræ eruditionis, Deus impreſſit.* Tan-
quam rudes pueri per legem, & Moyſem eru-
diuntur Hebræi, plene perfectaque ſcientia per
C Chriſtum & Euangelium imbuendi: quod ha-
bet etiam S. Cyrillus lib. 9. contra Iulianum S. Cyrill. Alex.
his verbis. *Oportebat per Moyſem tanquam pue-
rum erudiri Iſraelem, cui puerilis adhuc & rudior
mens erat, at per Chriſtum in quo ſunt omnes the-
ſauri ſapientiæ & ſcientia Dei reconditi, deſcrip-
tam veram & conſumatiſſimam nobis afferri ſcien-
tiam.*

Lex inter ſpinas ſeruatur.

Menſe tertio egreſſionis de terrâ Ægypti 8.
*venerunt in ſolitudinem, & caſtrametati ſunt e re-
gione montis*, nempe Sinai, in quo legem à Deo
accepit Moyſes populo promulgaturus: ſed ca-
retne myſterio, quod diuina lex potius in hoc
monte data ſit, quam in alio? nequaquam; nam
Sinai rubum ſignificat, & quia qui verba Dei
dignè excipere cupit, debet pœnitentiæ ſpinis,
& doloris aculeis mentem pungere, congruen-
D ter lex diuina in monte tradita eſt. rectè vero in
Sinai, qui rubum ſignificat, legem Moſes acce-
pit, imo & in rubo Dominum vidit, quia inter
tribulationis & aduerſitatum ſpinas, & Deus
melius cognoſcitur, & perfectius lex diuina
ſeruatur.

Præceptis & legi danda præſtruenda eſt ſignorum claritas.

Menſe tertio egreſſionis de terra Ægypti ve- 9.
*nerunt in ſolitudinem, & caſtrametati ſunt è regio-
ne montis*, quem Deus ad dandam populo ſuo
legem ſelegit: ſed cur antequam illi obſeruan-
dam præſcripſit, tot edidit mirabilia in Ægyp-
to & in ſolitudine, & in mari? quid enim mi-
rabilius, quam mare diuidere, diuiſumque ſo-

lidare? panem è cœlo quotidie præbere? aquam A è petrâ largiri? &c. cur ergo tanta miraculorum multitudine præfulget, antequam ſua iniungat cuſtodienda præcepta? vt ſignorum editio legi mandatiſque ſuis authoritatem conciliet, ſic B. Chryſoſt. in illud Matth. 4. & curauit eos, qui inquirens, cur Chriſtus D. tot mirabilia operatus tot ſanauit infirmos. *Vt auctoritatem ſuis* (inquit) *mandati, perſtrueret claritate ſignorum.* 5 Chry. Matt. 4

VARIET. LECT. Verſ. 2. & 3.

V*Vlg.* Moyſes autem aſcendit ad Deum, vocauitque, eum de monte Dominus, & ait, hæc dices domui Iacob, & annuntiabis filiis Iſrael.

Sept Moyſes aſcendit ad montem Dei.

Cald. Aſcendit in conſpectum verbi Domini. B

Vulg Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, adduxi vos ad meipſum.

Cald. Portaui vos ſuper alas aquilæ, & applicaui vos ad ſeru[illegible]tem meam.

Arias. Eleuaui vos ſuper alam aquilæ.

CONCORDIA.

NOſter vulgatus habet ex Hebræo aſcendit ad Deum, Sept. autem ἀνέβη εἰς τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ aſcendit ad montem Dei, ſed in idem redit vtriuſque lectio, ideo enim mons Dei dicitur quod Deus in eo peculiari ratione habitare crederetur, ob ea quæ ibidem antea & poſtmodum à Deo facta ſunt: licet ſolum habeat Vulg. & aſſumpſerim mihi, & Septuag. adduxi vos ad meipſum, & Cald. applicaui vos ad ſeruitutem meam; tamẽ vtrobique eſt idem ſenſus niſi quod Cald. expreſſerit, vt videtur quomodo Hebræos ſibi Deus aſſumpſerit.

EXPOSITIO.

M*Oyſes aſcendit ad Deum*, ſpeciali aliqua Dei vocatione præcedente, *vocauitque eum de monte Dominus*, nam particula *que* hoc loco eſt rationalis, explicans cauſam, cur Moyſes aſcenderit, nempe quia Deus eum vocauerat. *Haec dices domus Iacob & annuntiabis filiis Iſrael*, repetitio eiuſdem ſententiæ, nam domus Iacob & filij Iſrael pro eodem ſumuntur, quiquidem modus eamdem diuerſis verbis repetendi ſententiam non eſt inuſitatus apud prophetas, maxime apud Iſaiam, vt patet eius prophetiam reuoluenti, *& vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis* tum in Ægypto, cum eorum primogenitos medio Angelo percuſſore interfeci, tum in tranſitu maris rubri, eum Pharaonem & innumerum eius exercitum aquis ſubmerſi, ne vno quidem ſuperſtite, *quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum*, nullo meliori ſchemate potuit Deus, amorem & prouidentiam ſuam erga gentem Hebræam demonſtrare, C quam aquilæ & erga pullos ſuos amore debacchantis, & erga imbecillos, & ſe minime tueri valentes, potentiſſimæ, etenim potentia ſimul cum maternâ indulgentia per aquilam indicatur, eſt enim auis regia, & licet aliquando in malam partem ſumatur, vt apud Ierem. cap. 48. & Exech. 17. hoc tamen in loco in bonam, & per eam deſignat Deus potentiſſimum amorem quo populum ſuum proſecutus eſt, & ſingular[illegible] protectionem illius, imo dum eum portat in humeris, ſecuritatem indicat, quam ipſe nactus eſt, ex eo quod humeris Dei deportetur, quæ probari poteſt ex Iſai. c. 58. vbi dicitur. *Delectaberis ſuper Domino & ſuſtollam te ſuper altitudinem terræ*. Sept. *eris confidens ſuper Dominum*, quod idem eſt atque inniteris ſuper Dominum, nihil habens timendum, *& aſſumpſerim vos*. Cald. intelligit in ſeruos meos, ſed melius aſſumpſi vos ſub ſpeciali tutelâ meâ. Iſai. 58.

CONCEPTVS.

Nihil omnino difficile vero obedienti.

10. *Moyſes aſcendit ad Deum, vocauitque eum de monte Dominus*: aſcendit ergo in montem, vnde Sept. reddiderunt aſcendit ad montem Dei, cur ergo non dicitur ad eum aſcendiſſe ſed ad Deum? & cum mons aſcenſu difficilis, in quo ad Deum peruenit, cur non dicitur montem ſuperauiſſe? cur difficultas montis non exprimitur à Moyſe ſuperata, vt ad Deum perueniret, ipſique præſens adeſſet? aduerte in expoſitione à nobis dictum Moyſem aſcendiſſe ex ſpeciali vocatione Dei: ne quæras ergo, cur non dictum fuerit in montem aſcendiſſe, ſed D ſolum ad Deum, cur non memorentur difficultates ſuperatæ à Moyſe, vt Deo ſe præſentem exhiberet, hoc enim ad promptiſſimam Moyſis obedientiæ commendationem faciebat, quod licet cum difficultate mons eſſet conſcendendus, tamen hoc prætermittitur in eius acceſſu ad Deum ita vt acceſſiſſe videatur quaſi nulli montis eſſent obices.

Velociſſima ſit obedientia.

Moyſes aſcendit ad Deum vocauitque eum de monte cur non ait ſacer contextus, vocauit Dominus Moyſem, & ad eum aſcendit, cum vocatio prius facta fuerit quam aſcenſus? verũ eſt Deum vocaſſe, & tamẽ vocatio poſtponitur, ei 11.

antea aſcenſus eius ad Deum refertur, vt in- A
ueneretur iſta prompta veloxque eius obedien-
tia vtilior, & quaſi imperceptibiliter ad Deum
peruenit, vix auditâ Dei vocatione: & licet po-
ſtea dictum ſit vocauit eum de monte, ideo eſt,
vt notum fieret quod vocatus, & tamen adeo
promptè Deo obedierit, quaſi nondum vel au-
ditâ vel finitâ vocatione, tanquam auis velo-
ciſſima montem Deum allocuturus, conſcende-
Iſai 46 rit, hoc ſibi ni fallor volunt Dei verba Iſai 46.
ſaltem id rectè ſignificant, ſic enim ait. *Vo-
cans ab oriente auem, & de terrâ longinquâ vi-
rum voluntatis meæ*, ſermo hic iuxta interpretes
de Cyro eſt, qui vt Dei imperio pareret, venit
in Babylonem, ſed cur auis vocatur, vt Dei
mandata exequatur? an vt celeritatem com- B
mendaret, & obſequendi velocitatem, quæ
parenti neceſſaria eſt? pulchrè id ex his verbis
Oleaſt. elicuit Oleaſter, ſic enim ſcribit & legit vo-
cans ab oriente auem, & à longinquo virum
conſilij mei. *Quâ celeritate debeamus exequi
mandata Dei noſtri pulchre hoc loco admonemur,
gentilis erat Cyrus, non audierat vnquam quis eſſet
Deus Iſrael & tamen non ad vocem, ſed ad inſpi-
rationem velut auis volat ad eum, vt eius mandatis
pareat*. tarditas omnis à nobis exulet, prompti
celereſque Dei in mandatis ſimus, velociter ille
parebat, qui dicebat viam mandatorum tuo-
Pſal. 118 rum cucurri Pſal 118. parum eſt ambulare,
lenteque moueri, currere opus eſt, vt torpor
omnis excutiatur, omnis lentitudo: ſtadium
obedientiam cenſe, in quo curſu res peragitur, C
quis enim ferat, qui in ſtadio de palmâ certare
velit, & vix pedem moueat, & teſtudineo ince-
dat gradu, hîc ſpectatorum riſum habebit pro
triumpho, ſcommata pro victoriæ laude, idem
in parentiæ certamine accidit, ſtadium obe-
dientia eſt, curſus eſt neceſſarius, teſtudineus
inceſſus non admittitur, verba B. Laurentij
S Laurent. Iuſtin. Iuſtiniani ad mentem noſtram ſubſcribo cap.
4 de perſeuer. *Currite, currite, ô vos omnes milites
Chriſti properate feſtinè, & feſtinè quicumque in
obedientia, & ſubiectionis ſtadio certatis*, ita-
que qui vocatur ſtatim moueatur ad iuſſa per-
cipienda, imperceptibiliter currat, ita vt ad vo-
cantem prius agnoſcatur acceſſus, quam
vocatio.

Obedientia, aurea ad cælum via.

12. *Moyſes aſcendit ad Deum*, quonam aſcen-
deret, niſi ad Deum, niſi ad cœlum? vocatus
enim ilico paruit: qui autem promptam exhi-
bet Deo obedientiam, nullam aliam ſibi viam
ſternit, niſi quæ ad Deum ducit directè, & in
cœlum perducit, ſic enim à Sanctis patribus,
aurea ad cœlum via dicitur obedientia; è quo-
rum numero profero teſtimonium ſancti Petri
Damiani opuſculo decimo tertio, capite vige-
ſimo primo. *Nec tamen ieiuniis nimium tribuen-
tes, obedientiam quæ aurea via eſt ad cælum relin-
quentes*, vis rectâ ad Deum via accedere, non lu-
toſa non difficili, ſed tota aurea, obedientiam
ei præſta.

*Nedenuo in irreuerentiam erga Deum
labamur.*

13. *Moyſes aſcendit ad Deum*, tenet Abu-
lenſ. nondum à Deo vocatum Moyſen cum ad

A montem aſcendit; dixi ad montem, quia vbi
nos legimus, aſcendit ad Deum Sept. habent
ad montem, quomodo ergo dicitur quod vo-
cauit eum Dominus de mõte ſi in eo erat? tenet Abulenſ.
eit auctor, nondum ad ſuperiorem illius partẽ
perueniſſe. cur cacumẽ illius non cõſcenderat?
reſpondet, *quia cum ipſe paſceret gregem Iethro,
ille venit ad montem illum, & in parte ſuperiori
illius montis vidit rubum ardere, & non combure-
batur, & dixit, vadam & videbo viſionem hanc
magnam, quare non comburatur rubus: cernens au-
tem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit
eum de medio rubi. & ait, Moyſes ne appropies
huc, quia ergo Deus arguerat eum de irreueren-
tia in eodem loco accedendo antequam vocare-
B tur, noluit nunc accedere, donec vocaret eum Deus,
ergo videns eius reuerentiam, vocauit eum, vt ac-
cederet ad locum, hæc eadem habet Dionyſius Carthuſ.
Carthuſ.*

*Promptiſſimi ſimus ad Dei exequenda
mandata.*

Moyſes aſcendit ad Deum, cur non pergis 14.
cum commiſſo tibi exercitu? cur non caſtra-
metaris è regione montis? cur eo derelicto in
montem conſcendis? quid tibi in monte per-
agendum eſt? reuoca in memoriam quid dixe-
rit ei Dominus, cum eduxeris populum meum
de Ægypto, immolabis ſuper montem iſtum:
ecce videt populum Iſrael liberum & incolu-
C men, tyrannide euaſiſſe montem conſpicit, in
quo hoc ſibi à Deo dictum fuerat: ne mireris
ergo ſi ilico vt ad eum peruenerit, eum cõſcen-
derit, vt Dei placitum exequeretur, promptiſſi-
mi enim eſſe debemus ad Dei mandata inue-
ſtiganda, vt ea exequamur. hoc notat præfatus
Abulenſ. *Aſcendit ad montem illum Moyſes,* Abulenſ.
*volebat enim ſcire quid Deus volebat ſibi immola-
ri, & quantum, & quomodo, & ſic de cæteris, cir-
cunſtantiis, vt diligenter exequeretur, quia male-
dictus, qui facit opus Domini negligenter, vt patet
Ierem. 48.* Ierem. 48

*Cum iugum difficile alicui imponere volumus,
perſuaſione validiſſima vtendum eſt.*

Moyſes aſcendit ad Deum, qui cum eo ſer- 15.
monem miſcens, præcipit vt referat populo,
D quam eximia in eum beneficia contulerit, quot
à malis eripuerit, quam materno affectu eum
proſecutus, quamque ſpecialis in eum fuerit
prouidentiæ: miror hæc à te ô Deus liberaliſſi-
me prolata, nam dona quæ contuliſti expro-
brare videris, quid autem indignius benefa-
ctore, quam exprobratio beneficiorum? quæſo
animaduerte Deum velle populo duræ ceruicis
iugum non leue ſed graue imponere, vt di-
ctum eſt Actuum 15. hoc eſt iugum quod vos Actuum 15
nec patres veſtri portare potuiſtis. vt grauita- Guillel.
tem huius iugi imponendi explicet Guillel. Pa- Pariſ.
riſienſ. in libro de fide & legib. cap. 1. recenſe
vniuerſæ illius legis præcepta ſexcenta & tre-
decim affirmantia, ducenta & octodecim, ne-
gantia, trecenta ſexaginta quinque, hinc
rectè S. Auguſtinus ſermone 9. de verbis S. Aug.
Domini ait, eſſe ſarcinam innumerabi-
lium obſeruationum: quid mirum er-
go ſi Deus, varia quæ in eum contulit

A Oleaſt. beneficia, in medium proponit: cum enim iugum difficile alicui imponere volumus, vt illud admittat perſuaſione validiſſima, qualis eſt beneficiorum acceptorum inculcatio, vti debemus: audiamus Abulenſ. *Deus volebat dare legem Iudæis, & lex eſt quoddam onus, cum voluntas noſtra, quæ libera eſt trahitur ad determinatum modum agendi & ad nullum alium, cum tamen voluntas noſtra vellet ſibi relinqui electionem cuiuslibet partis contradictionis: lex autem determinandi certum modum agendi, tollit voluntati noſtræ electionem, ſolum autem manet ibi obedientia, maximè quia iſta lex quæ imponi debebat, grauis erat ad tolerandum: ad hoc ergo, quod populus, qui hactenus liber ab omni iugo extiterat, nunc ſe nouo iugo ſubiiceret oportebat eſſe magnam perſuaſionem ex parte Dei, & ſic incipit hic perſuadere allegando beneficia quæ eis egerat, quæ erant valde magna, propter quæ rationabiliter obligaretur ad faciendum omnia, quæcumque eis Deus mandaret.*

Iucundius eſt nobis quod mala aduerſariis noſtris inferantur, quam quod bona amicis.

16. *Moyſes aſcendit ad Deum*, qui quomodo ſe geſſerat erga populum ſuum, narrans, ait, vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum: ſi beneficia collata memorat, cur prius non dixit, vidiſtis quomodo portauerim vos ſicut aquila pullos ſuos, deinde, quæ fecerim Ægyptiis? nempe tot in eos plagas immittens, & tandem vltimo plectens ſupplicio Pharaonem, & exercitum eius, aquis rubri maris ſuffocans, cur hunc ordinem obſeruat? quia ſciebat iucundius nobis eſſe mala quæ inferuntur aduerſariis, quam quod bona amicis exhibeantur, obſeruatio eſt Oleaſt. *Non tam gratum eſt homini vt eius gratia amicos illius diligas, aut eis bene facias, quam vt eius inimicos odias, & eis malefacias, & quoniam Dominus nouerat hoc ſummè placere Iudæis, hoc illis primum inter collata beneficia proponit: ſic & Malachias eis dixit, dilexi vos, & quærunt in quo, id eſt quæ ſunt ſigna dilectionis quæ oſtendiſti nobis? nonne, inquit, frater erat Eſau Iacob, & Iacob dilexi, Eſau vero odio proſecutus ſum, & poſui montes eius in ſolitudinem & hæreditatem eius in dracones deſerti: cõquerebatur etiã ſæpius Saul quod nemo eſſet, qui eius gratia odiret Dauid, audite inquit filij gemini etiam omnibus vobis, dabit filius Iſai agros & vineas, omnes vos ponet tribunos & centuriones, quia coniuraſtis aduerſum me, & non eſt quis ex vobis, qui aperiat aurem meam cum fœdus inierit filius meus cum filio Iſai, & non eſt qui doleat ſuper me.*

Oleaſt. Malach. primo, 1. Reg. 22.

Amor Dei in ſuos ineffabilis.

17. *Moyſes aſcendit ad Deum*, à quo accepit quot bona contulerat populo ſuo, vos vidiſtis, inquit, quomodo portauerim vos, ſuper alas aquilarum: nonne aliæ ſunt volucres quarum dilectio habetur commendatione digna, vt Pelicani, qui vt ſuos ſuſtentet pullos ſanguinem à proprio pectore extrahit. dicat ergo, tanto vos proſecutus ſum amore ſicut pellicanus. aduerte quid de aquila ſcriptum poſteritati traditur, quod præterquam quod altius volat, ſe ſe quaſi clypeum opponit pro pullis ſuis, quin à ſagittarum ictibus lædi queant: ſic id obſeruat R. Salomon dicens, cum nulla auis altius volet quam aquila, propterea collocat pullos ſuos in alis ſuis cogitans, ſatius eſt, vt in me penetret iaculum, quam in pullos meos, illos etiam præter aliarum auium morem, non vnguibus ſed dorſo aduehit, ne videlicet tenelli & implumes pulli ab acrioribus vnguibus pungantur, & malè habeant. ita adnotante Noſtro Lyrano, quando aquila vult transferre pullos ſuos de loco ad locum, portat eos ſuper humeros ſuos, quia non timet à parte ſuperiore, ſed tantum ab inferiore, ne emittantur ſagittæ, & ideo ponit pullos ſuper humeros, vt primo ipſa recipiat ſagittas, quam pulli percutiantur: ſic Angelus Dei perſonam repræſentans poſuit ſe inter caſtra filiorum Iſrael, & Ægyptios ſuper mare rubrum, ne ſagittæ & ſpicula Ægyptiorum læderent Iſraelem. de eadem ſic Hieronymus in cap. 65. Iſaiæ, inter cæteras animantes omnes, aquilarum quidem maximus eſt amor, quæ in excelſis & inacceſſis locis nidos collocant, ne coluber fœtus violet, & B. Chryſoſt. explicans illa verba Matth. 23. quomodo volui congregare pullos tuos ſub alas & noluiſti? ſic ait hom. 57. Amorem ſuum ab imagine ſignificauit, feruenti namque amore aues pullos diligunt ſuos. ne ſciſciteris ergo, cur non aliam auem aſſumit, ſed ſolum aquilam, vt in populum ſuum aperiat amorem, ſic enim ineffabilis exprimitur. non diſſentit Clem. Alexand. orat. ad Gentes. *Deus ex multâ benignitate & clementiâ hominem retinet, & amplectitur; ſicut enim cum pullus è nido excidit, mater eius è nido auolat natos chariſſimos pignora deferens: Deus autem pater ſuum quærit figmentum & ei quod lapſum eſt medetur, & feram perſequitur, & pullum rurſus in nidum recipit, vt rurſus auolet, incitat.*

Lyran. S. Ambr. S. Chryſ. Matt. 23 Clemens Alexand.

Deus varias induens formas vt ſuis ſubueniat.

Moyſes aſcendit ad Deum, qui ei quot beneficiis obſtrinxerat populum, commemorans comparat ſe aquilæ, ſuper alas pullos ſuos deferenti. cur hac ſimilitudine vteris, vt exprimas amorem tuum in populum? nonne ſatis erat dixiſſe te eum dilexiſſe, ſicut de patre eorum Iacob, dixiſti, dilexi, Eſau autem odio habui? ſimilitudine aquilæ eum exprimit, vt quantas induat formas ſuis ſubueniendi gratiâ, notum ſit omnibus, ſic enim ſcribit Petrus Chryſolo. ſerm. 170. *Totum eo & pro te homo Deus patitur, quia te nimis diligit, nimis amat, formas variat, nunc te vt aquila protegit pennis ſapientiæ, & cœleſtem prouocat ad volatum dicente Moyſe, ſicut aquila protegit nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos conſidit extendens alas ſuas, excepit eos, & ſuper ſcapulas ſuas* & ſerm. 69. *Deus vultu incontemplabilis, viſu inperſpicabilis, nullo* 18.

S. Petrus Chryſolo.

ſenſu æſtimabilis inacceſſus monte, ne ipſe quidem ad plenum notus auditu, quoties, qualiter, quam variè, quam diuerſe ſe humanis aptauit obtutibus.

Exprimi non poſſunt beneficia Dei in ſuos collata.

19. *Moyſes aſcendit ad Deum*, debitâ cum reuerentiâ cum conueniens, accepit ab ore eius vt aperiret populo ſuo quantâ illius gratiâ Ægyptijs fecerat, ait enim, vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs, cur ſigillatim & in particulari non aperis quibus ſuppliciis eos caſtigaſti, & quæ in ſpeciali contuliſti, vt panem de cœlo, coturnices, aquam de petra? in communi ea ſolum commemorat, quia in particulari quanta fecerit, quis exprimere potuit? rectè cit. Petrus Rauennas ſerm. 69. *Ad Moyſen igneus Deus glomeratur in rubo, exercetur variis in Ægypto virtutibus, & patefit ad nutum famuli, irrogat flagella, vel tollit, & in mari quantum ſit: quantumve homini dederit vltricis vnda demonſtrant obſequia, cum ſiccato gurgite cedit vnda piis, & liquore durato murum præſtat, munimen exhibet liberandis, ac totâ naturæ ſuæ virtute de hoſte ſæuiſſimo triumphatura decurrit: miro contubernio Iſraeliticis Deus conuerſatus in caſtris, numeroſas gentes nunc ferit fulmine, nunc tangit grandine, nunc ſolo tubarum clangore proſternit, vt ſine conflictu, ſine vulnere Deus ducat vltrices acies quas præcedit, afficit deſideriis, votis annuit ſingulorum, mox ad interrogata reſpondit, occulta prodidit, prædixit futura, quæ patefecit, regnum contulit, donauit opes, temperauit fluuios, fœcundas præſtitit terras coniugia ipſa filiorum copia & honore decorauit; ſed adhuc parum eſſe credidit, ſi affectum ſuum erga nos præſtando proſpera tantum, & non etiam aduerſa ſuſtinendo monſtraret.*

Petrus Rauennas.

Deus timendus, quia omnipotens, diligendus quia beneficus.

20. *Moyſes aſcendit ad Deum*, præcipientem vt ad populum referret ea quæ fecerat Ægyptiis, & quomodo eos ſuper alas aquilarum portauerat, ne ab aduerſariis vel minimam acciperent læſionem: nonne ſatis erat dixiſſe, annuntia populo quæ in eum contuli? hoc enim verbo comprehenderet & mala Ægyptiis allata, & bona Iſraeli collata: bene vtrumque in ſpeciali expreſſit, nempe ſeueram punitionem erga Ægyptios, & beneficia erga populum electum, vt ex recordatione ſuppliciorum, quæ incurrerant aduerſarij, Deum tanquam omnipotentem offendere timerēt, & beneficiorum ſibi collatorum eum tanquam benefactorem ſuum ſummo amplecterentur affectu, hæc habet Anſelm. Laudun. *Pœnas Ægyptiorum commemorat, & quæ populo ſuo præſtitit beneficia, vt timeant omnipotentem, & diligant benefactorem.*

Anſelm. Laudunen.

Suos ab aduerſariis protegens Deus.

Moyſes aſcendit ad Deum, à quo audiuit quanta fecerat populo ſuo Iſrael, quomodo portauerat eum inſtar aquilæ pullos ſuos defe-

A rentis: ſed cur dicit ſuper alas eum tuliſſe? potuiſſet enim obuoluto ſilentio nomine alarum, dicere eum fouiſſe, ſicut aquila pullos ſuos protegit, rectè S. Eucherius in tract. de formulis ſpiritalibus. *Alas habere dicitur Deus, pro eo quod more auis electos ſuos tanquam pullos ſub ſe colligit & fouet & ab inſidiis diaboli & malorum hominum protegit; vnde propheta ait, ſub vmbra alarum tuarum protege me.*

S. Eucherius. Pſal. 16.

Suos in filios ſibi aſſumit Deus.

21. *Moyſes aſcendit ad Deum*, ſuam in omnibus executurus voluntatem, quæ ipſi declaratur, vt referat Iſraeli, quomodo portauerit eum ſuper alas aquilarum: quomodo hoc ſtare B poteſt, cum certo certius ſit egreſſos ab Ægypto, nec mare rubrum tranſiiſſe eleuatos è terra, ſed ſuper eam iter facientes? non tulit equidem ſitu locali, ſed conditione, eleuans eos in conditionem filiorum Dei, ſenſus eſt Caiet. *Portaui vos ſuper alas aquilarum, metaphorica eſt locutio, & ſignificatur quod quemadmodum pulli aquilarum portantur ſuper alas aquilarum eleuati, protecti ab inferioribus, maternis alis contecti: ita Deus eduxit eos de Ægypto eleuatos, non ſitu locali ſed conditione, eleuatos quidem in filios Dei. ſic quod Ægyptij mortui, ipſi vero viui, ſic quod Ægyptij compellebant illos exire, per mare ierunt.*

Cajet.

Iuſtorum conuerſatio in cœlis.

22. *Moyſes aſcendit ad Deum*, Sept. *in montem Dei*, nondum perueniſti in deſertum Sina, nondum perfectè tuus fixit tentoria populus è re-C gione montis, & ecce, iam montem conſcendiſſe diceris, quid hoc eſt? populus in valle cōmoratur, quidni? ob fidei enim ruditatem; & onera peccatorum, & crebras murmurationes, minime montem conſcendere poteſt, ſed ſolus Moyſes ſublimia petit, nam eius conuerſatio in cœlis erat. *Aduerte* (inquit interlin.) *quod Moyſes aſcendit in montem, proprium eſt enim ſanctorum montes diligere & incolere, quorum conuerſatio eſt in cœlis* S. Greg. 31. Moral. cap. 34. præſtat audire exponentem illa verba Iob 39. nunquid ad præceptū tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? *Videamus* (inquit) *aquilam, nidum in arduis ſibi conſtruentem, qui ait, noſtra conuerſatio eſt in cœlis: & rurſum, qui conreſuſcitauit & conſedere fecit nos in cœleſtibus in arduis habet nidum: quia profectò in ſupernis figit conſilium, non vult mentem in ima dei-D cere, non vult per abiectionem conuerſationis humana in infimis habitare, tunc Paulus fortaſſe in carcere tenebatur, cum ſe conſedere in cœleſtibus teſtaretur, ſed ibi erat vbi ardentem iam mentem fixerat, non illic vbi illum neceſſario pigra adhuc caro retinebat.*

Gloſſa interl. S. Greg. M. Iob 39.

Principes Deum imitentur in ſubditis non grauandis.

23. *Moyſes aſcendit ad Deum*, qui vt populum diſponeret vt libere imponendum opus legis reciperet, memoria inculcat quanto amore eum proſecutus fuerit, ſimilitudine aquilæ deferentis pullos ſuos ſuper alas. nonne otioſe

poſitum tibi videbitur cum portauerit eum in-
ſtar aquilæ ſuper alas: cum ſatis eſſet dixiſſe
eum more cuiuſlibet alterius auis tuliſſe, nam
etiam aliæ volucres pullorum ſunt amantiſſi-
mæ, eos fouent, protegunt ab aliis aduerſariis,
eos alunt cũ ſollicitudine: cur ergo in deducen-
do ſuo populo, & eo regendo ſe potius aquilis
quam aliis auibus, quæ vel dulciſſimo cãtu, vel
bonitate alimẽti, vel plumarum pulchritudine,
& vtilitate longe eas ſuperant, ſe cõparat? pen-
de diſcrimen inter aquilam & alias volucres ex
Rabi Salomone iam citato ad hunc locum, om-
nes reliquæ aues ponũt pullos inter pedes ſuos,
eo quod timeant ab auibus quæ ſupra ſe voli-
tant, verum aquila non timet ſibi, niſi ab hõ-
mine, ne forte petat eum iaculo, cũ enim nulla
auis altius volet propterea collocat pullos ſuos
in alis, cogitans quod ſatius eſt vt in me pene
tret iaculum, quam in pullos meos iuxta illud
Exod. 14 tollens ſe Angelus cap. 14. ſtetit inter caſtra
Ægyptiorum & caſtra Iſrael, cumque Ægyp-
tij mitterent iacula & lapides, ipſa nubes in
quâ latebat Angelus, excepit ea: en vidiſti diſ-
crimen inter aquilam & quamlibet aliam vo-
lucrem quod licet vtraque in hoc conueniat,
quod pullos ſuos portet ad tutiora receptacu-
la; verum aliæ aues ab aquila differunt, quod
hæ vnguibus ſuis pullos ferant qui dumpor-
tantur, neceſſe vt aciem vnguium experiantur,
ſola aquila dorſo ſuo prolem ſuam, ita vt pror-
ſus ignoret vtrum mater vngues habeat quid
ex hoc colligere poſſumus? quod licet princi-
Caſſiod. pes ſubditos transferant ad loca tutiſſima, &
eos à quibuſlibet aduerſariis tueantur, tamen
aliquando ſic eos protegunt, ſic eos tutos red-
dunt, vt nihilominus eorum vngues ſentiant in
exactionibus & aliquibus tributis multiplica-
tis, quod cauens Deus in principatu ſuo, ad
morem recurrit aquilarum. tanquam aquila ſe
gerebat ille princeps Theodoricus apud Caſ-
ſiod. lib. 4. epiſt. 38. *Cũ omnes* inquit, *noſtra reip.
partes æqualiter deſideremus augeri, cremẽta tamẽ
fiſcalium tributorum iuſtiſſime penſanda ſunt in-
dicio*, eatenus iuſta & legitima tributa eſſe cen-
ſebat quæ neceſſaria & oportuna erant, non
quæ ſine neceſſitate nimium onerabant.

*Tributa & vectigalia grauia omnino non vi-
dentur, quæ ſubditorum viribus
commenſurantur.*

Moyſes aſcendit ad Deum, qui inter alia
24. hoc memorat ſe portaſſe populum ſuum ſuper
alas aquilarum: quaſi diceret, ſuper eum te
principem conſtitui, vt eum protegas & mu-
nias, incolumemque ac florentem conſerues:
me imitare, ecce enim cum eum ex Ægypto
eduxi, paterno affectu eius curam ſuſcepi, ſicut
aquila pullorum ſuorum. ſed merito ambiges,
cur aquilæ quæ ſeuerior eſſe mater perhibetur
ſignate ſe comparauerit? nonne diximus vt
pullorum incolumitati conſulat, cautioribus
conſiliis quam aliæ aues vti? nam præter
quam quod altius volans ſeſe quaſi clypeum
opponit pro pullis ſuis, quin à ſagittarum
ictibus lædi queant, illos etiam præter alia-
rum auium morem, non vnguibus ſed dor-
ſo aduehit, ne videlicet tenelli & implumes
pulli ab acrioribus vnguibus pungantur, &
malè habeant. quid hoc? quale documentum
hoc principibus? vt ne dum ſubditos tutan-
dos & protegendos ſuſcipiant, ſed vt erga
eos adeo humanè ſe gerant, vt non ſolum
vltra neceſſaria & opportuna tributa, alia
non imponant, ſed vt ea etiam tenuitati
ſubditorum commenſurari curent, ſecun-
dum vniuſcuiuſque facultates & poſſeſſiones:
rectè citatus Rex Theodoric. apud Caſſiod. Caſſiod.
lib. 5. variar. epiſt. 24. Seuerianum tributis
exigendis & deſignandis præficiens, cum ſic
inſtituit. *Atque ideo prudentia quâ notus es,
vniuerſum poſſeſſorem conſiderata iuſtitiâ te in-
bemus inſpicere, & æqualitatem tributi hac ra-
tione moderari, vt quæ ſub aliis facta eſt, omnium
redemptione caſſata, & pro poſſeſſionum atque ho-
minum qualitate aſſis publicus imponatur*, vides
vt legitima tributa iuſtâ staterâ librantur
cum poſſeſſionibus ſiue facultatibus, humero-
rum ſcilicet viribus aptantur & commenſo-
rantur: pergit vero Rex, & iuſtitiæ opus id
eſſe ſic adſtruit. *Sic enim & iuſtitia perficitur*
(inquit) *& vires noſtrorum prouincialium ſuble-
uantur*, ac ſi dixerit tunc ad iuſtitiæ normam
exigi tributa, cum ſubditorum vires velut in
ſtatera, ponderantur porro hinc fieri, vt illa
non grauatè ſed libenter pendantur, pulchrè
idem met Rex hunc modum adſtruit lib. 1.
epiſt. 3. *Nullus enim grauanter offert, quod ſub
æquitate perſoluit, quicquid & ordine tribuitur
diſpendium non putatur.*

*Princeps præ omnibus adminiſtris ſuis ſit
oculatiſſimus.*

Moyſes aſcendit ad Deum. cui ille, vidi- 25.
ſtis quomodo portauerim vos ſuper alas aqui-
larum, hoc dicat populo Deus, non Moyſi, qui
id ignorare non poterat: cur & ad modum
aquilæ ſe geſſiſſe erga populum ſuum expri-
mit? quid inter alia de hac aue regiâ dicitur?
quod ſit acutiſſimi & perſpicaciſſimi viſus, ſic
S. Iſid. Hiſp. enim de eâ loquitur D. Iſidor. Hiſpal. lib. 12.
Orig. cap. 7. aquila ab acumine oculorum vo-
cata, tanti enim contuitus eſſe dicitur, vt cum
ſuper maria immobili penna feratur, nec hu-
manis parcat obtutibus de tanta ſublimitate
piſculos natare videat, ad tormenti inſtar deſ-
cendens raptam prædam pennis ad littus per-
trahat: nam & contra ſolis radium fertur ob-
tutum non flectere, vnde & pullos vngue ſuſ-
penſos radiis ſolis obiicit, & quos viderit im-
mobilem tenere aciem, vt dignos genere con-
ſeruat, ſi quos vero flectere obtutum, quaſi de-
generes abiicit. en vt aquila oculatiſſima! me-
rito ergo Deus loquens Moyſi principi, ſe erga
populum ad inſtar aquilæ ſe habuiſſe memorat,
vt ex hoc colligeret ſe in regendo populo ſibi
commiſſo, oculatiſſimum debere eſſe, ſic eum
imitatus eſt optimus Imperator Baſil. cum Imperator Baſilius.
Leonem filium ſic admonet. *Obſtringe te huic ne-
ceſſitati, ac omnia tibi oculis inſpicienda eſſe ducas,
reddis rationem, quippe ſicut omnia Deo curæ ſunt
vt Deo neceſſe eſt, & tibi curæ eſſe, vt regi.*

Beneficentia proprius principis character.

Moyſes aſcendit ad Deum, qui in exemplar 26.

recté gubernandi populi, ſe ei præbuit, cum ait, audiſtis quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum. Iam aliquas in medium adduximus rationes, cur Deus Aquilæ ſe compararat, cum principi totius populi loquitur: ſed vt aliam in medium adducamus, aduertendum, quid de Aquilæ dicat noſter Barthol. Angli-

Barthol. Anglicus.

cus lib.12.cap.1. Inter omnes auium diuerſarum ſpecies, aquila eſt maximè liberalis, nam prædam quam arripit, niſi fame nimiâ arceatur ſola non comedit, imo auibus eam inſequentibus, quaſi communem exponit, & ideo ſemper Aquilam aliæ aues ſolent inſequi, ſperantes quod de ipſius præda eis debeat aliqua portio impertiri. En maxima regiæ auis liberalitas, quam quilibet Princeps imitari debet, cum proprius Principis character ſit in ſuos beneficentia, vt non ſolum ſceptro, ſed dono

S.Hildebertus.

ſuos regere videatur. Sic pulchrè S.Hildebert. Cœnoman. epiſc. de rege ſuo ad benefaciendum prono epiſt. 3. amico cuidam dicebat, *Virtuti gratulor, cui ſub ſolo rege noſtro ſuam video non deeſſe mercedem, nouit ille regiam manum melius donatiuo ſplendere quam ſceptro, nec ſatis eſſe, principi ſubditos ab bono agendum exemplis prouocare, niſi prouocentur & præmijs.* Obſerua illud, *melius donatiue ſplendere quam ſceptro*, vt dixeris melius à beneficentia, quam à poteſtate & maieſtate principem æſtimari, & coli, quaſi ab illâ maiorem ſplendorem trahat, & ſeſe omnium oculis videndum, omnium animis diligẽdum ingerat. Quod planè omni-

Caſſiodor.

no nouerat Rex Theodoric. apud Caſſiodor. lib.3. epiſt.11. inquiens, *Optamus cunctum diem plenum beneficijs noſtris excurrere, optamus vbique præſtita noſtra radiare, quia in æuum viuit, quod munificẽtia principalis indulſerit*, opportunum ſane votum præſtita noſtra radiare, quod melius donatiuo quam ſceptro regia manus ſplendeat & irradiet.

Non ſolum principis character eſt beneficentia, ſed vt ex iuſtitia benefaciat.

27. *Moyſes aſcendit ad Deum*, qui, vt diximus, comparans ſe aquilæ ſignificauit quam liberalis & beneficus erga ſuos deberet eſſe princeps, cum aquila captam prædam ſibi, diuidat auibus ſequentibus. Sed cur aues eam ſequuntur prædæ obtinendæ gratia? quid? teneturne illis eam diſtribuere? quidni? cum ſit auis regia, & ideo reges, & principes denotans, quorum character non ſolum eſt beneficentia, ſed etiã vt ex iuſtitia ſubditis benefacere teneãtur. Non diſ-

Imperator Leo.

ſentit bonus Princeps Leo apud Zonaram in eius vitâ, *Nec aliter* (inquit) *oportere principem quoſcunque aſpexerit ſuâ benignitate ac miſericordia dignari, quam ſol qui ſui luminis claritate colluſtrat, ſui quoque caloris participes efficiat*, preme hæc verba, *non aliter oportere principem, &c. quam ſol.* Sol enim licet ad illuminandum poſitus ſit, ſic ſane ſponte irradiat, vt neceſſitate & obligatione adactus lucem indeſinenter reddat, adeo quidem vt ſi ab illuminatione ceſſaret, à ſeipſo deficeret.

Aſſumi in ſeruum Dei, alia illius beneficia excedere videtur.

28. *Moyſes aſcendit ad Deum*, qui eum miſit

A ad populum ſuum cum hac legatione, *vos vidiſtis qua fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum*: in priori parte horum verborum præcipit Deus Iſraelitico populo conſiderandum, quomodo proſtrauerit militiam Pharaonis miraculosè, currus falcatos confregerit, rapuerit alios per aerẽm in turbine, vt primum agitati tandem in mari demergerentur, equites confuderit, ac denique cum pedeſtribus copijs omnes ſubmerſerit, ipſumque Pharaonem regem Ægypti, qui in re militari periti ſſimus cenſebatur, cum omnibus qui illum ſequebantur tandem occiderit. Secundo populum ſuper alas aquilarum portaſſe dicit, vt nullo incommodo ad loca deſerti ſe populum Iſraeliticum deduxiſſe oſtendat: & aquilæ comparatione vtitur, vt nihil nocere eis potuiſſe probet, non inimicorum tela,

B

non gladios, falcatos currus fruſtra ad id contendiſſe, & omnia denique arma, quibus parati proceſſerunt Ægyptij ad prælium irrita fuiſſe: tandem illos eoſdem ad ſe aſſumpſiſſe affirmat, ait enim aſſumpſerim mihi, quid? an eos aſſumpſiſſe aliquid amplius dicit quam eorum gratiâ tot calamitatibus affeciſſe Ægyptios? ſuper alas aquilarum detuliſſe? cum tanquam quid amplius vltimo loco aperit quod eos aſſumpſerit ſibi? conſulamus Paraphraſim Caldaicam, applicaui vos ad ſeruitutem meam. Ne mireris ergo hoc vltimum poſitum fuiſſe tanquam quid excellentius, aſſumi enim in ſeruos Dei alia eius beneficia excedere videtur, quod obſeruat B. Chryſoſt. hom.1. cap.1. ad Philipp. exponens hæc verba Pauli, Paulus & Timo-

S Chryſoſt. ad Philipp. cap.1.

C theus ſerui Ieſu Chriſti, ait, *Non ponit ſuum magiſterij nomen ſed aliud quoddam, illudque magnum, quale vero iſtud caput, ſeruum eſſe Ieſu Chriſti.* Et Theod. in epiſt. ad Rom. *Eius ſeruitutem pluſquam quoduis regnum amplectebatur, & pluris faciebat:* & Arnoldus de laudibus B. Mariæ, ait, *Maria domina, & licet ipſa ſe Chriſti profiteatur ancillam, hoc genus ſeruitutis omni regno ſublimius eſſe intelligit.*

Theod.

Arnoldus Abbas.

Vera libertas Deo ſeruire.

Moyſes aſcendit ad Deum, à quo mandatum 29.
accepit vt hæc diceret populo, vidiſtis quid fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum: cur cum nihil optabilius libertate etiam vitæ præferenda, quomodo il-

D

lius non meminit? quid ait audiamus? aſſumpſi vos mihi, Cald. applicaui vos ad ſeruitutem meam, quid ſeruitutem memoras, cum nihil in votis optabilius habuerint quam libertatem conſequi? non quamlibet ſeruitutem nominat, ſed ſuam, quæ vera & ſola libertas eſt, S. Proſper lib. epig. num. 83.

S.Proſper.

Libertas nulla eſt melior, maiorve poteſtas
Quam ſeruire Deo, cui bene ſeruit amor.
Abſque iugo poſita eſt ditionis amica voluntas
Qua viget affectu, non gemit imperio.

Inſanit qui hanc ſeruitutem Dei ſummam libertatem non arbitratur, nam qui iugum eius excuſſit, ille non liber, ſed ſeruus, imo qui compedibus teneretur, ac Deo ſeruiret, non ſolum liberrimus, ſed fœliciſſimus libertate potitur: teſtis B. Auguſtinus in Pſalm.99. *Magna* (inquit) *fælicitas eſt, fratres, eſſe in iſta domo magna*

S.Auguſt.

ſeruum, & ſi cum compedibus, noli timere ſerue compedite, confiteri Domino, meritis tuis attribue compedes tuos, confitere in compedibus tuis, ſi vis in ornamenta vertantur: non fruſtra. non ſine exauditione dictum eſt, intret in conſpectu tuo gemitus compeditorum. ſeruite Domino in iucunditate, libera ſeruitus eſt apud Dominum.

Dei auxilio noſtram tribuamus libertatem.

10. *Moyſes aſcendis ad Deum*, qui antequam legem ferat, onuſque imponat, beneficia commemorat quæ in Hebræos contulit, vt illos ad legis obedientiam attrahat, beneficia vero commemorat, perſpecta & ab omnibus cognita: vidiſtis inquit quid fecerim Ægyptijs, & quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum: cur hoc modo loquendi vtitur? nonne ſatis erat dixiſſe, diſceſſiſtis ſani, liberi, & incolumes ab Ægypti ſeruitute? rectè ſuper alas aquilatum dicit eos tuliſſe, vt ſcirent non ſine adiutorio Dei, alis deſignato, libertatem adeptos fuiſſe, veram inquam libertatem ſeruitutem Dei. Sic enim Cald. applicaui vos ad ſeruitutem meam, quam adipiſci ſine ſpeciali Dei auxilio non poſſumus. Vide vt ſponſa ſancta Cant. 1. ſic Deum precatur, trahe me poſt te, curremus, non currit, inquit, qui non trahitur, quia quem diuina gratia non adiuuat, moleſtia ſuæ corruptionis grauatur; gratia quippe diuina nos præuenit, & internorum nobis dulcedinem oſtendens, & de exterioribus nos compungit. Moxque, in illa tranſiens animus præ eorum dilectione, temporalia vilipendit, trahit autem nos Dominus, ſed volentes & libentes. Vide D. Gregorius addit, *Iſte qui trahitur currit, quia vinculum amoris libenter ſequens gratiæ roboratus amore, ſine grauedine omnia obſtacula tranſit.* S. Gregorius.

VARIET. LECT. Verſ. 5.

VVg. Si ergo audiatis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea eſt enim omnis terra.

Sept. Et nunc ſi auditione audieritis vocem meam, & cuſtodieritis teſtamentum meum, eritis mihi populus peculiaris, ex omnibus gentibus.

Cal.l. Et nunc ſi obedieritis verbo meo, & cuſtodieritis pactum meum, eritis coram me dilecti præ omnibus.

Pagn. Et nunc ſi obaudiendo obaudieritis voci meæ, eritis theſaurus dilectus præ omnibus populis.

Oleaſt. Eritis mihi peculiare, aut pretioſum quid.

Cajet. Et eritis mihi amabilitas è cunctis populis, *Lyran* amicabilitas.

Symm. Eris populus electus.

Cat. Græc. Eritis mihi populus acquiſitionis.

CONCORDIA.

Rectè vertit noſter interpres vocem סגלה ſegullah peculium, licet enim eius ſignificatio plenè non ſit nota Hebræis, videtur tamen ſignificare quid pretioſum, ſicut peculium eſt, aut theſaurus, Eccleſ. enim 2. dicitur, coaceruaui mihi argentum & aurum, ve ſegulah, id eſt, vt pretioſum, & ſpeciale ſibi, Malach. 3. erit mihi Dominus dicit in die, quæ facio ſegulah, id eſt, & pretioſum ſiue peculium, & cum peculium ſit amabile, hinc eſt quod Cajetanus vertit, & eritis mihi amabilitas.

Eccleſ. 2. Malach. 3.

EXPOSITIO.

SI *audieritis vocem meam, &* feceritis ea quæ præcipio vobis, & *cuſtodieritis pactum meum*, iam initum cum Abraham, quo ſcilicet magna bona eius poſteritati promiſi, ea tamen lege, ſi eius poſteritas meum cultum non deſereret: vel potius pactum, intellige legem & fœdus, iam in monte Sinai cum Iſraelitico populo ſanciendum, *eritis mihi in peculium*, id eſt, eritis mihi chari & pretioſi, inſtar peculij, ſiue theſauri præ omnibus alijs nationibus, *mea eſt enim omnis terra*, particula, *enim*, non videtur cohærere cum textu, nam cum danda ratio ſit, cur Iudæi futuri ſint peculiaris Dei populus, præſens illatio, nempe quia Dei eſt omnis terra, non explicat, ſed potius deſtruit, eius enim cuius eſt omnis terra, nulla terra peculium, ſed communis poſſeſſio eſt: verum non datur hîc ratio, cur Iudæi futuri eſſent peculium Dei, ſed cur eſſe peculium Dei, magnum beneficium ſit gratoque animo à Iudæis accipi & æſtimari debeat, re verâ enim magnum eſt illi peculiariter curæ eſſe, & ab eo amari cuius omnia propria ſunt; nam cum omnia eius ſint, non poteſt vlla eſſe huius peculiaritatis ratio, niſi bona & liberalis eius voluntas erga illos, quos ita accipit, vt ſuos, cum neque eis egeat, neque emolumentum vllum ſperare poſſit ex eis, & tamen eos alijs præferat.

CONCEPTVS.

Verus legis obſeruator ad Deum facile adducet alios.

31. *Si audieritis vocem, &c. eritis mihi in peculium de cunctis populis, mea eſt omnis terra.* ſed quando tua eſt, Domine, omnis terra? cur deſpectis cunctis populis, vnum tibi aſſeris populum Iſraelitarum? ſicne propter hunc reijciendi ſunt cæteri populi? abſit, non eijcit cæteros eo quod vnum eligat ſibi ſuæ legis obſeruatorem; imo per hunc & cæteris proſpicit, quando enim Iſraelitæ iuſti ſunt, poterunt alios ad Deum adducere. Sic docet Theodoret. q. 35. in Exod. *Quemadmodum & Leuitas cæteris tribubus prætulit, & ad officium diuinum conſecrauit, non quod reliquas tribus negligeret, ſed per hos illorum curam gereret: ſic & ſemen Abraha elegit, quia per hoſce poſteris eorum patefacturus erat ſuam potentiam, & edocturus omnes homines.* Vide vt in bonum vniuerſorum ſeligebantur Iſraelitæ, legis obſeruatores: quicumque ſane iuſtus à Deo ſeligitur ad peculiarem legum obſeruantiam, is in magnum cedit totius mundi bonum.

S. Theodoretus.

Obedientia ſit in mente, & in operatione.

32. *Si audieritis vocem meam*, Cald. ſi obedieritis verbo meo, ſed Septuag. ingeminant hanc vocem, ſi auditione audieritis vocem meam; imo & Hebræi ſi obaudiendo obaudieritis mihi: cur ingeminant hoc verbum audire, cum ſatis eſſet ſemel proferre? ingeminant vt indicent obedientem non ſolum debere eſſe in mente, ſed etiam in operatione. Rectè Hugo Victor. lib. 2. de clauſtro animæ cap. 21. expendens, hæc verba Pſal. 107. paratum cor meum Deus, paratum cor meum, hancque eiuſdem verbi repetitionem ſic expendit. *Bis dicit paratum*, id eſt, *intus ad cogitandum recta foris ad faciendum vtilia, interius in mente, & exterius in operatione.*

Hugo Victor. Pſalm. 107.

Iuſtus Dei numiſma.

33. *Si audieritis vocem meam &c. eritis mihi in peculium*, cum tuus ſit omnis orbis terrarum, non eſt dubium quin populus Iſrael ſit poſſeſſio tua; verum eſt, non ſolum iuſtos & iniuſtos, ratione creationis & conſeruationis ſuos eſſe, ſed iuſti ſunt vera Dei numiſmata, veri theſauri, & peculium ſpeciale. Siſtenda hic verba S. Ignatij martyris, *Homo pius numiſma eſt à Deo cuſſum, impius numiſma ementitum, incertum, adulterum, carens ſigno debito, non à Deo effectum, ſed à diabolo.*

S. Ignatius martyr.

Deus ita iuſtorum cupidus, vt quaſi auarus bona, ita eos appetat.

34. *Si audieritis vocem meam, eritis mihi in peculium, de cunctis gentibus.* Paguin. eritis mihi theſaurus dilectus, nonne in te omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei? nonne vniuerſus orbis tuus eſt, & vniuerſa quæ eo com-

A prehenduntur? cur ergo Iſraelem theſaurum tuum nominas? quia præ alijs nationibus in pretio habet: verum nonne dicitur, quod vbi theſaurus, ibi & cor, quod Chriſtus D. de auaris dixit? ita ſane & rectè Deo conuenit, quia ita iuſtorum, ita eorum qui obſeruant ſuas leges, cupidus, vt quaſi auarus bona, ita eos appetat, & deſideret. Fauet Oleaſter, *Quemadmodum auarus plus in pecunia, quam in corpore, cor ſuum habere videtur, ita Deus apud eos, quos peculiariter diligit.*

Oleaſter.

Pretio reciproco Deum æſtimemus, tanquam quid pretioſiſſimum.

35. *Si audieritis vocem meam, eritis mihi in peculium.* Oleaſt. eritis mihi pretioſum quid. Ecce quo fauore te proſequitur Deus, ecce in quo pretio te habeat, vt tanquam quid pretioſum pendat & æſtimet. An vilem eum duces? an contemptui habebis? imo reciproco pretio eum æſtimare debes, eumque tanquam quid omnium pretioſiſſimum colere & revereri; *Quemadmodum Deus te*, notat Oleaſt. *vt rem pretioſam cuſtodit, protegit, & recondit: ita vult te eum habere, vt quid pretioſum & deſiderabile, quemadmodum Dauid habebat, qui in Pſalm. 15. iuxta Hebraicam veritatem, ait, Dixi Domino Deus meus es tu, bonum meum non eſt ſupra te, id eſt aliud à te. aut quod plus diligam: quem amorem erga ſe petebat ſponſa dicens, pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum.*

Luſitan. Pſalm. 15. Cant. 8.

C *Virtutis obedientiæ non vnicum præmium, ſed multiplex.*

36. *Si audieritis vocem meam*, Cald. *ſi obedieritis verbo meo*, quod præmium? eritis mihi in peculium de cunctis gentibus, ex Hebr. eritis mihi theſaurus: quid? an pro præſtita tibi obedientia hoc ſolo præmio donabis populum tuum? eritis mihi in regnum ſacerdotale; an in hoc ſecundo præmio ſiſtes? & gens ſancta, itane remuneratur obedientia, vt non vnicum, ſed plura reſpondeant præmia? ita ſanè. Teſte Card. Cajetan. *Commemoratis beneficijs collatis, Subiungitur obedientia, cuius tria proponit præmia, quorum primum tantum eſt erga illos Dei amor, vt non ſolum populis præ alijs dilectus, ſed etiam tanquam res ex cunctis populis eligibilis, quod quantæ ſit excellentiæ, & quam ſingulare ſit beneficium perſpicuum eſt, quod erit gens ſancta, &c.*

Card. Cajetan.

Qui Deo digna operatur, ſpecialis Dei theſaurus eſt.

37. *Si audieritis vocem meam, eritis peculium mihi de cunctis gentibus*, Hebr. eritis mihi theſaurus electus, quid? ſi ſolum audierint vocem tuam? quid facilius auditur quam vox alicuius? addidit Deus, & cuſtodieritis pactum meum, nempe legem tibi præſcribendam, & hac de cauſa, ſi me dignum quid operatus fuerit Iſrael, tanquam ſpecialem theſaurum mihi appro-

Seuerus Antioch. pretiabo. Sic Seuer. Antiochiæ epiſcop. apud Lippom. *Eritis mihi peculium. propterea quod omnes à Deo creati ſumus. ſed illi tantum peculium Dei ſunt, qui per diuinæ maieſtatis cognitionem ſpiritualiter facti ſunt, quique Deo digna faciunt, neque ab vlla animi perturbatione, aut falſa, Deo ſubijciuntur.*

Deus non ſolum ſuos diligit amore communi, ſed etiam ipſius Dei amabilitas ſunt.

40. *Si audieritis vocem meam, eritis mihi peculium de cunctis gentibus* Cajet. Et eritis mihi amabilitas, nonne ſatis erat dicere, eritis præ alijs populis amabiles? nonne abſtractum quid amplius perfectum dicit, quam concretum? quis dubitat? cum enim alicuius bonitatem extollere volumus, dicimus non ſolum eſſe bonum, ſed ipſam bonitatem. En ergo vt Deus exprimeret, quanto amore erga ſuos ferretur, non dixit eos amabiles, ſed ſuam amabilitatem. Lyranus. Obſeruatio eſt noſtri Lyrani, *Per hoc intelligitur quod Iſrael. ſit inter omnes populos magis appropriatus & ſpecialis ipſi Deo, ſi legem obſeruet. & hoc magis patet in Hebræo, vbi habetur, ſic eritis mihi amabilitas, de cunctis populis. id eſt, quid excellenter dilectum. quod ſignificatur per nomen abſtractum, ſic dicitur de aliquo excellenter liberali, quod non ſolum eſt liberalis, ſed ipſa met liberalitas.*

Non dicendus Deus perſonarum acceptor, ſed meritorum ponderator.

41. *Si audieritis vocem meam, &c. eritis peculium mihi de cunctis gentibus* Symmach. *Eritis populus ſelectus de cunctis populis:* Nonne omnes ad tuam imaginem, & ſimilitudinem ſunt creati? nonne omnium eſſe, & omnium conſeruatio à tua dependet voluntate? cur ergo populus Iſrael præ alijs tibi electus? nonne aliæ nationes de te conqueri poſſent, quod perſonarum ſit acceptor? inſpice quid dixerit, ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum eritis peculium mihi. En vt Deus perſonas non acceptet, ſed merita obſeruet, ſi obſeruaueritis inquit pactum meum. Vnde D. Gregorius
S. Gregor. Nazian. Nazian. epiſt. 47. quæ eſt ad Alterium ait; *Quid Deo iuſtius? & tamen cum omnium creator, & Dominus ſit. peculiariter ſibi populum Iſraelitarum vendicat, ſuumque nominat, nec veretur ne hoc nomine iniuſtus exiſtimetur; quid mirum igitur ſi nos quoque, quamuis omnium qui ſub noſtra manu, & præfectura ſunt, curam geramus, arctiori tamen amore filium Nicobulum complectamur? quia ſcilicet alijs meliorem, & obſeruantiorem mihi exiſtimo.*

Qui à Deo honorem conſequitur, ne torpeſcat, ne velit eo ſpoliari.

Si audieritis vocem meam, eritis peculium mihi. 41.
Septuag. *Eritis mihi populus peculiaris*: Symm. Symmach.
ſelectus, magna fœlicitas populi Iſraelitici extitit, cum in punitione ædificantium turrim Babel, Dominus ipſi prouidit, & quodammodo pœnæ extorrem fecit: quamuis enim tunc in varias diuiderentur gentes Adæ filij ex omnibus tamen tam multiplici cultu, & lingua diſtinctis nationibus, Dominus ſibi Iſraelitarum aſciuit populum, & veluti in partem hæreditariam aſſumpſit, præcipuè tamen filios Iacob, hoc eſt Iudæos à Iacob Patriarcha, & Iuda illius filio progenitos diligit, tanquam terræ partem funiculo menſuratam, & ab aliena diuiſam hæreditate, quam eis nunc confirmat cum ait, ſi cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi peculium ex cunctibus gentibus, vel vt alij, ſpecialis populus ſiue electus. Quod equidem maximum beneficium, quodque vix expendi poteſt, quid enim excellentius excogitabitur, quam aſſumi in populum electum, in peculium & theſaurum Dei? ſed ſi à Deo gens illa Iſrael aſſumpta fuerat in populum ſpecialem, & hæreditatem electam, quomodo hanc nomenclaturam, & hunc honorem pœnitus amiſit? quia vitâ, moribus & diſciplinâ, minime tam excellenti titulo reſpondit. Quod
benè proſequitur Saluianus lib. 4. de proui Saluianus.
dentia, vbi oſtendit, Chriſtianum nomen minime conuenire homini qui Chriſti legem, & præcepta non ſeruat, nomen enim ſine actu & officio ſuo nihil eſt, ſubiungit. *Qui vult plenius vocabula nihil eſſe ſine rebus, reſpiciat, quomodo innumerabiles populi, ceſſantibus meritis, etiam nomina perdiderunt: duodecim Hebræorum tribus cum electa à Deo quondam fuiſſent, duo nomina ſacroſancta receperunt: populus enim Dei & Iſrael appellata ſunt. Sic quippe legimus, audi populus meus, & loquar Iſrael. & teſtificabor tibi,*
Iſai. 1. ergo Iudæi aliquando vtrumque, nunc neu- Iſaiæ 1.
trum, nam nec Dei populus dici poteſt, qui cultum Dei iam olim reliquit, nec vident Deum qui filium denegauit, ſicut ſcriptum eſt, Iſrael vero non cognouit, & populus me non intellexit, propter quod alibi etiam Deus noſter de Iudæorum plebe loquitur ad Prophetam, nempe Oſeam cap. 11 dicens Oſeæ 11.
voca nomen eius non dilecta. & iterum ad Iudæos ipſos, vos non eſtis populus meus, & ego non ſum Deus veſter: cur autem hoc de eis diceret, ipſe
alibi euidenter oſtendit ſic, quippe ait Hierem 2. Ierem 2.
dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum, & iterum, verbum Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.

VARIET. LECT. Verſ. 6.

V*Vlg.* Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta, hæc ſunt quæ loqueris ad filios Iſrael.

Sept. Vos autem eritis mihi regale ſacerdotium, & gens ſancta, hæc verba dices filijs Iſrael.

Cald. Vos autem eritis coram me reges, & ſacerdotes, & populus ſanctus.

Oleaſt. Vos eritis mihi regnum ſacerdotum.

CONCORDIA.

PArum refert, quod Hebraicum ſit ſine præpoſitione, in, videlicet ממלכת כהנים mamlechel cohanim, regnum ſacerdotale, vel vt Septuag. regale ſacerdotium, id eſt regnum ſacerdotum, vt vertit Oleaſt. Caldaica vero lectio habet reges, & ſacerdotes, quaſi dictiones eſſent ſeparatæ, ac ſi dicat faciam vos reges & ſacerdotes.

EXPOSITIO.

ET *vos eritis mihi in regnum ſacerdotale:* Eritis mihi quidem in regnum, at non laicum & profanum, ſed ſacrum, meoque cultui & ſacrificijs addictum, *vel eritis mihi in regnum ſacerdotale*, id eſt, vtramque dignitatem quæ eſt ſumma in republica, ſcilicet regni ac ſacerdotij vobis præ cæteris gentibus tribuam, vel eritis mihi in regnum, per hoc quod ego ero rex veſter, cui correlatiue eritis regnum, non qualecumque, ſed ſacerdotale, ſeu conflatum ex ſacerdotibus, non quod omnes ſitis ſacerdotes, ſed quia veſtri curam geram, non ſecus ac in Ægypto geritur cura ſacerdotum, quibus ex ærario publico prouidetur honorabiliter. *Et gens ſancta*, ſeparata ab alijs gentibus profanis, & idololatris, vel *ſancta*, id eſt, munda à peccatis per diuinum gratiæ meæ donum: & ſic quod ad rem noſtram attinet, huic voci *ſancta* duplex ſignificatio ineſt, qua ſanctum opponitur communi et profano, idemque ac diuino dicatum, & ab omni vſu non tantum immundo, ſed etiam profano ſequeſtratum. Hinc eſt quod tam in ſacris, quam in profanis ſcripturis, templa, domus, montes, vaſa, & pleraque alia appellantur ſancta, quia diuinis vſibus mancipata ſunt, & ſic alijqui hic nomen *ſancta*, in hac ſignificatione accipiunt altera qua ſignificat mundum à peccatis, & à labe qua aliæ fœdantur nationes, immunem, quod de Chriſti aſſeclis poſtea dictum eſt Epheſ. 1. Eſſemus ſancti & immaculati, & in hac ſignificatione alij hanc vocem *ſancta* ſumpſerunt, *hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael*, vt omnibus palam fiat, quæ bona habiturus ſit populus, ſi obediens fuerit diuinis mandatis.

CONCEPTVS.

Deus Rex ſpecialiter eſt eorum qui ſua obſeruant mandata.

43 *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*, Cald. in reges & ſacerdotes Regnum, & Rex tam actiuè, quam paſſiuè accipere poſſumus, ſi paſſiuè, quaſi diceret vos eritis reges, ſi tamen ego regnem in vobis: Nonne omnium rex? dicitur enim de eo rex regum, & Dominus dominantium: quod ergo ſpeciale confers beneficium populo Iſrael, cum te illius regem futurum affirmas? quia licet omnium ſit rex, tamen reges alijs populis tribuit, populo ſuo legum ſuarum obſeruatori, ſeipſum regem con-
Theod, ſtituit. Hoc Theodoret. dicebat in Pſalm. 149. *Omnium quidem Deus vniuerſitatis eſt Deus, proprie autem Iſraelitarum rex nuncupabatur, cum primum igitur ingrati animi morbo laborarunt, alium regem, vt eſſet eis petierunt: hinc for-*
Paralip. 29. *taſſe eſt illud Paralipp. 29. ſedit Salomon ſuper ſolium Domini in regem, vbi ſolium Iſraeliticum Domini ſolium appellatur, quia illud Dominus tanquam legitimus rex prius occupat.*

Iudæis regnum Dei ereptum ob infidelitatem.

44 *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*; maximus quidem honor, eximia in populum ſuum beneuolentia, cum in regnum ſibi ſpeciale eligere, ſeipſum illius regem appellare. Sed ô Iſraelitæ, vbi quæſo eſt regnum veſtrum? agite, luſtrate orbem, pergite ad ortum, redite ad occaſum, vtrumque mundi cardinem peragrate; oleum & operam perdent: nam ex infidelitate ſua etiam regnum ſibi ereptum eſt, meminiſſe enim debent illius arundinis, quam olim in manum regis Chriſti ſui Domini intulerunt, ad exprobrandum ei regnum commentitium, vt putabant; tale iam erat regnum veſtrum, arundineum, ſeu calamus quaſſatus, quod proinde ſi ſcirent, optime illud in eius manum tanquam legitimi regis tradebant, de vero Meſſia Chriſto D. Iſai. cap. 42. Calamum, in- Iſaiæ 42,
quit, quaſſatum non conteret, linum fumigans non extinguet, quid hic calamus ſignificarit: declarat Gregor. lib. 33. Moral. cap. 5. *Iudæo-* S. Gregor.
rum, inquit, *regnum calamo comparatur, quid enim calami nomine, niſi populi Iudaici temporale regnum denuntiat? virens quidem exterius, ſed exterius vacuum, & quia in eodem populo genus iam regale defecerat, & regnum eius alienigena poſſidebat, apte hoc regnum calamum quaſſatum vocat*. En quale tunc Iudæorum regnum, calamus quaſſatus! fateor Chriſtum D. cuius fuit maxima manſuetudo, & clementia, non irruiſſe violentum ad confringendũ illum calamum, hoc eſt ad euertendum illud regnum. Quod rectè expendens cit. ſummus Pontifex ait, *Incarnatus Dominus calamum quaſſatum non confregit, & linum fumigans non extinxit, quia Iudaæ regnũ quod penè deſtructum iam fuerat, eiuſque ſacerdotium, quod fidei ignem non timebat, non poteſtate iudicij perculit, ſed cum patientia longanimitate tolerauit.*

Sacerdotij iacturam fecerunt ob malitiam Iudæi.

Eritis mihi in regnum ſacerdotale. Oleaſter, 45

eritis mihi regnum ſacerdotum; Cald. eritis A mihi reges & ſacerdotes, id eſt, plures ex vobis officio ſacerdotum fungentur, erit apud vos ſummus pontifex, plures ſpeciali meo cultui conſecrati in templo mihi miniſtrabunt. Sed ſi futuri erant, tot tibi ſacerdotes, vbinam nunc, vbinã exercetur ſacerdotiũ? in quo tẽplo? quibus ritibus? omnia periere, ſacerdotiũ euanuit, & merito, & propter nimiam & obcæcatam eorum malitiam, omnium iacturam fecerunt. Quod non obſcure hoc ſacrilegus ille Caiphas prophetauit, facto ipſo neſciens quid faceret, quemadmodum aliquando prophetarat ipſo verbo neſciens quid diceret. Nam cum ante illum Chriſtus ſiſteretur ſurgens ait illis & Mat-

Matth. 26. thæi 26. rurſus cum audiret Chriſtum D. cum ſummã & humilitate, & manſuetudine, & auctoritate reſpondentem, ſcidit veſtimenta ſua. B Quis non miretur & pontificis inſaniam, & diuini ſpiritus ſapientiam, qui cum etiam præ furore deſipientem ad prophetandum impellebat? Huc ades infauſte pontifex, quis vnquam Iudex reum coram ſe vinctum interrogaturus, de ſolio aſſurrexit? quæ te ergo dementia impulit ad ſurgendum? & præterea cur veſtes ſcindis? neſcis te hoc facto legem ſcindere, quæ prohibet Leuit. 21. ne veſtimenta à Pontifice ſcindantur? Quid facis contra legem, dum te legis ſtudioſum cultorem, & exactorem profiteris? planè neſciens quid facias, tuum tibi inauguras infortunium, vt

S. Hieron. rectè D. Hieronym. ad eum locum aduertit: *Quem*, inquit, *de ſolio ſacerdotali furor excuſſerat, eundem rabies ad ſcindendas veſtes prouocat, vt oſtendat Iudæos ſacerdotij gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere Pontificis.* C Item planè myſterium in hac pontificalium

D. Leo. veſtium ſciſſione agnoſcit D. Leo ſerm. 9. de Paſſione, *Caiphas*, inquit, *ad exaggerandam auditi ſermonis inuidiam, ſcidit veſtimenta ſua, & neſciens quid hæc ſignificaret inſania, ſacerdotali ſe honore priuauit.* Et ſtatim ſacrilegum pontificem ſeruandæ legis, vt par erat, curatorem arguit, violatæ: *Vbi eſt*, inquit, *Caipha rationale pectoris tui? vbi continentia cingulum? vbi ſuperhumerale virtutum? myſtico illo ſacratoque amictu, ipſe te ſpolias, & proprijs manibus Pontificalia veſtimenta diſcerpis, oblitus præcepti illius, quod legeras de Principe ſacerdotum, veſtimenta ſua non diſrumpet: tu vero à quo iam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi es exequutor opprobrij, & ad manifeſtandum finem veteris inſtituti, pertineat eadem diſruptio ſacerdotij.* D Quibus vltimis verbis rectè aduertit, licet Caiphas ſuo facto oblationem ſacerdotij primario ſignificaret: tamen ex ablatione ſacerdotij, conſequenter ſignificaſſe totam legem abolendam.

Spiritualibus bonis Iudæi ſpoliantur.

46. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta*: Hactenus vidimus regni & ſacerdotij iacturam feciſſe, quod quidem leuius ferendum eſſet, ſi bonis gratiæ fruerentur. Verum cum his etiam ſpolientur ex demeritis, quis eorum calamitatem ſatis digna cõmiſeratione

S. Gregor. Nazian. non lamentetur? D. Greg. Nazianzenus oratione 12. comparat priorem Iudæorum captiuitatem per Babylonios inductam, cum poſteriori per Romanos illatã, & fatetur ſe priorem illam multis lachrymis proſequi conſueuiſſe, poſteriorem tamen nullis poſſe lachrymis exæquari: *Equidem* inquit, *vt de me loquar, quoties threnos lectito, vocem mihi intercludi ſentio, lachrymiſque obruor, eamque calamitatem veluti ob oculos poſitam videre videor, ac Ieremiæ collamentor*, at vero poſtremam Iudæorum plagam, & è ſedibus ſuis migrationem, & ſeruitutis iugum eorum capiti nunc incumbens, celebremque illam ſub Romanis depreſſionem, & quis eorum qui lamentationes conſcribere, atque oratione adæquare norunt, ſatis digne deplorabit? ſed qua de cauſa? quia illa calamitas acerbe quidem fuit deploranda, hæc autem acerbiſſime, nam in illa Iudæi ita bona temporalia amiſerunt, vt adhuc præſtantiſſima quidem ſpiritualium retinerent, adhuc enim Prophetas, & legem, & ſcripturam, & fidem, & quod eſt omnium caput, ſpem de vero Meſſia conſeruabant; in hac vero bonorum tam temporalium, quam ſpiritualium patiuntur naufragium. Nonne futura erat gens ſancta? quo nomine bona ſpiritualia quæ poſſeſſuri erant intelliguntur, an ea retinuit? nequaquam, ſed quod deplorandum eſt propter meram obſtinationem illorum iacturam fecerunt.

Deus quid non efficit, vt ad ſuæ legis obſeruantiam alliciat?

Eritis mihi in regnum ſacerdotale: Quid amplius? *gens ſancta*, nonne paulo ante promiſeras eum in peculium, & in theſaurum tuum, ex omnibus populis aſſumpturum? cur & regnum ſacerdotale? imo & in gentem ſanctam euaſurum polliceris? Attende quid dicat Deus, ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum. Nonne eis tui pacti, tuæ legis obſeruatio vtiliſſima, quamuis nec ſacerdotale regnum, nec gentem futuram ſanctam obijceres? vtiliſſima quidem, quid enim vtilius virtutum amore, & exercitio? nihilominus aliæ eximia pollicetur, quid enim non efficit, vt ad ſuæ legis non ſibi, ſed nobis vtilem obſeruantiam alliciat? *Egregiè præmunit Deus*, inquit Procop. 47.

Procop. *hiſce verbis Iudæos, & quaſi aditum ſibi præſto ſit, & parat ad legis lationem, animos eorum conciliens, & capiens magnis pollicitationibus, quæ ſic habet. eritis mihi populus peculiaris, regale ſacerdotium, gens ſancta.*

In quibus Deus regnaturus eſt, ſint mundi, & à labe peccati immunes.

Eritis mihi in regnum ſacerdotale. Oleaſter, 48. Eritis mihi regnum ſacerdotum. Nonne in maximam populi commendationem, & in tuæ eximiæ, & in illum beneuolentiæ teſtimonium? ſatis erat dixiſſe, eritis mihi in regnum? ſi enim Deus rex noſter eſt, quid nobis poteſt deeſſe? teſte regio vate, Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Cur ergo addidit ſacerdotale? nonne ſacerdotes ob ſuum miniſterium tenentur ſemper animam puram à labe peccati ſeruare? en ergo cur adiecit, quod futurus erat populus Iſrael regnum, ſed ſacerdotale? quia in quibus Deus regnaturus eſt, debent

Oleaſter. debent eſſe mundi à delictis: Ita cenſet Oleaſter, *Audi hic qualis*, *et oporteat eos qui regnum Dei eſſe debent, nempe mundos, & ab omni labe ſeparatos, quales ſunt ſacerdotes Dei, vt in eorum munditia & puritate appareat, cuius ſint ſerui, ſi enim reges mortales, caro & fœnum, tales petunt ſeruos, vt dicat David eum ſibi adminiſtraturum, qui ambularet in via immaculata,* Pſalm. 100. *Pſal. 100. cur non potius Deus?*

Qui Deum regem habent, quam protectionem, & abundantiam ſperare non debent?

49. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*; Cum regnum de nouo conſtitutum indigeat viribus vt floreat, & ab aduerſarijs cuſtodiatur illud inuaſuris: cur non dicit, eritis mihi regnum bellicoſum, viribus potens, cum ſcilicet non pauci inimici ei bellum illaturi ſunt? Aduerte quod ſacerdotibus ampliſſimè ex ærario publico prouidebatur in Ægypto, ne quidquam illis deficeret, en vt promittit Deus populum ſibi futurum eſſe in regnum, non quodcumque, ſed ſacerdotale, vt innueret fœliciſſimum fore, cum ſub tanto rege omnia ſibi abundarent, & ferè ſine labore. Card. Cajetan. Mens eſt Card. Cajet. *Qualitas regni appoſita eſt, appenendo ſacerdotium, legit enim ipſe regnum ſacerdotum, promittitur enim opulentia honorabilis ex ſpeciali cura ipſius Dei, perinde ac ſi vniuerſum regnum integraretur ex ſacerdotibus, mos enim erat vt ſacerdotibus ex ærario publico prouideretur honorabiliter: ipſi Iſraelitæ viderunt ſeruari in Ægypto, & propterea Deus ab ijs quæ nota erant Iſraelitis, manifeſtat futuram eorum conditionem ſimilem conditioni ſacerdotum, vt perpendant quale erit diuinum regimen erga eos, quo videlicet non poſſet deſiderari melius.*

Ita omnes viuere debent ac ſi ſacerdotes, quoad conſcientiæ puritatem.

50. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*, Cald. *eritis coram me reges & ſacerdotes*: Quid? ſolum ex vna tribu Leuitica ſacerdotes in tui cultum ſegregaſti, nec tamen omnes ex ea, ſed ſolum aliquos, & adhuc ſuperant vndecim tribus, ex quibus ſacerdotes non aſſumebantur, cur ergo dicis populum tibi futurum eſſe in ſacerdotes? quia ita omnes viuere deberemus quoad conſciētiæ puritatē, qui Deum regem ſpecialē habemus, ac ſi ſacerdotis officio fungeremur. non Abulenſ. alienus ab hoc ſenſu Epiſcop. Abulenſ. *Vocari poſſet regnum ſacerdotale, id eſt regnum pertinens ad ſacerdotes ſcilicet quod vos eritis mihi in regnum, & in ſacerdotes, quia ita omnes eritis applicati ad cultum meum, reſpectu aliarum gentium quod omnes videbimini vt ſacerdotes, quia ſacerdotes ad illum magis applicati ſint quam cæteri, quia alij intendunt rebus ſuis, ſacerdotes autem pro toto populo conſtituti ſunt, vt miniſtri & mediatores apud Deum, ideo hoc ſolum intendere debent.*

Si ex beneficijs perceptis proficimus, maiora ſumemus.

51. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*, ſcilicet ſi cuſtodieritis pactum meum, quid pollicetur Deus populo ſuo? quod ſibi erit in peculium, & omnibus nationibus, & in regnum ſacerdotale, ſub qua conditione: ſi ex beneficio eductionis ex Ægypto, moueatur ad ſuorum obſeruantiam mandatorum, nec miror, ſi ex beneficijs acceptis proficimus, maiora ſine dubio ſumemus. Conſule Seraphin. Po rect. Seraphinus concl. huius cap. ſic dicentem, *Vides quod de beneficio magno tranſit ad maius, magnum quippe beneficium ſuit eductio de terra Ægypti, at maius, vt patet eſt prælectio inter omnes populos, in illo enim eligitur Iſrael ante Ægyptum, in iſto autem ante omnem moram præponitur. Deus autem pollicetur populo Iſrael, quod ſi ex hoc beneficio eductionis de Ægypto, moueatur ad ſeruandum mandata eius erit ſibi inter omnes populos terra præcipuus, vbi vides quod de beneficio magno tranſit ad maius.*

Longe excedimus Iudæos in beneficijs à Deo nobis conceſſis.

Eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta, antea dixerat, eritis mihi in peculium, 51.
quæ in his verbis comprehenduntur beneficia populo Iſrael conferenda, non facile poteſt exprimi, nam nec alia videntur poſſe conferri populo Chriſtiano. Sic enim D. Petrus 1. Canon. 2. Nos autem genus electum, regale 1. Petr. 2.
ſacerdotium, gens ſancta, & populus acquiſitionis, quid igitur populus Iſrael nobis exprobrare poteſt, quod ad eumdem honoris gradum ſit euectus, ac Chriſti Domini ſectatores? quod ſicut nos ſumus regale ſacerdotium, gens ſancta, genus electum, ita ſimiliter illi de ſe ſint? ſentiunt? toto cœlo aberrant, nam multo aliter fidelibus regale ſacerdotium tribuitur, quam olim populo Iudaico regnum ſacerdotale: Teſtis eſt Dydimus in cap. cit. Petri, Dydimus. *Secundum enim veterem diſpoſitionem legis, aliud, inquit, erat regnum, aliud ſacerdotale. genus ſacerdotale namque à Leui, regale ex Iuda genere ſuccedebat: alter enim apud Hebræos regnabat, & alter ſacerdotium obtinebat: poſt illam vtique conſtitutionem ſucceſſit Euangelium, vnum & eumdem ſacerdotem regemque conſtituens, Chriſtus namque vtrumque eſt, ad eum namque dictum eſt, Tu es ſacerdos in æternum.* Pſalm. 109.
Et iterum, *Suſcitaui eum regem cum iuſtitia, Iſaiæ 45. Sed & ipſe de ſe dicit, Pſalm. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo, hoc eſt à Deo.* Iſaiæ 45. Pſalm. 2.
Eodem planè modo loquitur Oecumenius, Oecumenius. *Non enim*, inquit, *ob Abraham in regale ſacerdotium fuiſtis electi, qui enim ex ipſo progreſſi ſunt ſacerdotium à rege diſtinctum habuerunt. non eſtis igitur per Abraham gens ſancta, & genus ſanctum. & in regale ſacerdotium ſegregati, nihil enim horum Abrahæ dictum eſt, ſed & per Chriſtum eſtis, qui & ſacerdos iuxta ordinem Melchiſedech, & rex manſuetus, & iuſtus, & ſalutem afferens, & ſuper pullum aſinæ incedens appellatus eſt, ex ipſo igitur qui vtraque hæc habuit per ſanctum baptiſma regenerati, merito & genus electum appellamur, & regale ſacerdotium.*

Quilibet deberet eſſe ſacerdos non caractere, ſed deuotione & oblatione ſui in ſacrificium Domino.

55\. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale*, Cald. *eritis mihi reges, & ſacerdotes*: & D. Petrus fidelibus Eccleſiæ loquens ait, vos genus electum, regale ſacerdotium, quæ verba explicans Origenes hom. 4. in Leuit. ait, omnes vos ſacerdotes Domini eritis, & ad te enim dicitur genus electa, regale ſacerdotium. Quid ô Origenes,

Origenes.

an omnes ſumus ſacerdotes? an ſingulis licet officio ſacerdotij fungi? hoc recentiores hæretici comminiſcuntur: at non in hoc ſenſu loquitur, quod ſimus ſacerdotes caractere, ſed deuotione, & ſui vniuſcuiuſque oblatione in ſacrificium, ſic enim ait, *Si vis ſacerdotium agere animæ tuæ, nunquam recedat ignis de altari tuo. Hoc eſt quod & Dominus in Euangelijs præcipit, vt ſint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ veſtræ ardentes: ſemper ergo tibi ignis fidei & lucerna ſcientiæ accenſa ſit.* Et plura deinceps, & alibi planius, *Omnes enim*, ait, *quicumque vnguento ſacri chriſmatis delibuti ſunt, ſacerdotes effecti ſunt, ſicut & Petrus ad omnem dicit Eccleſiam, vos autem genus electum, & regale ſacerdotium, gens ſancta eſtis ergo genus ſacerdotale, & ideo acceditis ad ſancta, ſed & vnuſquiſque noſtrum habet in ſe holocauſtum ſuum, & holocauſti ſui ipſe accendit altare, vt ſemper ardeat.* Deinceps autem plura recenſet myſtica holocauſti genera: *Ego*, inquit, *ſi renunciem omnibus quæ poſſideo & tollam crucem meam, & ſequar Chriſtum, holocauſtum obtuli ad altare Dei, aut ſi tradidero corpus meum vt ardeam, habens charitatem, & gloriã martyrij conſequar, holocauſtum meipſum, obtuli ad altare Dei ſi diligam fratres meos, ita vt animam meam ponam pro fratribus meis, ſi pro iuſtitia, pro veritate, vſque ad mortem certauero, holocauſtum obtuli ad altare Dei, ſi membra mea ab omni concupiſcentia carnis mortificauero, mundus crucifixus ſit mihi, & ego mundo, holocauſtum obtuli ad altare Dei, & ipſe meæ hoſtiæ ſacerdos efficior.* Hoc ergo modo ſacerdotium geritur. eadem ratione ſpiritale ſacerdotium interpretantur Clemens Alexandrinus, Athanaſius, Hilarius, Ambroſius, Proſper, alijque non pauci. Ab hoc autem ſacerdotio, nulla ætas, nullus ſexus excluditur, nec dubitandum eſt eodem modo, & regnum & ſacerdotium accipere Ioannem, cum in Apocalypſi dixit, fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo, & patri ſuo, & in eodem libro ait, viginti quatuor ſeniores, & quatuor animalia inquiunt, feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram. Denique de beatis, erunt, ait, ſacerdotes Dei, & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis: itaque Petrus paulo ante dixerat, ſacerdotium ſanctum ad offerendas ſpirituales hoſtias; & Auguſtinus explicans Ioannis verba modo allata, non vtique ait de ſolis Epiſcopis & Preſbyteris, dictum eſt, qui proprie iam vocantur in Eccleſia ſacerdotes, ſed ſicut omnes Chriſtianos dicimus propter myſticum Chriſma, ſic omnes ſacerdotes, quoniam membra ſunt vnius ſacerdotis, de quibus Apoſtolus Petrus, plebs, inquit, ſancta, regale ſacerdotium: & in eamdem ſententiam Eucherius, Sacerdos, inquit, ab eo nomen accipit, quod ſacrum præbere ducatum minoribus debeat, quo nomine vtique cenſentur omnes, qui altitudine rectæ conuerſationis, ac doctrinæ ſalutaris eminent, nec ſibimetipſis tantummodo, ſed pluribus proſunt, omnes ſiquidem membra ſummi ſacerdotis Ieſu Chriſti.

Clemens Alexand. Athanaſius. Hilarius. Ambroſ. Proſper. Apoc. 1.

Potentiſſima beneficentia eſt ad trahendos etiam quoſcumque rebelles.

Eritis mihi in regnum ſacerdotale ſed antequam hoc beneficium præſtet, 54.
non ſolum propoſuit ſupplicia quibus ſeuerè Ægyptios puniuit, vidiſtis quæ fecerim Ægyptijs, ſed exigit, vt prius mandata ſua cuſtodiant, ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum. Deinde ſubiungit, eritis mihi gens ſancta, nec mirum quod de legis diuinæ obſeruatoribus fiat gens ſancta, regnum ſacerdotale. Sed conſulamus citatam auctoritatem B. Petri, Vos autem (loquitur Chriſtianis) regale ſacerdotium, gens ſancta, & populus acquiſitionis, vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum: tenebras, ſane priſtinam cæcitatem, atque inſcitiam, addo etiam impuros, & flagitioſos mores vocat, ex quibus tranſlati ſunt in eam claritatem, qua dicerẽtur regale ſacerdotium, gens ſancta. Vnde D. Cyrill. Alexand. in c. 35. Iſaiæ ait, Ibi olim gentes errabant lignis, & lapidibus ſeruientes, & obliquis vijs incedentes, nunc autem diſcent rectam viam, & ſemitam ad ſanctam vitam adducentem: verum cur Deus qui in Moyſe expectauit & petiuit prius legum obſeruantiam, & nonniſi de obſeruatoribus legis, fecit regnum ſacerdotale, & gentem ſanctam: in Chriſto Domino de contemptoribus legum, & tenebroſis hominibus fecit eſſe, & gentem ſanctam, & ſacerdotium regale? ſane in Moyſe, vt vidimus, & beneficia in educendis Iſraelitis, & ſimul Ægyptiorum ſupplicia proponebantur, in Chriſto autem Domino ſola beneficentia, eaque largiſſima abſque ſupplicijs oſtendebatur. Quid ergo mirum, ſi potentiſſima & efficaciſſima fuerit, vt de tenebris faciat lucem, vt in cubilibus (vt loquitur Hieronymus in Iſaiam 35.) animarũ Gẽtilium in quibus dracones prius habitabant, ſint calami & iunci, quibus fides Domini ſcribatur? ad hæc D. Baſilius in orat. 25. ſtatim in initio ait, *Moyſes Hebræorum Doctor Dei cognitione diſciplinam Iudæorum filijs traditurus, diſcipulorum animos Ægyptiorum ſupplicijs ante percellit, & creaturam iuſſu Dei transformat, quo mentes idoneè comparet ad doctrinam, totiuſque naturæ legibus vim affert, ideo per diem nox inuehitur, luci tenebræ commiſcentur, ignis cum grandine confunditur, fluuius in aliam faciem vertitur, mare ſcinditur & pedibus tranſmittitur, vndarum ingenium docetur hominum ferre veſtigia, ſuaſque natura dediſcit leges, quo Deus ab hominibus creator credatur ad eum modum Moſaica res procedunt; verum Dominus noſter Ieſus Chriſtus reſtitutionem Apoſtolorum choro promulgans, non quibus alios punierit ijs ipſos docet, ſed miraculo-*

S. Cyrillus. S. Hieron. S. Baſil.

rum, & humanitatis ſuæ fontes patefacit, & commune valetudinarium aperient miraculorum vi. quaſi manu ducit animos ad Dei cognitionem.

In obſequio Dei, & in actionibus alijs, noſtra ſeruatur libertas.

55. *Eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta* Quid ſine eorum cooperatione, tam eximio donabuntur fauore? ſi audieritis, inquit, Deus vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum: cur conditionalis illa apponitur ſi? cur non ais abſolute, cuſtodite legem meam, audite vocem meam? conditionaliter loquitur, vt nullus maneret ambigendi locus, circa libertatem voluntatis in operationibus humanis: *Vbi ſunt,* inquit Lippom. *qui humani arbitrij denegant libertatem, cum manifeſtè Dominus hoc in loco eam aſtruat. dicens, ſi audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, ad quid enim ita loqueretur, ſi nec audire vocem, & cuſtodire pactum in populi ſitum eſſet poteſtate?*

Lippom.

Maior eſt Dei liberalitas & bonitas, quam promiſſiones ſuæ denotant.

Eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta: Sub quâ conditione? ſi pactum meum à vobis cuſtoditum fuerit, ſi lex mea fideliter obſeruata: ergo ſi voci meæ non paruerint, ſi præceptis meis inobedientes fuerint, nec populus tibi electus ex omnibus nationibus, nec in regnum ſacerdotale tibi conſtituetur: hoc non annuit, quamuis aliud aſſerat, quia maior eſt Dei liberalitas, quam promiſſiones ſuæ denotant. *Cæterum*, inquit Epiſcopus Metonenſis, *vnum hic nota diligenter, promiſſiones has conditiones habere additas, videlicet ſi voci meæ obedieritis, & cuſtodieritis pactum meum, quas tamen Iudæi nequaquam adimpleuerunt, ſed tanta fuit omnipotentis Dei miſericordia & clementia, vt etiam ſi conditiones hæ non fuerint ſeruatæ, promiſſiones tamen Dei non fuerint irritæ, vt gratuito bona hæc illis contigiſſe à Deo omnibus palam fiat.* 58.

Auctor Catena.

VARIET. LECT. Verſ. 7. & 8.

Vlg. Venit Moyſes, & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones, quos mandauerat Dominus.

Septuag. Vocauit ſeniores populi, & expoſuit eis omnia verba hæc quæ conſtituit eis Dominus.

Vulg. Reſponditque omnis populus ſimul, cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus, cumque retuliſſet Moyſes verba populi ad Deum.

Sept. Dixit omnis populus vnanimiter, omnia quæcumque dixit faciemus & obediemus.

CONCORDIA.

Septuaginta addidere *obediemus*, quod verbum nequaquam in alijs lectionibus reperitur: nihilominus non eſt dicendum ſuperfluere, imo emphaticum eſt, nam dixerat Deus, ſi audieritis verba mea, & reſpondit populus ſecundum Septuag. obediemus, dixerat, ſi cuſtodieritis pactum meum, & ait, faciemus.

EXPOSITIO.

Venit Moyſes, de monte ad locum caſtrorum, *& conuocatis maioribus natu populi*, expoſuit omnes ſermones, vt ordinatim per ſenes ijdem alijs proponerentur. *Reſponditque populus ſimul*, vnanimiter, collaudans conuentionem patrisfamilias, à quo in opera legis mittendus erat, *cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus*: forte tunc paratus erat populus ad ea, quæ Deus à Moyſe petierat executioni mandata, promiſſionibus à magnificis prouocatus.

CONCEPTVS.

Quæ promulganda populo, ſenioribus illius prius aperienda.

56. *Conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones,* cum populus deberet præcepta Dei cuſtodire, necnon legibus eius adſtringi: cur non conuocatur à Moyſe, vt ei verba Dei expenderet, vtrum ea acceptare vellet? cur ſolos ſeniores illius ſermonum efficit participes? quia quæ promulganda populo, prius ſenioribus illius aperienda, vt maturè deliberent, vtrum expediant necne, *præcepta multitudini promulganda*, inquit Epiſcop. Metonenſ. *ſunt ſeniorum conſilio pro more hominum proponenda, quod Dominus per Moyſem non omiſit.*

Præmij cæleſtis ſpe omnes labores prompte ſubeundi.

Conuocatis maioribus natu populi expoſuit: Ea quæ à Deo acceperat populus non contradixit, imo libenter admiſit. Rupertus notat, *Quod tanquam paterfamilias conuentionem fa-* Rupertus

cions cum operarijs diuinis, quos continuo miſſurus erat in opera legis. En vt conuentionem facit cum Iudæis de diurno denario, nempe quod erunt ei in regnum ſacerdotale, & in populum præ omnibus nationibus electum, ſi ſua velint ſeruare mandata. Alludit ad illam

Matth. 20. parabolam apud Matth. 20. de patrefamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam, conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam. Ecce vt conuentione factâ cum his primis, mittuntur in vineam ſuam, at quos circa horam nonam inuenit ſtantes, non conducit conuentione factâ denarij diurni, ſed ſolum ait, ite & vos in vineam meam. Quare his quos vndecimâ horâ vocauerat, non dixit paterfamilias, ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit, dabo vobis, quod primos inuitans præſtiterat? non allicit poſtremos mercedis promiſſione, nude in vineam mittit: an magna merces quod à malorum omnium causâ quis auocetur? nam hi erant ſtantes otioſi, at qui primi vocati fuerant erant Iudæi, poſtremi gentiles, Iudaicus populus tanquam terrenus & durus, ſpe mercedis alliciendus ad laborem erat, gentilis ad laborem venit, ſed perfectiore modo obſequium ſuum Deo exhibiturus, allici terrenæ mercedis pollicitatione non indiget. ſed aliam cauſam huius diſcriminis adijcio, Iudaico populo qui in præcedentibus horis vocatus fuerat, nunquam cœlum, nunquam cœleſtis gloria promiſſa fuit, & ideo ad laborandum inducitur promiſſione mercedis, Gentili populo qui vndecimâ horâ vocatus eſt, cœleſte præmium repromiſſum eſt, & idcirco non opus fuit aliqua aliâ mercede donari: vt ita diſceremus præmij cœleſtis ſpe omnes labores promptè libenterque ſubeundos, licet aliam hic mercedem non obtineremus: fruſtra alijs rebus allicitur ad laborem, qui cœleſtis gloriæ oblatione non allicitur.

Ab ipſorum præceptorum executione, vlterius diſcimus, & cognitio datur quid nobis agendum.

60. *Conuocatis maioribus natu populi expoſuit ſermones, &c.* reſpondens autem populus, ait, *cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus*. Sept. omnia quæcumque dixit, faciemus, & audiemus: non ſolum addiderunt illud audiemus, ſed & ordinem in addendo non ſeruaſſe videntur. Nam nonne prius eſt aliquid audire, quam facere? quomodo enim niſi prius aliquid audierimus, executioni mandare poterimus? cur non ergo in huius verbi additione, hunc ordinem ſeruant audiemus & faciemus? rectè dixerunt, faciemus, & audiemus, quia ab ipſorum præceptorum executione datur nobis cognitio, & illuſtramur, quid vlterius à nobis agendum, ea enim quæ ſunt Dei ab ipſa operatione diſcimus. Sana eſt doctrina Iſidori Peluſiotæ lib. 4. epiſt. 8. quod eſt Nemeſio Maſtriano, *Tu quidem fortaſſis abſurdam exiſtimas eſſe vocem, tanquam à Iudæis nihil rectè ſumique dicentibus vel facientibus, prolatam: at ego quia legiſlator ipſos in eo nihil reprehendit, arbitror, ſic, quoniam quæ diſcentes nos facere oportet, & faciendo diſcimus, idcirco bene dictum eſſe, omnia quæcumque dixit Deus, faciemus, & audiemus. Nam illi quidem qui aliam quampiam rem diſcunt probabili rationis ordine, prius audiunt, deinde faciunt; qui vero diuina præcepta in opus actumque producere ſtudent, ab ipſa oratione diſcunt, non tam oratione quam actione, & opere cognitionem pariente. Vt enim verus virtutis cultor per ipſam exercitationem inſtituitur ad virtutem, & quodammodo diſcit eam & vtiliſſimam eſſe, & decentiſſimam honeſtiſſimamque, & maximè naturæ conſentaneum, & vtiliter ſanctiam.*

Iſidorus.

Obedientia ſit promptiſſima.

Conuocatis maioribus natu expoſuit ſermones, quos à Deo acceperat, tunc populus cum quo locutus eſt Dominus ait faciemus; cur ſi conuocati fuere ſeniores, quibus expoſuit voluntatem Domini, non dixere conſulemus, quid ſibi reſpondendum? populus enim duræ ceruicis eſt: tum cur populus auditis, quæ ſibi à ſenioribus dicebantur, non reſpondit, nec petijt ſibi tempus dari in re tanti momenti deliberanda, ſed ilico ait, faciemus cuncta quæ locutus eſt Dominus. quia obedientia noſtra debet eſſe promptiſſima, & celerrima. Vnde rectè B. Laurent. Iuſtin. cap. 4. de perfect. *Currite, currite, & vos omnes milites Chriſti properate feſtinè, feſtinè, quicumque in obedientia, & ſubiectionis ſtadio certatis*, abeunt ab hac mente & curſu, qui non ſtatim auditis iubentis iuſſis obtemperant, ſed ſe torquent, deliberant, moras nectunt, & quaſi nolentes parent. 61.

S. Laurent. Iuſtin.

Tanta debet eſſe celeritas obedientiæ, vt vix cognoſci poſſit, an iuſſio præceſſerit.

Conuocatis maioribus natu expoſuit ſermones, quibus auditis, ait populus, cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Sept. omnia quæcumque dixit faciemus, & audiemus. Deberet eſſe inuerſus ordo, ſed lucem huic difficultati præſtabit Pſalm. 102. vbi de promptitudine, & velocitate Angelorum in parendo, loquens Regius Vates, ait, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius: pende prius obſequij, quam iuſſionis mentionem fieri, ſi dixiſſet audientes vocem ſermonum ad faciendum, rectum ordinem ſeruaſſet; audienda enim prius ſunt quæ poſtea perficiantur, hic vel ſimul vtrumque eſt, vel præcepta præire præcepti adimpletio videtur, quid ſibi vult ipſe verborum contra ordinem, vt ita dicam, ordo? docet vt opinor tantam debere eſſe eius qui paret, celeritatem, & velocitatem, vt vix cognoſci poſſit, an ſermo iuſſionem præceſſerit, necne: Firmat hunc ſenſum Agellius, *Vix dum audierunt vocem diuini præcepti, & ſtatim faciunt verbum eius, vt quamuis diuini verbi præceptum antecedat, tamen tanta illorum in obſequendo velocitas, & intentio eſt, vt neſcias pene quid prius ſit, vox ne ſermonum Dei, an illorum in exequendo celeritas*: adeo vt illud, *ad*, ſignificet, ſimul atque, vt ſit ſenſus, ſtatim ac audierunt, perficiunt. 62.

Pſalm. 102.

Agellius.

Obedientia ſit integra.

65. *Conuocatis maioribus natu expoſuit ſermones*, quibus auditis, *dixit populus cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus*: Cur non ait, quæ locutus eſt, non addito vniuerſali termino *omnia* faciemus? rectè omnia addiderunt, quia obedientia non diminuta eſſe debet, ſed integra. Scite S. Bernard. ſer. 2. de S. Andræa, *Sapiens nummularius eſt*, ait, *imo ipſa ſapientia cui neceſſe habemus reddere hunc obedientiæ nummum, nec ſuſcipiet enim niſi & integer inueniatur, & ſine aliqua falſitate.* Ne ergo aliquid diminuas de obedientia, aliàs tanquam falſarius numiſmatis Deo ingratiſſimi cenſeberis.

S. Bernard.

Verus obediens non diſcutit præceptum, quod ſibi imponitur.

64. *Conuocatis maioribus natu, expoſuit ſermones eos*, vt audiuit populus, *dixit, cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus*, voluntatem ſolum Domini vobis aperuit, non autem quid à vobis exigat: cur ergo ſine diſcuſſione, quæ vobis imponēda ſunt præcepta, dicitis cuncta faciemus? quia verus obediens non diſcutere debet præceptum quod ſibi iniungendum eſt. Hoc obſeruauit B. Aug. lib. quæſt. ex vtroque teſtam. A q. 117. in Abrahamo, qui accipiens mandatum à Domino, de mactando ſibi filio, non diſcutiebāt, vtrum id honeſtum, & conueniens eſſet, ſed vnico quod ſibi iniunctum executioni mandabat, ſubiungit, *Vt hoc exemplo doceremur, omni cura facere Dei mandata, ſi enim fideliſſimus Abraham in re tam graui & aſpera obediens inuenitur, quanto magis nos, quibus illa præcipiuntur, quæ poſſunt portari?*

S. Auguſt.

Qui nimia pollicetur, viribus ſuis fidens, labetur.

65. *Conuocatis maioribus natu, expoſuit ſermones eos* libenter admiſit populus, & ait, *omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus.* Non dicunt B ſi nobis fauerit, ſi auxilium Dei nobis non deerit, ipſius iuſſis obtemperabimus, ſed in nullo dubitant. Quid? an viribus fidunt, nullum verentes periculum in tranſgreſſione mandatorum Dei? ita cenſent plures: quid continget eis, niſi lapſus, & omnium tranſgreſſio? periculoſiſſimum eſt enim viribus ſuis fidere in re magni momenti. Bene Vincentius de Marzilla, Generalis Congregationis Benedictinæ, *Fragilis*, inquit, *& inconſtans populus temeritate humana grandia pollicetur, nihil vel parum præſtiturus.*

Vincentius de Marzil à.

VARIET. LECT. Verſ. 9.

Vulg. Ait ergo Dominus, iam veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum; nunciauit ergo Moyſes verba populi ad Dominum.

Sept. Ecce aduenio ad te in columna nubis, C vt audiat populus me loquentem ad te, & tibi credant in ſæculum.

Oleaſt. Ecce ego apparebo tibi.

Pagn. Ecce ego venio ad te in denſitate nubis, & nūciauit Moyſes verba populi Domino.

Oleaſt. Venio ad te in multa nebula.

CONCORDIA.

Vertere Septuaginta in columna nubis, quod ferre non poteſt Eugubinus, ait enim, Septuag. non propriè verterunt, columnæ enim hic nulla fit mentio, imo ea caligo longe maior ac denſior, quam per columnam poſſit ſignificari, non deſcendiſſe quoque in columna Dominum, & illud indico, nam ea D caligo totum cooperuit montem, quare *columna* delendum eſt, quod aliunde ſumptum.] Sed licet non ad verbum reddiderint Septuag. non alienū tamen, aut ineptum ſenſum habent, quid enim vetat caliginem totum montem orbiculatim circumcingentem, & verſus cœlum protenſam columnam vocari? Et vero etiam ſatis ipſa caligo, & denſitas, hac voce columnæ ſignificatur.

EXPOSITIO.

Ego *veniam ad te*, prout de facto venio per operationem noui effectus manifeſtatiui meæ præſentiæ, *in caligine nubis*, Hendiadis vſit. ta Hebræis vt duo ſubſtantiua ponantur pro adiectiuo, & ſubſtantiuo, nempe caligo nubis pro nube caliginoſa. Sic dixit Dauid Pſalm. 97. nubes & caligo in circuitu eius, pro eo quod nos diceremus, nubes caliginoſa circumdat eum: veniam ergo ad te in denſa nube enim manifeſtabo me ipſum ſoli tibi, colloquar tecum te ſolo audiente, hactenus factum eſt, ſed reuelabo meipſum ſtupendo tumultu, vt *audiat me populus loquentem ad te*, ac recitantem tibi decalogum, vt eam quoque legem, quam poſt decalogum daturus ſum, certiſſime agnoſcat populus diuiniſſimam eſſe, & *credat tibi in perpetuum*, ſicut enim hucuſque paraui tibi ex miraculis auctoritatem, ſic nunc parabo tibi fidem in populo, vt ſis illi congruus legiſlator; *Nuntiauit ergo Moyſes verba populi huius ad Deum*, inuerſus hic narrationis ordo, hæc enim ſententia deberet antecedere priura illa omnia, cumque retuliſſet, & niſi quis malit, nunciauit dictum pro nunciauerat.

Pſalm. 97.

CONCEPTVS.

Vbi manſuetudo, ibi lux, vbi rigoris durities, ibi caligo. A

67. *Veniam ad te in caligine nubis*: Cur non venis ad Moyſem, ſicut Verbum incarnatum venit in montem Tabor? tunc enim, inquit, Matthæi 17. Nubes lucida obumbrauit eos, hîc lucida, hic caliginoſa obumbrat: cur vtrobique nō caliginoſa, vel denſa? quia hic rigores, & ſeueritates in Dei hoſtes oſtendebantur, ibi omnia erant ſuauia & manſueta, vbi autem manſuetudo ibi lux, vbi rigoris durities, ibi caligo. Mens eſt S. Chryſoſt. hom. 58. in Matth. *Quando minatur, tenebroſam oſtendit, quemadmodum in Sina, intrauit enim in nubem, & caliginem Moyſes: & Propheta de eius inimicis diſſerens ait, tenebroſa aqua in nubibus aeris, hic vero quia non terrere, ſed docere volebat, lucida nebula videtur.* B

S. Chryſoſt. — Pſalm. 17.

Deus nec caliginis oſor, dummodo ex ipſa lucem afferat.

66. *Veniam ad te in caligine nubis*, Cald. Ecce ego apparebo tibi in caligine nubis. Nonne tu Ægyptios ſpiritus æternæ tradidiſti caligini? cur Iſraelitas allocuturus, vel ſaltem maximum eorum ducem, in caligine appares? nonne tu lucem licet inacceſſibilem inhabitas? nonne lucis amator? caliginem ergo à te remoue; nonne ex ea lux præceptorum dari debebat Iſraelitis? cur ergo Deum accuſas apparuiſſe in caligine, cum ex eâ lucem afferet omni populo Iſraelitico? quod obſeruat Methodius in Catena Græca explicans illud, Iob 38. reſpondens autem Dominus de turbine, ait, *Quoniam turbo tempeſtatis eſt author, & Iobi fides in tempeſtate malorum, nullum naufragium fecit, ſed multo magis eluxit: idcirco Deus ad ſuperioris ærumnæ procellam ſignificandam, item procellam dum loquitur ſumit.* Fuit equidem Iobo procella, & miſeriarum caligo ſalutaris, adeo vt nihil in eâ virtutis periret, ſed omnia in melius irent, idcirco coram Iobo Dominus procellam intrat. Sic nunc caliginem nubis ingreditur, & quaſi eâ veſtitur, cum adumbraret aliquando Iudæos in eâ fuiſſe, ſed nunc ſibi vtilem fore cùm ex eâ lux præceptorum Dei oriri deberet. C

Methodius. — Iob 38.

Deus propter exiguum noſtri ingenij aciem, caliginem habitare videtur.

69. *Veniam ad te in caligine*: Cur caliginem inhabitas, ſicut etiam lucem inacceſſibilem, 1. Timoth. 6. nam quo quis potentior, non in caliginoſis domibus, aut inacceſſibilibus commoratur, ſed lucem iucundiſſimam habentibus: qui ipſamet lux eſt, caliginem inhabitet, *Quia*, vt optimè Diuus Gregorius Nazianzenus oratione prima de Theologia, *licet natura diuina propter infinitam entitatem ſplendidiſſima lux ſit, tamen ob eius incomprehenſibilitatem caligo, & tenebra appellatur, & quamuis eius domus, ſi magnificentia ſpectatur, auguſtiſſimum ſit palatium, tamen ſi ignorantia, qua de illo habetur, attendatur, occultiſſimum ac penitiſſimum lati bulum videtur: idcirco nunc benè dicitur ad Moyſem in caligine veniſſe, quia nunquam in hac vitâ clarè cognoſcitur.* D

1. Timoth. 6. — S. Gregor. Nazian.

Deus non ſolum ex longinquo confert beneficia, ſed ad nos venit ea collaturus.

Veniam ad te in caligine nubis; Nempe daturus legem populo, & alia collaturus innumera beneficia. Nonne, ô Deus, reſpicis de cœlo ſuper filios hominum, vt videas ſi te requirant? Cur nunc ad eos venturum te dicis? quia non ſolum ex longinquo Deus confert beneficia, ſed ad nos venit ea collaturus. Non alienus ab hac mente B. Thomas Ang. lect. 5. in c. 9. Iob. *In ſcripturis ſacris Deus venire ad hominem dicitur, quando & ſua beneficia largitur, ſiue intellectum eius illuminando ſiue qualitercumque ei benefaciendo.* Vnde dicitur Iſai. 35. Deus noſter ipſe veniet, & ſaluabit nos, è contrario vero Deus ab homine recedere dicitur, quando & ſua beneficia, vel ſuam protectionem ſubtrahit: ſecundum illud Pſal. 19. Quid Domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione. Et 1. p. q. 9. artic. 1. ad 3. *Venire Deum in ſcripturis metaphorice dicitur, ſicut enim dicitur ſol intrare domum, vel exire, in quantum radius eius pergit ad domum, ſic dicitur Deus venire ad nos, vel recedere à nobis, in quantum percipimus influentiam bonitatis ipſius, vel ab ipſo deficimus.* 70.

S. Thomas Angelicus. — Iſaiæ 35. — Pſalm. 19.

Principes debent miniſtros fauoribus proſequi, ne à ſubditis vilipendantur.

Veniam ad te in caligine nubis, qua de cauſa? vt me audiat populus loquentem ad te. Quid neceſſe eſt, vt audiat populus te cum Moyſe miſcentem ſermones? *Vt credat tibi*, inquit, Deus, vt te in maximo habeat pretio: prudenter equidem, principes enim debent miniſtros ſuos fauoribus proſequi, ne à ſubditis vilipendantur, ſed colantur, ſed honorentur. *Docet pulchre locus iſte*, obſeruat Oleaſt. *qualiter principes debeant miniſtros ſuos maxime publicos honorare, ne quis de populo audeat eos parum pendere: ſi enim populus viderit miniſtros mineris fieri apud Dominos, non curat eos, neque eorum verba: ſic feciſſe Pharaonem legimus cum Ioſeph Ægypto præfeciſſet, ego inquit ſum Pharao, abſque imperio tuo non mouebit ſe quiſquam in Ægypto.* 71.

Oleaſter.

Lex Dei cum maximo apparatu danda.

Veniam ad te in caligine nubis, Ol ſte., *venio ad te in multâ nebula*: Nonne ſicut aſſoles Moyſem alloqui potes? cur nunc venturus es in multâ nebulâ, in nube caliginoſa? vel cur antea hoc modo non apparuiſti? ad quid enim ita varius tuæ apparitionis modus? non tibi dubiū quin daturus legem deſcenderit: ne ſciſ[illegible] ergo cur in caliginoſa nube appareat, quia lex 72.

Dei cum maximo apparatu dãda, vt in maiori
Abulenſ. haberetur veneratione, ſic obſeruat Abul. *Iſta eſt diſpoſitio ad dandã legem, ſi Deus daturus erat legem, dare debebat eam cum magno apparatu, ſcilicet veniens in columna nubis, aut in magna caligine.*

Miramur Deum ita ſe deprimere, vt cum homine dignetur ſermones habere.

73. *Veniam ad te in caligine nubis*, quid ex hoc continget? vt me audiat populus loquentem ad te: licet te colloquentem Moyſi audiat, quid inde futurum eſt? vt credat, quid ex ſolo Dei colloquio cum Moyſe, popolus duræ ceruicis, quæ ab ipſo dicentur fidem adhibebit? ita ſane, miramur enim Deum, ita ſe deprimentem, vt cum homine dignetur ſermones miſcere, & ideo homini cui Deus talem confert gratiam, ſuſcipimus, & ei fidem adhibe-
Toſtat. mus. non diſſentit cit. Epiſcop. *Moyſes ad montem aſcendit apud locum caliginis, & ibi ſtetit cum Domino, & loquebatur Dominus ad populum & ad Moyſem principaliter, qui ſtabat cum Domino, hocque admirabatur populus, qualiter Deus loqueretur cum Moyſe exiſtente apud caliginem.*

Licet nihil ſit Deo incognitum, tamen vota noſtra ei præſententur grata.

74. *Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus ad te loquentem*, deinde ſubiungitur, nũtiauit ergo Moyſes verba ei, quæ locutus eſt populus: cur quod Deo notiſſimum eſt, nempe quod populus dixerit ſe omnia facturum, quæ ſibi à Deo forent iniuncta, cur inquã tanquam ſi quid ei ignotum fuiſſet, ad eum referes? reſ-
Lyran. pondet Noſter Lyran. *Non quia Dominus ignoraret, cum ſciat omnia etiam antequam fiant, ſed vt bona voluntas populi præſentaretur Domino, tanquam ei placita, ſicut & Angeli bona hominum opera offerunt coram Domino, prout Raphael*
Tobiæ 12 *dixit Tobiæ 12. ego obtuli memoriam orationis tuæ.*

Qui ſuperioribus obedit, Deo obtemperat.

75. *Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te*, cuius rei de cauſa? vt credat tibi in perpetuum iuſſa tua executurus: ſed cur hæc verba à Deo præmittuntur, vt audiat me populus loquentem ad te, deinde hæc ſubiiciuntur, vt credat tibi? ſane vt nobis compertum eſſet, quod Deus in ſuperioribus, & principibus loquitur, & ideo qui eis obedit,
D. Bonauen. Deo obtemperat. ſic noſter Seraphic. Doctor 3. lib. de cæleſt. hierar. cap. 1. *Homo non eſt niſi organum per quod Deus loquitur, hoc patet in Exod. vbi dicitur, ego veniam ad te in caligine nubis, & ideo non homini facit iniuriam, qui non obedit, ſed Deo cuius ordinationi reſiſtit.*

Deus ſuauiter nos allicit ad ſuæ legis obſeruantiam.

76. *Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te*, & hac de cauſâ tibi fidem adhibeat, in meæ legis promulgatione: ſed qua de cauſâ cum ſis Deus potentiſſimus, & quæcunque creatura nihil ſit, tibi comparata, cur non ais, volo vt tibi fidem populus Iſrael
A adhibeat? cur & appares in nube caliginoſâ & ei loqueris, vt inducas populum ad credendum Moyſi in tuæ legis promulgatione? quia Deus ſuauiter nos allicit, & non coactè ad ſuæ legis obſeruantiam. *Dominus* (inquit Caiet.) *ad con-* Caiet.
firmandam fidem credentis populi promittit in ſigno viſibili, & vniuerſo populo ſe allocuturum Moyſem, tum vt populus oculata fide perpendat colloquium inter Moſem & Deum, tum vt populus credat Moyſi non ad horam ſed ſemper.

Licet Deus aliquid ſtatuerit efficere, tamen bono motu deſiderij ad id agendum eum mouere debemus.

B *Veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me* 77.
populus loquentem ad te, qua de cauſâ? vt tibi fidem adhibeat, deinde ſubiungitur, nunciauit Moyſes verba populi ad Deum. an ſine myſterio hoc additur poſtquam Deus ſtatuerat legem populo ſuo dare? nequaquam, ſed vt notum nobis eſſet, quod licet Deus aliquid decreuerit perficere, tamen bono motu & deſiderio ad id agendum mouere debemus, qualiter populus cum ait quæcũque voluerit Dominus faciemus. mens eſt citati Cardin. *Ecce relatio ver-* Card.
borum populo per Moyſem fit, Iehoua in nube Caiet.
denſa apparenti ei: relationem autem intellige conſiſtere in hoc, quod Moyſes ſupplex propoſuit coram Deo fidem populo & promptitudinem eiuſdem ad obediendum Deo, vt Deus qui inchoauit hæc bona in populo ſuo perficiat illa.

D *Lex Moyſis typorum caligine obiecta.*

Veniam ad te in caligine nubis, veni ad Moy- 78.
ſen in nube luc[illegible]idiſſima cum venias legem daturus, quæ intellectum dat paruulis; nam poſtea deſcendens ad Apoſtolos & Diſcipolos in die Pentecoſtes, non veniſti in nube, ſed in igne: ita eſt equidem, ſed nunc deſcendit in caliginoſa nube, vel in denſa nubecula, quia huiuſmodi lex Moſaica, typorum caligine obducta erat, lex autem noua inſtar ignis, typos & figuras illuſtrat. fauet Gloſſa interl. *Quod*, in- Gloſſa inte.
quit, *ad Moyſem in caligine nubis Deus ſe venturum pollicetur, perinde eſt ac ſi diceret in obſcura legis ſcientia.*

Iuſtè puniuntur legis Dei tranſgreſſores.

C *Veniam ad te in caligine nubis*, non ſolum 79.
hoc pollicetur, ſed multiplex præmium, vt vidimus in ſuperioribus, nempe quod futurus eſſet populus Iſrael in regnum ſacerdotale, & in peculium, & in gentem ſanctam: ſed ne incogitantet in aliquo ſe obſtringeret populus, petiit illius conſenſum, poſtquam & ſermones Dei expendit Moyſes. cur tot obſeruantur à Deo in hac ſuæ legis promulgatione? vt ſi eam tranſgrederetur non tanquam ignarus illius, ſed tanquam malitioſus tranſgreſſor ſeuere puniretur. hæc habet Gerard. Lotichius. *Obſer-* Gerardus Lotichius.
ua quod Dominus legem ſuam neque incauſis, neque neſcientibus voluit ingerere, ſeu potius obtrudere, ſed expoſitis præmiis quæ debẽtur ſeruãtibus, lex petentibus data eſt, vt ſecundum promiſſionem ſuam quaſi voti rei qui legem violauerint, iudicentur, nec de violentia ſibi illata cauſarentur.

VARIET. LECT. Verſ. 10.

V*Ulg.* Qui dixit, vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras lauent veſtimenta ſua. A

Sept. Deſcendens, teſtare populo, & purifica illos hodie.

Cald. Vade ad populum, & præparabis eos hodie &c.

Onk Candidaque faciant veſtimenta ſua.

CONCORDIA.

NOn diſſentit Cald. legens præparabis eos hodie, à vulgato reddente verba Hebraica וקדשתם היום ומחר & ſanctifica illos hodie, quia hic vtrumque pro eodem ſumitur, hoc verbum teſtare, & Septuag. redditum, non ſatis explicat verbum Hebraicum ל.

EXPOSITIO.

V*Ade ad populum*, audiens Deus conſenſum populi ad legem admittendam, mittit ad eum denuo Moyſem, *ſanctifica illos hodie*, nomine ſanctificationis intelligitur hic præparatio, quæ fit cum reuerentia & ſegregatione ab immunditiis etiam corporalibus, vt patet per abſtinentiam ab actu coniugali, & lotione veſtium: quomodo autem fieret hæc ſan-

Fortunatus Sacchus. ctificatio, ſic loquitur Fortunatus Sacchus in mirothecio ſacrorum librot. cap. 75. myroth. 2. verbum ſanctificare eſt generale, quod de quacumque expiatione ad ſacta verificatum, ſiue ſanguine, ſiue aqua, ſiue oleo fieret, quamobtem Moyſem ſanctificaſſe populum, eſt ſin- B gulis de populo poſuiſſe manum luſtrandi cauſa, non quod ipſe, lauerit omnes quotquot in exercitu militabant, ſed maiores natu, in quorum luſtratione, duos dies inſumpſit: ſatis enim fortaſſe putabatur aqua Moyſem illos tetigiſſe, ita tamen vt reliqua quæ ad luſtrationem requirebantur, ab illis qui cum ipſo iam mundi montem conſcenderant, perſolueretur: itaque ibi ſanctificare eſt aqua populum luſtrare, *hodie & cras* quadrageſima octaua & quadrageſima nona die, à quintadecima Niſan qua egreſſi fuerant, vel quarta & quinta menſis tertij, *lauentque veſtimenta ſua*, aqua enim de petra Horeb large ſequebatur eus.

CONCEPTVS.

Deum, vel quod ab eo venit, accepturus, te cum animi præparatione diſpone. C

79. *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras.* Cald. præparabis eos hodie & cras. ad quid dierum præparatio? nonne Deus legem populo promulgare poterat, nulla præparatione? poterat, ſed id rationi non conſentaneum, Deum enim, vel quod ab eo venit accepturus, ne ſit ſine præmiſſa diſpoſitione, ſic enim fructuoſius quicquid accipiemus, id quod D. Cy-

S. Cyrill. rill. Alexand. meditatur lib. 4. in Ioan. cap. 15. *Præparari igitur præmundarique omnes oportet, qui Deo coniungi ſtudent, cuius rei habes imaginem, quod à Deo Moyſi dicitur, vade ad populum & ſanctifica illos hodie & cras. in die enim tertio deſcendet Dominus*, itaque inde erit fructuoſior D & ſecutior acceſſus tuus ad Deum, ſi non ſubito, ſed multa antea præparatione præmiſſa, iueris illum accepturus.

Non ſolum caſtitas ſit interna, ſed etiam exterius appareat.

80. *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras.* diximus in expoſitione nomine ſanctificationis, intelligi præparationem quæ fit, cum reuerentia, & ſegregatione ab immunditiis, etiam corporalibus, vt patet ex abſtinentia ab actu coniugali, dicitur enim verſu ſubſequente, ne appropinquetis vxoribus veſtris. ſi tanta munditia neceſſaria erat, vt etiam ab amplexibus licitis abſtinendum eſſet, cur additur lauentque veſtimenta ſua? ſi enim tanta præcedebat mundities, ad quid veſtiū lotio requiritur? cur tanta de lauandis veſtibus curatne damnes veſtium lotionem, vbi tanta caſtitatis mundities interior requiritur, quia ea caſtitas maxime Deo grata eſt, quæ etiam in externo apparet ornatu. non recedit ab hoc ſenſu Tertull. de Chriſtianis virginibus lib de habitu mulierum loquens. *Quomodo ait Apoſtolus magnificetur Deus in corpore veſtro, magnificatur autem per pudicitiam vtique, & per habitum pudicitia competentem.* Tertullian.

Perfectionem acquiſiturus, à te quacumque cogitatio non rationalis remouenda.

Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras, imo lauent etiam veſtimenta ſua, quid? an vt lex à Deo ſuſcipiatur, tot requiruntur à populo, quod ſanctificetur? quod ſua abluat veſtimenta? hoc exigatur à Moyſe montem aſcenſuro, cum ipſo Deo ſermonem habituro; à populo etiam hoc poſtulatur, quia ad perfectionem tendere debebat media lege accepta, qui autem eam acquiſiturus eſt, à ſe quamcumque cogitationem irrationalem remoueat, vt optimas ſolum admittat, hoc aſſerit B. Greg. Niſſ. 81.

Greg. Niſſen. hom. 1 in Cant. *Lege cautum ne ad montem ſpiritualem audeamus aſcendere, priuſquam cor-*

dium noſtrorum lauerimus veſtimenta, conuenientibus cogitationum aſperſionibus animas expiauerimus, & ſtatim oſtendit qualis debeat eſſe expiatio, vt non ſolum ab aliis vitiis, ſed præcipuè ab omnibus concupiſcentiæ noxis animus repurgetur, *Vnum*, inquit, *in hac aſſi 'emus contemplatione, exiſtimo oportere, nuptialium obliviſci cogitationum conuenienter præcepto Moyſis qui lege cauit, vt qui eſſent myſteriis initiati puri eſſent à nuptiis, & in omnibus ſuſcipere præcepta legiſlatoris, eot, qui ſunt proceſſuri ad ſpiritualem montem legis, in quo fœmininum genus cogitationum, cum apparatu materiali relinquitur in vitâ inferiori.*

Quanta puritas requiritur ad noua legis myſteria celebranda!

82. *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie*, non quia illos ſacris initiare deberet, vel in ſacerdotes, vel leuitas: nondum enim cæremoniæ inſtitutæ erant, quibus hoc modo ſanctificari deberent, ſanctificatio ergo hic pro præparatione ad legem ſuſcipiendam accipitur, vnde rectè vertit Cald. præparabis eos hodie, quæ præparatio fiebat, vt dignè lex ab eis ſuſciperetur, vel per aliquem exteroum corporis cultum, ſcilicet veſtimentorum lotionem, vel ab aliquo ceſſationem, vt per continentiam ab vxoribus ad aliquod tempus: quid inde quod in veteri lege tanta requirebatur puritas? vt colligas quantam miniſterium nouæ legis poſtulabit, hinc Dionyſ. Carth. in illud 1. Reg. 7.

Rikelius. Eleazarum ſanctificarunt ait, in anno. de ſenſu Myſtico. *Per hoc quod Eleazarus ſanctificatus eſt, quatenus dignus eſſet arcam cuſtodire, præfiguratum eſt, quàm puros & ſanctificatos oporteat eſſe ſacerdotes nouæ legis, qui Chriſtum vnigenitum patris conſecrant, offerunt, tractant, & ſumunt.*

Etiam maculata veſtimenta videntur Deo ingrata.

83. *Vade ad populum, & ſanctifica illum, lauentque veſtimenta ſua*, neſcio cur exterior hæc ceremonia requiritur à Deo, cum rationi magis conſentaneum videatur, quod interius præparentur, nulla veſtimentorum corâ habita? nam in eorum lotione tempus nimium conſumitur, quod melius impenderetur ornandæ animæ. præcipit vt abluantur veſtimenta, maculata enim videntur Deum offendere. ſic arbitrati

Chriſtian. Grammat. ſunt etiam pagani teſte Chriſtiano Grammatico docto Matth. interprete ad cap. 2. eius verba ſubiicio. *Semper*, inquit, *fuit vſus apud paganos, vt quando colligendum erat thus, mundi pueri cum mundis veſtibus id colligerent*, ac ſi inquinatæ veſtes Deos ſuos offenderent, in thuris ſibi offerendi collectione. Sed ad noſtros veniamus, apud fideles antiquos quarumdam Eccleſiarum conſuetudo erat, vt lotis & candidis veſtibus induti templum, Deum oraturi, ingrederentur. rem habet B. Chryſoſt. hom. 52. in Matth. *In nonnullis*, inquit, *Eccleſiis hunc morem corroboratum videmus, vt diligenter multi ſtudeant, quomodo manibus lotis, candidis induti veſtimentis in Eccleſiam ingrediantur*, quem morem non reprobat Chryſoſt. nec miror, indecens enim eſt ſordidas veſtes, & maculatas de-

A ferre ante conſpectum regis apparere, & ab eo aliquid exigere, fallor ni hoc voluerit S. Laurent. Iuſtin. de caſto connubio verbi & animæ c. 22. ſic enim ait. *Lota animi facie atque veſte induta nuptiali, ſecurus acce*[*d*]*is ad ipſum, tuaſque portiones edicito* ſed clarius Lippom. *Et ſi illota veſtimenta neminem coram Deo prophanant, publica tamen honeſtas quam Deus requirit, exigit vt in publica hominum congregatione mundis veſtibus incedamus.* S. Laurent. Iuſtin. Lippom.

Ab exteriori munditia ad internam habendam prouocamur.

Vade ad populum, & ſanctifica illos, lauentque veſtimenta ſua Rupert. ait quod dictum eſt 84.

B lauent veſtimenta ſua, ſecũdum litteralem quidem ſenſum, non multum apud Dominum ad ſanctificationem valere conſtat; cur ergo Deus poſtquam dixit, vt ſanctificarentur, coniungit veſtimentorum lotionem, ſi non multum apud eum eiuſmodi ſanctificatio valeat? reſpondet Theodoret. *Quia per corporales res, ad ſpirituales eos ad ucit, ex his enim facile intelligere poterant, multo magis mentem animumque expurgari debere*, mentem innoua, conſcientiam purga, hoc enim præcipuè à te exigit Deus. Rupert. Theodor.

Auditores verbi Dei non proficiunt, quia ſordibus plenæ ſunt eorum animæ.

Vade ad populum & ſanctifica illos, lauentque veſtimenta ſua, audituri enim ſunt verba mea aures attentas habeant, hoc ne ſufficit ad ea excipienda? quid veſtimentorum cum Dei 85.

C lege? hoc ſane quod ad fructuoſe excipiendos Dei ſermones, animã mundare debemus, quod veſtimentorum lotione indicatur: ſic teſtatur Orig. *Si quis eſt qui ad audiendum verbum Dei conueniat audiat quid præcipit Dominus, ſanctificatus venire debet ad audiendum verbum, lauare debet veſtimenta ſua, ſi enim ſordida huc detuleris veſtimenta, audies & tu amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? nemo ergo poteſt audire verbum Dei niſi prius fuerit ſanctificatus, ideſt niſi fuerit ſanctus corpore & ſpiritu, niſi laues veſtimenta tua, lota ſunt veſtimenta tua, cum veniſti ad gratiam baptiſmi, purificatus es corpore, mundatus es ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, quæ ergo Deus mundauit, tu ne immunda feceris.* Origenes.

Actus matrimonij licet bonus, tamen mentem deprimit.

D

Vade ad populum & ſanctifica illos, cras & hodie, quam ſanctificationem pluribus aliis intellexit Orig. hom. 11. in Exod. abſtinentiam ab vxoribus, ſic enim ait, audi ſanctificationis genus, ne accuſeris ad mulierem hodie & cras: ſed cum actus cõiugij ſit licitus & bonus, cur à Deo prohibetur ad tempus, antequam lex eius ſuſcipiatur? hanc rationem aſſignat Noſter Lyranus. *Quia licet actus matrimonialis ſit licitus, tamen habet annexam quandam turpitudinem, quam oportet excuſari per bona matrimonij, habet etiam annexam depreſſionem mentis propter vehementiam delectationis carnis, vnde Greg. dicit, tanto mens à ſuperno amore diſiungitur, quanto* 86. N. Lyranus.

inferius delectatur, & ideo ante ſuſceptionem legis requirebatur magna munditia, & mentis eleuatio. optime ſane, nam licet negare non poſſimus actum matrimonialem licitum eſſe, tamen non eſt ambigendum continere in ſe craſſitiem quamdam, vt ita dicam, quæ turpitudo dici poteſt indecens ad Dei supernam puramque conuerſationem, & ſimul cum hac turpitudine, habet etiam mentis annexam depreſſionem, dum vehementia delectationis in actu generationis, ad ſe illum trahit, vt attendat inferne deſerens ſuperiora.

Si mentis alimenta accepturus es, prius purga vitioſos illius humores.

B

87. *Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie,* hoc ei iniungit, cum eſſet populus in deſerto legem accepturus, ſed qua de cauſa maluit Deus legem ei dare in deſerto, quam in ciuitatibus? cur etiam prius abluenda ſunt veſtimenta? reſpondeat Philo Alexand. lib. de decal. *Ad leges ſacras recipiendas purificatus animus requiritur eluis macu is quæ horrens ex miſcellanea turba in ciuitatibus degentis contagio, id vero non eſt poſſibile aliter quam in ſeceſſu efficere, & longo temporis ſpatio donec exoleſcant veterum erratorum ſpecies in animo: quimodius etiam obſeruatur à peritis medicis, nec enim prius cibos ægrotis præbent, quam morbi cauſis ſublatis; nam illis manentibus, alimenta ſimul inutilia, vt quæ vertuntur in humorum noxiorum materiam: non mirum igitur, ſi à pernicioſa ciuitatum conſuetudine in deſertum abductus eſt populus, vt animos purgaret ab iniquitatibus, moxque mentis alimenta caperet, videlicet leges præceptaque diuina.* — Philo.

D

Quicumque ex duobus teſtamentis adeptus fuerit vitæ puritatem, Dominicæ reſurrectionis fiet particeps.

88. *Vade ad populum & ſanctifica illos hodie & cras* deinde ſubiungit, & ſint parati in diem tertium: nonne vnius diei ſanctificatio ſufficeret, vt in alterum diem parati inuenirentur? hanc propoſuit difficultatem Lyſimachus Iſidoro Peluſiotæ, qui ſic ſatisfacit lib. 1. Epiſt. 355. *Horum verborum hæc eſt ſententia, qui in duobus teſtamentis eorumque ſenſibus vita puritatem adepti, ac fidei ſinceritatem conſecuti ſunt, ad triduariam Domini reſurrectionem veluti manu ducuntur, quæ etiam regnum cælorum appellatur, per hodiernum diem legis ſtatum intelligit, per craſtinum Euangelicam veritatem ſignificat, vt quæ à lege indicata ſit, ac poſt eam apparuerit.* — S. Iſidorus Peluſiota.

C

Zelus animarum præficiendus contemplationi.

89. *Vade ad populum, & ſanctifica illos,* quid ô bone Deus! montem conſcendet tuo colloquio familiari fruiturus, quo nihil excellentius nec optabilius, quid enim maioris in pretio quam quietem contemplationis poſſidere? cur ergo eum à tuo conſortio auocas? cur à tuis amplexibus quaſi ſeparas? cur à monte contemplationis iubes deſcendere, vt populum ſanctificaret: zelus enim animarum contemplationi præferendus. pro nobis eſt Rupert. lib. 5. in Exod. c. 29. *Hoc in exemplum eorum qui populo Dei* — Rupert.

A *præficiendi erant, ſicut dictum aut factum eſt, quibus ſupernorum contemplatione arctius inhærere incipientibus, nonnunquam cauſa vel cura ſub iectorum impedimento ſit: exemplo namque ſimul & imperio ſaluatoris, qui de ſinu patris propter nos exiuit; coguntur interdum mittere dulcedinem altiſſimæ contemplationis, & condeſcendere paruulis, vt cum eis tractent de carnalibus negotiis: vt Paulus Apoſtolus qui cum raptus fuiſſet vſque ad tertium cælum vel paradiſum, & audiſſet arcana verba quæ non licet homini loqui, de tam altis ad tam infima deſcendit, nempe ad ... coniugij, vxori inquiens, 1. Corinth. 7. vir debitum reddat, & vxor viro.* — 1. Corinth. 7.

B

Maior ſanctificatio à nobis exigitur, quam à populo Iſrael.

Vade ad populum, & ſanctifica illos, hodie & cras, nomine ſanctificationis abſtinentia à licitis etiam amplexibus vxorum intelligitur, & hoc requiritur à populo, vt legem Dei mereatur accipere. ſed quid à nobis requirit Apoſt. 2. Corinth. 7. vt mundemur ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, vt ſic in nobis ſanctificatio perficiatur. aduerte autem triplicem eſſe caſtitatem, ſcilicet carnalem, ſenſualem, & ſpiritualem: caſtitas carnalis eſt, ſi homo voluntatem ſuam ab omni illicitâ coinquinatione cohibeat; caſtitas ſenſualis, ſi membrorum omnium ſenſus ab omni illicitâ delectatione contineat; caſtitas ſpiritualis, ſi omnes affectiones immundas cogitationeſque impuras à cordis ſui oculis abigens, eas priuſquam carnem affectumque perſtringant, eiiciat: quo poſito, cur à populo Iſrael prima ſolum caſtitas, qua ſanctificatio illius continetur, requiritur, à nobis autem omnimoda? quia perfectiores Iſraelitis debemus eſſe, recte ad mentem noſtram B. Alredus ſerm. 6. in cap. 13. Iſaiæ. *Chariſſimi, carnali illi populo cui carnalia ſapiebant temporalis quædam ſanctificatio indicabatur, illam, quæ ſolius carnis eſt à membris tantum inferioribus libidinem arcens, nobis non modo illa præcipitur, ſed omnium inſuper ſenſuum caſtigatio, ſacratiori lege imponitur, vt mundemur ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, & ſic in nobis perficiatur ſanctificatio, non vnum corporis noſtri membrum caſtitatis legibus ſubdens, ſed omnes interioris exteriorisque hominis ſenſus perpetuo ſibi iure ſubmittens.* — 90. — 2. Corinth. 7. — S. Alredus.

C

Non ſolum occulta, ſed etiam apparentia fiant decora, vt interiori animi diſpoſitioni conueniant.

Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, quid amplius? lauentque veſtimenta ſua, an ita delectaris exterioribus, vt neceſſe ſit populum tuum in abluendis veſtimentis ſuis inutiliter conſumere tempus? conſumere ne aſſeras, non enim ſolum omnia, ſed etiam apparentia, (qualia ſunt veſtimenta) decora debent eſſe, vt interiori animi diſpoſitioni conueniant. ſic Greg. Niſſ. in lib. de vita Moyſ. *ſtudia quæ in hac vita ſuſcipimus quaſi veſtes ſunt, quibus homo induitur, hæc igitur ſtudia, & hos amictus non ſordes ſed puriſſimos eſſe decet. item non occulta ſolum, ſed etiam quæ manifeſta ſunt, & apparentia, ita fiant decora, vt interiori animi diſpoſitioni conueniant.* — 91. — S. Greg. Niſſ.

92. *Si debite diſponamur nullo modo Deus ſua nobis d[illegible] ert conferre beneficia.*

Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, habito eorum conſenſu, hoc dixit, imo ait & Dominus, iã nunc veniam ad te, Sept. ecce ego aduenio ad te, cur iam? quia ſi nos diſponamus etiam præuio conſenſu, neſcit ilico non largiri nobis beneficia. hoc expendit Seraph. Porrect. concl. 2. *Beneficium quod volebat Dominus Iſraeli exhibere, ſi Iſrael per volantariam ſaorum* A *mandatorum cuſtodiam diſponeretur, erat datio legis per manum Moſaicam, vnde ad hanc diſpoſitionem, tanquam ad neceſſarium quid pro beneficij huius ſuſceptione aduocauerat Dominus Iſraelem in præcedenti ſententia: habita autem iſta populi diſpoſitione per Moyſi relationem, reſpondit Dominus iam nunc veniam ad te, ac ſi diceret per nil aliud ſtabat, quod beneficium non mox daretur, niſi per hoc quod populi diſpoſitio expectanda erat, vnde nunc ipſius bona diſpoſitione habita, ſtatim beneficium confero.*

Seraphinus Porrect.

VARIET. LECT. Verſ 11. & 12.

VVlg. Et ſint parati in diem tertium, in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe, ſuper montem Sinai.

Cald. Quoniam in die tertio, reuelabit Dominus in oculis populi omnis, ſuper montem Sinai.

Oleaſt. Sint certi & firmi in diem tertium.

Vulg. Conſtituesque terminos populo per circuitum, & dices ad eos, cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius, qui tetigerit montem morte morietur.

B *Sept.* Et terminabis populum in circuitu dicens, attendite vobis ipſis, &c. neque tangatis quid illius, qui tetigerit montem morte peribit.

Cald. Ne aſcendatis in montem, neque accedatis ad finem eius, omnis qui acceſſerit ad montem, occiſione occidetur.

Pag. Moriendo morietur.

Arias. Et terminabis populum circum, dicendo cuſtodimini vobis aſcendere in montem, & tangere in terminum eius.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt נכנים quod reddidere omnes, *parati* nempe eſtote, tamen Oleaſt. vertit certi & firmi, quia verbum כון cum etiam ſignificat firmare, ſed minus bene hic ſic redditur, quis enim ſenſus, eſtote certi, vel firmi in C diem tertium? quomodo deſcenderet Dominus ſuper montem Sinai, explicat Cald. nempe quod Dominus reuelabit coram populo, nempe manifeſtans gloriam ſuam & maieſtatem.

EXPOSITIO.

E*Stote parati in diem tertiam*, non tertium menſis, ſed tertium ab hoc quo tibi loquor qui erat ſextus huius menſis, ſint autem parati ad recipiendam legem decalogo contentam, decens quippe erat, vt decalogi promulgatio, quæ magna maieſtate facienda erat, cæremoniis quibuſdam ac externis ritibus rudi populo commendetur, quo diligentius vocem Dei obſeruent. *Deſcendet Dominus*, aliquid operans quod antea non extiterat, *coram omni plebe*, vt tanto eſſet maior auctoritas promulgandæ legis & obligatio, dum ſinguli eam audiunt promulgari, & prompte ſuſcipiunt, *ſuper montem* D *Sinai*, vbi gloria eius ac maieſtas manifeſtanda, *conſtitueſque terminos populo per circuitum*; ſcilicet montis, vt fines & terminos præfigat, iubet, ne irreuerenter fines illos tranſgrediantur, & ad locum peruenire contendant, in quo Dominus appareret, & hoc eſt quod ſubditur, *non aſcendatis ad montem neque tangatis fines illius*, id eſt ne etiam ad fines ipſos perueniatis, quaſi vltra progredi volentes, *omnis qui tetigerit montem* contra prohibitionem ſibi factam, *morte morietur*, puniendus à principe reipublicæ, vt ſtatim ſubditur, vel ipſo negligente, à me per pœnam extraordinariam occidendus.

CONCEPTVS.

Gradatim ad ſumma aſcendendum.

Eſtote parati in diem tertiam, tamen cum
63. deſcendero in montem, cauete ne illum conſcendatis, cur in vallibus conſiſtent? cur in planis morabuntur? ſi ſanctificati ſunt montem conſcendant: id non permittit Deus, imo hoc prohibet, gradatim enim vult ſuos ad ſumma conſcendere, vult vt prius in minoribus ſe exerceant: quod confirmat factum à Christo Domino qui cum ſuos diſcipulos excepiſſet, ſæculari, & diuino conuiuio, duxit in montem oliueti, cur in montem oliueti, cum tot oliuis pergis? ſic enim regius vates Pſal. 127. filij tui ſicut nouellæ oliuarum, cur non magis in templum Dei pergis? nonne ad illos ſpectat illud Pſal. 51. ego quaſi oliua fructifera in domo Dei? adhuc nouellæ erant oliuarum, & prius in circuitu menſæ erant nutriendæ, vt inde ad domum Dei, cum ingenti fructu poſſint tranſplantari. ait Orig. hom. 35. in Matt. *Nondum ſunt facti quaſi oliua fructifera in domo Dei, ſed ſunt adhuc quaſi nouellæ oliuarum in circuitu menſa patris ſui, & poſſunt eſſe in monte oli-*

Pſal. 11?
Pſal. 51.
Origen.

neti, ecce vt Diſcipuli Ieſu non ſtatim ad ſublimia domus Dei ducantur, ſed prius teneantur vt nouellæ oliuarum in circuitu menſæ paternæ. A

Occaſio proxima trangreſſionis mandatorum Dei vitanda.

93. *Eſtote parati in diem tertium*, in quo Deus deſcendit in montem, præcipiens ne vllus eum conſcenderet, ne ve eum tangeret: nonne ſatis eſt præcepiſſe, vt montem non aſcenderent? cur nec illius fines tangere iubentur? quia ſi tetigiſſent, forte etiam & montem illius conſcendere voluiſſent, merito ergo vtrumque iubet, quia occaſio proxima tranſgreſſionis mandatorum Dei vitanda. *Hic pulchram* (inquit Oleaſt.) *habent admonitionem prælati, vt cum velint præcepta ſua à ſubditis ſeruari, prohibeant initia trangreſſionum, ob hanc cauſam forte Dominus, quæ prohibuit Euæ, eſu ſcilicet arboris interdictæ contactum, ne contingeret eam venire ad eſum* ſic & Chriſt. Matth. 5. *peccatorum initia tam ſeuerè interdicit, ne cõtingat in grauiora ruere* quare hîc Dominus non ſolum prohibet montis aſcenſum, ſed & contactum: ideo enim prohibet tangi, ne contingeret aſcendere: optimum eſt, ſi quid pręcepto prohibes, ſepem aut murum addere, quoniam vt apud prouerbium eſt, in arca aperta etiam iuſtus peccat. B

Oleaſt.

Non ſatis eſt præcepta ſubditis imponere, niſi & eis inuigilaueris. C

94. *Eſtote parati in diem tertium, deſcendet Dominus ſuper montem Sinai.* Sed quid amplius? conſtitues terminos populo per circuitum, & dices, cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: nonne ſatis eſt huius præcepti impoſitio, vt montem non conſcenderent, nec fines illius attingerent? ad quid conſtituere terminos per circuitum montis? quod aliqui ſic explicant, vt Moyſes cancellis ligneis aut perticis montem ſepſerit, ita vt maneret populus inter deſignatas ſibi metas, ne eas tranſgrederetur: cur vltra præcepti impoſitionem, cancellos apponi iubet? cur ita vigilat, vt mons non conſcendatur? quia non ſatis eſt, præcepta ſubditis imponere, niſi & eis inuigilaueris, vt ea cuſtodiant, doctrina eſt cit. Luſitan. *Sunt multi noſtris temporibus prælati, qui cuncta tuta eſſe arbitrantur, cum leges poſuerint, præcepta & anathemata multiplicauerint, quo facto ſecuri in vtramque dormiunt aurem nihil laboris aut vigiliarum apponentes ad gregis ſui cuſtodiam; non ſic autem Dominus, ſed poſtquam ſemel atque iterum populum conteſtatur, ſepem apponit, admonet ſepem non tranſgredi.* D

Luſitanus.

Qui terrenis deditι, à ſublimibus reuocantur.

95. *Eſtote parati in diem tertium, deſcendet Dominus ſuper montem Sinai* vos autem nolite eum conſcendere, imo nec eum tangere ſi monte rerum ſpiritualium ſublimitas intelligitur, cur montem ergo nec attingere eis liceat, cum ad perfectionem tendere debeamus? non eſt dubium quin Iſraelitæ terrenis maximè dediti fuerint: ne mireris ergo ſi à montis etiam tactu impediantur, quod à ſublimibus reuocentur, quia cum fueris terrenis detentus, [illegible] cæleſtium contemplatione, ſubſcribit B. Greg. Mag. 6. Moral. c. 27. *Quid eſt quod cum lex accipitur, populus à monte prohibetur niſi quia qui infirmis adhuc mentibus terrena deſiderant, conſiderare ſublimia non præſumunt.*

S. Greg. M.

Qui Dei arcana ſublimia curioſe nimis ſcrutare deſiderat, malè perit.

96. *Eſtote parati in diem tertium*, tunc enim deſcendet Dominus ſuper montem, vos autem ne præſumatis eum conſcendere, imo nec eum tangere, qui enim ſecus fecerit, morte morietur. ita ne vilis vita hominum, vt pro contactu montis illius iacturam facere debeant? per montem, arcana Dei ſublimia non pauci intelligunt: merito ergo ab iis plurimi arcentur, præcipuè qui præſumptuoſe ea inueſtigare moliuntur, quique in ſua nimis curioſa ſcrutatione nihil aliud proficiunt, quam ſibi interitum adciſcere, teſtatur Epiſc. Meron. *Nemo aſcendebat montem præter Moyſem & Aaron, quo ſignificatur nos in diuinis rebus non debere eſſe curioſos, ne ſacroſancta conſilia prouidentiæ diuinæ temere attingamus vel perſcrutari velimus, ſed ad radicem montis in ordine noſtro maneamus, quod ſi vnus vel alter à Deo vocatur, [illegible] certiſſimis id ſignis ab Eccleſia cognoſcetur, aliàs temeritatis [illegible] pœnas luet ad mortem, perſcrutator iudiciorum Dei.*

Auctor Catenæ.

Fidei terminos non tranſcendamus.

97. *Eſtote parati in diem tertium*, in illo enim deſcendet Dominus ſuper montem. D. Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſis ait, Mons arduus & difficilis eſt Theologia, id autem iubet Moyſi Deus, conſtitues terminos populo per circuitum, vt ſcilicet arceantur à montis conſcenſu, vel à contactu: ſed ſi quis idoneus eſt Theologiæ addiſcendæ, cur hunc montem arduum non conſcendet? cur termini eum arcentes ab hoc ſtudio difficili conſtituuntur? ſane mons hic ſublimis, quod attinet ad fidem, terminos ſuos habet, quos tranſire fas non eſt; tranſeuntibus autem mortis æternæ, pœna propoſita eſt, certos enim terminos habet fides Catholica, hos qui tranſit, hæreſeſque inuenit, mortis æternæ & temporalis pœnam incurrit Prouerb. 22. ne tranſgrediatis terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, terminos fidei poſuerunt patres antiqui, à Deo illuminati Apoſtoli ſummique Pontifices, & Concilia, contrarium ſtatuere, docere, aut ſentire nefas eſt, hunc ſenſum habet Gloſſa ordin. *Non tranſgrediaris terminos Catholicæ fidei, quos ab initio ſtatuere doctores &c.* Hos proh dolor nõ verentur tranſire hæretici, ſed miſeri mortis æternæ pœnam incurrent, terminos habet mons Theologiæ, terminos inquam probatæ veritatis, quos diligenter indagare oportet Theologum, neque vllo modo tranſilire ad opiniones temerarias, vel probabilitate quadam plauſibili.

S. Greg. Niſſ.

Prouerb. 22.

Maxima cum reuerentia diuina adeunda eſt præſentia.

98. *Eſtote parati in diem tertium*, in hoc enim deſcenſurus

deſcenſurus eſt Dominus ſuper montem, ſed ô Moyſes conſtitue terminos per circuitum, ne quis præſumat eum conſcendere, aut tangere: poſuit ergo ſecundum aliquos cancellos ligneos in montis circuitu, ne poſſent illum contingere: tantane ſanctitate pollet mons ille, vt nec eum contingere licitum ſit, imo quin mortis pœna incurratur? nonne Deus præſens ei ſpecialiter aderat? conſtituantur ergo termini, cançellis muniatur, & perticis, ne quis eum poſſit contingere, maxima enim cum reuerentia diuina adeunda eſt præſentia. hoc ſenſu donauit hæc verba Card. Caiet. *Pro reuerentia diuinæ præſentiæ conſtituuntur termini, ne quiſquam accedat ad locum in quo præſens eſt Deus, quemadmodum vallantur loca regum in quibus reſident publicè.* Card. Cajet.

Gradus honoris ſponte non quærendi.

Eſtote parati in diem tertium, ſanctificatio-
99. ne enim præuia, Dominus in montem deſcenſurus à vobis ſuſcipiendus eſt, cum autem in montem aſcenderit, caute eum conſcendite; A quanto quis proximior Deo, nonne maiora ab eo accipiet beneficia? montem ergo omnibus liceat adire, cum Deus præſens ſpecialiter huic aderit? nonne Moyſes & Aaron eum conſcenſuri ſunt? cur ergo perſonarum acceptione habita, alij ab eo remouentur? non eſt dubium quin per montem prælaturæ dignitas veniat intelligenda. ne mireris ergo, ſi ſolum Moyſes & Aaron conſcenderint, aliis à monte repulſis, hi enim duo vocati ſunt à Deo, alij autem minime, & ideo repellendi, ſi enim aſcendent morientur, indigni enim ſunt monte prælaturæ, qui ſponte ſua & contra aliorum voluntatem conſequi præſumunt. hinc rectè B. Chryſoſt. vt ponitur in decretis diſtin. 11. *Multi: quicumque deſiderauerit primatum in terris inueniet confuſionem in cœlis, nec inter ſeruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit* & B. Aug. de ſeipſo ſermonem inſtituens lib. 1. de vita & moribus clericorum ait, *Quod eſſe poſui, eſſe nolui, nec tamen quæſiui eſſe quod ſum, elegi enim in domo Dei abiectus eſſe magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* S. Chryſ. B S. Auguſt.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

V*Ulg.* Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis, ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, non viuet; cum cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in montem.

Sept. Lapidibus enim lapidabitur, vel iaculis confodietur, ſiue pecus, ſiue homo, non viuet, cum voces, & tuba, & nubes diſceſſerint in montem.

Aquila loco iaculis confodietur, legit ſtridore, *Symmach.* miſſilibus, *Theodotion* telis petitus occumbet.

Cald. Lapidatione lapidabitur quando tuba ſubſtracta fuerit, ipſi habebunt facultatem aſcendendi in montem.

Onk. Cum intendetur tuba, tunc ipſi poterunt aſcendere in montem.

Pag. Cum prolixum ſonum dederit tuba, C tunc aſcendent in montem.

Arias. Lapidando lapidabitur vel iaculando iaculabitur ſiue animal, ſiue vir non viuet, in protrahendo arietis cornu.

Caiet. In protrahere cornu ipſi aſcendent in montem.

Vatab. Cum protraxerit buccina.

Oleaſt. Iaciendo iacietur.

CONCORDIA.

VIdetur eſſe contrarietas in varietate lectionum, præcipue noſtræ vulg. cum aliis, nam legit cum cœperit clangere buccina, aliæ autem vel cum protraxerit buccina, vel cum prolixum dederit ſonitum, vel vt Cald. cum tuba ſubſtracta fuerit, & Sept. cum voces, & tuba, & nubes diſceſſerint; imo huiuſmodi lectiones melius videntur reddidiſſe quam Vulg. ſiquidem toto eo tempore, quo terrificus ille quaſi buccinę ſonitus perſtrepuit, ſatis indicant ſubſequētia, nemini licuiſſe, ad mōtem accedere: neque vero, ſi licuiſſet, auſurum quemquā fuiſſe: verum nō male ſed bene noſter interpres, & ſi clarius ſed longiore paraphraſi rem explicare potuiſſet, certum eſt enim vocem משך maſchach non ſignificare ſolum ſubſtrahere vel deſinere, ſed etiam producere, vel protrahere, & ſic ſenſus eſſet, cum buccina cœperit, non conciſum ita & terrificum ſonum vt ante, ſed productiorem & lætiorem edere, tunc poſſe vel debere ipſos ad montem accedere, non ante & hoc modo intelligi debet Vulg. ne repugnare videatur ſequentibus, vt clangere hic ſit non quoquo modo inſonare, ſed lætiorem illum, & productiorem ſonum edere, & hoc ipſum ſonat in Caldaica paraphraſi vox נגד negad, quæ protrahere, trahere, deducere ſignificat, & licet ſubinde D videatur ſignificare ſubtrahere, rarius tamen, nec tamen hic vertenda fuit à latino eius paraphraſis interprete, quanquam in hoc forte ipſe exemplar Sept. interpretum ſibi eſſe ſequendum putauerit.

Sept. interpretes, & ſi non videantur vocis Hebreæ ſignificationem expreſſiſſe, vt & aliàs ſæpe, non male tamen quoad rem ipſam explicari poſſunt, quod per tubæ receſſum, intellexerint non receſſum quemlibet, ſed eius receſſum, quoad terrificum & conciſum ſonum, vnde ſic conciliabis lectiones, ita vt per receſſum vel contractionem tubæ non ſignificetur deſitio clangoris: ſed modus eius, id eſt clangor interciſus & quaſi fractus, vt ſenſus ſit quia plebs neſcit, quo tempore

ad montem accedere, vt nec audiat, ecce do vobis ſignum, quando audierit ſonitum tubæ, ſonitum clareſieri, intercidi, & breuiari, tunc accedat: ſed tamen huic concordiæ verſionum videtur obſtare textus Hebraicus, qui habet בכשך in protrahendo, protractio autẽ opponitur conciſioni, verum huic difficultati ſatisfacere potes, eumdem ſonitum & protractum dici poſſe & conciſum, nempe ſi cantus ſinguli conciſi ſunt, & tamen hæc ipſa conciſio diu duret, ob frequentes repetitiones: atque ita videtur hic locus exponi debere, vt ſenſus ſit, nedum aſcendat populus cum tubæ clangunt continuo, tunc enim Deus deſcendit, ſed finito hoc clangore, ſequetur alius conciſior, ſicque diu durabit, vt conuocet populum vniuerſum. Arias vertit, in protrahendo arietis cornu, non credo alluſiſſe ad figmentum Hebræorum dicentium hanc buccinam fuiſſe cornu arietis immolati pro Iſaac. Sed hoc aſſeruit cum Caiet. vertente etiam cornu, cum putarit iuſſu Moyſis in caſtris inflatum fuiſſe ad populi conuocationem, ſed de hac difficultate in expoſitione. porro יבל iobel cornu & buccinam ſignificat, ſiue ſonum editum, verbum autem iabal, à quo iobel, interpretatur extendere protrahere, inde fructus arboris dicitur iebul ab extenſione, inde etiam eſt ebel, id eſt iobilæus, & ex conſequenti buccina, quod eâ anno iubilei fieret ſonitus, clangebatur enim buccina in principio anni iobel, vt omnes ſe liberos eſſe ſcirent, & forte annus iubilæus ſic dictus eſt, quod extenderetur à 50. in 50 annos, & videretur productus valde, præſertim his qui in ſeruitute detinebantur. Olcaſt. legens iaciendo iacietur, arbitratur cum aliquibus aliis ſcilicet, quod qui montem conſcendere auſus fuiſſet, quod è monte in terram præcipitaretur.

EXPOSITIO.

Manus non tanget eum, particula *eum* non dicitur relatiue ad montem, ita quod eſſet ſenſus, quod ſicut non licebat tangere pedibus irtrando vel aſcendendo, ita non licebat tangere manibus, ſed refertur ad eum qui præſumeret montem aſcendere, vel tangere, de quo antecedenter dictum fuerat, omnis qui tetigerit montem, morte morietur: dicitur ergo, manus non tanget eum, id eſt nun ingredietur poſt eum in montem, vt eum occidendum extrahant, ſed exiſtentes in caſtris, lapidibus opprìment, in eum plures iacientes quouſque interficiatur, aut ſi lapidibus peti non poſſit, *iaculis confodiatur*, iacula longius emittuntur, quam lapides, & ſic non arbitror rectè redditum iaciendo iacietur, ſcilicet quod à monte præcipitaretur, à quo enim cum nullus montem quoquo modo poſſet intrare? *ſiue iumentum ſiue homo fuerit, morte morietur*, in morte enim iumenti contriſtare meretur Dominus, qui illud cuſtodire neglexit, & in quo negligentia eius eſt, in eodem æqua iudicij menſura feriri debet.

Cum cœperit clangere buccina, vide quæ diximus in concordia, cum cœperit non terrificum ſonum edere, ſed productiorem & latiorem, & clariorem, buccinæ nomine non arbitror fuiſſe veram tubam, aut verum cornu, quod iuſſu Moyſis in caſtris, vt conuocaretur populus ad acceſſum, verſus montem, intonabat. quomodo enim ita terrificum edere poſſet ſonitum, vt aliquid maieſtatis aduentu dignum inde concluderetur? non arbitror vnquam veram buccinam fuiſſe, ſed ſonum ab Angelis editum, qui ſonum buccinæ referret, *tunc aſcendant in montem*, difficultas quædam videtur hîc eſſe, nam cum immediate fuerat vetitum, vniuerſim ad montem illum accedere ſub pœna interitus, quomodo nunc dicitur vt id fiat: Salianus putat hîc Ironiam eſſe, & ſubintelligi debere particulam *ſi auſint*, ſed dicendum, quod *in* ponitur pro verſus montem, & ita aſcendite ad montem, id eſt ad terminos iuxta radices montis conſtitutos, ad quos etiam leuis aſcenſus à caſtris erat, vt Dei vocem acciperent: figura ergo tibi duplicem aſcenſum, vnum in cacumen montis, alterum ad montis radices, vbi tum iam incipiebat eſſe arduus in montem aſcenſus, & vbi termini à Moyſe conſtituti, & huc licuit cuilibet aſcendere.

CONCEPTVS.

Qui tranſgreditur Dei præceptum, in re ſibi viſa leui, etiam morte punitur.

100. *Manus non tanget eum*, ſcilicet qui præſumptuoſe montem conſcendere auſus fuerit, ſed lapidibus obruetur, aut iaculis confodietur: quis Deum nimis ſeuerum non arbitrabitur, Deum ſanguinum, & vindictæ, non autem miſericordiæ cum non pro ſolo conſcenſu, ſed etiam contactu, mortis pœnam exigat, non cuiuſcumque ſed ſeueriſſimæ, qualis eſt lapidibus obrui val iaculis cõfodi? ne Deum nimiæ ſeueritatis arguas, ſed rectiſſimum eſſe iudica, qui enim ipſius præceptum in re ſibi viſa leui, tranſgreditur, iuſte punitur morte. *Poſito præcepto* (inquit Rupert.) *præuaricationis pœna iuſta eſt, ac proinde iuſtiſſimè omnis qui tetigerit montem morte morietur & taliter vt cæteri metum habeant.* Rupert.

Negligentia noſtra etiam in irrationalibus ſeuere caſtigatur.

Manus non tanget eum &c. ſiue iumentum, ſiue homo fuerit non viuet, non miror hominem, vel iaculis confodiendum Dei mandata tranſgredientem, cum rationis ſit particeps, ſuique arbitrij dominus: ſed animal nullius malitiæ ſuſceptiuũ, nec culpæ, cur lapidabitur ob negligentiam ſui domini permitentis montem contingere, hæc enim in irrationalibus ſeuerè etiã punitur. annuit Dionyſ. Carth. *Dominus beſtiæ ſcilicet ob negligentiã in re ſua puniebatur, quã à mõtis cõtactu nõ cuſtodiuit.* aliã ſubiũgit rationẽ, Dionyſ. Carthuſ.

inſſum eſt hoc (inquit) *ad incutiendum maiorem timorem ac reuerentiam diuini præcepti.*

Diuini mandati tranſgreſſor ita abominabilis videtur, vt alios ſuo contactu polluere cenſeatur.

102. *Manus non tanget eum*, quemnam eum? an montem vel ipſum, contra Dei præceptum conſcendentem? hoc ſecundum, ſed vt iuſte io eum animaduertatur, cur vel manus ſaltem carnificis eum non tanget? cur eminus in eum iaciendi lapides, vel iaculis appetendus? quia diuini mandati tranſgreſſor ideo ita abominabilis videtur, vt alios ſuo etiam contactu polluere cenſeatur. ſubſcribit Oleaſt. *Execrabilis valde res peccator præſertim ſacrilegus, vt manibus attrectari prohibeatur.* Oleaſt.

Qui petulans Deo obedire neſcit, ſeuerum vindicem eum experietur.

110. *Manus non tanget eum, ſed lapidibus obruetur, aut iaculis confodietur, ſiue vir ſiue iumentum non viuet,* Quis in Deum ita ſeuerum amore ferri poteſt, qui ob tranſgreſſionem leuiuſculi præcepti, quale eſt conſcendere montem Sinai, vel eius fines tangere, cum de ſe non ſit malum, ſed quid indifferens, lapidibus hominem obruere iubeat? quis ſibi perſuaſum habebit eum eſſe qui nolit mortem peccatorum, ſed vt vitam protrahant? ſed ſi animaduerteris populum Iſrael duriſſimæ ceruicis, & maximè inobedientem, Dei mandatorum contemptorem, non argues nimiæ Deum ſeueritatis, quia qui petulans Deo obedire neſcit, imo contemnit, ſeuerum vindicem ſentire meretur. adſtipulatur Abbas Tuicenſ. *Huius terribilis comminationis* (inquit) *& aliarum terribilium quæ ſequuntur cauſa præſens, populi erat rudis inſcitia, cui tanquam adoleſcentulo petulanti, qui pium patrem reuereri neſciret, ſeuerum pædagogum adhiberi oportebat: docendus enim erat quod Deus patrum eius non eſſet talis vt dii Ægyptiorum, quorum in ſacris, imo ſacrilegiis ludere, & choros ducere, manducare, & bibere, & deinde polluere ſolemne erat in omni genere fornicationum.* Abbas Tuicenſ.

Si contemplationis montem conſcendere volumus, peccatis irretiti, ab ipſis radiis contemplationis quaſi necamur.

104. *Manus non tanget eum, ſed lapidibus obruetur aut iaculis confodietur,* Oleaſt. iaciendo iacietur, qui ? ſiue homo, ſiue iumentum fuerit: non miror hominem tranſgreſſorem diuini mandati lapidibus obrui, ſed qua de cauſa iumentum peccati incapax, ob voluntatis defectum, occidi iubetur? non equidem iumentum præciſe, ſed peccator, in cuius figura iumentum, qui merito dum nimis audax ad contemplationis montem accedere præſumit, confodi mādatur & opprimi. *Beſtia montē tāgit* (inquit Gre. lib. 6. Moral. c. 27. *cum mens irrationalibus deſideriis ſubdita ad contemplationis alta ſe erigit, ſed lapidibus percutitur, quia ſumma non ſuſtinens ipſis ſuperni ponderis ictibus necatur.* pulchre non aliis necatur ictibus, niſi ipſo contemplationis pōdere, dum ſuperno repercuſſus fulgo- S.Greg.

A re eoque non viſo, ſæpe miſerè ſe in maiores refundit tenebras.

Mens auditorum, audita verbi diuini annunciatione, erigatur ad ſuperna.

Manus non tanget eum, ſed lapidibus obruetur, cum cœperit tamen clangere buccina, tunc aſcendant in montem: quid eſt quod prius prohibet populum, ne aſcendat in montem, nec tangat fines illius, minaturque tranſgreſſuris mortem, nunc autem iubet, vt quando cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in eum? dices quia primo humanam audaciam compeſcens premebat, & ad obediendum B diuinæ iuſſionis mentem erigebat, ſed qua de cauſa nunc ad ſonitum buccinæ in montem aſcendere oportet? rectè Rabanus reſpondet. *Quia ad ſacræ prædicationis vocem, ſe erigere debet ad ſuperna mens auditorum, nec enim inordinate ad inueſtigationem ſacramentorum cæleſtium animus pertinax ſe immittere debet irrationabili motu præſumptionis ſuæ inſtigatus, ſed ad vocationem diuinam promptus ac deuotus ſubſequi, quo prouocat gratia largitoris.* 105. Rabanus Maurus.

Belluinis hominibus veri ſermones, lapides ſunt.

Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, ſiue iumentum fuerit, ſiue homo. Procop. ait, fortaſſis hoc loco per beſtiam, intelligit homi- C nem malum & ferum, ſicut per montem, ſolidam veritatem: ſed qua de cauſa ſi monte veritas denotetur, oportet vt iumentum nempe ſyluestris homo, & belluinus lapidibus obruatur? nam nonne omnibus licitus eſt ad veritatem aditus? ita equidem dummodo recta intentione quæratur, non autem ſubdola, vt illudatur, irridentur & conculcetur, ſed quinam ſunt lapides quibus opprimendum huiuſmodi iumentum? reſpondet cit. Gazæus. *Feris & belluinis hominibus veri ſermones, ſunt lapides rigidi, ſi pardalis fuerit interficiatur vna cum maculis ſuis variis, ſiue leo rapax & rugiens quærens quem deuoret, ſiue aper conculcans pulchras & perlucidas veritatis gemmas, ſiue lupus arabicus & alienus, vel ſi fuerit beſtia prædictis ſolertior, quoque necetur vt vulpes, ſcilicet, fraudulentus aliquis homo & incredulus, D qui pro diuerſitate rerum & temporum varias induit formas & habitus, vulpes quoque quæ paruas vites corrumpit, magnis hoc periculum effugientibus.* 106. Procopius.

Iſta ſtupidi aliquando, vt in Deum non crederemus, niſi aliquo ſenſibili ad illud moneremur.

Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, verumtamen cum cœperit clangere buccina, aſcendant in montem, Sept. cum voces, & tuba, & nubes diſceſſerint à monte, illi aſcendent in montem. cur tot ſenſibilia? cur ſonitus tubæ horrificus? cur voces non humanæ audiuntur? cur nubes inſolitæ viſuntur? cur alia ipſorum oculis ſpectacula obiiciuntur? quia ita craſſæ, ſupinæ, & ſtolidæ mentis erant Iudæi, vt nec Deum agnoſcerent, nec in eum crederent, niſi aliquo ſenſibili 107.

Procopius infolito impellerentur. cenſio eſt Procop. *Neceſſitas exigebat, vt quatenus fas & poſſibile eſt homini aliquam notitiam Dei caperent Hebræi, qui erant educati & enutriti in falsâ religione Ægyptiorum, colentes diuinis honoribus lignum, lapides, & dicentes ligno, Deus meus es tu, & lapidi, tu genuiſti me, vt habet prophetæ eloquium, quare opus erat illa notitia, ne ſi nihil illorum oculis occurrat, arbitrentur ſe venerari Deum, qui non ſit in rerum natura; nam ea quæ cernuntur firmiore & ſolidiore fide coluntur.*

Leuamen aliquod ſentire videmur, cum non ſoli ſumus in miſeriis & ſuppliciis.

108. *Manus non tanget eum ſed lapidibus opprimetur ſiue iumentū ſiue homo non viuet,* quod trāgreſſor præcepti Iſraelita morte puniatur, æquiſſimum eſt: verum cur iumentis mors ſeueriſſima præſcribitur, cum eam mereri non videantur? forte ad leuamen eorum, qui ſupplicium idem incurrerent, ſolatium enim miſeris cenſetur in eiſdem habere ſocios, certè D. Baſil. Mag. oratione 24. de morte, arbitratur nobis S.Baſil Ma. ſuauiorem debere eſſe, quia ab eâ nulla eximitur creatura. ſic autem ait. *Circumſpice hanc omnem mundi machinam, nonne omnia quæ in ea ſunt, mortalia & corruptioni ſubdita ſunt? reſpice cælum & hoc aliquando aliquo pacto reſoluetur, intuere ſolem & ſtellas vniuerſas, ſed nec hac quantumcumque venuſta ſunt, perpetuo conſiſtent, perluſtra denique vniuerſa animantia tam terreſtria quam aquatilia, flores, plantas, ipſum etiam terrarum orbem ſingula hæc vniuerſa fluxa ſunt & caduca, & quæ vniuerſe temporis momento euaneſcent: harū & ſimiliam rerum conſideratio, & quidquid aduerſi nobis occurrit, merito leuiora ac leuare debemus* en vt de eadem calamitate, omnes premente, leuamen accipere poſſumus!

Nec ratio, nec ſenſualitas, diuino contradicere debent mandato.

Manus non tanget eum ſed lapidibus opprimetur, ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, non viuet, opprimatur homo lapidibus, iumentum illæſum maneat, cum pœna correſpondeat culpæ, ab ea autem liberum iudicetur. Patriarcha Paludanus, Sicut homine, intelligit rationem, ſic & iumento ſenſualitatem: vtraque ergo merito ſeuerè punitur, diuino contradicens mandato, eſt ſenſus cit. Patriarchæ, *Nec ratio* inquit *nec ſenſualitas debent tangere montem ſcilicet faciendo contra diuinam prohibitionem. ſed ſicut inhibitum tunc fuit de iumento, ne homo ſequens ſuum fugiens ad montem, haberet occaſionem tranſgrediendi; ſic aliquando ratio tranſgreditur diuinum præceptum inſequendo ſenſualitatem, currentem contra diuinam prohibitionem poſt peccati delectationem.* Patriarcha Paludan.

VARIET. LECT. Verſ 14. & 15.

V*Vlg.* Deſcenditque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum, cumque lauiſſent veſtimenta ſua.

Cald. Et præparauit eos, & lauerunt veſtimenta ſua.

Vulg Et ait ad eos, eſtote parati in diem tertium, & ne appropioquatis vxoribus veſtris.

Sept. Eſtote parati tres dies, ne acceſſeritis ad vxorem.

Pag Eſtote parati ad tres dies.

EXPOSITIO.

D*Eſcenditque Moyſes de monte ad populum,* ſcilicet eodem die tertio menſis tertij egreſſionis ex Ægypto, *& ſanctificauit*, id eſt denuntiauit mandatum Dei de ſanctificando ſeipſos. quid autem nomine ſanctificationis intelligendum veniat, dictum eſt ſuperius. *cūque lauiſſent veſtimenta ſua* nō cineribus vitulæ ruffæ conſperſis, atque commixtis aqua, quæ quidem aſperſio aliquando vocatur lotio, vt patet num. 19. ſed aqua communi ea abluerunt: communi autem regula Iſraelitarum, aqua naturalis ex vena erumpens, huic ſanctificationi aptiſſima erat; dicebatur enim aqua viua, & acrioris virtutis ad purgandum putabatur: præterea fluminum aquæ ad luſtrationes aptiſſimæ cenſebantur, Ioannes Baptiſta ad ſuum baptiſmum, Iordanis fluenta elegit, *eſtote paratis in diem tertium*, non ſolum abſtinentes à rebus illicitis, *ſed ne appropinquetis vxoribus veſtris*, expedit enim ad commodius vacandum Deo, ab actu matrimonij alias licito, ad tempus abſtinere.

CONCEPTVS.

Lynces ſunt virginei oculi ad Deum videndum.

109. *Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris*, excepturi Iſraelitæ Deum legiſlatorem, apud montem Sinai, ſolum per triduum iubentur abſtinere à licitis complexibus, quid tam exigui temporis continentia coniugalis requiritur, vt Deum ſuſcipiant in monte? ſolum hoc exigit pro tanto beneficio, quid inde colligi? quod Sixtus Pontifex in Epiſt. de caſtitate. *Si tantum illis tunc exigui temporis continentia profuit, vt diuina claritatis viſione gauderent, vide quanta* Sixtus Pontifex

remuneratione illi ſunt digni perpetuam voluerunt ſeruare integritatem, eorum enim non modo breui tempore Dei inſpectores verum etiam coæterni cohabitatores.

Admirantis diuinæ maieſtatis cor purum requirit.

110. *Eſtote parati in diem tertium, ne appropinquetis vxoribus veſtris* ſed veſtimenta etiam veſtra abluite, qua duplici ſanctificatione diximus ſuperius puritatem mentis, & corporis intelligi: ſed qua de cauſa tanta exigitur puritas? vt in diuinæ maieſtatis tanto cum apparatu in montem Sinai deſcendentis, admirationem debite rapiantur. hinc

D. Bernard. D. Bernard. lib. 5. de conſider. ait. *Prima & maxima contemplatio maieſtatis hoc requirit cor purgatum, vt à vitiis liberum atque exoneratum peccatis facile ad ſuperna leuet, interdum quoque vel per aliquas morulas ſtupore, & extaſi ſuſpenſum teneat admirantem.*

Præuia ſit obedientia ad beneficiorum Dei ſuſceptionem.

111. *Eſtote parati in diem tertium, ne appropinquetis vxoribus veſtris* quæ omnia executioni mandauere, ait enim C iet. obedientia populi narratur, dicitur enim, & lauerunt veſtimenta ſua: nonne et non præſuppoſita in eum ſu nſ re dona potuit potuit ſed noluit ete im præuia debet eſſe ad beneficiorum Dei ſuſceptionem: vis ſapientiam diuinam, lege expreſſam conſequi? obedientiam præſta. audi B. Auguſtin. exponentem

S Aug. Pſal. 118 illa verba, à mandatis tuis intellexi Pſal. 118. *Aliud eſt* (inquit *mandata tua intellexi, aliud eſt à mandatis tuis intellexi, neſcit ergo quid aliud ſe ſignificat intellexiſſe à mandatis Dei, perueniſſe ſe dicit ad earum rerum intelligentiam, quam concupiuerat ſcire propter quod ſcriptum eſt, concupiſti ſapientiam, ſerua mandata & Dominus præbet illam tibi, ne quiſquam præpoſterus antequam habeat humilitatem obedientiæ, velit ad altitudinem ſapientiæ peruenire, quam capere non poteſt niſi ordine*

Eccleſ. 1. *venerit: audiat ergo Eccleſ. 1. altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris, ſed quæ præcepit Deus tibi illa cogita ſemper, ſic homo ad occultorum ſapientiam peruenit per obedientiam mandatorum.*

Perſuadeant ſibi coniugati continuum coniugalem congreſſum ſanctitati obeſſe

112. *Eſtote parati in diem tertium, ne appropinquetis vxoribus veſtris,* ipſis appropinquent, cum id nequaquam illicitum, imo nec Dei colloquio indignus cenſetur, qui amplexibus vxoris quotidie fruitur, quot enim coniugati ſanctorum nomen adepti ..., ſed non ex vxorum quotidianis amplexibus, ſed ex aliorum bonorum exercitio. *,unt multi his temporibus,* ...t Oleaſt. *coniugati, (vtinam non ſolum*

Oleaſt. *nomine ſancti qui raro aut nunquam ab vxorum amplexibus & thoro abſtinent, & nihilominus frequentiſſimè communicant, frequentius cum Deo colloquia miſcere præſumunt, nihil coniugalem congreſſum ſanctitati obeſſe credentes, quibus frequenter locus iſte obijciendus eſſet, vt ſanctiſſima reuerentius tractare diſcerent, ſcirentque etiam corporalem immunditiam puritati diuinæ officere, cognoſcerentque non ſolum cor, & corpus, & veſtes, & cuncta mundanda eſſe cùm ad Deum accedendũ ſit; & licet Dominus in noua lege magis interiorem quam exteriorem munditiem diligat, non tamen corporalem omnino negligit.*

Diuinitatis vbi notitia infunditur, & Trinitatis ſanctiſſimæ datur ſignum.

Eſtote parati in diem tertium, Pag. eſtote parati ad tres dies, nam die tertio deſcendet Dominus, cur Deus potius deſcenſurus die tertio, quam quarto aut quinto? tũc enim legem dare potuiſſet, ſicut in die tertio: pluries ſolet Deus vbi ſe manifeſtat, etiã ſignum Trinitatis exhibere triduo illo adumbratæ. neſcio ſi ad hanc mentem reſpiciebat D. Ephrem. ſerm. de pœni. cum dixit. *Per tres dies mors ſoluta eſt per tres remiſſio datur, quoniam & per tres dies reſurrectio facta eſt: poterant in momento, in ictu oculi omnia fieri, ſed ob miniſterium Trinitatis, intra triduum beſtem gratia ligauit, non quod impotens eſſet citra eos nimirum tres dies agere quæ oportebat, vt myſterium oſtenderetur diuinitatis,* vbi diuinitatis notitia apparet, pluries Trinitatis ſanctiſſimæ ſignum exhibetur. 113. S Ephrem.

Numerus ternatius myſteriis fœcundiſſimus.

Eſtote parati in diem tertium, quære attente per lege vſque ad hunc verſum, hoc caput decimum nonum, & pluries eumdem ternarium numerum repetitum experieris, menſe enim tertio exitus filiorum Iſrael de Ægypto, hoc die ne ... tertio venerunt in deſertum Sina, deinde ſint parati in diem tertium, in die enim tertia deſcendet Dominus, deinde iterum idem repetit: cur ſecundo aut quarto hæc omnia non perficiuntur? dies tertius vbique ſignatur, numerus enim ternatius myſteriis arcaniſque fœcundiſſimus eſt, lege Bongium de num. tracta. de nu. 3. vbi inter alia ſic ſcribit. *Quid & Ethnic. conamur afferre ad huius numeri myſteria demonſtranda, cum etiam in ſacris literis videamus complura arcana ternario ſignificari, tertio menſe populus Iſraeliticus cum exiſſet de Ægypto, ad montem Sinai perueniens obtulit ſacrificium ſcerdos, & in die tertia ſcilicet ab aduentu in deſertum Sina legem accepit, &c.* 114. Bongius de numeris.

Non ſolum accedens ad montem Euchariſticum, deponenda eſt peccatorum ſarcina, ſed & nimia erga temporalia cura.

Eſtote parati in diem tertium, quia in eo Deus in montem deſcendet, vos autem nec eum conſcendere, nec fines illius contingere audeatis, ſiue enim homo, ſiue iumentum fuerit id attentans non viuet: conſiſtente Moyſe in culmine montis, & cum eo propius colloquente, lege cauetur de non conſcenſu aut montis contactu, à quocumque homine vel animali: ſed ſi hoc monte ſanctiſſima Euchariſtia intelligitur, ſicut enim mons Sinai, inter alios eminebat, ita hæc inter alia Eccleſiæ ſacramenta dignitate & excellentia, cur inquam homo montem non conſcendet? cum 115.

verbum dicat incarnatum, quicumque non A manducauerit carnem filij hominis, vel biberit eius ſanguinem &c. quod iumentum ab eo arceatur non miror, cum eo imputi motus, carnis prurigo, aut aliquod vitij genus intelligatur, quia qui ad montem euchariſticum accedit, mundus debet eſſe ab omni crimine: ſed quod homo etiam repellatur vix capere poſſum, homo hoc loco humanæ ſunt curæ, ergo non modo beſtia à monte repellenda, ſed & homo, quia non ſolum proiicere debemus ex animo omne peccatorum genus, ſed etiam nimias erga temporalia curas hoc dix[i]mus ex B. Chryſoſt. hom. 3. ad ca. 1. Epiſt. Pauli ad Epheſius, cuius verba ſubiicio. *Alioquin indigni oculi ſunt iſtiuſmodi ſpectaculis, indignæ aures, & ſi beſtia ait, tetigerit montem lapidibus obruetur, vſque adeo indigni cenſebantur montis i[l]lius a[t]tinſu quamquam & idem aduerint ſupernum montis, & viderunt vbi conſtiterit Deus.*

VARIET. LECT. Verſ. 16.

V*Vlg.* Iamque aduenerat dies tertius, & manè inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinę vehementius perſtrepebat, & timuit populus qui B erat in caſtris.

Sept. Factum eſt autem die tertia, cum eſſet diluculum verſus, & factæ ſunt voces, & fulgura, & nubes caliginoſa ſuper montem Sina, vox tubæ ſonabat magnum, & conſternatus eſt omnis populus qui in caſtri[s].

Cald. Cum eſſet mane, & fuerunt voces & fulgura, & nubes grauis ſuper montem, & vox tubæ fortis nimis, & [c]ommotus eſt omnis populus.

Pag. Et expauit omnis populus, qui erat in caſtris.

Arias. Et fuit in exiſtendo m[ane], & expauit populus qui in caſtrametatione.

Caiet. Et vox cornu forti[s].

CONCORDIA.

VBi legimus tonitrua in Hebræo eſt קלת voces, vocat enim Hebraiſmus tonitrua voces Dei, Vulg. nubes denſiſſima, Sept. νεφέλαι γνοφώδεις nubes tenebroſæ, vel caliginoſæ, ſed idem ſenſus, timuit populus כל העם ויחרד & commotus eſt omnis populus, verbum charad videtur potius ſignificare moueri, commoueri, & terreri aut timere, ideo eſt, qui timore perculſi, corde commoti ſunt, & nonnunquam totius corporis membris.

EXPOSITIO.

I*Amque aduenerat dies tertius,* qui erat quin- C quageſimus ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto, *& mane inclaruerat,* ad auroram, *cœperunt audiri tonitrua,* quod pertinet ad auditum ſimul cum ſono buccinæ, fulgura autem & nubes ad viſum, cum his nubibus terræ motum quoque fuiſſe coniunctum & pluuiam,

Hebr. Dauid Pſal. 67. teſtatur, & indicat Apoſt. Hebræor. 12. cum ait non acceſſiſtis ad tracta[bilem] montem & acceſſibilem ignem, turbinem & caliginem, & procellam, *& tuba ſonum operire montem,* montis cacumen, ſi enim nubes denſa totum montem operuiſſet, montis fumus vi[ſ]us non fuiſſet, quod tamen verſu ſubſequenti dicitur, totus mons fumigabat, *clangorque tubæ vehementius perſtrepebat,* formantibus Angelis huiuſmodi ſonũ, ac ſi ex propria tuba exiliret, *& timuit populus qui erat in caſtris,* paratus enim & ſ[ex]pectans deſcenſum Domini ſuper montem, audiendo & videndo talia ſuper montem fi[eri], non abs re timuit & expauit.

CONCEPTVS.

Nihil niſi magnum in Ieſu cogitandum.

116. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua &c. clangorque buccinæ vehementius perſtrepebat.* Sept. vox tubæ ſonabat magnum Cald. vox tubæ fortis nimis: ſonitus igitur buccinæ creſcebat in maius, prolixiuſque protrahebatur, leuis tenuiſque in principio erat ſonitus buccinæ, qui paulatim procedens vocem emittebat magnam, ſic enim Sept. vox tubæ ſonabat magnum. ſed cur ab initio magna vox buccinæ non audiebatur, ſed ſonum tenuis[?] nonne Angeli potentes, vt in principio, ſicut in fine magnum edere ſo- D nitum? quidni? cur ergo magnum buccina non ederet ſonum, cum in Chriſto nihil niſi tale, imo maximum cogitari poteſt? mens eſt Cyrilli Alexand. lib. 7. de adoratione. Cyrill. Alexand.
Senſim (autem inquit) *prodigioſæ audiebantur tubæ voces, nam ab initio cum tenuem vix vocem emitteret, lex vbi ad nos proceſſit, verbum & ille Emanuel ad tradendam Euangelicam diſciplinam affulſit, valentiores factæ ſunt voces, clarum enim quiddam & acutum inſonuit Chriſtus, & quod totum iam orbem penetrauit* nihil tenue, nihil exile, nihil paruum à Ieſu, ſed vbi ad illum res deductæ ſunt omnia illius magna, & ſublimia apparent, vna creſcunt & in maxima.

Ignominiæ & iniuriæ Chriſto illatæ, in ſolem ſplendidiſſimum commutantur.

117. *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & nubes denſiſſima operire montem*: Sept. & nubes caliginoſa ſuper montem, verum in monte Thabor non audiuntur tonitrua, non conſpicitur nubes denſa, quid ergo? ſol ſplendidiſſimus, reſplenduit enim facies Chriſti Domini ſicut ſol, nube lucida obumbrauit diſcipulos eius. Sed de quo ſermo hic inſtitutus fuit? dicebant, inquit Euangeliſta Lucas exceſſum eius quem completurus erat in Ieruſalem, quem in medium adducunt exceſſum Hieroſolymitanum? nimirum ignominias, blaſphemias, verbera, imo & crucem ipſam: ne mireris ergo non conſpici nubem denſiſſimam ſicut in Sinâ, ſed lucidiſſimam, non audiri tonitrua, nec videri coruſcationes, ſed conſpici ſolem fulgentiſſimũ: ignominiæ enim & iniuriæ Domino illatæ, non eum mouent ad fulgura è cœlo vibranda, ad tonitrua excitanda, ſed potius & commutantur in ſoles ſplendidiſſimos. Huc ſpectauit Damaſc. oratione de Transfigur. *Nunc omnia ſplendore, & luce perfunduntur, etenim ipſe vniuerſitatis conditor, & Dominus, ex paterno ſinu acceſſit ad ſeruum indulgenter ſe demittens.* Adde & plura ab eis ignominioſa tolerans, & ideo omnia eius opprobria mutantur in ſoles, & aſſumuntur in gloriam. S. Ioannes Damaſcen.

Lex Dei cum terrenis delicijs non cohæret.

118. *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & nubes denſiſſima operire montem*: Non ſolum cum hoc ſtupendo prodigio, & terroris concuſſione lex danda erat à Deo populo Iſraël, ſed quod miror in deſerto promulganda erat, cur in deſerto? quia in eremo nullæ deliciæ, voluptates nullæ, vt ſtatim proderetur terrenis illecebris legis diuinæ præcepta ſeruari non poſſe, & verborum diuinorum delicijs ac ſuauitatibus cum terrenis non cohærere. Hanc veritatem reſpexit Iob c. 28. dicens, Non inuenitur in terra ſuauiter viuentium; quæ Richard. annot. in Pſalm. 4. ſic rectè expendit, *Ad veram æternæ ſocietatis plenitudinem anima peruenit, quando præ illius ſuauitatis abundantia, quam interius ſentit, omnium quæ exterius apponi poſſunt, quoddam neceſſarium potius quam voluntarium faſtidium incurrit. Hanc autem veræ ſuauitatis ſatietatem ſentire non poſſunt, qui exterioribus delicijs affluunt, non enim inuenitur huiuſmodi ſuauitas in terra ſuauiter viuentium, nec ſapere poteſt ſapor huiuſmodi tot oblectamenta deliciarum, & tam varia condimenta ciborum.* Iob 28. Richardus Victor.

Diuinæ legis donum accepturus, pœnitentia maculæ abſtergendæ.

119. *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua*; Cuius diei mane? ſexti huius menſis, & quinquageſimi ab exitu filiorum Iſraël ab Ægypto, in quo die data eſt eis lex à Deo. Sed cur quinquageſimo non autem quadrageſimo, vel ſexageſimo? nemini dubium quin quinquagenarius numerus pœnitentiæ deputetur, A vt infra patebit. Pœnitentiæ ergo operibus tuam legem deputa, vt Dei legem excipere dignus ſis, noxios omnes affectus præcinde & reſeca, vt legis diuinæ edicta in corde puro recipiantur. Audiendus Petrus Damian. qui myſticum hunc numerum ad hanc mentem verſat, & ex eo vtilia præbet monita. Sic autem ille ſcribit Opuſculo 44. *Initio lex data eſt populo quinquageſimo die, poſtquam egreſſi ſunt ex Ægypto, quinquageſimus autem numerus pœnitentiæ dedicatur, ſicut per multa ſcripturarum argumenta colligitur: quod & iubilæus ſignificat annus, & quinquageſimus ille Pſalmus, quem Dauid pœnitendo deſcripſit. Et ſicut illi in Euangelio debitores, quorum alter quingentos, alter debebat quinquaginta denarios, ita ſimiliter qui debebat centum cados olei, quinquaginta ſcribere iuſſus eſt, quæ* B *videlicet omnia pœnitentiæ odoramenta ſalubriter ſpirant, ſi non deſint vires intelligentiæ, quæ myſterij flagrantiam ſagaciter attrahant: vt ergo dignus ſis diuinæ legis edicta ſuſcipere, te per pœnitentiam corrige, præteriti reatus nequitiam confitere, & ſic ſic intra pœnitentiæ numerum currens, ex confeſſione peccati peruenies ad montem Dei.* S. Petrus Damian.

Diuina legis mandata tela ac loricæ.

Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, &c. Quæ cum coruſcationibus, procellis, terræ motu præceſſerunt legis promulgationem: ſed cur egreſſi ex Ægypto tot laboribus exantlatis, tot à periculis liberi legem Dei accipiunt? vel potius, cur non differtur vſquequo terram promiſſionis pacificè poſſideant, poſt C victoriam à tot infenſiſſimis hoſtibus relatam? imo antequam in certamen cum eis deſcendant, expedit vt hanc accipiant legem Dei, ea enim tanquã telis, & loricis muniri debebant, vt fortiores cum hoſtibus eis decertarẽt: Mens eſt cit. Card. *Contempſiſti nuper fili Pharaonem, & ſuperbi regis, ac opprimentis Ægypti ſimul abominatus es ſeruitutem, neceſſe eſt ergo nunc, vt gradiens per deſertum, multa tentationum genera habeas, ſitis & famis inopiam perferas, & ſic per ærumnoſa pericula diuerſaque calamitatis anguſtias, ad terram repromiſſionis attingas. Oportet ergo te ad montem Sinai cum Hebraico populo feſtinare, & illic diuinæ legis mandata percipere, vt his tanquam telis, ac lorica munitus, & inſurgentium hoſtium iacula reſpuas, & ingruentibus quibuſlibet aduerſitatum caſibus non ſuccumbas.* 120. Cit. Card.

D *Non otioſis lex datur diuina.*

Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua. vbinam? in monte, & in deſerto, cum lex iamjam danda erat: hoc beneficium, vſquequo in vrbem peruenerint, differendum velim. in deſerto potius à Deo exhibitum, quam in vrbe, in vrbibus enim otio torpere ſolent homines, in deſerto fatigati, ibi delicijs diffluere, hic neceſſarijs deſtitui, iure igitur in deſerto Dei legem accipiunt, vt oſtenderet ſuæ gratiæ beneficia, his qui ſtrenuè laborant, exhiberi, qui autem otio, & delicijs diffluunt eis omnino denegari. Sic enim B. Ambroſ. lib. 6. in Lucam, *Gratiæ cœleſtis alimentum impartitur non otioſis, non in ciuitate quaſi in Synagoga, aut dignitate ſæculorum reſidentibus, ſed inter deſerta quærentibus Deum* Otioſos odit Deus deſides à legis 121. S. Ambroſ.

ſuſceptione diuinæ arceantur, malus enim illiu cuſtos, qui ſegnitiæ atque ſocordiæ mancipium eſt, ac deliciarum ſeruus.

Non minori timore concutiendus, cum legem accipis, ac cum illius rationem redditurus es.

122. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & clangor buccinæ vehementius perſtrepebat.* Ecce diuina lex ad ſonitum buccinæ terrificum danda: cum in extremo iudicio, cum lex aut legis ratio ab hominibus repetenda, an tuba auditur? in nouiſſima tuba, inquit Apoſtolus, & mortui reſurgent; cur vbique tuba perſtrepens? cur idem timoris ſignum in lege data fuit, quod futurum eſt in repetenda? vt non minus timeant homines cum accedunt ad legem Dei accipiendam, quam cum acceptæ rationem reddere compellentur. Ita fere Rupert. lib. 9. de operibus Spiritus ſancti cap. 2. *Reſpiciamus ad illum diem, & conſideremus admirandam operum Dei diſpoſitionem, qui quaſi æditumm terribilem poſuit timorem ad cuſtodienanm introitum, & exitum, vt quiſquis ad cognoſcendum Deum ingreditur & in introitu inueniat, cur valde timeat, & ita in exitu audiat, cur multo maxime contremiſcat.*

1. Cor. 15.

Rupert.

Cum duris & lapideis cordibus duriter eſt agendum.

123. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem;* Alia timorem incutientia ſuperuenere, vt procellæ, turbines, motus, &c. ecce vt terribilis deſcendit Deus in montem Sinai, at cum deſcendit in vterum Virginalem, vt ibi veſtiretur carne, quid tum? Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, quam placida omnia, non tonitrua, non fulgura, non tenebroſæ nebulæ, ſed placidus, & ſuauis Dei illapſus in Mariam, patet & cur in Maria placidus, in Sinai [illegible] perſtrepentibus tonitruis, fulgurantibus [illegible] nubilis, imo fulminantibus viſebatur [illegible] niebat legem ſcripturus in lapideis [illegible] & in cordibus obſtinatis, vbi autem [illegible] in lapide obdurato, non mi[ru]m quod oſtendat omnia ſui furoris arma: ait Damaſ. orat. de Natiu. Mar. *O Maria ac ex Sina ſanctior, quam non fumus, non caligo, non procella, non terrorem incutiens ignis contegit, verum illuminand vim habens Spiritus ſancti ſplendor, illic enim Dei verbum, tanquam Dei Spiritu legem inſcribebat: Hic autem ex Spiritu ſancto. & Virginis ſanguine verbum ipſummet incarnatum eſt. ſeque natura ſua conceſſit:* dum Dei verbũ Mariæ viſceribus inſerendum erat, ibi ſuauitas tota adeſt, abeſt omnis terror, at vbi idem verbum ſaxeis lapidibus inſculpendum erat, ibi & fumus, & caligo, & procella, & terrorem incutientia fulmina appareant neceſſe eſt, cum duris enim, & duriter agendum eſt.

S. Ioannes Damaſ.

Etiam humana malitia diuinum timorem contemnit.

124. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulmina.* Cur timore Iſraelitarum mentes conſternis, cum legem tuam eis promulgare debes? nonne potius [illegible] custodiam compellere deberes? tunc [illegible] tit, vt ab eius tra[n]ſgreſſio[ne] [illegible] eandem [illegible] reuocentur, cum fulgura & tonitrua [illegible] nerint: ſed nomina [illegible] vt ingrati, & beneficiorum immemores [illegible] illi fuere [illegible] quidem humana enim mal[illegible] d[illegible] timorem contemnit: *Arbitratus eſt Dominus,* inquit Oleaſt. *quod quoties lex [illegible] frangenda occurreret, tonitrua ac micantia fulgura, quæ in eius promulgatione contigerant, ad memoriam reuocata eum a peccato facien[do] deterrerent [illegible] ad memoriam reuocaret [illegible] enim, cum [illegible] rum ominum, tonitruorum [illegible] comminuere po[illegible] mi linis expers [illegible] frangere quos dic[illegible].* Oleaſt.

Mens in, ubi [illegible], cum lex ac[illegible] eſt [illegible].

125. *Mane incaluerat, ecce cœperunt audiri tonitrua & micare fulgura, et [illegible] mentius perſtrepebat,* [illegible] adhibeatur, non [illegible], [illegible] præſens, inquit Chryſoſt. ſed cur to[nitrua] [illegible] fulgura immitterentur [illegible] malis Hebræ[illegible] ad ſuperna tendere, cum lex diuina [illegible] foret. [illegible] *Omnia [illegible] tempore [illegible] erant tum auditui humano quam viſui nam & tonitrua, [illegible] fulgura, [illegible] tenebræ, & [illegible] terrorem [illegible] afferebant [illegible] qui [illegible] erat genus humanum [illegible] oportebat ergo vt [illegible] attentior redderetur, nullus enim tam hebes erat & ſtolidus qui [illegible] non [illegible] cor [illegible] in ſuperiora ſublatum, ſic enim oportebat [illegible] mentes hominum, cum [illegible] in lituta [illegible].* S. Chryſoſt.

Quæ præter mentem accidunt, non parum mouere ſolent.

126. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, [&] micare fulgura, & timuit populus qui erat in caſtris,* Cald. & commotus eſt omnis populus, cur commouetur? cur turbatur, cur tanto timore percellitur? cur non percellitur, cum rem inexpectatam, & audit, & intuetur? Deum præſentem ſe exhibiturum monti promiſerat Moyſes, & ecce tonitrua reboant, micant fulgura, *Populus,* inquit Caiet. *expectans de cenſum Dei ſuper montem audiendo, & videndo talia fieri ſuper montem, non ab re tremuit, & expauit, res enim iſta quæ audiebantur & videbantur, ſigna erant terrere ſolita homines, & præ ſe ferebant Deum iratum.* Cajet.

Cum firmaretur lex gratiæ, non ſolum exterius, ſed illuminabantur interius corda diſcipulorum.

127. *Mane incaluerat & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura.* Hic inter flammas igniũ & micantia fulgura, fragor quoque tonitruorum, & clangor buccinæ perſonabat: ſed cum data eſt gratia Spiritus ſancti in die Pentecoſtes, quinquageſima ſcilicet die poſt redemptoris noſtri reſurrectionem, etiam cum ignearum viſione linguarum ſonitus pariter de cœlo, tanquam ſpiritus vehementis aduenit: in vtroque ergo & legis, & gratiæ ſonus auditur: in quo

A ergo diſcriminatur vtraque, an gratia legem non excedit? an non ſuperat? Venerab. Beda in homil. vigiliæ Pentecoſtes ait, *Cum in vtraque datione & legis videlicet & gratiæ, foris audiretur ſonus, hic tamen ampliori miraculo cum auditur ſonitus, affuit virtus doni cœleſtis, qua intus ſine ſonitu diſcipulorum corda doceret, ibi auditis legalibus edictis, reſpondet omnis populus audiemus & faciemus.*

Venerab. Beda.

In præceptorum obſeruatione bellum aduerſus carnem & ſanguinem indicitur.

128. *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura*, quid amplius? & vox buccinæ vehementius perſtrepebat, nonne ſatis erat vt in publicatione legis, fulgurum, & nubium denſiſſimarum conſpectu terrerentur fœdifragi? cur inſuper additur, & buccinæ ſonitus? nam cum tonitru maiorem, & terribiliorem ſonitum edat, quam tuba, clangor iſtius mihi ſuperfluere videtur: tum, nonne buccinarum ſonitus ad bellum ſpectat? an aliqui Amalechitæ, vel alij Chananæi in certamen deſcenſuri ſunt? agitur hic de diuinorum præceptorum promulgatione, quid autem habent commune cum belli ſtrepitu? imo nunquam bellum manifeſtius indicitur, quam cum lex cuſtodienda præcipitur, obſeruatio enim legis, & præcepti pugnam ſecum adducit aduerſus carnem & ſanguinem. Subſcribit Thomas Angel. in epiſt. ad Hebræos cap. 12. lect. 4. *Sonitus tubæ*, inquit, *ſignificat grauitatem præceptorum, ad quorum adimpletionem indicebat homini quaſi bellum contra corpum, vox verborum indicat multitudinem præceptorum.*

S. Thomas.

Status legis antiquæ occultus & caliginoſus.

129. *Mane incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem*; Sept. & nubes caliginoſa ſuper montem. Cur tanta caligo, & denſitas nubium in promulgatione legis antiquæ? cum enim lex illuminet, intellectum det paruulis, non nubes caliginoſæ, ſed lucida obumbrare deberet, ait cit. Angelic. Doctor, *Occultatio dantis legem ſignificabatur per caliginem, in qua figurabatur quod ſtatus legis occultus erat, id eſt velatus, 2. Corint. 3. vſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum, ſed in noua lege iſtud velamen ablatum eſt, in cuius ſignum, in paſſione velum templi ſciſſum eſt, quia nos reuelata facie gloriam Domini ſpeculamur.*

Doctor Angelicus.
2. Corint. 3.

Lex antiqua lex timoris, lex noua lex amoris.

130. *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua micare fulgura*, quæ quidem ſigna horreſcenda & pertimeſcenda, inquit noſter Nicolaus Grandis cap. 12. in epiſt. ad Rom. Chriſtus Euãgelium conceſſurus non præmiſit. Sed plura audiamus à Paulo, qui poſtquam nouum teſtamentum, vetus excedere magnitudine, & dignitate pluribus patefecit, tandem arguit ipſum altero longè lenius, & mitius eſſe. Sic autem ait, non acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonitum, &c. ignem tractabilem dicit, quia ignis qui in mõte Sina apparuit corporalis erat, & acceſſibilis, qui palpari & tangi poterat, nec ad turbinem, nempe ventum vehementiſſimum, turbo quippe ventus eſt frigori admixtus, omnia eradicans & proſternens, nec ad caliginem & procellam, ex turbine ſuſcitatam, nec ad tubæ ſonum non qualemcumque, ſed prolixiorem, & tremendum: ecce vt timorem hæc omnia incutiebant, quid hoc eſt? cum hæc non inueniantur cum Chriſtus legem Euangelicam annuntiauit? nisi quod lex antiqua lex terroris erat, lex autem noua, lex amoris. Sic enim cõcludit cum Apoſtolo, Doctor Angelicus, *In hoc deſignatur differentia noui & veteris teſtamenti quia vetus teſtamentum fuit in terrore vt corda Iudæorum quæ prona erant ad idololatriam terrerẽtur. nouum autem datum eſt in amore, Rom. 8. non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus Abba Pater, vnde & Chriſtus non terrores in principio prædicationis ſuæ promiſit, ſed regnum cœlorum.*

Noſter Nicolaus Grandis.
Hebr. 12.
S. Thomas.
Roman. 8.
B

A monti Sinai caliginoſo ad montem veri luminis deducamur.

Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, &c. Diſcrimen conſtituens D. Paulus inter vetus, & nouum teſtamentum ait, non acceſſiſtis ad tractabilem montem, & acceſſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, quid? an in hoc arguendi? nonne Moyſes iuſſu Dei, vt ad montem Sinai non accederẽt præcepit? cur ergo hæc præmonet Paulus? ait Ioannes Arboreus, in his teſtimonijs ex veteri teſtamẽto deſumptis, altius philoſophabatur quam putamus, nec quiſquam eſt qui poſſit eius mẽtem capere, niſi à Deo fuerit afflatus: ſed quid aliud meditari, quid aliud intendere, niſi diſcrimen inter nouum, & vetus teſtamentum conſtituens? ait cit. Doctor, *Hæc meditatur Paulus, nolite more parentum veſtrorum defigere ſpem veſtræ ſalutis & gloriæ, in quibuſdam prodigioſis rerum ſenſibilium ſpectaculis, quæ magnificum, & admodum auguſtum Dei palatium adumbrabant, nec attendatis ad montem Dei myſticum, in quo Moſes dux veſter, & legiſlator Deum nube quadam, & caligine obtectum audit, eo quod ſi eius gloria, & glorioſa facies deducta fuiſſet, non potuiſſet eam intueri, ſed attendite ſyncera fide ad montem Domini inuiſibilem omni Angelorum, & hominum comitatu circumdatum, in quo abſque vlla nube, ſed fulgidiſſima claritate videbitis Deum ſicuti eſt.* 131.

C
Ioannes Arboreus.

D

Chriſti myſterium capi non poteſt.

Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, Sept. cum eſſet diluculum, Procopius, Perpendamus diem tertium, in cuius diluculum matutinum miranda illa conciderũt, nam aduenit ad nos vnigenitus Dei filius, non in primordio ſæculi, aut intermedijs temporibus, ſed quaſi in tertio & vltimo tempore, & quaſi in diluculo principioque diei, fugatis nocte & caligine ad nos profectus eſt; hoc tempus, quod præceſſit aduentum Domini princeps huius ſæculi corruperat, & obfuſcarat idololatria, & impuritate vitæ, at Chriſtus apparens plurimũ deſideratum diem oſtendit: de hoc die canit Dauid, Hæc eſt illa dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in eã. Verum ſapientiſſi- 132.

Procop.
Pſalm. 117

mus Paulus in hunc modum fatur, nox præceſſit, dies autem appropinquauit, & iterum, non noctis, nec tenebrarum ſumus filij, ſed ſumus filij lucis, & filij diei.] Sed ſi hoc diluculu Chriſti Domini aductus in hunc mundum deſignatur, quomodo audiuntur tonitrua? quomodo micant fulgura? nam cum hæc omnia timorem maximum incutiant, aduentus autem Domini non timorem, ſed amorem induxerit, fueritque ſereniſſimus, quomodo hic nubes apparet denſiſſima & caliginoſa? Reſpondet cit. Gazæus, *Fulgura viſebantur in monte Sina, quæ erat typus diuinæ lucis & ſplendoris diſcurrentia per eam regionem, quæ cœlo ſubiecta eſt, nam inquit fulgura tua apparuerunt orbi, caligo ſignificat Chriſti myſterium, non poſſe capi, ſicut & ille locus, poſuit tenebras abſconſionem ſuam in circuitu tabernaculi ſui, tenebroſa aqua area, quæ ſolius Dei indiget illuſtrantie, ſicut & Petro dicitur caro & ſanguis non reuelabit tibi, ſed Pater in cœlis: teſtis eſt, etiam Paulus ſibi indicatum eſſe myſterium, & reuelationem.*

Tanta eſt Dei aduenientis maieſtas, vt omnia tanquam ei famulatura etiam cum timore commoueantur.

133. *Manè Incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & nubes denſiſſima operire montem*, aliquid aliud addit regius vates, nempe terræ motum, Paulus turbinem & procellam, cur omnia per-

A ſtrepunt prodigioſis tonitribus? aures obtunduntur fulguribus micantiſſimis? cur ſonus tubæ inuiſibilis è longinquo exauditur è nube, quæ inſtar columnæ innixę terræ è ba[illegible] tendebat ad atheream celſitudinem? cur profunda caligine fumi obfuſcante, circum vicinū aerem ignis obfuſcatur? cur terra mouetur? quia eſt tanta Dei aduenientis maieſtas, vt omnia tanquam ei famulatura etiam cum timore commoueantur: Sic ad mentem noſtram Philo lib. de Decalogo, *Oportebat ad Dei aduentum turbari mundum omnibus ſuis partibus, & excire ad miniſterium.* Philo.

Lex antiqua minimè inflammans affectum ſicut noua.

B *Manè incaluerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, micare fulgura*, Sept. cum eſſet diluculum, ſcilicet verſus auroram cum ſol nondum illuxit, cur lex antiqua in aurora datur, cum confirmatio nouæ facta fuerit hora tertia ſecundum Iudæos, quæ apud nos eſt hora nona? aduerte tempus auroræ adhuc frigidum ex nocte præcedente: ne quæras ergo cur tali tempore data eſt lex antiqua, quia l[illegible] aliquomodo intellectum illuminet, affectum minime ſcit inflammare ſicut noua: ita hic Andræas, *Legem autem nonam quis dubitat intellectum illuminare? in confirmatione eius venit Spiritus ſanctus in ſpecie ignis.* Noſter Andreas.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

V*ulg.* Cumque eduxiſſet eòs Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.

Sept. Et aſtiterunt ſub monte.

Cald. Eduxit populum de caſtris in occur-

C ſum verbi Dei.

Pagn. Et ſteterunt in inferiori parte montis.

Arias. In infimo montis.

Cajet. Et ſteterunt in ſubiecto montis.

EXPOSITIO.

C*Vmque eduxiſſet eos Moyſes*, auditâ voce tubæ, Moyſes vocauit eos qui in caſtris erant, vt tenderent verſus terminos præfixos *in occurſum Dei*, deſcendentis ſecundum nouum effectum in montem, *& ſteterunt ad radices montis*, in planitie ad quam immediatè deſcendebatur ex monte, vbi erat terminus à Muyſe illis conſtitutus.

CONCEPTVS.

Nobiſcum Deus familiariſſimè colloquitur, poſt vnigeniti ſui in terram deſcenſum.

134. *Cum eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei, ſteterunt ad radices montis*, Pag. ſteterunt in inferiori parte montis: Arias in infimo montis. Attende quæſo, vbi populus Dei Iſrael erat, nempe in montis infimo, Deus autem vbinam? in vertice montis. Miror cur populus Deum non conueniat in montis cacumine, cum enim Deus in illud deſcenderat, vt Decalogum illis aperiret, mihi rationi conſentaneum videtur, vt ipſe populus appropinquaret: nequaquam appropinquat, imo à longè ſtat, nondum enim erat Ieſus, qui ſolus ita nobis fecit Deum familiarem, vt etiam ad aurem loqueretur. Huic S. Cyrillus Alexand. conceptui ſubſcribit D. Cyrill. Alexand. de Oratione in Spiritu c. 7. *Intellige Deum cum veterem legem priſcis illis hominibus ferret, deſcen-*

D *diſſe non vbi populus erat, ſed in ſublimem locum, & quidem procul, receſſerat enim à longe, adhuc cum ille vnigenitus, nondum ad nos per carnem acceſſiſſet*; vbi Moyſes tantum erat, vbi Ieſus adhuc non erat, loquebatur Deus hominibus leges vitæ, ſed loquebatur à longè, poſt Ieſum ita familiaris fit nobis Deus, vt ad aurē loquatur.

Orationis & legis nexus.

Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei ſteterunt ad radices montis, ecce ſtantes legem Dei accipiunt, Luc. 18. Phariſæum ſta[illegible]n intueor, cum orat, imo conſueuerant Iudæi, vt in plurimum ſtantes Deum deprecari, vt patet ex illo Chriſti D. Matth. 6. *Et cum oratis non eritis ſicut hypocritæ triſtes, qui amant in Synagogis & in angulis platearum ſtantes orare, vt videantur ab hominibus*; Non reprehendit Chriſtus, [illegible]d ſtantes deprecentur, ſed quod hoc modo depre- 135. Matth. 6.

cantes velint videri, vt vanam indeaucupentur gloriam, ſed cur ſtat qui orat, ſicut ſtat qui legem accipit? vt orationis & legis nexum intelligeremus, vnde nec ſeruare niſi ægre Dei legem poteſt; qui non orat, nec apte orationem fundere poteſt, qui Dei legem non ſeruat, vt alteri auxilio ſit.

Infimæ mentes Iudæorum, ſublimes Chriſtianorum.

136. *Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei, ſteterunt ad radices montis*, Montanus, ſteterũt in infimo montis, liberati de Ægypti ſeruitute filij Iſrael, poſt immolationem agni Paſchalis exierunt in deſertum, vt venirent ad terram repromiſſionis, peruenerunt tandem ad hunc montem Sinai, & deſcendens Dominus in igne ſuper mõtem, comitantibus ſonitum buccinæ tonitruis ac fulgoribus, quinquageſimo die peracto Paſchæ legis Decalogum eis aperta voce depoſuit: quæ autem ſit agni Paſchalis immolatio, quæ Ægyptiæ ſeruitutis abſolutio cunctis liquet, quia videlicet Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & ipſe verus eſt agnus, qui abſtulit peccata mundi, qui ſui pretio ſanguinis nos à peccatorum ſeruitute redemit, ſuæ reſurrectionis exemplo nobis ſpem vitæ & perpetuæ libertatis oſtendit: quinquageſimo die poſt occiſionem agni, data eſt lex, deſcendente Domino, & quinquageſima æque die poſt reſurrectionem noſtri Redemptoris, eſt data gratia Spiritus ſancti diſcipulis in cœnaculo conſtitutis, qui apparente foris igne viſibili, inuiſibiliter eorũ pectora luce ſcientiæ irradiauit, ac inextinguibilis charitatis ardore ſuccendit. Sed cur accipientes legem Iſraelitæ, ſolum ſteterunt ad radices montis? gratiam autem Spiritus ſancti diſcipuli accepturi in cœnaculo conſtituuntur,
Vene. Beda. loco quidem eminenti? Rectè Venerab. Beda in homil. vigiliæ Pentecoſtes, *In maioris ſignum perfectionis, omnes qui accipiebant Spiritum in cœnaculo poſiti erant, hic autem ad deſignanda infirmorum corda auditorum, populus quidem omnis infra montem ſtabat.*

Non Moyſes, ſed Chriſtus D. ad perfectionem nos adducere poteſt.

137. *Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei, ſteterunt ad radices montis*: cur non adducit eos ad montem, vt ibi Deo occurrerent? monte perfectio deſignatur, adduci autem ad perfectionem non Moyſis eſt, ſed Chriſti D. id habet cum veritate
Procopius. Procopius, *Moſes obuiam ducit populum Dei ad radices montis Sina, ſiquidem lex non poteſt in montem illos adducere, quos informauit, ſic enim & Saluator, inquit, vobis datum eſt noſſe myſteria regni, his vero non datum eſt: præterea confitetur Patri, quod hinc omnia occultauerit ſapiẽtibus & intelligẽtibus & reuelauerit paruulis: non igitur Moſes, verum Chriſtus nos ad perfectionem adducit, in ipſo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & cognitionis recondita*

Prælati ſibi ſubditos Deo offerant puros & mundos.

138. *Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei*, Cald. in occurſum verbi Dei, cur poſtquam dictum eſt, quod ſanctificauerit illos, ſubiũgit adduxiſſe in occurſum verbi Dei? nam cur antea non adduxit? quia nondum lauerant veſtimenta ſua, nondum ſe ſanctificauerant, quod autem pollutum & immundum, Deo minimè offerendum, caueant ergo prælati ſibi ſubditos Deo offerre, quin prius ſint puri & mundi, *Docentur paſtores* (inquit Oleaſt.) *diuini gregis populum mundum Deoque acceptabilem offerre.* Oleaſter.

Si Deo occurrimus, nobis occurrit.

Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei, an Deus ſimiliter eis occurrit? hoc enim dedecet tantam maieſtatem, nam Princeps minimè ſubdito plebeio, vel ruſtico eum ſalutaturo occurret, quid autem creatura reſpectu Dei? nihil equidem; dicemuſne ergo ei occurriſſe? ita equidem, deſcendit enim Deus de cœlo in montem Sinai; Vnde rectè Gloſſ. interl. *Vides, hic quomodo occurrit Deus occurrenti ſibi, per liberum enim arbitrium mouemur ad Deum, ſed non promouemur niſi miſericordia eius præueniat nos, & ſequatur.* 139. Gloſſa interl.

Timor nimius bona remouet.

Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei, quid? indigetne Moyſe deductore? nonne iuſſerat Deus vt parati eſſent in diem tertium, & ſanctificarentur? nonne iam ſanctificati? nonne Deus dixerat ſe in caligine nubis venturum? nonne iam dies eluxerat? nonne nubes denſiſſima & caliginoſa iam montem operuerat? quid ergo eo indigent ad pergendum verſus Montis radices? reuoca quid immediate dictũ ſit, nempe quod viſis coruſcationibus, auditis reboantibus tonitruis grauiter omnis populus timuerit: en ergo vt in occurſum Dei venire timentes, indiguerunt deductore Moyſe? *Tremens populus*, inquit Card. Cajet. *non audebat exire, & propterea Moyſes eductor eorum de loco caſtrorum verſus montem ſcribitur, & educi dicitur ad occurrendum Deo.* 140. Cajetan.

Timor ad Deum adducit.

141. *Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei*, quid immediate dictum? timuit omnis populus qui erat in caſtris, ſcilicet audito terribili buccinæ ſonitu, tonitruorum mugitu, necnon viſis coruſcationibus: ſed cur antequam hæc præmitterentur, eos non adduxit in occurſum Dei? optimus ordo, timuit omnis populus, & ilico eduxit eos in occurſum Dei; timor enim efficaciſſimus, vt nos ad Deum adducat: Ita Theodorus Veraclenſis in Cat. Græca in Iſaiam in illa verba cap. 26. Sicut quæ concipit cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus, à facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus Spiritum, Græci legunt, pene timorem tuũ Domine in vtero concepimus, & parturiuimus Spiritum ſalutis, quem fecimus ſuper terram: Sic autem ait cit. Auctor, *Oſtendit vtilitatem quæ ex minis Dei percipitur, accipientes enim timorem tuum, velut bonum ſemen, & in vtero geſtantes opportuno tempore ſalutem reportabimus.* Theodotus Veracl. Iſaiæ 26.

Timor ad pietatem, & legum obſeruantiam introductorius.

Cumque eduxiſſet eos in occurſum Dei, ſcilicet vt legem audirent, acciperent, & eam cuſtodirent, videamus tot bonorum cumulus quid antea dictum fuerat? & timuit omnis populus, timor præceſſit, hæc omnia ſine dubio ſubſequentur, eſt enim ad pietatem, & legis obſeruantiam introductio: B. Baſil. hom. 8. in Pſ. 32. *Neceſſario velut introducturus ad pietatem ti-* 142.

mer aſſumitur, dilectio vero deincopè ſucce dens, à timore ſcientifico adeptatos perficit. Quod antem ſit cauſa obſeruationis mandatorum Dei, ait ſapiens Eccleſiaſt. 25. Qui timet Dominum cuſtodiuit mandata illios, & cuiuſnam ſit efficaciæ ad bona gratiarum conſequenda, & conſeruanda, rectè explicar B. Bernard. ſerm. 55. in Cantic. *In veritate didici, nil æque efficax eſſe ad gratiam promerendam, retinen-*

Eccleſ. 25

S. Bernard.

A *dam, recuperandam, quam ſi omni tempore coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere, Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, time ergo cum arriſerit gratia, time cum abierit: time cum denuo reuerſetur, & hoc eſt ſemper pauidum eſſe, ſuccedunt viciſſim ſibi in animo tres iſti timores. ſecundum quod gratia, vel adeſſe dignatur, vel offenſa recedere ſeu iterum placata redire ſentietur, cum adeſt, timo. ne non digne opereris ex ea.*

VARIET. LECT. Verſ. 18.

V*Ulg.* Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus de eo quaſi de fornace, eratque omnis mons terribilis.

Sept. Et aſcendebat fumus tanquam fumus fornacis, & obſtupuit omnis populus valde.

B *Cal.* Mons autem Sinai fumabat totus, eo quod reuelatus erat ſuper eum in igne, & contremuit mons valde.

Pag. Et commotus eſt omnis mons valde.

Arias Mont. Mons Sinai fumauit ipſe, propterea quod deſcẽdit ſuper ipsũ Iehoua in igne.

CONCORDIA.

VEtum eſt Cajetannm aſſerere iuxta Hebræum aliter ordinari litterã quam iuxta Vulg. interp. ita vt non ſignificetur ignis ſuper montem, ſed ſignificetur ſuper montem Dominus in igne: verum idem habet Vulg. vt legenti patet. Legit Vulg. eratque mons terribilis, & Sept. ἐξέστη πᾶς ὁ λαὸς σφόδρα, & obſtupuit omnis populus valde, Hebræa tamen & Caldæa Paraphraſis videntur aliud indicare, nimirum ipſum montem contremuiſſe, ſed nimirũ Maſſorethæ & Cald. Paraphraſtes legerũt, per primam coniugationem, in qua vox illa, ſigni-

C ficat contremiſcere: at Vulg. & Sept. per coniugationem Hiphil, in qua verbum illud ſignificat contremiſcere facit ſeu terrere. Sic autem eſt in Hebræo ויחרד כל ההר vaiecherad col haar, ſi ergo vaiecherad mutatis punctis legeris in coniugatione cal, idem eſt quod contremuit, ſeu commotus, ſi autem in hiphil idem eſt quod perterruit, ſiue terrefecit, vtrumque autem verum eſſe poteſt, imo & ille montis tremor ad maiorem terrorem Hebræis incutiendum faciebat, vt proinde etiam adhibitum fuiſſe perſatis ſit probabile.

EXPOSITIO.

T*Otus autem mons Sinai fumabat* non apparenter ſolum ſed verè, *eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*: hæc ratio eſt quare mons fumabat, ex ſe enim ignis non erat productiuus, ſicut quidam alij montes, *& aſcenderet fumus de eo quaſi de fornace* ſicut enim in fornace, partim flamma & ign is, partim fumus nec dum accenſus, ſed cum igne conuolutus conſpicitur, ita pariter ignem fumo miſtum in Sina Angelus vice Dei produxit, idque ex fumoſa quapiam materia, quæ facile ignem concipit, nempe ex thure, reſina, ſulphure, *eratque omnis mons terribilis*, terroris populo Iſrael inflictiuus.

CONCEPTVS.

Humilitas proprium Dei facinus.

143. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*, Ecce ignis, qui non erigitur ſed deſcendit, qui non ſe exaltat, imo quaſi ſe humiliat, cum tamen proprium ignis ſurſum ferri inſpiciamus: nunc ignem Babylonicũ videamus, Daniel. 3. dicitur, erecta eſt flamma ſupra fornacem cubitis quadraginta nouem, ecce erigitur flamma ignis Babylonici, neſcit non in altum ferri; modo componamus ignem Babylonicum cum igne montis Sinai. Ignis Babylonicus ſublime petit, nec miror; hoc enim ei innatum, ſed qui in mõte Sina, deſcendit, vnde noua hæc in igne proprietas? quid ait textus? deſcendit Dominus in igne, habet ignis ſecum Deum, à quo vt oblitus altitudinem Sathanæ ſibi innatam, repar & ſe ad pedes dimittat. Fauet S. Card. Oſtiens opus 48. cap. 1. *Iſte ignis deſcendit. quia nimirum de cœlo venit, ille autem nempe Babylonicus non aſcendiſſe, ſed deſcendiſſe legitur. vt de carnalis concupiſcentiæ petulantia procedere videretur.*

Daniel. 3.

S. Petrus Damian.

Deſcenſus Dei vtiliſſimus.

144. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne*, cur in igne deſcẽſus Dei? cur potius eũ non comitantur innumera Angelorum millia? omne ignis purificat, & emundat? deſcendat ergo Deus in igne, vt quãtæ vtilitatis nobis ſit eius deſcẽſus, omnibus eſſet compertũ: hoc agnouit Procop. *Deſcẽdit ad nos* (inquit) *vt ignis conflatoris, ſi lubet vſurpare* Procop.

D *Prophetæ vocẽ, ignis qui tem conſumet quidquid in nobis erit ſuperfluũ, & eliquabit peccati immũditiẽ, nec concedet vt redeamus ad abſurdas voluptates, noſque ibi refrigeremus, nam facti ſumus feruidi in ipſo Spiritu, quapropter ait, ignem veni mittere ſuper terram, & quid volo ſi iam ſuccenſus eſt, hinc & priſcis apparuit ignis.*

Præceptum Dei, ignis eſt, obedientes illuminans, vrens contumaces.

Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcẽdiſſet Dominus ſuper eũ in igne, neſcio cur daturus Deus 145.
legem, cur præcepta impoſiturus, in igne deſcẽdit, nã cum præceptorũ impoſitio ſit oneroſa, ignis autẽ leuis, edax, & conſumens, vnũ ab altero ſeparari deberet, ne nimio cũ rigore Deus deſcẽdere videretur: tibi non dubiũ, duo habere ignẽ, nempe vim vrendi, & vim illuminãdi, benè ergo in igne præcepta daturus deſcendit, vt innueret præcepta ſua, obedientes illumiõatia,

ta, contumaces autẽ vreotia. ſic explicat Philo A
Philo Alex. Alex. lib. de Decal. *Ignis habet vim geminam il
luſtrandi vrendique præcepta hac erunt obedienti-
bus per totam vitam pro lumine legibus ſeu ſyderi-
bus anima prælucentibus, quotquot autem cõtuma-
ces fuerint, aſſiduabunt vrenturque inteſtinis concu-
piſcentiis more flammæ, totos homines ſemel occu-
pates depaſcentibus

Deus vindex ſeuerus tranſgreſſionis
ſuarum legum.

146. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcẽdiſſet*
Dominus in igne, & totus mons erat terribilis,
Pag. commotus eſt omnis mons valde, cur ita
terribilis mons videtur? cur hoc modo commo-
uetur ad Dei deſcendentis aduentum, ſuaſque
leges promulgaturi? vt ſi quis eas tranſgreſſus B
fuerit, ſciret ſe ſeuerum vindicem habiturum.
Oleaſt. *Oſtendere voluit Dominus* (inquit Oleaſt.) *pecca-*
toribus ac legum ſuarum violatoribus, quam terri-
bilem & potentem criminum ſuorum vindicem ha-
berent, qui mouere terram poteſt, & terra hiatibus
homines deglutire.

Deus maximæ prouidentiæ.

147. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet*
Dominus in igne, ex Hebræo, eo quod deſcẽdiſ-
ſet Iehoua in igne, cur nomen tetragrammatõ
hîc inſeritur? conuenientius enim nomen vide-
retur Elohim, cum hic agatur de terrore, igne,
fornace, fumo, quæ omnia ſeueritatẽ indicant,
qua legum diuinarum tranſgreſſores puniendi
forent; cum agitur de productione tum ignis,
tum montis cõmotione, &c. inſeritur nomen
Iehouæ, vt etiam eius prouidentia erga ea in- C
Card. Cajet. noteſceret. ſuffragatur Card. Cajet. *Nomina-*
tur nomen Domini tetragrammaton, vt ipſe ſum-
mus Deus qui dat omnibus eſſe, agnoſcatur, tam
proximus nobis, cura atque prouidentia & efficien-
tia etiam horum ſenſibilium, perinde ac ſine vllis
miniſtris operaretur,

Quid non agit Deus, vt corda hominum
emolliantur?

148. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet*
Dominus in igne, fumus autem prodibat quaſi
de fornace, quid amplius? totus mons erat ter-
ribilis, montis tremorem agnoſcit Hebræ.
commotus eſt omnis mons valde, hunc tremo-
Pſalm 67. rem agnouit etiam Regius Vates Pſal. 67. terra
mota eſt à facie Dei Iſrael, etenim cœli diſtilla-
uerunt à facie Dei Iſrael: agnoſcit Paulus He-
bræor. 12. & turbines & procellas, cur hæc om-
nia quæ quemdam horrorẽ incutere videntur? D
vt ſaltem hoc modo, corda Iudæorum emolli-
ret, annuit. Theodor. in cat. græca. *Non aliã*
Theodor. *ob cauſam clangores, tonitrua, nimbus, ignis, fu-*
muſque verticem montis occupauerant, quam vt
lapidea illorum corda emollirentur, nam cum ob-
duruiſſent in Ægypto, & à calamitatibus poſtre-
mo Ægyptiorum liberi penitus euaſiſſent, ne ſecu-
ri ex omni parte dilaberentur in ſocordiã, tãquam
filios perterrefacit vt amare Deum beneficia do-
ceant, ſupplicia ſimul & terrores cogant timere.

Deus nos à terrens ad ſe aduocat.

149. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet*
Dominus in igne. ignis viſitur, tonitrua audiun-
tur, coruſcationes conſpiciuntur, imo & turbo
ſecundum Paulum, ſeotitur, turbo autẽ euellit
quicquid ei fit obuiam, imo plura ſecum quo
ducitur, tranſuehit, quid hoc eſt? ſanc hîc ac-

A commodari poteſt quod B. Bernardin. Noſter S. Bern.
in feſto Pentecoſt. cap. 5. explicans illud, & ad-
uenientis ſpiritus vehemẽtis, ait, *Veni transpor-*
tans ſcilicet, tranſuehens mentes diſcipulorum à
terrenis ad cœleſtia, à bono commutabili ad bonũ
incommutabile, à ſeipſis ad ipſum, vade ſpiritus
vehemens eſt, ſpiritus ſecum vehens mentem, quia
diſcipulorum mentes ab amore proprio eradicauit,
& in ſpirituales & diuinos ardores euexit.

Cum Deus in ſe videri hic non poſſit, per opera-
tiones ſe præſentem eſſe iudicat.

Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet 150.
Dominus in igne, cur ſi Deus deſcendit, fumus,
ignis, tonitrua, comitantur? nonne ſatis eximiæ
& adorandæ maieſtatis eſt vt ſolus deſcendat,
B cum cælum & terra eum cõtinere non poſſint?
conſolamus B. Chryſ. homil. 37. ſic dicentem, S. Chryſ.
Quando Deus Moyſi in monte Sinai daturus erat
legem, & mandata, tenebræ inquit & caligo erat,
& mons fumigãs: enimuero, quia incorporeum vi-
dere per ſenſibiles hoſce oculos non eſt poſſibile, ideo
aliter nobis ſuam operationem ſignificare vult, &
addit, enim enim more Deus vbique habet.

Humiles Deus per ſuæ claritatem oſtenſionis il-
luminat, ſuperborum oculos fumo adimplet.

Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet 151.
Dominus in igne, cur fumus & ignis? nonne po-
tuit producere ignem lucidum fumo non per-
mixtum? potuit equidem, cur ergo vterque ſi-
mul inuenitur in Dei aduẽtu? quid ait B. Greg. S. Greg.
Mag. lib. 6. Moral c. 17. audiamus, *Legẽ daturus* Magnus.
Dominus in igne fumoq; deſcẽdit, quia humiles per
C *claritatem ſuæ oſtenſionis illuminat, & ſuperbo-*
rum oculos per caliginem obſcurat.

Signum deſcenſus Dei in cor hominis cum
fumum deuotæ orationis emittit.

Totus mons Sinai fumabat eo quod deſcendiſſet 152.
Dominus in igne, cur hæc ratio fumigantis mon-
tis redditur, quod Dominus in illum deſcende-
rit? nam pluries deſcendiſſe legimus per nouam
aliquam operationem, & tamen nequaquam
fumus legitur excitatus, quid ergo hic mons
fumigãs in deſcenſu Dei ſignificat? ait Patriar-
cha Palud. teſte Doctore Pepino. *Signũ eſt quod* Patriarc. Palud.
Deus deſcendit in cor hominis per ignem claritatis
quando emittit fumum deuotæ orationis, ſicut fu-
mus apparens extra domum, ſignum eſt ignis in ca-
mino exiſtentis: hic fumus autem dicitur fumus
aromatum, cum procedit è corde bonis virtutum
odoramentis pleno, aſcendit autem huiuſmodi fu-
D *mus deuotæ orationis in conſpectu Domini.*

Cum humiliatur verbum Dei, exprimit ſe
Dei filium eſſe & omnes ad ſe attrahit.

Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet 153.
Dominus in igne mugientibus tonitruis, micante
fulgure, cõſtrepẽte buccina, *eratque omnis mons*
terribilis, Sept. & obſtupuit omnis populus
valde, hoc timore cõmotus dixit Moyſi, loque-
re tu nobis. & audiemus, ne loquatur nobis
Dominus, hæc in Sina monte contigerunt: ſed
Dominum in alio monte exiſtentem habemus,
nempe in monte Thabor, in quo Ieſus ſole lu-
cidior apparet, Helias & Henoch cum eo lo-
quentes, tres diſcipuli præſentes adſunt, quo-
rum vnus, Ieſu gloria illectus ibi in æternũ cu-
pit manere: cõpone modo nũc Deũ in Thabor
& Deũ in Sina, nec filius Dei ſentiebatur, quã-
uis in eum deſcendiſſet, imo vniuerſus populus

ita timore percullſus, vt nec illum velle: audiret in Thabor auditur vox de nube, qua manifeſte filius Dei oſtenditur patri ſimillimus & gratiſſimus, cui inhærere ament diſcipuli & Apoſtoli, nec velint ab eo diſcedere. Cur in Sina non dicitur filius Dei nec vllum ad ſe attrahit ex populo communi? in Thabor autem à patre prædicatur & ad ſe diſcipulos attrahit? nonne vtrobique ſeſe demiſerat Deus propter homines? equidem in Sina etſi ſe demiſerat, tamen illam demiſſionem occultabat denſiſſima & obſcuriſſima nube, circumtegente montem, ne ibi demiſſus in terram Dominus videretur, ne quid in illo non maieſtate plenum videretur, & ſentiretur; in Thabor autem patentiſſima luce ſeſe exhibebat Dominus, demiſſum vſque in terram, formam ſerui ſimi- A lem oſtendens libenter agens cum ſuis, vltimo humilitatis & abiectionis exceſſu; vbi autem tanta demiſſio oſtenditur alliciens ad ſe diſcipulorum mentes, non potuit non exhiberi filius Dei. Cenſio fuit B. Ioan. Damaſ. oratione de Transfig. *Equidem olim in monte Sina fumus,* B. Ioan. Damaſ. *& procella, & caligo & ignis, terrorem inferens, ſummam illam demiſſionem occultabant, hinc videlicet inacceſſum legis auctorem prædicantia & poſteriora ſua obſcure indicantem: nunc autem omnia ſplendore, & luce perfunduntur, etenim ipſe vniuerſitatis conditor & Dominus ex paterno ſinu acceſſit ad ſeruos indulgenter ſe demittens, ac formam ſerui ſuſcipiens habituque homo factus vt caperetur Deus, qui ab hominibus capi non poterat per ſeipſum & in ſeipſo diuina natura claritatem oſtendens.*

VARIET. LECT. Verſ. 19.

VVlg. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius & prolixius tendebatur, Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei.

Pag. Et fuit, ſonitu buccinæ eunte, & forti exiſtenti valde, Moſech loquebatur, & Deus reſpondebat ei in voce.

Cald. Vox autem tubæ ibat, & conualeſcebat nimis, Moyſes loquebatur, & à facie Dei reſpondebatur ei in voce.

B *Onk.* Vox autem tubæ ibat, & corroborabatur nimis.

Sept. Factæ ſunt autem voces tubæ procedentes fortiores valde.

Cajet. Et fuit vox cornu eundo & inualeſcendo valde, Moſes loquitur, & Elohim reſpondebit ei in voce.

Arias. Mont. Et fuit vox buccinæ iens & fortificans ſe.

CONCORDIA.

IDem eſt omniũ ſenſus primæ partis verſus, in ſecunda autẽ in Hebræo additur particula בקול bekol in voce ſeu per vocẽ, quã tamen licet obmiſerit Vulg. nihilominus eã intelligit.

EXPOSITIO.

S*Onitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur*, numquam langueſcens, ſed ſemper intenſius creſcens, vt inde etiam conſtaret ſonitum illum non naturalem, nec tamen propter hęc terribilia impeditus fuit Moſes, quominus Domino colloqui poſſet, imo vero non loquebatur in raptu nec abſtractus à ſenſibus, Moſes alloquebatur Dominum, Do- C minus reſpondebat ei clara voce, & exaudibili ab omnibus. Sunt qui Moyſis colloquium cum Deo in monte velint factum, & quæ verſu ſequenti narrantur, deſcenſum ſcilicet Dei ad montem, Moyſis ad montem euocationem, & aſcenſum anteceſſiſſe hoc colloquium, ſed in narratione mutatum fuiſſe rerum ordinem.

CONCEPTVS.

Salutare eſt homini, quod prius ipſe alloquatur Dominum.

Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius,
154. *Moyſes loquebatur*, Ioſephus exiſtimat non exiguum fuiſſe timorem Moyſis, ſicut & populi, ſic autem ait, ijs ita diſpoſitis in ſereno die, ſubitò tenebris mons circumdatus fuit, & ignis è medio tenebrarum exiliens, ac totum vt viſebatur, montis tractum depaſcens, terrebat proſpicientes fumo & caligine omnia repleta, adducebat tamen populum ad montem Moſes, quamuis ipſe quoque huiuſmodi viſu timore percullſus ita eſt, vt celare id minime poſſet, ſed vel ipſius corporis motibus commotum ſe patefecit, neque enim tantum per D oculos, verum etiam per auditum terror animas inuadebat, cum ſonitus deſuper veluti buccinæ, aut tubæ diſrumpere ſubiecta locorum ſpatia videretur] licet eius timoris nullum videamus in ſcriptura Moſaica veſtigium, cur ipſe potius populum pauore perterritum & ad ſe confugientem non confirmet, legimus tamen apud Apoſtolum ex traditione Hebręis ſcribentem, Moyſem ipſum viſo tam terribili ſpectaculo, dixiſſe, exterritus ſum & tremebundus. Quo reſpexit etiam vt arbitror Nyſſenus lib. de vita Moyſis; ſi ergo timore percullſus tot micantibus coruſcationibus, tot mugientibus tonitruis, quomodo Deũ alloqui non timuit? quomodo auſus eſt eum conuenire? quis enim homo ita audax eſt, vt inter terrores varios,

maximæ maieſtatis principi etiam interrogãti verbulum poſſet reſpondere? quomodo ergo Moyſes prior auſus eſt eum alloqui: id homini maxime ſalutare agnouit eſſe, quod annotat

Rupert.

Rupert. lib. 1. de ſapietia cap. 16. *Hoc ergo quæramus, quo fructu melius ſit, vt loquatur homo & Deus reſpondeat ei, quam vt vocet hominem Deus & homo reſpondeat ei, quantæ iniquitates ſint ſi recte perpondimus, meritum rei reprehenſibile eſt, eo vſque differre confeßionem peccati, donec dicat iudex Deus quid feciſti? etiam ſi vocatus reſpondeat homo, & dicat peccaui, patientiam habe in me, quod fecit Dauid. Iam tamen reprehenſibile eſt, quod vſque ad talem vocationem Dei differat homo confeßionem peccati ſui, cæterum præoccupare faciem Domini Dei ſui, & antequam vocetur vltro in confeßione loqui, ſapiens conſilium eſt, quo nullum melius homo reperire poteſt.*

Ex verbi Domini prædicatione compunctionem eliciamus.

155. *Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius,* ſed immediate antea dictum fumaſſe vniuerſum montem Sinai, quid hoc eſt? quod ſimul connectantur mõtis fumigatio & buccinæ ſonitus? quid enim vtrique commune? reſpon-

Stephan. Cantuar.

det Stephan. Cantuar. in alleg. Tilm. *Quia tam maiores quam minores, in eccleſia perſtrepeſcente buccinam prædicationis, debent emittere fumum compunctionis: ſed quot verbi Dei cõtemptores, imo & irriſores, qui non fumum compunctionis, ſed condemnationis colligunt?*

Concionator attẽperet ſe auditorum capacitati.

156. *Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius,* cur eodem modo non ſemper conſiſtens; cur C paulatim fortius auditur? nam cum ab initio ſatis perceptibiliter audiretur, cur nunc validius ſonitus corroboratur? ſonitu buccinæ non eſt dubium quin intelligatur ſermo prædicatoris: ne mireris ergo, ſi non eodem modo auditur, ſed quod paulatim ſonus eius corroboratur & prolixius tendatur, concionator enim non eodem tono & ſtylo quibuslibet auditoribus ſermonem debet habere, ſed auditorũ capacitati ſe attemperet. ſic myſtice explicat Archiepiſcop. Mogunt. *Sonitus buccina eſt ſermo*

Rabanus Maur.

prædicatorum, qui ſecundum auditorum intellectũ formari debet, vt cuique perſona videtur expedire, non enim eodem tenore doctrina imbuenda eſt ruditas Neophytorum, qua inſtruenda eſt capacitas eruditorum, vnde & Paulus quibuſdam ſuis auditoribus dixit, non potui loqui vobis, quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in D *Chriſto lac vobis dedi non eſcam.*

Incarnationis myſterium non ſatis intellectum à priſcis Iudæis.

157. *Sonitus buccina paulatim creſcebat in maius & prolixius tendebatur,* cur paulatim creſcit? nonne ab initio potuit Angelos edere ſonitum validiſſimum? an Hebræi tunc ita auditu impediti, vt neceſſe fuerit ſonitum buccinæ corro-

S. Greg. Niſſ.

borari, vt eum facilius caperent? B. Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſis ait, eſt tuba nõ paruum ſtuporem per auditum efficiens veritatis prædicatio, magnum quidem ab initio ſtatim ſonãs, magis autem atque magis in vltimis intonans, ſed quid vltimis magis intonuit? nonne in

A principio ita valide intonare potuit? nequaquam ob defectum & auditus priſcorum imbecillitatem. ſic enim proſequitur cit. Doctor. *Iuſonuit lex & Propheta diuinum Incarnationis myſterium ſed imbecilliores erant illæ primæ voces, quam vt poſſint aures commouere: auditus idcirco Iudæorum ſurditas tubarum ſonum minime ſuſcepit, ſed Prophetarum tubæ paulatim procedentes ſonantius cecinerunt, nam vltimæ voces quæ Euãgelica prædicatione factæ ſunt, auditum commouerunt: ſpiritu ſic per organa vehementius in poſterioribus intonante, organa vero & inſtrumenta vnũ ſonum ſpiritualem edentia, Prophetæ atque Apoſtoli ſunt quorum ſonus in Pſalmiſta dicit in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines terræ* Pſal. 18 *verba oris eorum.*

Si Deus cuipiam præſens, quid timere poteſt?

B *Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius,* 158.
Moyſes loquebatur, & Dominus reſpondebat, ex his verbis inſinuatur, quod Moſes poſtquã eduxit populum in occurſum Dei, aſcendit in montẽ Sinai: verum quomodo audet aſcẽdere, cum coruſcationes micent, mugiant tonitrua, caligine, fumo, igne totus mons repleatur, ex quo omnibus terribilis apparet? tum, cur non dicitur exterritus cum omnes alij maximo pauore cõcuſſi fuerint? nonne mõtem aſcẽderat, & Deo præſens cui loquebatur? ne mireris ergo, imperterritum eſſe, ſi enim Deus cuipiam

Cardin. Cajet.

præſens, quid timere poteſt? fauet Cajet. *Inter tot deſcripta tonitrua, fulgura, nubemque denſam in aere, ſupra montem ipſum omni ex parte fumãtem, cum tam vehementi ſonitu buccinæ intremente Monte, Moſes loquebatur cum Deo legiſlatore, &* C *Deus reſpondebat ei voce, & ſcriptum hoc eſt ad narrandũ quod Moſes non in raptu, nõ abſtractus à ſenſibus, non territus inter terribilia loquebatur cum Deo, ita vt in ſenſibili voce reſpondentẽ Deũ audiret, & ſcribantur verbis futuri temporis ad ſignificandum perſeuerantiam colloquij diuini, abſque impedimento ex tot ſonis & terribilibus.*

Verus Deus in vtroque teſtamento.

Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius. 159.
Moyſes loquebatur, & Dominus reſpondebat ei ſcilicet de medio ignis, & non ſolum hîc, ſed etiã in ſequenti cap. è medio igne edebat oracula: cum in die Pentecoſtes Spiritus ſanctus deſcendit ſuper Apoſtolos, nonne eis in igne datus ſimiliter vehementi flatu præeunte, ſicut etiam præiuit turbo antequam lex daretur, teſte Apoſtolo Heb. 12? cur in vtroque teſtamento D deſcendit Deus in igne & in eodem die? niſi vt verus Deus in vtroque agnoſcatur teſtamẽto, hanc rationẽ præbet S. Iſid Pel. lib. 1. Ep. 494. S. Iſidor. Peluſiota.
Quemadmodum legis primordia terrorem requirebãt qui auditores ad mandatorum obſeruationem conuerteret, ac Deus è medio igne oracula edebat, ſic etiam poſt Domini & ſaluatoris noſtri reſurrectionem, Spiritus ſanctus Apoſtolis in igne donabatur vehementi flatu præeunte, vt vnus Deus in vtroque teſtamẽto cognoſceretur, etiam ſi alioqui inter prius & poſterius ingens ſit diſcrimen, illud enim typicis præceptis vtebatur, hoc autem veris rebus ac doctrinis emicuit.

Deus principibus populi magnam ab eo vult deferri reuerentiam & ſubmißionem.

Sonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, 160.

Moyſes loquebatur, & Dominus reſpondebat ei, in Hebræo, additur in voce ſenſibili, ita vt ab omni populo facile huiuſmodi colloquium mutuum audiretur. ſed cur inter vtrumq; ſolũ hic ſermo auditur? cur neceſſe eſt vt populus audiat Moyſem Deũ interrogantem, & Deũ ei reſpondentem? vt Moſi maiorem deferrent reuerẽtiam, cum proprijs auribus eum cum Deo familiariter tanquam amicum cum amico, loquentem experirẽtur, *Fuit facta iſta locutio*, ait Abulenſ. *inter Deũ & Moyſem alta voce, vt audiret populus, & videret, quomodo Moſes loquebatur cum Domino, & darent ei magnam authoritatem credentes tanquam Deo.*

Abulenſ.

Si vere ſis pœnitens, vita & fama clarus eris.

161\. *Sonitus buccinæ paulatim creſcebat*, ſcilicet cum A dies tertius iam aduenerat, & mane incaluerat, noſter S. Antonius ait, Primus dies eſt peccati cognitio, ſecundus ipſius abominatio, tertius pro ipſo cordis contritio, quia adueniente mane gratiæ, & incaleſcente ſeu inclareſcente, tum audiri incipiunt tonitrua gemituum, ſuſpiriorum, & accuſationum fulgura micare, & nubes denſiſſima, id eſt obſcuritas, pœnitentiæ operire montem, id eſt pœnitentem de fæcis & miſeriæ valle tanquam montem eleuatum] ſed cur clangor tubæ auditur cum tuba canere non debeamus, cum bonis ſtudemus operibus? reſpondet præfatus ſanct. *Clangor buccinæ, id eſt bona vita & fama vehementia perſtrepit, vt vbi ſuperabundauit delictum, ſuperabundet & gratia.*

S Anton in Exodum.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

V*Vlg.* Deſcenditque Dominus ſuper mõtẽ Sinai in ipſo mõtis vertice, & vocauit Moſem in cacumen eius, quo cum aſcendiſſet.

B *Sept* Deſcendit Dominus ſuper montẽ Sina

Cald. Et reuelatus eſt Dominus ſuper montem Sinai in vertice montis.

EXPOSITIO.

D*Eſcendit Dominus ſuper montem Sinai*, per effectum loquendi ad Moſen, & ad populum, *in ipſo montis vertice*, licet aute Deus deſcenderit in montem in igne, in cacumine tamẽ verius ſecũdũ apparentiã exiſtebat gloria Dei, ibi enim maior caligo, & denſior nubes conſpiciebatur, & ideo dicitur hîc quod deſcenderit ſuper montem in ipſo montis vertice, *& vocauit Moſem in cacumen eius*, cum enim antea loqueretur Deo à vertice montis diſtabat, nunc autem cum iubetur conſcendere.

CONCEPTVS.

Magis inueſtiganda eſt Dei voluntas, quam eius eſſentia.

162\. *Deſcendit Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice*, ad quẽ aduocans Moyſem, dixit, vt iuberet populo, ne limites ſibi præfixos vellet tranſgredi: ſed cur toties idem præceptũ inculcatur? an ita labilis memoriæ populus, vt illud facile non retineat? certe ſi rem diligenter perpenderis, inuenies Dominũ præcepto huiuſmodi curioſitati Iſraelitarũ obuiam iuiſſe, Dominus enim noluit hic ſimilitudinem aliquam corporalem aut imaginem populo demonſtrare, quæ ad colendum Deũ vſurparetur, ſed voluit reuelare ſentẽtiam animi ſui & manifeſtare vocem ſuam, ex qua cognoſceretur, quid recte agendum ſit, vnde in Deut. cap. 4. dicitur, non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte, decepti faciatis vobis ſculptam imaginẽ: ſed cur auertuntur à cognoſcẽda Dei eſſentia? nonne omnium bonorum pelagus? ita equidem, ſed magis inueſtiganda eſt Dei volũtas, vt ei obediamus. annuit Lipp. *Homines eo ingenio naturaliter præditi ſunt, vt magis ſcrutentur eſſentiam & formam Dei quã voluntatem & mandata eius, quare fieri ſolet vt euaneſcant in cogitationibus ſuis & pereant, neq; enim eſt homo qui poſſit in hoc ſeculo eſſentiam & formam Dei cognoſcere: mandat igitur Deus Iſraelitis ſeueriſſime, ne quis in montem aſcendat, vt hoc præcepto auocet ipſos à curioſitate inueſtigandæ eſſentiæ & formæ Dei, & aſſuefaciat ipſos audire potius quæ ſunt* C *verba & mandata eius, quam ſcrutari quæ ſit forma eius, & obſeruare magis quod loquitur nam quomodo loquatur: idem ſignificauit Angelus cũ Deo colluctatus, cur quæris inquiens nomen meum, quod eſt admirabile? Geneſ. 32 & Angelus colloquens cum Manue Iudic. 13. non enim vult Deus vt eſſentiam eius in hoc ſæculo inueſtigemus, in futuro enim ſæculo videbimus eum ſicuti eſt, facie ad faciem, nunc autem inueſtiganda eſt voluntas eius, quæ nobis à verbo illius reuelatur, & huic volũtati obediendum, ſic enim fiet vt tandẽ Deum perfecte agnoſcamus.*

Deut. 4.

Lippom.

Geneſ. 32.

Verbum Dei vltra omnem creaturam eſt, cum ſit ipſe filius Dei

163\. *Deſcendit Dominus ſupra montem Sinai, & vocauit Moyſem in cacumen eius*, Iudæi putauerũt D Moyſem quoniã hoc in loco montem aſcẽdit, & in tenebras ingreſſus fuit, ipſam Dei naturã ineffabilem oculis ſuis vidiſſe, quod vt ſaluator noſter excluderet tanquã falſum ait, non quia patrẽ vidit quis niſi is qui à Deo eſt, hic vidit patrẽ, quaſi diceret, nolite, quę naturã excedũt, poſcere, vel quod omni creaturæ impoſſibile eſt ad illud temeraria cogitatione delabi, nullus enim vidit Deum præter filium: quid inde colligere poſſumus: ſane verbum Dei vltra omnem creaturã eſſe Deique filium. hoc infert S. Cyrill. Alex. l. 4. ſup. Ioan. c 8. *Quomodo ſi eum nullus patrem vidit, & nihil id penitus poſſe præter filium, intelligimus, non erit vltra omnẽ creaturam filius? quomodo ſi omnia ſint ex Deo, vt ait Paulus 1. Corint. 8 nec quicquam præter filium patrem*

S. Cyrill.

1\. Corint. 8.

videat, non ex eo se quodam alio modo ex Deo quam creatura, id est [illegible] sinum Patris, non est, quam [illegible] cum omnia sint [illegible] Dei, ipse solus, idest [illegible] ex Deo est patrem videt? [illegible] per [illegible] ca filium autem altiore quodam & [illegible] modo ex Deo esse, quia ex Deo naturaliter, propterea ceteris non communicatur, quia creatura non est, sed patri consubstantialis [illegible] videbis prof[illegible] quo est, quomodo autem aut ipse patrem videt, aut pater eum lingua hominum dici non potest, intelligere tamen [illegible] vt deitatem decet.

Tanta est hominum curiositas vt ad eam coercendam pluries prohiberi debeat.

Descendit Dominus supra montem Sinai in ipso
164. *montis vertice* ad quem cum iussu Dei Moyses ascendisset, iussit vt contestaretur populum ne præsumeret eum conscendere, aliàs morte puniretur: nonne id antea iussum fuerat, sub grauissimæ pœnæ comminatione, non solum semel sed etia[illegible] iterum? cur ergo adhuc etiam vsque ad nauseam idem inculcat mādatum? quia tanta est hominum curiositas, vt ad eam coercendā, pluries prohibendus sit. *Ille populus*, (ait
Abulensis. Episc. Abul. *nunquam viderat magnalia Dei, maxime [illegible] fuisset in monte [illegible] eis, [illegible] ad intrandum in montem curiositate videndi, & sic non sufficeret primum mandatum de non transeundo terminos, quos eis dederat Moyses: voluit ergo Deus quod iterum eis darentur mandata, vt magis sic cauerent cum recentius & in præsentia Dei eis manderentur.*

Curiositas aliquando non in rei veritate, sed in imaginatione nostra consistit.

Descendit Dominus supra montem Sinai in ipso
165. *montis vertice*, quem cum ascendisset Moyses A iussit ei D[illegible] retur populum ne terminos [illegible] præfixos [illegible] tedi præsumeret, vt Deum videret, quid? nonne certissimum, quod licet montem conscenderent, minime se Deum visuros, vel Angelum Dei vices gerentem? ad quid ergo conscensus montis eis prohibetur? verum est nequaquam Deum vel Angelum visuros, sed imaginatiua quadam curiositate cū videndi ducebantur, quod rectè obseruauit cit. Episc. *Loquitur hic secundum vulgarem opinionem Hebræorum, sine [illegible] ipsi intendebant; non secundum veritatem sine Hebræi transissent montem sine non, non magis viderent Deum aut Angelum qui loquebatur loco Dei, quam si non intrarent, quia in monte nihil aliud erat nisi species ignis, & fumi, & nubis densæ, atque caliginosæ; sed ipsi Hebræi curiosi putabant quod intrantes in montem, viderent aliqua secreta Dei, scilicet quomodo formabatur illa vox in medio fumi, & ignis, & quis erat formans, vel quæ erant instrumenta formandi.* Tostat.

B

Præcepta Dei sublimia & cælestia.

Descendit Dominus supra montem Sinai, in ipso 166.
vertice montis, cur obseruatur quod in fastigiū montis descenderit, legem suam daturus, præcepta sua promulgaturus? nam satis erat dixisse, quod descenderit Dominus supra montem, cur obseruatur quod etiam in ipsius mōtis cacumen. bene Venerab. Beda in homil. vigiliæ Pentecost. *Et hic altitudo cænaculi* loquitur de loco in quo erant Apostoli cum super eos descendit Spiritus sanctus, in die sacro Pentecostes, *& ibi cacumen montis, sublimitatem præceptorum & donorum indicat cælestium, & quia nullus infimis adhuc desideriis inhærens, vel diuinis obtemperare mandatis, vel supernis possit dignus existere donis.* Beda.

VARIET. LECT. Vers. 21.

VVlg. Dixit ad eum, & contestare populū, ne forte velit transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. B

Sept. Descendens, testare populo, ne forte appropinquent ad Deum, ad spectandum, & cadant ex eis multitudo.

Pag. Contestare populum, ne forte destruat terminum, vt ascendant ad Dominum, & videant, & corruat ex eis multitudo.

Arias. Descendit Dominus super caput montis, & clamauit Dominus ad Mosech ad caput montis.

Onk. Ne forte rumpāt in præsentia Domini.

CONCORDIA.

REctè reddidit interpres, ne velint transcendere terminos, sed quia verbum יהרסו ieheresu futurum ab הרס haras propriè etiam D significat diruere ædificium, & diruptionem facere, hinc alij vertunt, ne forte dissipent seu destruant terminum: nam, vt diximus, cancellis quibusdam termini vltra quos transire non deberent, signati erant, & sic cum proprietate etiam dicitur, ne forte destruant.

EXPOSITIO.

Deut 31. COntestare populum, idem est contestari hic quam præcipere & admonere, vt Deuter. 32. ponite omnia verba hæc quæ ego testificor vobis hodie, vt mandetis ea filijs vestris custodire. & 4. Reg. 17. testificatus est Dominus
4 Rg. 17. in Israel, & in Iuda per manum omnium Prophetarum, & videntium dicens, reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea: & hinc est quod testimonia passim pro præceptis ponuntur, quia Deus illis testatum reliquit quid vellet, aut quia cum attestatione quadā præcipere solet; crebro enim repetit in lege, ego Dominus & in hac significatione sumitur testimoniū in Psal. 98. custodiebant testi- Psal. 98.
monia eius, & præceptum, quod dedit illis, &
Psal. 118. custodiuit anima mea testimonia tua, Psal. 118.
& dilexit ea vehementer; seruaui mandata tua & testimonia tua.

CONCEPTVS.

Deus etiam in comminationibus ſeuerus clementiſſimus.

167. *Conteſtare populum ne forte velis tranſcendere terminos*. aliàs qui aliud præſumeret, morte puniendus foret: ſed cur tot repetitæ commi-nationes mortis? vt quanta ſit in peccatores clementia Dei innoteſcat, qui pluries eos moneat, ne legum ſuarum tranſgreſſores punire teneatur, *Audis*, inquit Oleaſt. *quanta ſit diuina clementia, quæ toties admonet, ne tranſgreſſores punire contingat.* Oleaſt.

Inobedientia ita ſeuere aliquando punitur, vt vno delinquente, plures puniantur.

168. *Conteſtare populum ne forte velit tranſcendere terminos*, ne limites tranſire, aliàs inquit Deus, B peribit ex eis multitudo magna, quid ſi vnus curioſitate ductus, non paruerit præcepto? nonne ſufficiet ipſum ſolum pœnam luere? talis eſt inobedientia, & ita ſeuerè aliquando punitur, vt vno Dei præcepta tranſgrediente plures ſeuerè puniantur, ſic cecinit auctor Moyſis viatoris lib. 8.

Auctor Moyſis viatoris.

Conteſtare duces iterum, deuotaque ſacris
Primigenum capita, & vulgi temeraria vota:
Ne propoſi ſeruare auſint, excedere fines,
Aut temerare gradu ſignata limina templi.
Non etenim mihi ſolus erit quicumque profanos.
Tranſtulerit greſſus, fundent contagia pœnas,
In populum multi paſſim diſcrimine nullo,
Vnius commiſſa luent.

Deus tunc maior apparet hominibus cum magis ipſe ſe deiicit & ſe humiliat.

169. *Conteſtare populum ne forte velit tranſcendere terminos*, in quo cum Moyſe ſermones miſcet, & tanquam amicus cum amico loquitur: ecce in ſe multum Deus minorari videbatur ſic deſcendens, ſic ſe aptans & deiiciens cum homine collocuturus velit è cœlo in montem deſcendere: verum an reſpectu populi minor cenſebatur? imo maximus, cum deſcenſum eius videret, fulguribus, tonitruis, ignibus comitatum: nec miror quod maximus videatur, nam tunc ſic talis apparet, cum deſcendit, cum magis ſe humiliat: mens fuit Cyrill. Alex. l. 7. de adorat. S. Cyrill. *Deſcendit in montem ille ſuper omnia Deus, deinde vocatus aſcendit Moyſes, nec enim contingit, vt ad ſublimitatem veræ Dei contemplationis poſſit ſe quiſquam attollere niſi ſeipſum demiſerat Deus, & ita ſe accommodauerit vt ad eum mentes noſtræ poſſint accedere] demittat ſeſe Deus, & quaſi ſe minuret ad captum hominum, ſi ſublimiter velit apparere homini, nunquam homo grande quid & ſublime in Deo contemplatur euidentius, quam vbi Deus ſeſe demittit & quaſi minorat vt capiatur ab homine.*

Magna ſcientia eſt cognitio ſui.

170. *Conteſtare populũ ne forte velis trãſcẽdere terminos*, cum cognitã haberet nimiam populi ſui A curioſitatẽ in ſublimiũ perſcrutatione non ſibi tunc licita, iuſſit Moyſes ne conſcendere præſumeret montem, eo fine vt Deum videret, quid? nonne perfectiſſima eſt Dei cognitio? quot Theologi laborant in perſcrutanda Dei natura? in attributis eius agnoſcendis? cur ergo ab hac remouetur populus Iudæorum cognitione? quia ſui notitiã nõ habebat, illa autẽ omnibus præferẽda ſaluti neceſſaria; fauet B. Aug. lib. 4. de Trinit. cap. 1. *Laudabilior*, inquit, *eſt animus* B. Aug. ... *cui nota eſt vel infirmitas ſua, quam qui ea non perſpecta, rerum terreſtrium cœleſtiumque tenet ſcientiam, vias ſyderum etiam cogniturus, aut qui iam cognitas tenet, ignorans ipſe qua via ingrediatur ad ſalutem ac firmitatem ſuam*, vnde rectè Clemens Alexand. lib. 3. Pædag. c. 1. ait maximam Clemens Alexand. eſſe ſcientiam ſui cognitionem.

Licet Deus gratioſus ſit ſibi obedientibus, tamen ſeueriſſimus ſibi inobedientibus.

Conteſtare populum ne forte velit tranſcẽdere terminos, ſi autem ſecus faceret, peribit ex eis 171. maxima multitudo, quid? nonne gratioſiſſimus fuit hominibus in lege naturæ? nam poſtquam primos parentes condidit, tria præcipue eis cõtulit dona, primum ſpirituale, ſecundum corporale, tertium temporale: & illud donum ſpirituale nonne adhuc triplex? primum enim fuit ſociatio, quia dedit vnicuique Angelum in cuſtodẽ, ſecundum fuit illuſtratio, nam & ita C eximiũ ſcientiæ donũ cõceſſum eſt, vt vix comprehẽdi poſſit, tertiũ cognitio Dei: ſecundũ itẽ donũ corporale fuit etiam triplex, primũ dicitur impaſſibilitas, quia ſi in innocentia perſeueraſſet, corpus eius impaſſibile fuiſſet, adeo vt nullum fuiſſet ſui deſtructiuum, quin facile recuperaret: ſecundum immortalitas, per peccatum enim intrauit mors in mundum, ait Apoſt. Rom. 5. tertium fuit fœcunditas, nempe Rom. 5. ſine dolore. donum etiam temporale fuit triplex, 1. dicitur collocatio, quia collocauit eum in paradiſo voluptatis, ſecundum fuit æquiparatio, quia nullus alteri dominaretur, ſed omnes terræ dominarentur, (hoc intellige quod nullus alteri ſeruiſſet coactè & violenter, libere autem & per complacentiam hoc minime negandum) tertium dominatio reſpectu D omnium animantium, volucrum & piſcium. ſi ergo Deus ita clemens & gratioſus in lege naturæ, cur ita ſeuerus in lege ſcripta, vt propter montis conſcenſum velit plurimam hominum multitudinem perire? verum eſt quidem Deum clementiſſimum & liberaliſſimum fuiſſe in lege naturæ, ſed ſibi obedientibus, ſicut etiam in lege ſcripta, & in lege gratiæ, at ſemper ſeuerus erga inobedientes in omni lege, quod doctiſſime probat noſter Michael de Mediolano concionator Apoſtolicus qui florebat anno 1470. in lib. de ſermonib. ſuper Decalogum Michael de ſer 3. in a. & 3. par. & ſerm. 4. in a. & 3. part. ſi- Mediolano militer, in a. ſic autem ait, *Dico diuinam ſeueritatem inobedientibus in lege ſcripturæ terribiliter demonſtratam, ad obediendum diuinis mandatis ſummopere nos prouocare.*

VARIET. LECT. Verſ. 22. & 23.

VVlg. Sacerdotes quoque qui accedunt ad Dominum ſanctificentur, ne percutiat eos.
A
Sept. Et ſacerdotes qui appropinquabant ad Dominum Deum, ſanctificentur, ne forte interimat de eis Dominus.

Cald. Sacerdotes quoque qui ad miniſtrandum coram Domino ſanctificentur, ne forte iraſcatur in eis Dominus.

Onk. Imo & ſacerdotes qui appropinquant vt miniſtrent coram Domino, ſanctificent ſe.

Pag. Ne forte in eis ſcindat, aut diuidat eos comminando.

Vulg. Dixitq; Moyſes ad Dominũ nõ poterit vulgus aſcẽdere in montẽ Sinai, tu enim teſtificatus es, & iuſſiſti dicens, pone terminos circa montem & ſanctifica illum & ſanctifica eos.

Cald. Quoniam tu conteſtatus es nos dicens, pone terminum circa montem.

Sep. Termina montem & ſanctifica eos.

CONCORDIA.

Æquiuoca eſt verbi פרץ Pharas ſignificatio, nam diuidere, diruere, cogere, multiplicare tranſire terminum interpretatur; ſed contendit Oleaſt. ſolum ſignificare diuidere, ſeu ſcindere & multiplicare, quia id quod diuiditur multiplicetur in partes, ſed an doctior Oleaſt. Vulg. interprete & Sept. qui reddiderunt percutere vel interimere? ſic accipiendum
B
etiam quoad ſenſum, quis enim ſenſus, ne rupturam faciat in eis aut diuiſionem? ne intelligere velit de diuiſione violenta animæ à corpore, Cald. diuerſo modo legit, ne fortè iraſcatur eis Deus, verum in eumdem ſenſum redit cum Vulg. nam iraſci Dominum, eſt iuſte punire, videlicet percutiendo, interficiendo aut alio modo.

EXPOSITIO.

Sacerdotes etiam qui accedunt ad Dominum, per prolepſin hoc intelligi debere, de his qui ſacerdotio Aaronis eſſent initiãdi plures arbitrati ſunt: ſed non erat neceſſe eos ſpecialiter de ſanctificatione admoneri, qui ſibi
C
tũc temporis nec ſacerdotium peculiariter arrogabant, nec ratione ſacerdotij, ac maioris cum Deo coniunctionis poſſent ſibi præ cæteris arrogare illum in montem aſcenſum: alij aſſerunt per ſacerdotes intelligi principes laicos, ſed non ita cenſendum, nam de diuino miniſterio deſtinatis hic agitur, dicitur enim qui accedunt ad Dominum, per ſacerdotes ergo intellige primogenitos qui tũc ſacerdotum functione litabant. alij addunt & patres familias, ſed arbitror non omnes, ſed ſolum aliquos in ſingulis tribubus deſignatos, vt principes ac capita tribuum, qui pro populo ſacrificarent, *Sanctificentur*, eo modo quo diximus ſuperius, & immunes ſe exhibeant à tranſgreſſione terminorum, neque exiſtiment quod liceat ipſis, auctoritate ſacerdotij, præſcriptos terminos contra Dei mandatum tranſire, *ne percutiat eos* Dominus morte corporali, quibuſuis trangreſſoribus terminorum infligenda, *dixit ne Moyſes*, diuinæ cupiens inhærere allocutioni & morari cum eo, *ad Dominum*, non oportet te ſollicitum eſſe de tali euentu propter quem me deſcendere præcipis, *quoniam non poterit vulgus*, non audebit, non præſumet cognito præcepto & pœna appoſita ei qui limites tranſierit, *Tu enim teſtificatus es & iuſſiſti*, vltimum præcedentis declaratiuum, *ſanctifica illum*, ſegregando illam montis partem, quam terminaueris ab acceſſu quotumcumque vt pote tuæ præſentiæ dicatam, quam à quibuſuis contingi fas non eſt, *vel ſanctificare*, id eſt denunciare, quod erat ſanctus mons ideſt conſectatus præſentiæ Dei ſaltem pro aliquo tempore.

CONCEPTVS.

Inter iacula Dei in perdendis impiis ſecurus ſtat ſeruus Dei.
D

Non poterit vulgus aſcendere in montem, ni velit perire vel iaculis, vel lapidibus, vel alio mortis genere. inter tonitrua & fulgura, Deus veniebat, vt legem Moyſi daret, ſed quis auderet tunc illi monti appropinquare? quis tonitrua illa non timeret, ac fugeret? nonne ille Deus omnes à ſe arceret, ingentique terrore percuteret? abſit, ea enim ſunt iacula quæ à Deo mittuntur, vt certiore deſtinato ictu impios quatiant, iuſtos & bonos relinquãt ſecuros & impauidos. quo reſpiciebat Theod. homil de Natiuit. Chriſti to. 6. Conciliot. in Epheſ. appendice 5. c. 2. aiens, *Sic aliquando Iudæis apparuit timorem iniiciens indeuotis, nec concutiens famulum, ſed gratia magis & benitate euocans eũ*, quid mirabilius? horrenda ſonabant tonitrua, fulmina iaculabãtur, perſtrepebãt ignes à Deo excitati, quæ ad multitudinem populi directa, indeuotos timore feriebãt, famulũ autẽ nec cõtingebãt, qui diuini gratia colloquij fruebatur.

Theodor.

Non imperioſe ſed humiliter dura præcipienda, ſi fieri cupias.

Non poterit vulgus aſcendere in montem, qua de cauſa? ne videat Dominum qui maxima maieſtate in eum deſcenderat omnibus incutiens timorẽ, concrepãte buccina, mugientibus tonitruis, coruſcãte fulgure, toto mõte fumigante. ecce quãta maieſtas in legiſlatore? accedit autẽ Ieſus Matth. 5. vt noui teſtamenti mãdata exhibeat longe illis maiora, vt notat Auguſtin. 172.

S. Auguſt.

&longe ſtrictiora, vt obſeruat Nazianzenus A
in oratione 42. & qualiter accedi[illegible], viden[illegible] Ie
ſus turbas [illegible]ſcendi[illegible], & cum ſediſſet, acceſſerunt
ad eum diſcipuli eius, & aperiens os [illegible]um do-
cebat eos dicens, beati pauperes. hic tanta ma-
ieſtas, ad quid: vt dicatur non furaberis, non
concupiſces, ne aliena tollantur: illic [illegible]t mone a-
mur abiicere & propria, tanta humilitas ſonat:
quid hoc eſt? plane vt maiora & noua er[illegible]t per-
ſuadeda, mādata ſic imperialē [illegible]ieſtuoſ[illegible]mq;
S. Leo. voluit dimittere ſpecie: ad hæc Leo ſer. in feſto
omnium Sanctorum ait, *Ex ipſa loci quali[illegible]ate,*
ſignificat ſe eſſe, qui Moyſem quondā ſuo dignа-
tus fuiſſet colloquio, illic quem terribiliore iuſtitia,
hic autem ſacratiore clementia, vt impleretur quod
Hierem 31. *fuerat Ieremia promiſſum. ecce dies veniunt dicit* B
Dominus, & conſummabo ſuper domum Iſrael, &
ſuper domum Iuda teſtamētū nouum poſt dies illos
dabo leges meas in ſinu eorum. & in ſinu ipſorum
ſcribam eas: qui ergo locutus fuerat Moyſi, locutus
eſt Apoſtolis, & in cordibus diſcipulorum velox
ſcribentis verbi manus, nam teſtamenti decreta cō-
debat nulla vt quondā circumfuſa nubium craſſi-
tudine neque per terribiles ſonos atque fulgores.
Antiquitus [illegible] maieſt[illegible]tis ſatellitia, erāt
nubes, tonitrua, caligines, buccinæ, dum leges
ſcriberentur in codice: nunc ſecretiorem cle-
mentiam præ ſe fert Dominus, & ma[illegible]ſtate ſe-
poſita, familiarit[illegible]tem oſtendens maiora man
dat, & ſimul ea ſcribit in audientiū cordibus.

Chriſtus D. poſt conuiuium Euchariſticum
quam iniuriarum patiens.

173. *Non poterit vulgus aſcendere in montem*, gra- C
uiſſimam enim aſcendenti pœnam impoſuiſti,
nam lapidibus obruendus, vel iaculis interfi-
ciendus? ecce quam terribilis Dominus ille ac
legiſlator, quis poterit ſtare ante conſpectum
eius? tempeſtas valida in circuitu illius, imo to-
nitrua & fulgura: ſed quandonam tanta ſeueri-
tas? ſ[illegible]ne ante inſtitutionem Euchariſticam, at
poſt nouiſſimum celebratum Paſcha, tam mā-
ſuetus deinceps, tam patiens iniuriarum, vt iam
nimia diſſimulatio haberi poſſit ipſis recenti-
bus ſacramenti ſpeciebus: ſacrilegus māducat
buccellam Iudas, nec moritur, cum tamen vē-
turos nepotes eius ſupplicio edoceri congru[illegible]
videretur. Apoſtatæ diſcipuli audaciam quot
ſecuti de Catholicis? nam hæreticorum contu-
melias quis referat? tacet tamen ad hæc omnia,
nec deſunt qui vltionem ſumere poſſunt. *am-*
biunt enim (inquit Paſchaſ. Corbeiens. prolo-
S. Paſchaſ. go tractatus de ſacram. Corporis & Sanguinis
Domini.) *Electorum ſexa[illegible]inta fortes ex for-*
tiſſimis ſupernorum, ſi quis ſuperciliosſus, immundus
vel indignus acceſſerit, vniuſcuiuſque enſis ſuper
femur vibrat, vt talium retundat audaciam, ſed
quam ſero, quam raro retundit, quid hoc eſt?
niſi quod ante conuiuium Euchariſticum ſeue-
riſſimus, ſed poſt illud manſuetiſſimus, clemē-
tiſſimus, & patiētiſſimus. auctor huius cogita-
Gerſon. tionis eſt Cācell. Pariſ. tr. 9. ſuper Magnificat.
Contemplare quanta erat patientia Chriſti, quanta
beatorum Angelorum aſſiſtentium, dum tolerarent
indignitatem pertractantium hec ſ[illegible]cramentū, cum
illi tāta ſeueritate puniebantur, accedentes ad mō-
tem Sinai, vnde & beſtia ſi tetigiſſet montē obrue-
batur lapidibus: ſepe autem poteſt in hoc ſ[illegible]cramen-
Matth 26. *to conqueri Chriſtus, manus tradentis mecum in*

menſa, & illud, Iuda oſculo filium hominis tradis? Luc 22.

Etiam admonendi qui admonitione credunt
ſe non indigere.

Non poterit vulgus aſcendere in montem iſtum, 174.
ſic [illegible] ſacerdo[illegible], ſic [illegible] p[illegible]cep[illegible]ſti, ſacer-
dotes quoque qui accedunt ad D[illegible]minum ſan-
ctificentur. nonne ſacerdotes ſunt, & ideo ſan-
cti[illegible] tenentur [illegible]d D[illegible] [illegible] accedūt,
cur ergo monentur de [illegible] [illegible]atione: quia
plurimes [illegible] [illegible]nores [illegible] officij, vt neceſſa-
ria ſit admonitio, & [illegible]quando reperita, vt id
[illegible] *[illegible] admonendi ſunt* inquit Oleaſt.
Oleaſt. *vt aliquid faciant, qui [illegible]e putant admoni-*
tione non indigere, aut ſibi ip[illegible] [illegible]: quemad-
modum admonendi [illegible] munditia apud eum qui
ſe mundos in con[illegible] [illegible] [illegible]
de iuſtitia. qui ſua iuſtitia fidunt [illegible] [illegible],
qui ſuam iactant pulchritudinem; admonentur
etiam prelati eos admonere, quos viderint negli-
gentiores in his quæ ſibi neceſſaria ſunt.

In dignitate conſtituti, multa ſibi licere putant,
quamuis alijs prohibita.

Non poterit vulgus aſcendere in montem iſtum, [illegible]
ſed ſanctificetur in diem tertium, ſicut e[illegible] [illegible]ſa-
cerdotes: nonne ſacerdotes [illegible] [illegible]
eſt D[illegible], cur ergo [illegible]
mores [illegible] [illegible],
quilibet alius [illegible] populo [illegible]
mortis pœna iuſſum eſt, ne quis [illegible]
montē conſcendere: nec fines [illegible] contingere,
nonne ſacerdotes etiam ſunt de populo? I[illegible]
cur er[illegible] ſpecialiter de ſanctificatione admo-
[illegible]entur, & de non cōſcendendo monte? quia in
dignitate conſtituti, multa ſibi licere p[illegible]tant,
quamuis alijs prohibita. *Facta eſt mentio ſacer-*
dotum in ſpecie obſeru[illegible] Lippom. *& quod ipſi* Lippom.
vtpote ſacrificantes Deo ſunt propinqui, & hinc
occaſionem ſ[illegible] [illegible] aſcendendi in montem a[illegible]u-
mere poterant, iubentur igitur & ipſi ſacerdotes
vna cum populo ſanctificari, & iuxta mandatum
Domini in[illegible] ſepta manere, neque exiſtimare quod
licebat ipſis authoritate ſacerdotij preſcriptos ter-
minos contra Dei mandatum tranſilire.

Quod illicitum, ſit tibi tanquam impoſſibile.

Non poterit vulgus aſcendere in montem, quid
ais ô Moyſes an volun[illegible] [illegible] deficit [illegible]d montem
cō[illegible]ndendum, vt quæ in eo fiant curioſe per-
ſ[illegible]utetur? tum, an vtroq; pede captus, vt limi- D
tes præfix[illegible] [illegible]ire non valeat. ne dixeris ergo
vulgus aſce[illegible]dere montem non poſſe. nōne hoc
illicitum erat ex Dei præcepto? recte er[illegible]o d[illegible]-
xit non poterit vulgus aſcendere in monte[illegible],
quia quod illicitum, debet eſſe nobis tanquam
impoſſibile.

Sacrificiis maxime Deo appropinquatur.

Non poterit vulgus aſcendere in montem, ne 176.
etiam præcipui ex eo nempe ſacerd[illegible], [illegible]e qui-
bus ita ſpecialiter loquitur, ſacer[illegible]es qui ac-
cedunt ad Dominum ſanctificen[illegible]r quid? ita
accedunt [illegible]d Dominū per inquiſitionē alicuius
arcani ab ipſo, ſicut & P[illegible]ophetis datum fuit &
maxim[illegible] d[illegible] de ſacerdotib[illegible], qui induti Eph[illegible]d
& Rationali, aliqui[illegible] D[illegible] inquirebant[illegible]
aſſero, cur er[illegible]o d[illegible]nt[illegible] potius a[illegible] [illegible]tes ad
Dominum quam alij? quia ij ſi nuniſt[illegible]bant:

ſed ratione cuius miniſterii proximiores Deo dicuntur? ſactificiorum cauſa. Toſtati eſt obſeruatio. *Sacerdotes qui habent officium accedēdi ad Deum ſcilicet faciendo ſacrificia quod eſt quadam ſpecialis miniſtratie, per quā magis acceditur ad Deum quam per alias, quia iſta ſacra eſt.* (Abulenſis)

Vnuſquiſque intra limites ſtatus ſui ſe continens, Dei poterit percipere magnalia.

177. *Non poterit vulgus aſcendere in montem*, nec etiam ſacerdotes, ſed omnes maneant intra terminos ſibi præfixos, aliàs pœnā mortis luet qui aliud facere præſumpſerit: ſed mihi videtur cōtrarius Dauid Moyſi, qui Pſ. 33. omnes vt ad Deū accederent inuitat, accedite ad Deū (inquit) & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur; quid autem Moyſes? cauet non ſolum vulgus ſed etiam ne ſacerdotes accedāt, quid? an vterque ſibi contrarius? nequaquam ſane, Dauid enim inuitat omnes ad acceſſum, Moyſes autem remouet ab aſcenſu, vt ſuperiora non petant, ſed omnes in infimo loco maneant, ſic enim magnalia Dei continget percipere. (Pſalm 33.)

Eccleſiarum conſecrationem quis condemnare poteſt?

178. *Non poterit vulgus aſcendere in mentem*, circa quem terminos pones, ne quis eos tranſgredi audeat, mōtemque ipſum ſanctificabis: nonne vbiq; eſt Deus? nonne cœlum & terrā implet? cur igitur hic mons ſanctificari potius debet, quam quilibet alius terrarum locus? quia hunc ſpecialiter elegerat ad legis donum, & promulgationem, & ad gloriam maieſtatis populo ſuo repræſentandam. quis ergo negare poteſt niſi hæreticus, locum qui particulariter eligitur à Deo, vt ibi ſuam diuinam maieſtatem vel per miracula vel per ſpecialem cultum oſtendat, ſanctificari non debere præ alijs? quis ergo cōdemnabit Eccleſiarum ſanctificationem, id eſt conſecrationē, cum in illis ſpecialiter Deo ſeruiatur, cum in illis ſacrificium incruentum quotidie offeratur? vnde rectè Fœlix 4. ſummus Pontifex Epiſt. 1. *Iudæi loca in quibus Domino ſacrificabant diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata, nec in alijs quam in Deo dicatis locis munera Domino offerebant: ſi enim Iudæi qui vmbra legis deſeruiebant, hæc faciebant, multo magis quibus veritas patefacta eſt, & gratia, & veritas per Ieſū Chriſtum data? tēpla Domino ædificare, & prout melius poſſumus ornare eaque diuinis precibus, & ſanctis vnctionibus ſuis, cum altaribus & vaſis veſtibus quoque, & reliquis ad diuinum cultū explendū vtenſilibus deuote & ſolemniter ſacrare? & in alijs locis quam in Domino conſecratis Miſſas celebrare, nō ſacrificia Deo offerre debemus, & hoc ſi ſumma neceſſitas agere compulerit, non in domibus, quia in ſacris canonibus ſacrificia in domibus offerri prohibita ſūt, ſed in tabernaculis, diuinis precibus à Pōtificibus dicatis, & in menſis Domino ſacratis, & ſacra vnctione à Pōtificibus delibutis, pro ſumma, vt præfixum eſt, neceſſitate, quoniam neceſſitas non habet legem.* (Fœlix 4. Pontif.)

Confeſſio nec illius circumſtantiæ à ſacerdotibus alijs aperienda.

179. *Sacerdotes autem ne tranſeant terminos, & nec aſcendant in mentē.* Noſter S. Antonius Padua. ait, Mons iſte Sinai qui interpretatur menſura confeſſionem ſignificat, quæ bene mons dicitur propter ſui eminentiam, peccati ſcilicet remiſſionem: quænam enim pōteſt eſſe maior excellentia, quam peccati remiſſio? menſura, propter culpæ & confeſſionis commēſurationem, peccator enim debet commenſurare, vt culpa confeſſioni reſpondeat, & è contra quatenus nec minus dicat propter verecundiam vel timorem, nec plus addat ſub humilitatis ſpecie, quam ſe rei veritas habet: verum cur non ſolū hunc montem conſcendere debent, ſed nec etiam attingere? reſpondet præfatus Doctor. *Montem aſcendere eſt ſecretum confeſſionis denudare, cauete ergo ô confeſſeres, ô ſacerdotes, ne in hunc montem aſcendatis, non tantum dico aſcendatis, ſed etiam nec fines ipſius tangatis, fines montis ſunt circumſtantia confeſſionis, quas nec verbo nec ſigno, nec alio quocumque modo quis debet tangere, ſed proh dolor! ſunt quidam qui montem timent aſcendere, ſed fines illius non verentur tangere.* (S. Anton. in Exod.)

VARIET. LECT. Verſ. 24. & 25.

Vulg. Cui ait Dominus, vade, deſcende, aſcendeſque tu & Aaron tecum, ſacerdotes autem & populus ne trāſeant terminos, nec aſcendant ad Dominū, ne forte interficiat eos.

Cald. Sacerdotes autem & populus non trāſgrediantur, vt aſcendant in conſpectum Domini, ne forte iraſcatur contra eos.

Sep. Sacerdotes autem & populus ne vim faciant aſcendere ad Deum, ne ſorte perdat de eis Dominus.

Pag. Ne ſorte diuiſionem faciat in eis.

Onk Sacerdotes vero & populus non prodeant, vt aſcendant præſente Domino, ne forte interficiat eos.

Ar. Mont. Sacerdotes & populus ne diruant ad aſcendendum ad Dominum, ne forte diuidat in eis.

Oleaſt. Principes & populus non deſtruant terminos.

Vulg. Aſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narrauit eis.

Sept. Deſcēdit autem Moyſes & dixit eis.

CONCORDIA.

SAtis diximus in concordia lectionum verſiūs præcedentis, de ſignificatione verbi פרץ & ſic quid à nobis dictū conſule; in nullo enim alio differre mihi videntur, niſi quod hoc in loco velit Oleaſter nomen כהנים ſumi pro principibus, quod aliæ lectiones nō admittunt imo nec ratio, cum ſit ſermo Dei de his qui accedunt ſpecialiter ad Dominum.

EXPOSITIO.

CVi ait Dominus, in ſententia perſiſtens nec admittens mutilam minuſque ſatisfacientem rationem Moyſis, *vade & deſcēde ad conteſtandum*, ne velint aſcendere, & comperta legatione, *aſcendes tu & Aaron tecum*, vt vobiſcum loquar, ea quæ non poterit populus à me A audire, *ſacerdotes autem* primogeniti & patres familias vel præcipui inter eos, *ne forte interficiat illos*, nihil tale cogitantes, *deſcenditque Moyſes*, poſtquam ſtetit in vertice montis cum Domino, *& narrauit eis*, quæ ei Deus præceperat.

CONCEPTVS.

Prælati ne nimium fidant ſubditis.

179. *Vade, deſcende*, dicturus iterum ſacerdotibus ne præſumant terminos ſibi præfixos tranſire, nonne iam Moyſes dixerat Deo populum nequaquam tantæ temeritatis futurum vt mon- B tem cōſcenderet pœna comminatoria ita graui interueniente? cur iubet iterum Deus, vt derelicto monte, in inferiores illius partes deſcendat id populo dicturus? ſciebat Deus non nimium eſſe ſubditis fidendum, & ideo pluries admonēdus, obſeruatio eſt Hieron. ab Oleaſt. Non debet prælatus facile ſubditis fidere, ſed ad cuſtodiam ſemper eos debet habere ſuſpectos, & terminos & conteſtationes & admonitiones multiplicare, Moſech enim tāquam nouitius prælatus facile ſubditis fidit, ac vnica admonitione videtur eſſe contentus, Dominus autem qui nouit quid in homine mali lateat, admonitiones multiplicat, terminoſque præfigere præcipit.

Oleaſt.

Ex quo Deus factus eſt homo blanditia & amor in nos. C

180. *Vade & deſcende ne populus & ſacerdotes tranſeant terminos, ne forte interficiat eos Dominus*, quis rigor pro aſcenſu montis, qui terribilis factus eſt eis cum vndique fumum emitteret, ignem quaſi ſpiraret &c? quantus tremor cum legem Deus primo daturus eſt? nihilominus fractæ illius tabulæ à Moyſe propter vehemētiam doloris, ob populi Idololatriam: renouantur iterum canones antiqui, ſed abſque metu & terrorem incutientibus: cur in principio terribilis creator, deinceps blandus? vide, primæ tabulæ ſolo Dei adintotio confectæ, nam & dictauit tantum ipſe & ſcripſit pariter. ſecundæ autem tabulæ, à numine quidem dictatæ, ſed à Moyſe ſcriptæ, igitur ibi Deus ſolus, hic Deus D & homo ſimul; quid eſt Deus pariter & homo, niſi Dei incarnati ſymbolum? ergo Deus creator antequam & habitu inuentus eſt vt homo, omnia terrifica, aſpera, formidanda tonitrua, fulgur, poſtquam factus eſt quaſi vnus è nobis, ceſſit tempeſtas, & horror, quia primæ tabulæ veteris teſtamēti ſignificabāt tēpora, nec mirū quod pauorem incutiant, trepidare faciant, quia autē poſteriori decalogo Euangelium & gratia adumbratur, tranquillitas, eſt & malacia. ſic Auguſt. quæſt. 166. in Exod. *Certe ergo repetitio legis nouum teſtamentum ſignificat; illud autē vetus ſignificabat, vnde fractum & abolitum eſt, maxime quia cum ſecundo lex datur, ſicut illa in tanto ſtrepitu ignium, nubium, & tubarum, vnde tremefactus populus dixit, non loquatur Deus ad nos ne moriamur; vnde ſignificatur timor eſſe in veteri teſtamento.*

S. Auguſt.

Fœminæ pudicitia vel in leuiſſimis ipſa poteſt ſordeſcere, & nocere alijs.

Vade, deſcende, conteſtaturus iterū populum, 181.
B & ſacerdotes, ne velint montem aſcendere, imo nec fines illius tangere, quod ſi quis id attētare præſumpſerit, morte punietur: quid rigidius vt caueat ne aſcendant in montem? & merito; poſſet enim mōs fœdari ſub pedibus hominū, at amplius prohibentur, ne tangant montem. Deus bone! ſic caues, vel minimū tactū vaſtiſſimo monti, quid mons recipere poteſt damni ex leui tactu hominū? crediderim pudicitiam humanam monte eſſe, in quem ſalit Dominus, de quo ait Cant. 2. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, nimirum puriſſimis, pudiciſſimiſq; Mariæ viſceribus; quæ puritas fœminea vt mōs eſt cœlos pertingens, ſic adeo in leuiſſimis ſordet, vt merito cauere debeat, vel leuiſſimum tactum hominis, rem pulchre cecinit Nazianz. C in Iambico 1. de pudicitia inquiens.

Secumque tectis ſaepe nec fratrem cape. S.Gregor. Nazian.
Spectare morbi fomitem quid attinet?
Non eſt quidem hoc fædum, & memoria ſordida,
Vel ſola patri te crede ſoli, & Deo.
Fugiant vt olim beſtiæ montem Sina.
Cum lex tabellis ſculperetur, caeteri,
Intacta ſunt hæc victima & virgo manu,
Fugiat prophanas illa viſum, hæc omnium.

Vt victima ſacra manus vitat prophanas, vt mons Sinæ cauebat vel leuiſſimum tactum, ſic fœmina pudica, vel iactum oculorum, vel leuiſſime videre & videri timeat, vt quæ ſciat vel à ſola memoria contrahi ſordes.

Prælati ad tempus contemplationi valedicant vt ſubditorum curam gerant.

D *Vade, deſcende*, quid eū vt in verticē montis 182.
aſcēderet vocaſti? ibi diuini ſuauitate colloquij fruitur, ecce contēplationi ſuperiorum intime adhæret: cur ergo dulcedinē tuæ viſionis derelicturus ad populū deſcendere tenebitur? quid niſi cum omnium prælatus, & eorum curam gerere debeat, ne quid cōtra voluntatē Dei attentare audeant. hæc erudite hîc obſeruat Abbas Tuicēſis, *Ait ille vade, deſcende hoc in exemplum eorū qui populo Dei præficiendi erant, ſicut Moyſes, dictū vel factū eſt, quibus ſupernorum contēplationi arctius inhærere cupientibus, nonnunquam cauſa vel cura ſubditorum impedimento ſit, exemplo namque ſimul & imperio ſaluatoris qui de ſinu Patris propter nos exiuit, coguntur interdum omittere dulcedinem altiſſimæ cōtemplationis, & condeſcendere paruulis, vt cum eis agant de carnalibus negocijs.*

Rupert.

Voluntati Dei ſub quocumque prætextu ne reſiſtamus.

Vade & deſcende, nonne tibi dixerat Moy-
185. ſes, populum minime montem conſcenſurum,
nec terminos ſibi præfixos tranſgreſſurum?
tum quia tibi præcipienti obedire tenetur,
tum ex timore grauiſſimæ pœnæ: cur igitur ei
iniungis, vt deſcendat iterum conteſtaturus
populum? vt ſcias voluntati Dei ſub quocum-
que prætextu non eſſe reſiſtendum, ſed ilico
parendum, *In eo quod Dominus* (inquit Epiſc.
Lippom. Meton) *cogit Moyſem vt obſequatur præcepto,
& deſcendat, admonemur nos, ne reſponſemus
præcipienti Deo, ſed quid Deus iudicat neceſſa-
rium, hoc vt neceſſarium exequamur, etiam ſi hu-
mana rationi longe aliud viſum fuerit.*

Lex ſcripta ad paucos, lex gratiæ ad omnes ſpectat.

Vade & deſcende, tamen iuſſu ſuo ipſum
184. montis verticem conſcenderat, in quo Deus
ipſum de lege ipſa inſtruebat, teſte Cajet. ſic
Caietan. dicente, Nominatur Elohim, vt intelligamus
quod Moyſes interrogabat, petens inſtrui de
eis quæ ſunt legis, quamuis in ſpecie non ſit
ſcriptum quid dixerint in colloquio: ecce er-
go vt ſolum Moyſem in monte de ipſa lege al-
loquitur, ſed cum Chriſtus Dominus in mon-
tem Thabor, quot erant quibuſcum loqueba-
tur Dominus? quinque erant, nempe Moyſes,
& Elias & tres diſcipuli, cur Deus ſolum cum
Moyſe in monte Sina cum legem daturus eſt,
& Chriſtus Dominus cum quinque in monte
Thabor? vt innueretur quod lex ſcripta ad
paucos, lex autem Chriſti Domini ad omnes
ſpectaret. fauet nobis Venerab. Beda. *Hic* Venerab.
vnus ille Dominum alloquebatur, quia ipſa lex Beda.
*non multis proficiebat, ibi autem quinque Chri-
ſtum alloquuntur, quia lex noua plures ad Chri-
ſtum prouocauit.*

Nihil Deo dubium.

Vade & deſcende, conteſtans populum, ne 185.
præſumat diutius audaci temeritate montem
conſcendere, ne forte interficiat eos, quid?
B nonne Deo notiſſimum eſt an ſuæ legis tranſ-
greſſores interfecturus ſit, nec neſcit ergo ad-
uerbio dubitandi *ne forte* vtitur? quid? an de
rebus futuris incertus? nonne ei omnia non ſo-
lum præterita, præſentia, ſed etiam futura ſunt
ei præſentiſſima? ita equidem, cur ergo ita du- Dion.
biè loquitur? rectè Dionyſ. Carthuſ. *Quod ait* Carth.
*ne forte, non intrat ambiguitatem, ſed libertatem in
Deo, qui omnia operatur non neceſſitate naturæ,
ſed ſecundum propoſitum ſuæ voluntatis atque
liberrime.*

SYNOPSIS
CAPITIS XX.

Die quinquageſimo ab egreſſu filiorum Iſrael de Ægypto, promulgat illis Dominus per Angelum, decem præcepta legis, idque in tanta maieſtate, totque terrorem incutientibus præmiſſis, vt territus populus renuat audire Deũ loquẽtem niſi per Moyſem mediatorem, cui præcipit Deus, ad maiorem idololatriæ execrationem vt altare de terra ſeu de non ſectis lapidibus faceret, ad quod non ſit per gradus aſcendendum.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

V*Vlg.* Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos. A *Sept.* Locutus eſt Dominus omnia verba hæc.

EXPOSITIO.

L*Ocutus eſt Dominus*, Angelus vicem Dei gerens, locutus eſt autem ex nube, vniuerſo populo audiente, non ſine miraculo autem cõtigit, quod ad tam numeroſam plebem nõ vox articulata Angeli, ſeu ab Angelo in aere formata peruenerit, *cunctos ſermones hos*, nempe tam præcepta moralia, quam iudicialia & cæremonialia.

CONCEPTVS.

Rationi conſentaneum, vt qui à Deo vitam ſe accipere cognoſcit, etiam rectam ab eo viuendi rationem accipiat.

1. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos*, vbi nam locutus? in deſerto, ſed qua de cauſa potius quam in vrbibus? non eſt dubium quin ſenſibilius experti ſint vitæ conſeruationem à Deo habere, cum panem cæli dedit eis, cum aquas amaras in dulces cõuertit, cũ è ſaxo duriſſimo, aquarum copiam effudit, quam ſi hæc omnia in vrbibus ſine miraculo acciperent: rationi ergo conſentaneum fuit, vt has leges acciperent in deſerto, nam qui à Deo vitam ſe accipere agnoſcit, rectam viuendi rationem ab eo accipere non renuet, quàm recte Philo Iudæus lib. de decal. *Quoniam oportebat perſuaſum eſſe mentibus, leges has non eſſe commenta humana, ſed oracula recta diuinitus prodita, ab-* B *ducta eſt multitudo longè ab vrbibus in vaſtam ſolitudinem omnium fructuum mitium ſterilem, atque aqua carentem limpida, vt conſtituti in ſumma cibi potuſque inopia, & ſalutis periculo, repente inuenirent oblatam rerum copiam, in panis vicem defluente manna cælitus, accedentibuſque in obſonium coturnicibus, aquis autem nunc odulcatis, depoſita ſalſugine, nunc è rupe, largo fonte promanantibus, ne poſt hac Nilum mirarentur, aut Deum eſſe nouarum legum auctorem ambigerent, ſumpto bonitatis eius experimento manifeſtiſſimo, in tam inſperato egeſtatis remedio: nam qui ope ſua vitam eis prorogabat, idem præſcribebat etiam bene viuendi formulas, alterum præſtans ſuggerendo commeatus quos non præparauerant, alterum ferendo leges profuturas corrigendis animis.* En vt libenter leges rectas admittimus ab eo, à quo vitam accepiſſe non dubitamus.

Non

Non lege ſcripta opus fuiſſet, ſi lex naturalis rectè obſeruata fuiſſet.

2. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos*, & licet hanc legem decalogi locutus fuerit, tameo etiam ab eo ſcripta permanſit: nonne dictamen rationis monebat, vt hæc decem præcepta cuſtodirentur? nam nonne omnes Sancti Priſci patres inuiolabiliter illa ſeruauere? cur nunc ergo neceſſe eſt, vt illa tabulis deſcribantur? quia à pluribus non ſolum neglecta fuere, non ſolum contemptui habita, verum etiam infracta & violata: non enim neceſſarium fuiſſe ſcripturis conſignare, ſi eorum tranſgreſſio non fuiſſet admiſſa: grauiſſima verba Caſſiani ſubijcio lib. 8. Collat. c. 23. Serenus

Caſſianus. Deus hominem creans, omnem ei naturaliter legis ſcientiam inſeruit, quæ ſi fuiſſet ab homine ſecundum propoſitum Domini, vt cæperat, cuſtodita, non vtique neceſſarium fuiſſet aliam dari, quæ per litteram poſtea promulgata eſt: erat enim ſuperfluum extrinſecus offerri remedium, quod adhuc intrinſecus tenebatur inſertum. Sed quia hoc, vt diximus, corrumpi cœpit libertate vſuque peccandi, velut huius exactor, & executor, ac vindex, & vt ipſis ſcripturæ verbis eloquar adiutrix appoſita eſt Moſaycæ legis ſeueriſſima ditaque diſtrictio, vt vel metu pœnæ præſentis non penitus bonum ſcientiæ naturalis extinguerent: ſecundum Prophetæ ſententiam, legem dans in adiutorium, quæ etiam ſecundum Apoſtolum pædagogus velut paruulis data fuiſſe deſcribitur; erudiens ſcilicet eos atque cuſtodiens, ne ab illa diſciplina, in qua naturaliter fuerant inſtituti quadam obliuione diſcederent: nam quia ſit homini omnis ſcientia legis ab initio creationis infuſa, hinc manifeſtè probatur, quod mandata legis abſque litteræ lectione ante legem, imo ante diluuium omnes ſanctos obſeruaſſe cognoſcimus.

Merito ſicut lex ſcripta legem naturæ ſequitur, ſic lex gratiæ ſcriptam.

3. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos*, nempe decem decalogi præcepta, cur placuit Deo noſtro, vt poſt tot annorum millia legem voluerit promulgare, tot ſæcula paſſus hominem ſine lege tranſire? quod ſi poſtea melius aliquid adinuenit, apparet cum in primordio mundi inferiora, vel deteriora ſapuiſſe, & poſt hoc velut experimentis edoctum, cœpiſſe rectiora proſpicere, ac principales ordinationes ſuas in melius emendare, quod immenſæ præſcientiæ Dei pœnitus conuenire non poterit, nec ſine ingenti blaſphemia: hæc de ipſa nec ſine hæretica inſania proferétur, dicente Eccleſiaſt. Cognoui omnia quæ fecit Deus ab initio ipſa erunt in æternum, ſuper illa non eſt quod addatur, & ab illis non eſt quod auferatur, cur ergo data lege naturæ alia ſcribitur, & tandem lex gratiæ promulgatur? audiamus cit. Caſſianum c. 24. *Apertiſſima ratione colligitur, nec legem iſtam præſcriptam litteris ab initio dari debuiſſe, erat enim hoc ſuperfluum fieri, ſtante adhuc naturali lege & integra permanente. Nec Euangelicã perfectionem* (Eccleſ. — Caſſian.)

tradi ante legis potuiſſe cuſtodiam, non enim poterant audire, qui te percuſſeris in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, qui contenti non erant talionis æquitate iniurias proprias vlciſci, ſed letales calces ac telorum vulnera pro alapa leuiſſima rependebant, & pro minimo dente percutientum animas expetebant, ſed nec illis dici poterat diligite inimicos veſtros, in quibus magnus fructus, & vtilitas ducebatur, vt amicos ſuos diligerent declinarent vero inimicos, & ſolo ab eis odio deſinerent, nec opprimere illos, & interficere feſtinarent. (Luc 9. — Matth. 5.)

Ne de tuis viribus præſumeres, lex tibi datur, vt tuam agnoſcas infirmitatem.

Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos, ſcilicet legem decalogumque, ſed cur legem tuo dediſti populo? cur ad eam ſeruandam compuliſti? nonne ſolo dictamine rationis, rectum viuendi inſtitutum ducere poſſunt? Conſulamus B. Auguſt. conc. 27. in Pſalm. 118. dicentem, *Quid eſt paruulus, niſi humilis & infirmus? noli ergo ſuperbire, noli de tua, quæ nulla eſt, virtute præſumere, & intelliges quare ſit à Deo bono bona lex data, quæ tamen viuificare non poſſit, ad hoc enim lex eſt data, vt de te magno paruulum faceret, ad faciendam legem vires de tuo non habere monſtraret, ac ſi inops indigens, & egenus ad gratiam confugeres, & clamares, miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: Hoc ergo ſcrutãdo intellexit paruulus, quod minimus Apoſtolorum Paulus, id eſt, paruulus oſtendit ideo datam legem quæ viuificare non poſſet, quia concluſit ſcriptura omnia ſub peccato, vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus: ita Domine, ita fac miſericors Domine, impera quod non poſſit impleri, imo impera quod nonniſi per tuam gratiam poſſit impleri, vt cum homines per ſuas vires id adimplere nequiuerint, omne os obſtruatur, & nemo ſibi magnus appareat*, idem habet de pœnit. medicina. 4. (S. Augu. — Pſalm. 50.)

Vt bene inſtituatur reſp. legibus neceſſarijs muniri debet.

Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos, expecta quæſo legem promulgare, cum terram promiſſionis armis obtinuerint, poſſeſſores illius effecti, cumque iam in rempublicam euaſerint, omni cum tranquillitate, nulloque periculi futuri metu agitati, tunc tuas leges audire poterunt: merito ante quam reſp. Iſraelitarum formetur, ſermones ſuos legales aperir, vt enim bene inſtituatur reſpublica, legibus neceſſarijs prius muniri debet: hanc rationem in medium adducit Philo Hebræus, *Quemadmodum qui longinquam nauigationem ſuſcipiunt, non inter ſoluendum è portu vela parant, & gubernacula, ſed antequam nauem conſcendant, inſtrumenta habent quæcumque ad propoſitum ſuum neceſſaria: ad eumdem modum dicebat, vt accepturi agros, & nouellas colonias non vna cum eis leges acciperent, ſed iam ante præparata haberent tabernacula, & vitæ regulas, ne rudes & inexercitati admonerentur ad rempublicam, cum ſatius ſit iam ante recepto iure conſociatos, ſua quemque obire negotia.* 5. (Philo lib. de vita Moyſ.)

R

Populo carnali carnalia præcepta, ſpiritualis dantur ſpiritualia.

6. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* inter hos aliqui erant carnales, vt, non concupiſces, non mœchaberis, alij autem cæremoniales, aut figuratiui, vti eſt victimarum immolatio, &c. Sed cur eis non promulgauit præcepta ſpiritualia, ſicut Chriſtus Dominus cum legem ſuam aperuit? quia popolo carnali, qualis erat Iudæos, præcepta carnalia danda, ſpirituali autem danda ſpiritualia. Nobis

S. Bernard. ſoffragatur B. Bernard. ſerm. 23. ex paruis, *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt; duplex in lege veteri præceptorum genus inuenio, ſunt enim moralia quædam, vt eſt non concupiſces, non adulterabis, honora patrem tuum, & his ſimilia: ſunt autem figuratiua, & vmbratilia, quædam, vt eſt taurorum immolatio, & ſanguis hircorum, verumtamen carnalis ille populus, nec illa implere poterat, nec in his obtinere ſalutem: vnde & Saluator in Euangelio legis præcepta improperat Phariſæis, quod propter traditiones ſuas, inuiti facerent Dei mandata, ipſa ſine dubio in quibus eſſet ædificatio morum, nam de cæteris ipſe loquitur per prophetam, dedi*

Ezech. 20. *præcepta mea bona, Ezech 20. Ipſa planè in quibus eſſet vmbra futurorum, quæ enim conſequentia, vt homine peccante, aries mulctaretur & diceret cum Propheta, cum Sancto ſanctus eris & cum peruerſo peruerteris? nouerat enim Iudæorum corda carnalia, vnde & carnalia eis tradidit ſacramenta, quæ non poſſent iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, in iuſtitijs carnis venit, proinde plenus gratia & veritate Chriſtus Dominus veſter, vt ex hoc ea moralia quidem impleantur per gratiam, quæ vero vmbratilia & myſtica fuerant, reuelata veritate deinceps, non ad litteram obſeruentur, ſed ſecundum Spiritum, ſpiritaliter intelligantur: propterea iam non aries, nec taurus, homine peccante, mactatur ſed viua corporis hoſtia, rationale & acceptabile ſacrificium in ieiunijs, & laboribus veniam meretur pariter & gratiam.*

Hæreticus eſt, qui legem Moſaycam à Deo non eſſe, nec bonam aſſeret.

7. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* ſi ergo Dominus locutus eſt hos ſermones, quomodo quis aſſerit hanc legem, quæ etiam dicitur Moyſis, quia deinde à Moyſe allata, & promulgata, non eſſe bonam? ſanè Manichæus:

S. Auguſt. teſte B. Auguſtino in lib. de lib. arbit. cuius fundamētum captioſum, & fraudulentū, iubet (ait) æterna lex auertere amorem à temporalibus, & ad æterna conuertere, ſed lex Moyſi conuertit animum ad temporalia, & auertit

Iſaiæ 1. ab æternis, iuxta illud Iſaiæ 1. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ergo contraria legi æternæ, nec ab ea procedens. Sed quis non videt nullius momenti eſſe hoc fundamentum? nam ſicot eſt vnus Deus auctor duorum teſtamentorum, ſcilicet veteris & noui, tamen in vno allicitur per æterna, ſcilicet in nouo, in alio ſcilicet in veteri per temporalia: quando ergo dicitur quod lex Moſaica auertit animum ab æternis, & conuertit ad temporalia, eſt dicendum qood quis conuertitur ad temporalia dupliciter, primo propter ipſa temporalia, vt fiat ibi ſtatus, & hoc non facit lex Moſaica: ſecundo propter æterna, & hoc modo hoc concedendum eſt legi Moſaicæ, quæ conuertit ad temporalia, vt ex his homo alliciatur ad æterna, ſcilicet vt ex dono moueat hominem, & alliciat ad amorem Dei.

Lex ſcripta tunc vtiliſſima, imo neceſſaria.

Locutuſque eſt Dominus cunctos ſermones hos, ſi abrogandi erant huiuſmodi ſermones, quantum ad plurima, vt videre eſt de cæremonialibus & iudicialibus, cur à Deo proferuntur? cur his ſilentio non obuolutis, non expectat Deus eam, quæ in finem ſæculi duratura eſt, legem promulgare? tum hæc lex nequaquam videtur vtilis, imo nociua, quia natura à qua homo eſt, ex Adā, indiget medico, ſed hæc lex nec præbet medicinam, nec morbi curationem, cum ex ea potius ſequatur morbus & infirmitas: ſed ne inutiles hos ſermones, quos hic Deus locutus eſt, dixeris, imo neceſſarios tunc temporis, nam vt optime noſter Alexander Alenſis 2. p. 8.

Sum. tract. de lege, *Lex naturalis includitur in lege Moyſi per explicationem in moralibus, lex vero gratiæ per figurationem in cæremonialibus, & ideo neceſſaria debebat ei quantum ad cæremonialia, & figuralia ante lationem ijs qui de populo Iudæorum erant.* Alexand. Alenſis.

Ijs autem quæ contra titulum huius conceptus obijciuntur, doctiſſime reſpondet noſter Mich. de Mediolanenſ. p. 5. ſer. 10. de quadr. de 10. præceptis. Sicut eſt ordo duplex diuinæ prouidentiæ, vnus principalis in quo ſtatuitur creatura, alius non principalis qui poſitus ad hoc, vt ſi homo ab aſſignato ordine receſſerit, inde repellatur: ita de lege omnino videndum eſt, vt poſtquam recedat homo ab ordine miſericordiæ; ſtatim fiat ſub ordine iuſtitiæ: & hoc eſt quod explicat Boetius dicens ordo cuncta complectitur, vt ſi quis ab aſſignato ſibi ordine receſſerit: in alium labatur, ita in lege fuit ordo principalis vt homo ordinaretur ad Deum, alius qui ordinabat hominem ad pœnam, qui à prædicto ordine recedebat: principalis ordo fuit, vt reprimeretur fomes peccati in homine, reduceretur homo ad gratiam, & ille fuit ordo miſericordiæ, quia inſtruebat inſipientes, coercebat peccatores à ſuo malo: ordo autem non principalis erat ordo iuſtitiæ qoi ordinabat hominem ad flagella ægritudinum: vt per hoc ad pꝛiorem ordinem reuocaret, ſi ab ipſo diuerteretur: vnde ſi contingeret aliquando peccare, reuocabat eum per flagella, & ille fuit optimus adducendi modus hominem ad ſalutem, vt malos flagellaret, & per hoc reuocaret peccare volentes, à malo coerceret, inſipientes inſtrueret. Lex ergo ſimpliciter erat in adiutorium ad bonum inſtruendum, coercendum à malo, non principaliter vt homo deficeret, fieret præuaricator, ſed vt morbo creſcente, & præuaricatione medicus quæreretur. Michael Mediolan. Boetius.

Præcepta legis moralis excellentiſſima ſunt.

Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos, nempe præcepta quæ ſequuntur, quæ vt vidimus 9.

ſanè magno apparatu data ſunt, verum quem A gradum excellentiæ ſortiuntur? an ſolum poſitiuum vel comparatiuum? cur non dicemus ſuperlatiuum? ſunt enim excellentiſſima, quod enim excellentiſſimum pluries repetitur, nonne in omni lege, tum naturæ, tum ſcripta, tum gratiæ, vel expreſſa vel ad ea referuntur? nam ad legẽ naturæ pertinere quis dubitat? nam ſunt prima præcepta quibus ſtatim ratio naturalis aſſentitur, ſicut manifeſtiſſimis principijs: tum non eſt dubium quod huiuſmodi decalogus, pertineat ad iuſtitiam, iuſtitia autem ad legem naturæ, nam priora tria ſunt de actibus religionis, quæ eſt potiſſima pars iuſtitiæ. Reddendi Deo debitum eſt de actu pietatis, quæ eſt ſecunda pars iuſtitiæ, alia vero ſubſequentia dantur de actu iuſtitiæ communiter dictæ, quæ inter æquales attenditur: certo certius, quod per- B tineant ad legem ſcriptam, cum hîc inſerantur, nec negare poſſumus quin etiam ad legem gratiæ, & in ea in maximo habita pretio, patet

Matth. 4. & 5. Luc. 13. Euangelia legenti c. 4. & 5. Matth. Luc. 13. imo cuidam interroganti, quomodo ſaluus fieret, dixit Chriſtus, *Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata, cui ille obiecit quæ? cui reſponſum à Chriſto non homicidium facies non mœchaberis, non furtum facies, &c.* imo tantæ excellentiæ, vt omnia ad ea reducantur, & quaſi in eis virtualiter contineantur.

Ne præcepta Dei nimium grauia dixeris.

10\. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* cur dixit ſermones? cur non præcepta nominauit, cum per antonomaſiam hæc Dei præcepta di- C cantur? quid quæſo leuius quam ſermo, quam verbum? ad hoc ergo vt denotarẽtur leuiſſima quidem eſſe Deum amanti, nomine ſermonum ſignificãtur, quorum leuitatem & facilitatem latè probat etc. Noſter eune. Apoſtolicus Michael de Mediolano ſer. 15. par. 3.

Michael Mediol. S Hieron. *Leuia ſunt ex tribus ex poſſibilitate 2. ex gratioſitate, 3. ex ſuauitate, de primo ait B. Hieronym. Anathema ſit qui dixerit Deũ aliquid præcepiſſe impoſſibile, imo*

1\. Ioan. 5. *Ioan. 5. dicitur hæc eſt charitas Dei vt mandata eius cuſtodiamus, & mandata eius grauia non ſunt*

S. Auguſt. *habenti ſiquid. charitatẽ facilia ſunt: vnde Auguſt. lib. de verâ innocentia c. 25. Omne præceptum Dei leue eſt amanti, nec ob aliud intelligitur dictum illud onus meum leue, niſi quia dat Spiritum ſanctum per quem diffunditur charitas in cor noſtrum: ſecundo facilia ſunt propter gratioſitatem.* D

S. Bonau. *nam vt bene noſter Seraph. Doctor in 3. diſ. 37. art. 1 q. 1. reſp. 1 ar. Deus ſic tribuit præcepta obligatoria, quod ſemper fuit prõptus tribuere gratiã adiutricem ad illa implenda: tertio facile ſeruantur propter ſuauitatem, quid enim ſuauius eſt quam Dei mandata ſeruare? inde Eccleſ. 23. ſcribitur,*

Eccleſ. 23. *nihil melius quam timere Deum, & nihil dulcius quam reſpicere ad mandata eius. ſed infecto palatio dulcia amara videntur, ita aſperis hominibus.*

Ita ſuauis eſt mandatorum Dei obſeruatio, vt tactus chordarum inſtrumenti muſici.

11\. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* non ſolum vt eos ſpecularentur, tanquam quid magnificum & excellens, ſed vt eos practicè cuſtodirent. Sed an iniucunda eorum obſeruatio? imo ita ſuauis, ita delectabilis, ac tangere A omni cum voluptate decem Pſalterij chordas.

S. Aug. Non diſſentit B. Auguſt. in lib. de 10. chordis, "Decalogus, *inquit,* legis decem præcepta habet, quæ ſic ſunt diſtributa, vt tria pertineant ad Deum, ſeptem ad homines: Hæc 10. præcepta ſunt 10. chordæ Pſalterij, quas tãgendo, feras peccatorum occidis, tangis primam, qua vnus colitur Deus, & cadit beſtia ſuperſtitionis: tangis ſecundam qua non accipitur nomen Dei in vanum, & cecidit beſtia nefanda hæreſum: tangis tertiam vbi pro ſpe futuræ quietis Sabbatum ſpirituale cuſtodis, & interficitur amor ſæculi: tangis quartam vt honorem parentibus deferas, & cecidit beſtia impietatis: non mœchaberis, tangis quintam quæ occidit beſtiam libidinis: non occides, tangis ſextam, & cecidit beſtia crudelitatis: non furtum B facies, tangis ſeptimam & cecidit beſtia fraudis: non falſum teſtimonium dices, tangis octauam & cecidit beſtia falſitatis: non concupiſces vxorem proximi tui, tangis nonam & cecidit beſtia adulterinæ cogitationis: non concupiſces rem proximi tui, tangis decimam & cecidit beſtia cupiditatis, & ita cedentibus omnibus beſtijs, ſecurus & innocens in dilectione & humana ſocietate verſaris."

Denarius præceptorum numerus innuit in nobis debere eſſe in 10. digitis manuum ad operationem regulandam, in 10. digitis pedum, ad dirigendos greſſus affectionis.

C *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* 12. quorum decem ſunt morales qui decem præcepta decalogi dicuntur. Sed qua de cauſa non nouem vel vndecim? cur denario numero comprehenduntur? cur non plura? cur non pauciora? omiſſis rationibus, quas noſter

Alenſis. S. Bonau. Doctor irrefragabilis 2. p. in tract. de lege, noſter Seraph. in 3. d. 37. art. 2. q. 1. in medium adducunt, cur hunc numerum præcisè attingant: quid noſter Lyranus in prologo de decem præceptis aſſerat, proferam;

Noſter Lyranus. *Sunt ſcripta in triplici parte corporis, videlicet in manibus, vt patet per decem digitos manuũ in pedibus per decem articulos pedum, & in ipſis ſenſibus propter ſenſus interiores & exteriores: ideo autem ſcripta ſunt in tribus partibus corporis prædictis, ad deſignandum quod præcepta diuina debent in nobis regulare manus operationis, dirigere greſſus affe-* D *ctionis, & moderari ſenſus, & motus conuerſationis tuæ, vt videlicet in omni operatione tua diuinum honorem attendas, & in omni affectione tua amorem diuinum exerceas, & in omni conuerſatione tua exempla ſanctitatis prætendas.*

Deus miſericordiſſimus in numero præceptorum ita exiguo promulgando.

13\. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos,* inter eos præcipui ſunt decem morales, quos etiam in lege naturæ ſeruare tenebantur, necnon etiam in lege gratiæ tenemur. Sed cum à lapſu primi hominis, ita innumera exercuerint ſcelera, vt diluuio quaſi coactus fuerit Deus, vniuerſum orbem purificare, & tranſacto di-

luuio genus humanum etiam corruptiſſime vi- A xerit, cur ſolum illud adſtringit in a exiguo præceptorum moralium numero? cur illud ſecundum ſuorum exigentiam delictorum non onerat? cur in infinitum non ea multiplicat, cum in infinitum peccata excreuerint? quia etiam in hoc maxima Dei miſericordia eluceſcit, qui noluit vltra modum, ſecundum delictum exigentiam præceptorum impoſitione nos onerare: quod ſic expendit Ioan. Gerſonius in tract.

Gerſonius. de decem præceptis c. 4. *Cognoſcens ipſe pyſſimus pater noſtram fragilitatem & exiguam potentiam, nequaquam requirit à nobis omne ſeruitium quod ſecundæ iuſtitiæ rigorem exigere poſſet dedit potius certum numerum præceptorum, quorum obſeruatio ſibi ſufficiens eſſet, quæ etiam legis decalogo contineatur.*

B

Præcepta Dei medicina competens vulnerum noſtrorum.

14. *Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos*, itane neceſſarios, vt his non cuſtoditis, vitam non conſequentur æternam, vt tanquam omnibus deſtituti viribus, iaceant infirmi: aduerte quæſo ex peccato primi parentis, naturam humanam fuiſſe triplici vulnere ſauciatam, primo quidem in rationali, quæ fuit obfuſcata, in cognitione primi veri, nam ante peccatum habuit ſynceram notitiam, à Deo per ſpecies ſibi intellectuales benigne conceſſas, ſed poſt peccatum ratio in tantum fuit depreſſa, vt per ſpecies corporales ipſam cognitionem diuinam oportuerit mendicare: ſecundo in concupiſcibili, quæ fuit vitiata in dilectione ſummi boni, C à puritate namque diuinæ dilectionis concupiſcipibilis depreſſa & contaminata fuit in amore terrenorum: tertio in iraſcibili, quæ fuit debilitata in deteſtatione mali, nam propter vehementiam paſſionum, homo in ſtatu naturæ corruptæ, non poteſt ita viriliter deteſtari malum, ſicut feciſſet in ſtatu innocentiæ; en quibus grauiſſimis infirmitatibus detinebatur homo! ſed in remedium earum, tibi dat Deus præcepta ſeruanda, quibuſcum Dei gratia hæc triplex infirmitas, ſeu vulnus ſanatur:

Noſter Lyran. Audi noſtrum Lyran. in prologo de 10. præcept. dicentem, *Primo rationem illuminant in perfecta cognitione primi veri, vnde Pſalmiſta, præceptũ Domini lucidum illuminãs oculos: ſecundo concupiſcibilem inflammant, in perfecta dilectione ſummi boni: vnde Pſalmiſta, ignitum*

Pſalm. 118. *eloquium tuum vehementer: tertio iraſcibilem* D *confirmãt in perfecta deteſtatione mali, quod petebat Pſalmiſta dicens, confirma me in verbis suis, & quia præcepta diuina ſic ſanant vulnera peccati, ideo conuenienter in ſcriptura ſacra nomine vnguenti ſanatiui exprimuntur,*

Eccleſ. 38. *Eccl 38. Vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſuauitatis. Nam ad ſanandum vulnera noſtræ mentis, pigmentarius Deus ipſe in apotheca diuinæ bonitatis per artem & magiſterium ſuæ ſapientiæ increatæ conficit vnguentum, & triplex antidotum peroptimè ſanatiuum, & hoc ex herbis nobiliſſimis adinuicem permixtis ex diuina ſcilicet miſericordia, & ex eius melliflua doctrina, & ex gratia diuinitus inſpirata, hæc autem artificio diuinæ ſapientiæ ſibi inuicem permixta illud vnguentum ſanatiuum conficiunt.*

A

Nulla excuſatio ſubeſſe poteſt, in Dei tranſgreſſione mandatorum.

Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos quos 15. vnuſquiſque ſeruare tenetur, ſed nonne ſub aliquo prætextu, quis ab eorum tranſgreſſione excuſari poteſt? nam in aliquo deficere videntur, cur enim honorem patri deferam, qui me inuiſum habet? cur nec fornicatio licita cum continere non valeam? cur furtum non permiſſum, cum maxima egeſtate tenear, alius autem omnibus eiſque ad ſuperfluitatem abũdet. &c. tum, cur hæc vox *Dominus* inſeritur? ne tibi aduleris, nam licet hæc obieceris, tamen mandata Dei, ita reprehenſione carent, vt in eorum tranſgreſſione, nec ex hoc capite, nec ex quo B cumque alio tibi poſſit ſubeſſe excuſatio: Suffragatur N. Seraph. Doct. ſer. 1. de 10. præcept. S. Bonau. *Quatuor ſunt quæ debent nos monere ad obſeruandum mandata Dei, primum eſt auctoritas mandantis, (Dominus locutus) ſecundum eſt obſeruationis mandatorum vtilitas, tertium eſt tranſgreſſionis periculum, quarum irreprehenſibilitas mandatorum, quando ille qui mandat eſt magnæ auctoritatis, & obſeruatio mandatorum magna vtilitatis, & in tranſgreſſione eſt magnum periculum, & irreprehenſibile eſt mandatum, tum nullus poteſt excuſationem habere de obſeruatione mandatorum.*

Præceptorum numerus quam recte ordinatus.

Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos, quo- 16. rum primus, non habebis Deos alienos coram me, vltimus autem, non concupiſces domum C proximi tui: cur quæſo inuerſo ordine, hos ſermones de præceptis moralibus non eſt locutus? cur quartus non fuit primus? cur primus non vltimus, & quartus, ſextus, vel ſeptimus? ne ordinem, quo à Deo prolati ſunt huiuſmodi ſermones arguas, ordinatiſſimi enim ſunt, nam finis præceptorum eſt charitas, duo autem ſunt actus charitatis, vnus ad Deum, alius ad proximum, tria autem pertinent ad dilectionem & cognitionem Trinitatis, ſeptem vero ad dilectioné proximi. Quæ ad dilectionem Dei pertinét, tripliciter accipiuntur, vno modo vt primum referatur ad patrem, cui per appropriationem attribuitur reuerentia ſummæ maieſtatis, quo prohibetur idololatria, & latria imperatur, cum dicitur, non habebis Deos alienos: ſecũdum refertur ad filium, cui per appropria- D tionem attribuitur reuerentia veritatis, cum dicitur, non aſſumes nomen Dei tui in vanum: tertium refertur ad Spiritum ſanctum, propter ſanctificationis nomen, quod eſt declaratiuum diuinæ bonitatis, quæ attribuitur Spiritui ſancto, cum dicitur memento vt diem Sabbati ſanctifices: alio modo ſumuntur ſecundum ordinationem hominis ad Deum, ſecundum dilectionem & charitatem, qua homo tenetur diligere Deum, ſecundum actum cordis, oris, & operis, primum ordinat hominem ad Deum ſecundum actum cordis, cum dicitur ego ſum Dominus Deus tuus nõn habebis, &c. ſecundũ ordinat hominẽ ad Deum ſecundũ actum oris, cum dicitur nõ aſſumes, &c. tertiũ vero ordinat hominem ad Deum ſecundum actum operis, cum dicitur, memento vt diem Sabbati ſanctifices: ſeptem autem præcepta quæ ordinant

ad dilectionem proximi ſic diſtinguuntur: nam quædam ordinant hominem ad proximum, ſecundum viam beneficentiæ, & ſic primum ordinat præceptum honorare patrem & matrem, in quo honoris nomine intelligitur omne genus beneficentiæ. Aut ordinant præcepta ad proximum, ſecundum viam innocentiæ, iuxta quem ordinem ſex conſtituuntur, quibus prohibetur omnis motus qui contingit moueri in nocumentum proximi: aut enim mouetur ſecundum actum interiorem, qui eſt cordis, aut ſecundum actum exteriorem qui eſt operis, aut ſecundum actum medium, qui eſt oris, qui communicat cum interiori & exteriori contra nocumentum, quo nocemus proximo. Secundum actum operis dantur tria, quia contingit tripliciter nocere proximo in perſonâ coniunctâ ſcilicet vxore, & ideo datur ſextum præceptum non mœchaberis, aut contingit nocere proximo in rebus ſuis, & ideo datur ſeptimum non furtum facies: contra nocumentum qoo nocetur proximo ſecundum actum cordis, dantur duo mandata nonum, & decimum non concupiſces vxorem, non concupiſces domum: contra nocumentum oris datur octauum, ſcilicet non falſum teſtimo-

A nium dices: en vt rectè ordinata ſunt Dei mandata! Non alienus ab hac ordinatione noſter Seraph. Bonau. in compendio Theol. veritatis de gratiarum ſanctificatione lib. 5. c. 59. ſic enim ait, *Quadam ordinant nos ad Deum, quadam ad proximum, quod Deus inſinuare voluerit, quando in duabus tabulis legem dedit: in prima tabula ſunt tria præcepta, qua pertinent ad Deum, quarum primum pertinet ad patrem, quia eſt de diuina vnitate, ſecundum ad Dei filium, quia eſt de iuramenti veritate, tertium ad Spiritum ſanctum, quia eſt de ſpirituali vocatione. In ſecunda tabula ſunt ſeptem præcepta ad proximum ſpectantia, quorum primum eſt de exhibendis bonis, vt eſt illud honora patrem, ſex reliqua de cauendis malis qua inferri poſſunt corde, vel opere, vel ore;*
B *opere lædimus proximum tripliciter, propter quod dantur tria præcepta, primum non occides, ſecundum non mœchaberis, tertium non furtum facies: ore quoque lædimus proximum, & eſt contra illud non dices contra proximum tuum falſum teſtimonium: corde lædimus proximum dupliciter, quandoque reſpectu rei irrationalis, de hoc dicitur, non concupiſces rem proximi tui, quandoque reſpectu rei rationalis. & de hoc dicitur, non concupiſces vxorem proximi tui.*

VARIET. LECT. Verſ. 2.

VVlg. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo ſeruitutis.

C *Pag.* Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te è domo ſeruorum.

Oleaſt. Qui exire fecit te.

CONCORDIA.

VErum eſt in Hebræo eſſe מבית עבדים mibet auadim, de domo ſeruorum, & vt Vulg. de domo ſeruitutis, ſed rectè Hebraiſmum reddidit, ſignificat enim de loco ſeruitutis, Dei virtute ereptum & licet in Hebræo deficiat verbum *ſum*, tamen apud Septuaginta exprimitur ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σοῦ.

EXPOSITIO.

E*Go ſum Dominus Deus tuus*, non deſunt qui hæc verba ad primum pertinere præceptum arbitrentur, ſed præfationem eſſe, quodammodo ad ſequentia Decalogi præcepta cenſemus, in qua ſe Dominum Deum populi appellat, vt intelligeret ſe iuſtè præcipere, & quibus implendis vires præbere ſufficientiſſimas, quia iniquus non eſt, *Qui eduxi te de terra Ægypti*, beneficium eximium erga populum Iſrael recenſet, vt ſeu timore, ſeu amore idem populus ad diuinas leges ſeruandas induceretur, *de domo ſeruitutis*, emphaſim habet hoc epithetum, indicat enim eo, quo ti-
D tulo habeat ſibi eum ad obediendum obligatum præ alijs titulis, quos habebat cum omnibus gentibus communes, nempe creationis, educationis, gubernationis, &c.

CONCEPTVS.

Quot titulis debemus Dei legibus obedire?

17. *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, cur hoc prældudio vtitur? nonne homagium erat populo Hebræo? tum, nonne immediatè poſt mugitum tonitruum, fulgurum coruſcationem buccinæ clangorem, intonare debuit, non habebis Deos alienos coram me? merito ante ſuæ legis promulgationem hanc præmiſit præfationem, vt ſciret populus, ſe non quocumque titulo, alijs gentibus etiam communi, ſed ſpeciali libertatis ab intolerabili ſeruitute, mandatis ſuis obtemperare teneri, *Duplici iure mihi deuinctus es* (inquit Oleaſt.) *ſcilicet pacti & libertatis! quoniam leges debent ſubditis tradi, oſtendit prius eos eſſe ſubditos ſuos & firmos, vt ſciant ſe aſtrictos ad leges ſuas.* Oleaſt.

Noſtri legiſlatoris maxima eſt prudentia, vt nos ad legum ſuarum obſeruantiam prouocet.

18. *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, quorſum hæc Domine? cur te eos eduxiſſe è domo ſeruitutis proclamas? nondum enim ſunt egreſſi ab Ægypto, & iam à memoria excidiſſe libertatem, quam tua virtute adepti ſunt, ſignificare videris? Hoc ergo præludio omiſſo, præcepta quibus obſtringendi ſunt, annuntia. Rectè cit. Luſitan. Luſitanus. *Vide legiſlatoris prudentiam, ſolens collata beneficia hominem retinere, ne benefactorem offendat, & libertas ad memoriam reuocata, ſeruum quaſi cogere ad obedientiam, ideo Dominus hæc duo promiſſis ante legem, vt Iudæos inuitares ad ſuarum legum obſeruantiam.*

Quantæ maieſtatis ſit legiſlator, notum debet eſſe.

19. *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, Philo & Ioſephus cum multis Hebræis, contendunt hæc verba pertinere ad primum Decalogi præceptum, ſed quotquot alij interpretes contrarium omnino recenſent: Sic autem Orig. hom. 8. Hic ſermo, nondum ſermo mandati eſt, ſed quis ſit, qui mandat oſtendit: ſed quæ neceſſitas, vt appareat quiſnam ſit, qui legem præcipere deberet? eo quod quantæ maieſtatis ſit legiſlator omnibus notum debet eſſe, vt ei libentius obtemperetur. Canisius. Hoc habet Caniſius in Catech. *Aptè decalogum exorditur à notitia ſui, & ab inſinuatione maieſtatis ſuæ, vt cognitum legiſlatorem magis renererentur, eiuſque mandatis propoſitis maior apud eos auctoritas conſtaret.* Præiuit Cardin. Cajetan. Cardin. Cajet. *Initium diuinæ legis tum auctoritas legiſlatoris, tum confirmatio cultus religioſi iam inchoati in populo Iſrael: quemadmodum enim princeps notus quidem beneficijs & obſeruantia, ignotus autem facie, quando præſens daturus eſt leges, à propria auctoritate incipit, dicendo, ego ille princeps quem colitis, qui olim contuli vobis talia: ita Deus daturus leges incipit à manifeſtatione ſui ipſius, tum quoad excellentiam naturæ, dicendo ego Dominus; eſt enim nomen tetragrammaton, nomen eſſentiæ diuinæ, omnino incommunicabile, tum quoad officium, dicitur enim Hebraicè Elohe tuus, eſt enim nomen iudicis gubernantis in iudicio & iuſtitia.*

Deus ſuos confirmat in cultus ſui perſeuerantia.

20. *Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti*, cum dicit *tuus*, id eſt, ſpeciali cultu ſibi à populo Iſrael exhibito, eſt enim omnium Deus, ſed cur eum alloquitur? nonne hoc ei aperire potuit Moyſes dicens, Dominus Deus tuus eſt? potuit iuſſu Dei, ſed ipſemet in Angelo voluit hæc populo annuntiare, vt præſentia ſua eos in cultu ſuo confirmaret: annuit cit. Cardin. Cajet. *Hæc verba propoſita ſunt à Deo ad confirmandum Iſraelitas in cultu ipſius, ſiquidem vim ad formandos animos, colentium Deum præſtat præſentia oblata ipſius Dei colloquentis cum ipſis è cœlis: vnde & poſtea hanc vim repetit ipſe Deus, dicendo vos vidiſtis quod è cœlo locutus ſum vobiſcum, & in hoc quia præſuppunitur (vtpotè inchoatus) cultus Dei præcipitur, non ipſe cultus Dei, ſed perſeuerantia in cultu, huc enim tendunt principaliter hæc verba.*

Renocat nos Deus à perſcrutanda eſſentia ſua, inducens ad ſuorum operum contemplationem, vt eum amemus.

Ego ſum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti, neſcio cur hoc epitheton liberatoris aſſumis, vt tibi affectum reddas populum. nonne dixiſti, quoniam Moyſi cupienti ex nomine te cognoſcere, ego ſum qui ſum, quod equidem nomen ſummæ maieſtatis eſt? dic nunc ſimiliter, ego ſum, qui ſum, non autem ego Deus qui eduxi: merito quidem aliud nomen aperit Moyſi, & aliud Iſraelitis, Moyſes enim Deum diligebat, populus autem prouocandus erat ad ſui amorem, ad quem efficacius allicitur ab operum Dei conſideratione, quam à diuinæ eſſentiæ cognitione & perſcrutatione. Sic ponderat Lippom. *Aſſumit Deus hoc epithetum qui eduxi te de terra Ægypti. quod optimo iure velut victor quiſpiam ac triumphator ſibi vendicat, quia vt ſcriptura loquitur, liberauit Iſraelitas ex Ægypto, brachio excelſo & indicijs magnis: maluit autem hoc epithetum vſurpare, quam dici Deus, qui eſt immenſæ & imperſcrutabilis maieſtatis, vt auocet nos à ſcrutanda eſſentia ſua, & aſſuefaciat nos cognoſcere ipſum ex operibus ſuis: vt apud Patriarchas qui præceſſerunt Abraham, dictus eſt Deus qui creauit cœlum & terram: ſic apud poſteros Patriarcharum dictus eſt Deus, qui apparuit patribus, poſteaquam autem Iſraelitæ ex Ægypto liberati ſunt, dictus eſt Deus qui eduxit Iſrael ex Ægypto, auocemus igitur nos à curioſa inueſtigatione diuinæ maieſtatis, & meditemur opera eius reuelata, & ad cognoſcendum propoſita: ſic enim fiet vt ad veram Dei cognitionem perueniamus.* 21. Lippom.

Non indiget Deus perfectiones ſuas in medium adducere, ſicut mortales, vt extollatur, ſed ſolum naturam ſuam.

Ego ſum Dominus Deus tuus, quid, ô Deus potentiſſime! nonne conuenientius eſſet vt ſubiungeres attributum omnipotentiæ, dominationis, perfectionis, dicens ego ſum Deus omnipotens, rex regum, non autem ſolum Deus? nam mortales, vt noti fiant vel præſentibus, vel poſteritati, nomini ſuo aliquod epithetum, vel gloriæ vel dignitatis, aut officij ſubiungunt, Ludouicus Rex Galliæ & Nauarræ, Ioannes Archiepiſcopus, &c. ne mireris, non enim indiget Deus perfectiones ſuas in medium adducere, ſicut mortales, vt extollatur, ſed ſolum naturam ſuam, omnium quarumcumque a lia- 22.

rum immenſum pelagus. contemplatio eſt A Epiſcopi Abulenſ. In hominibus nomẽ naturæ (Abulenſ.) nullam perfectionẽ dicit ideo adiungimus nomen dignitatis, ſcilicet Ioannes Archiepiſcop. in Deo autem contrarium, quia iſtud nomen *Deus* ſignat infinitam perfectionem, cum de ſe importet, id quo nihil melius excogitari poteſt alia omnia nomina quæ de Deo dicuntur deſignantia quandam dignitatem aut perfectionem, vt ſapiens, bonus, ſunt aliquid de perfectionibus latentibus in illo pelago infinito, importato per hoc nomen Deus: plures ergo perfectiones ſignificat hoc nomen Deus, quam quodlibet nomen iſtorum attributalium diuinorum, quia iſta dicunt, vt aliquid Dei quod tamen eſt id quod Deus &c. non nobis autem B quia natura non dicit aliquam perfectionem, quæ pertineat ad genus qualitatis, ſed ſolam perfectionem ſubſtantialem, quæ eſt gradus entis ſecundum latitudinem perfectionis ſuæ ſpeciei, ideo poſitis nominibus naturæ, apponimus nomina dignitatum, vt maiorem perfectionem aſſignemus.

Multis laboribus comparandum, quod Dominus nobis ſit Deus in particulari.

23. *Ego ſum Dominus Deus tuus* lego ſecutum Iſraelem ſiccis mare veſtigiis tranſiiſſe, & in littore eius hoſtes conſpexiſſe ſuffocatos, nec audio tamen ei dictum ego ſum Deus tuus: in C Mara aquarum amaritudinem conuerſam in dulcedinem, deinde duodecim fontes aquarum dulcium, palmaſque ſeptuaginta reperiſſe lego, & non audio ei dictum fuiſſe, ego Deus tuus: cur ergo poſt tot labores exantlatos in deſerto, cur poſt aquæ paniſque penuriæ tolerantiam, poſt terrorem ſibi incuſſum ab Amalechitis, & eorum victoriam, ſolum dicitur ei à Domino, ego ſum Deus tuus? quia multis ſudoribus & laboribus, comparandum nobis eſt, quod Dominus ſit nobis Deus in particulari. hoc ſubtiliter attigit Adamantius ho- (Adamant.) mil. 8. in Exod. *Hanc vocem in Ægypto poſitus audire non poteras, etiamſi tibi iniungatur, vt paſcha facias, etiam ſi accingaris lumbos & ſandalia accipias in pedibus, & azyma cum amaritudine comedas: ſed ne inde quidem profectus in* D *prima ſtatim manſione hæc audire potuiſti, nec in ſecunda, nec in tertia, nec cum transfires rubrum mare, etiam ſi ad marrham veneris, & fuerit tibi amaritudo & in dulcedinem verſa, etiamſi in Helim veneris ad duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta arbores palmarũ: etiamſi Raphidim præterieris cæteroſque profectus aſcenderis, nondum ad huiuſmodi verba idoneus iudicaris, ſed cum perueneris in montem Sina. multis ergo ante laboribus peractis, multis ærumnis, & tentationibus ſuperatis, vix aliquando mereberis audire à Domino, ego ſum Deus tuus:* tibi inſudandum, tibi laborandum, multa toleranda antequam Dominus in particulari Deus tuus manifeſtetur.

Deus non ſolum piè, ſed iuſte & honeſte viuere docet.

Ego ſum Dominus Deus tuus, quiſnam eſ-
24. ſet, & quantæ maieſtatis edocens mandata de- A calogi eis obſeruanda annuntiat, & primum, non habebis Deos alienos, coram me, pietatem eos edocet: verum an ſolum hæc inſtructio in Dei mandatis? nequaquam, non ſolùm enim in eis pie, ſed iuſte & honeſte viuere docet. hæc habet Theophil. ad Autolycum. *Nullum alium habemus legiſlatorem quam eum, qui re vera Deus* (Theoph.) *eſt, qui nos pie, iuſte & honeſte viuere docet, quod ad piam vitam attinet, ſic ait, non erunt tibi dij alieni præter me &c. vt bona faciamus, ſic nobis imperat honora patrem tuum & quod ad honeſtam & iuſtam vitam ſpectat ſic inquit, non mœchaberis.*

Longe liberalior in nos Deus quam in Iudæos.

B *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de* 25.
terra Ægypti, & de domo ſeruitutis, non cuiuſcumque, ſed intolerabilis, quid enim in conficiendis lateribus, in aduehendis paleis, cibis etiam denegatis, in conſtruendis ciuitatibus, quid non tolerastis? & ab his omnibus vos eripui: ſane non exiguum beneficium libertate, vita ipſa chariore, donari, & ideo tanquam quid maximum, non ſolum ſemel inculcat: fœlices vos quidem Iſraelitæ tanto liberatore, verum nihil habetis nobis exprobrandum, nam quoties diaboli ſeruitute tenemur, quoties à Pharaone tartareo opprimimur, toties eripit, toties libertate donat ſpirituali, non ſingulis, ſolum menſibus, vel horis, ſed ſingulis etiam C momentis, ſi ad eum debite conuertamur. hoc verè expendit S. Epiſcopus Veronenſ. lib. 3. (S. Zeno.) ſerm. decimo. *Iudæi maiores ſuos Pharaonis exercituſque eius, grauis ſeruitutis iugo depreſſos de Ægypto prædicant liberatos: à diaboli tyrannide, idolorumque turba violenta, non tantum noſtri maiores, ſed omnis Chriſtiana progenies de vero Ægypto, id eſt de iſto mundo ſemper momentis omnibus liberatur, ſemper ereptus eſt Iſrael de dura Ægypti ſeruitute, ſed vos longe fœliciores & in nos Deus liberalior cum ſingulis momentis eripiat, non à corporali ſeruitute, ſed ſpirituali*, & vt habet Antiochus homil. 86. *de domo ſeruitutis* (S Antioch.) *nempe obſcænarum ac turpium affectionum.*

Dominus Deus eſt ſpecialiter eorum, qui toto anhelitu ad terram viuentium peruenire deſiderant.

D *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de* 26.
terra Ægypti, ſufficientiſſime immenſam tuam agnoſcerent maieſtatem, teque ſummum liberatorem faterentur Iſraelitæ, tuiſque etiam hoc titulo, obtemperare tenerentur mandatis, licet etiam ſolum propoſuiſſes te Dominum Deum eos eripuiſſe à iugo Pharaonis, non addito pronomine, *tuus*, ſatis enim erat dixiſſe, ego ſum Dominus Deus, qui eduxi te de terra Ægypti, cur cum in montem Sinai peruenerunt, ſummo affectu terram promiſſionis poſſidere cupientes, audiunt hæc verba, ego ſum Dominus Deus tuus? quia profecto Dominus Deus eſt ſpecialiter eorum, qui toto anhelitu ad terram viuentium peruenire deſiderant. hæc habet Procop. *Omnis qui contempto præſenti ſæculo ſermonis diuini inſtinctu fuerit iuſſus iter facere, in regnum cœlorum, is inquam exiuit Ægypto liberatus, & ſolutus mundi negotiis &* (Procopius.)

malis, quæ nos excrutiant, hæc merito quis appellauerit domum ſeruitutis, talis exquirit domum libertatis ſcilicet Hieruſalem, volens conſiſtere in conſpectu Dei, & confiteri Domino & contemplari eius pacem in hunc modum Dominus ſuus ſit Deus, nec libertate fruitur in Ægypto, & ſi vel caturæ Agno Paſchali, nec in caſtris quæ alia mutauerunt ex aliis filij Iſrael, antequam venirent in terram promiſſionis: nec enim talis licet ſit manumiſſus tot modis libertatem veram capit, prius quam acceſſerit ad montem Dei.

A tranſgreſſione mandatorum Dei, te reuocare debuit quod omnia videat.

27. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, hoc prœmium eſt decalogi, dic ſolum ego Dominus tuus, cur præmittitur ad obſeruantiam mandatorum legis, nomen *Dei*, ego Deus? à quonam deriuatur Deus? B. Ioann. Damaſc. lib. 1. Orthod. fidei c. 12. ait ſecundum nomen eſt θεὸς, hoc eſt Deus, quæ vox vel à verbo θέειν ducta eſt, hoc eſt quia currat, & res omnes conſoueat, vel à verbo αἴθειν quod vrendi ſignificationem habet, vel denique ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι hoc eſt quod omnia perſpiciat, nihil enim ipſius oculos fallere poteſt, vtpote rerum omnium inſpectorem; perſpexit enim omnia priuſquam orirentur ea, videlicet citra vllam temporis intercapedinem cogitatione complectens] en cur præcepta ſua obſeruanda promulgans, Deus nominetur, vt omnes ab eorum tranſgreſſione reuocaret, cum ſcirent ſe legiſlatorem habere omnia etiam abditiſſima penetrantem! quis igitur obſecro præſumet mandata Dei contemnere, & infringere? quis adulterium, fornicationem, furtum audebit perpetrare, cum vtique à Deo videri credat? *Omnia enim*, vt habet Paulus Heb. 4. *nuda & aperta ſunt coram oculis Dei*: ô vtinam mortales illum oculum omnia videntem ſemper præ oculis, & in corde expreſſum haberent, non tam facile præcepta Dei infringerent, quis enim legem Dei præſumeret infringere, ſi ſe ab oculo Dei videri ſerio exiſtimaret? nam ſi nocte cum ſolus es in cubiculo, & forte adulterium aut quodlibet aliud delictum committere moliris, ſi te ab aliquo conſpici crederes, nonne erubeſceres, & ab inceptis ceſſares? ſic opinor, quis aut qualis eſt homo qui te conſpicit? peccator, & quid tibi quod te conſpiciat? num te perpetuis ſupplicijs adiudicare, aut aliquo genere tormentorum afficere poteſt? nihil horum, quali ergo pudore affici deberes, cum legem Dei proponis tranſgredi, cum certo certius tibi notum ſit, non poſſe Dei oculum fugere, qui te æternis ad ... poteſt ſupplicijs? in cum impio dixit ... c. 23. *Quis me videt? tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem vereor? delictorum meorum non memorabitur altiſſimus*: id merito à ſapiente reprehenditur, quod non intellexit quoniam videt omnia oculus Dei ... cognouit, quoniam oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominum corda intuentes, & partes abſconditas.

Eccleſ. 23.

S. Ioannes Damaſ.

Ad Heb. 4.

Licet Deus ſit celerrimus ad auxilium ferendum in obſeruatione ſuorum mandatorum, verum etiam eſt acerrimus in puniendis eorum violatoribus.

28. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, cum dictum à nobis ſit ex D. Ioanne Damaſ. Deum ſiue θεὸς non ſolum deriuari à videndo, ſed etiam à currendo, & vrendo, quid? an hæc proprietates ipſi conueniunt, cum de ſuorum agit obſeruatione mandatorum? quidni? propterea nomen traxit à currendo, quod incredibili ſumma quidem celerit. te accurrat omnibus ſe inuocantibus & ſua volentibus obſeruare mandata, ſed cur ab vrendo deducitur? quia ignis conſumens eſt, ſeueriſſimus vltor eſt eorum, qui ſua iuſſa neglectui habere præſumunt.

Dei ſeruitus vera libertas.

29. *Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de domo ſeruitutis*, quid inde nonne alterum imponis iugum, nempe mandatorum tuorum obſeruantiam? tum ſi Dominum te dicis, ſerui ergo tui ſunt, cur ergo in medium adducis, te à ſeruitute eos eripuiſſe cum denuo ſeruos tuos ſpecialiter conſtituas? verum eſt, ſed hæc ſeruitus maxima libertas eſt, hinc recte Orig. annotat tunc primum dici Hebræos eductos fuiſſe de domo ſeruitutis, quia tunc primum ad montem Sina, hoc eſt ad montem diuinæ legis acceſſerant: quamdiu enim diuinam ſeruitutem non ſubibant, veram libertatem non poſſidebant, in ſola igitur diuina ſeruitute vera libertas comparatur, quia in hac tantum ſæcularia negotia repudiantur, & quædam quaſi vincula profanæ ſeruitutis exuuntur. *Nam negotia ſæculi*, inquit cit. Adamant. *& actus carnis domus eſt ſeruitutis, ſicut è contrario relinquere ſæcularia & ſecundum Deum viuere, domus eſt libertatis.*

VARIET. LECT. Verſ. 3.

V*ulg.* Non habebis Deos alienos coram me.

Sept. Non erunt tibi alij dij præter me.

Cald. Non erit tibi Deus alius præter me.

Arias Mont. Non erunt tibi dij alij ſuper facies meas.

Oleaſt. Non tibi alius Deus, iuxta faciem meam.

Cypri. Non erunt tibi dij alij abſque me.

CONCORDIA.

VErtit coram me Vulg. Hebraicum על פני al phanai ſuper facies meas; ſed hic idiotiſmus, idem eſt quod in conſpectu meo coram me, vel præter me: ſcio in Hebræo eſſe verbūm ſingulare, *eris* cum nomine plurali *elohim* omiſſis aliis rationibus, quare ſingulare cum plurali ponitur, hæc non reiicienda, quod id ſolet fieri ad quid eximium, & excellens denotaudum, A quam loquendi formulam adhibemus, alloquendo illuſtriores perſonas: apud Iob behemot ponitur pro animante maximo, quodque ſit maius multis ſimul aliis, quin Eliezer famulus Abraham, poſuit manum ſub fœmore Domini ſui, Hebraice, dominorum ſuorum, imo Geneſ. 1. fiat lux, Hebraice יהי מאת fiat luminaria, & ſic hoc in loco, non erit dij alieni.

EXPOSITIO.

NOn habebis deos alienos, hæc prima præcepti clauſula, quod tribus conſtāt, nempe hac, non habebis deos alienos, 2. non facies tibi ſculptile, 3. neque omnem ſimilitudinem, non babebis deos alienos æſtimans res creatas tanquam Deos, ſolus enim ego ſum verus Deus. poſſumus per alienos intelligere Deos alienarum ge[ntium], quaſi alij ſunt, qui dicuntur dij Æ[gyp]tiorū; quaſi dicat, ego qui ſolus ſum verus Deus, dicor, & ſum Deus veſter, præter me vera alij ſunt Palæſtinorū &c. nolo vt hos recipiatis, quia alieni ſunt, imo nihil ſunt *coram me*, me præſente vel mecum, quo pacto gētes aliæ plures colebant deos, diique ipſi alios coli ſecum deos permittebant. imo id idololatriæ auctor B diabolus ac atheiſmi volebat ac procurabat, quod autem quidam in rudimentis fidei, ſiue catechiſmis ponāt primum præceptum Deum diligere ſuper omnia, id faciunt quia Chriſtus reſpondit cuidam quærenti, quod eſſet maximum ac primum, prin præcipuo dixit, alioqui non tam peculiare præceptum eſt, quam omnium finis, vt Paulus docet 1. Timoth. 5 Rom. 13. ſeu plenitudo & conſummatio, comprebendendo ſimile de dilectione proximi: quo autem pacto peccetur in hoc præceptum, & à quibus, non eſt difficile intellectu: ſed conſule auctores, qui de caſibus conſcientiæ doctè & diffusè ſcripſerunt.

CONCEPTVS.

Plebeius ac Rex ſi precepta Dei cuſtodiant, in eodem habentur honore, & vnus illa ſeruans adinſtar innumeræ eſt multitudinis.

30. *Non habebis deos alienos coram me*, an ſoli Moyſi loqueris, vel omnibus Iſraelitis? non ſolum præſentibus, ſed & futuris: cum ergo legem tuam omnibus omnino in vniuerſum, ſiue præſentis illius æui, ſiue futuri hominibus generaliter præſcribis, cur eos non in generali, vt res exigebat ſed in particulari alloqueris? vt eodem honore omnes & magnates & plebeios, nobiles & ignobiles mandata ſua ſeruaturos proſequatur. hanc inter alias in medium adducit Philo Alexand. lib. de decal. *Placuit* (inquit) *hac formula, vt lectores ſacræ ſcripturæ diſcerent quiddam valde pulchrum, & neceſſarium videlicet, vnumquemque tantiſper dum Deo paret, ac legibus, honore æquari frequentiſſimo populo, vel potius omnibus gentibus, addo amplius mundo etiam vniuerſo: quoniam alibi quemdam iuſte laudans inquit, ego ſum Deus tuus, ipſe autem erat etiam Deus totius mundi, ita qui pariter ſuum ordinem non deſerunt & imperatori pariter officium ſuum approbant in eodem habentur honore*. pende in eodem habetur bonore, & qui Deo paret & legibus æquari frequentiſſimo populo.

Vnicuique ſpecialiter iuſſum eſt Dei ſeruare mandata.

31. *Non habebis deos alienos coram me*, nonne toti mundo leges ferebat? quid ergo formulam C ſic vni tantum homini aptare voluit, ac ſi vnus omnino in mundo eſſet homo? nonne innumera fere hominum millia, mulieribus & pueris, qui vſum rationis attigerunt, non excluſis? dicas igitur non habebitis deos alienos coram me: dixit non habebis, ac ſi vnicuique in particulari loqueretur, vt vnuſquiſque ſciret ſibi iuſſum eſſe ſeruare mandata. ſic Philo præfatus, huic difficultati reſpondet. *Cur in concione tam multorum millium oraculum ſingulos non plures ait? quia qui concionem alloquitur, non ſemper interdicit aut præcipit, cum autem ſinguli admonentur quid agere debeant, omnes docentur eadem opera, & quiſque redditur obſequentior, ſibi dictum exiſtimans, qui vero cum cætera turba comprehenditur, eodem alloquio ſurdeſcit, turbam ipſam prætexens ſuæ contumaciæ.* Philo.

D *Deponant principes ſupercilium cum ſciant ſe eſſe eiuſdem naturæ cum aliis hominibus.*

Non habebis deos alienos coram me, an con- 32.
temptus gratia, tot principes populi, imo & vniuerſum populum alloqueris? nam cum honorifice aliquam ſalutamus, vel cum eo ſermones miſcemus, vel de eo habemus, eum in plurali nominamus, vt in concordia vidimus: cum ergo pluralitas perſonarum, pluralem loquēdi formulā requireret, ſane deberes dicere non habebitis deos alienos? ita loquitur vt tandem aliquando principes deponerent tumorem & arrogantiam, conſiderantes Deum eodem modo principem ſeu plebeium alloqui; tantique du-

vere ignobilem ſicut magnatẽ, & vtrũque eodẽ titulo honoris & obligationis eleuaſſe ad ſuorũ cuſtodiam mandatorum, quam acutè & eruditè præfatus Philo Sarur. exemplum hic datum eſt, ne quis vnquam rex deſpiciat priuatum obſcurumque ciuem, ſed doctus à ſacris legibus deponat ſupercilium faſtumque dediſcat: ſic ſecum veriſimiliter, imo verè cogitans, ſi ille ingenitus, immortalis, ſempiternus, nullius indigus creator rerum omnium, beneficus rex regum, & Deus deorum, ne humillimum quidem contemnere ſtuduit, ſed hunc quoque admiſit ad oraculorum ſuorum epulum, tanquam inuitato & ſoli paratum, ad exhilarandam animam, quantum fas eſt ſacris magniſque myſteriis initiatam: ego mortalis, cur m:- B flatus ceruicem erigam, efferens me vltra eiuſdem naturæ participes, fortuna impares mihi, non origine generis, eadem forma inſignitos, & mecum cenſos in hominum numero? exhibebo igitur me comem & affabilem, etiamſi terræ mariſque imperium aſſequar, homo enim cum ſim, non eſt æquum, vt maieſtatem tragicam in me recipiam, continebo me intra naturam meam nec tranſgrediar eius terminos.

Deus non modo communi totius mundi bono proſpicit, ſed priuatæ ſingulorum vtilitati.

Non habebis deos alienos coram me. cum ex
33. Alexandrino aliquas in medium adduximus rationes, cur Deus vniuerſum populum in D ſingulari alloqueretur? cur quaſi vnicus eſſet homo vniuerſa Iſraelitarum multitudo ei præcipit ſuas leges obſeruare, & pro eorum obſeruantia præmia pollicetur? ideo Deus gubernans, imperans, leges ferens, præmia promittens, dona diſtribuens vnumquemque hominem ſpecialiter alloquitur, vt publicarum curarum finis certiſſimum ſortiatur effectum, cum in priuatum quemque deſinit; quid enim ioanius, & à recta gubernandi ratione magis alienum, quam humanum genus, ſic curare generaliter atque fouere, vt ſinguli homines algeant & pereant? omnibus item omnino hominibus, aut præmia proponere, aut ſupplicia minari, cum huius prouidentiæ effectus in priuatum quemque deſinat? hoc Regius vates 47. indicat, cum ait, magnus Do- C
Pſal. 47. minus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri in monte ſancto eius: Dominum laude digniſſimum à magnitudine & beneficẽntia, quæ erga res amplas & excelſas, cum ingenti ſpleodore agitatas, verſatur, omnino prædicans, quod Eccleſiam quidem tum ſumma prouidentia, & ſapientia, tum ſplendide & magnifice gubernet, atque adminiſtret, eaque ratione ipſa ciuitas, regis magni iure optimo appelletur, de qua glorioſa dicta ſint & prædicentur. vnde ſignate egregia hæc Dei prouidentia elucear, ſic aperit Deus, in domibus eius cognoſcetur cum ſuſcipiet eam, ſiue vt ex Hebr. Hieron. in auxiliando, ſiue ad auxiliãdum & protegendum: & magni regis huius prouidentiam atque egregiam reip. adminiſtrandę rationem in eo ſigillatim proſpici, quod non ſolum communi vtilitati generatim conſulat, ſed ſingulis

A domibus ornandis, & demerendis peculiarem ſollicitudinem adhibeat, vt publicæ curæ finis, in vnumquemque tandem deſinat. ita hæc elucidante Chryſoſt. *Prædicat his verbis eius autoritatem laudem coronam, dicens ciuitas regis magni, deinde oſtendens quomodo ſit ciuitas regis magni per illud in domibus eius cognoſcetur oſtendens magnam prouidentiam. & quod eam totam omni ex parte ſeruat, non illius tantum totius curam gerens, ſed etiam & vnamquamque domum ſuam oſtendens, quomodo ſit ciuitas regis magni,* S. Chryſ. obſerua illa, *oſtendens quomodo ſit ciuitas regis magni*, quibus omnino adſtruit ex vate Chryſoſt. tunc remp. à magno Rege adminiſtratam oſtendi, cum ipſius prouidentia in ſingulis do- B mibus cognoſceretur, dum ipſe priuatæ ſingulorum vtilitati quoad fieri poteſt, debitam operam nauat in auxiliando, ſiue ad auxiliandum, nunc donis afficiendo, nunc conſolando, nunc opem ferendo, vt nemo non, vel hominis homini ipſi gratioſus fuerit.

Deus vnus eſt.

Non habebis deos alienos coram me, ergo ſi 34.
coram te non habeantur, alibi poterunt tanquam veri dij coltu latriæ adorari. ſed quæſo, nonne vbique Deus præſens eſt? cum ergo ait, non habebitis deos alienos coram me, id eſt nullibi, cum vbique ſit per præſentiam, potentiam & eſſentiam: ſi nullibi, nihil ergo omnino ſunt, quod enim nullibi vſquam eſt, nullum habet eſſe. ita equidem eſt, cum vnicus, & ſingulariſſimus ſit Deus. audi B. Cypri de exhortat. ad martyr. cap. 2. *Quod Deus ſolus colendus ſit, oſtenditur in Exodo, non erunt tibi dij alieni abſque me: item illic, videte quia ego ſum, & non eſt Deus præter me, Deuter 6. ego interimam & viuere faciam, ego ſanabo & non eſt qui eripiat de manibus meis: ſic Dominus Matth. 22. commemorationem facit primi & ſecundi præcepti dicens, audi Iſrael Dominus Deus tuus, Dominus Deus vnus eſt, & diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & de tota anima tua, & de tota virtute tua, hoc primum, & ſecundum ſimile huic diliges proximum tuum, tanquam in his duobus tota lex pendet & prophetæ.* S. Cypri. Deut. 6. Matt. 22.

Quod Deus vnus non colatur, hinc mala innumera.

Non habebis deos alienos coram me, ſed nonne quidam erit Demetrianus, qui impudenter 35.
hæc effutiet, quod crebrius bella continuant, ſterilitas & famẽs ſollicitudinem cumulant, quod ſæuientibus morbis, valetudo frangitur, quod humanum genus luis populatione vaſtatur, & hæc accidunt, quod dij non colantur: ſed ſatisfacientem audiamus Cypria. contra Demetria. Hoc ſcias eſſe prædictum in nouiſſimis temporibus, multiplicari mala & aduerſa variari, & appropinquante iam iudicij die, magis ac magis in plagas generis humani, cenſuram Dei indignantis accendi; non enim ſicut tua falſa querimonia & imperitia veritatis ignara iactat, & clamitat, iſta accidunt quod dij veſtri à vobis non coluntur, ſed quod à vobis non colatur Deus: nam cum ipſe ſit mundi Dominus, cognitor, & rector & cuncta arbitrio eius, & S. Cypri.

nutu gerantur, nec quicquam fieri poteſt, niſi quod aut fecerit aut fieri ipſe permiſerit, vtique quando ea fiunt quæ iraio Dei indignantis oſtendunt, non propter nos fiunt à quibus Deus colitur, ſed delictis & meritis veſtris irrogantur, à quibus Deus omnino nec quæritur, oec timetur, nec relictis vanis ſuperſtitionibus religio veſtra cogooſcitur, vt qui Deus vnus eſt omnibos, vnus colatur ab omnibus & rogetur.

Non eximium præ aliis diis Deum dixeris, ſed ſolum, alios autem nihil.

36. *Non habebis deos alienos coram me*, Deum quidem credit Iulianus Apoſtata, ſed non ſolum, ſed plures alios cum eo, & ſi ei obiicitur à Deo dictum, audi Iſrael Dominus Deus tuoa vnus eſt, dicit vnum & idem eſſe, ac eximium: aliàs inquit ſibimet aduerſaretur, cum ait, ego dixi dij eſtis. ſed quam docte, quam vere, quam euidenter eum conuincit Cyrill. audiat ipſemet Iulianus lib. 8 contra ipſum. *Miror quod quamuis non ſemel, ſed ſæpiſſime ſcire ſe fateatur, & optimum etiam Moyſem, etiam confiteri vnum Deum, & aliam prater illum omnino nullum, nominare Angelos Dominos & Deos multos, neſcio quomodo dicere audeat, eximium autem præ aliis: non ſufficit primum ſe præeſſe aliis, ſolum, vt tollantur alij: ſed ſi ſolus ſit, & ſecundum naturam dicatur ipſe, tunc & nullus erit cum ipſo Deus vere: quare igitur corrumpit Moyſis verba? quamuis manifeſte dicat, audi Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt; non enim eximium præter alios vnum ſuper omnes deos voluit ſentire ac dicere, qui incomparabilibus excellentiis magis exaltatus ſit, etiam vltra omne quod factum; etiam per ſe exiſtentem & ingenitum ſolum credidit, & quomodo vel vnde dubitatur, quod cum vnus ſit & ſolus Dominus & Deus, etiam ſi dicantur quidam dij & Domini, unde appellatione honorentur alterius ab ipſo exiſtentes natura compoſita ſcilicet, qua aliquando non erat, productæ autem ab illo: vnde & nobis quidem appellationem vniuerſorum dedit Dominus, ego inquit dixi dij eſtis, & filij Excelſi omnes, numquid igitur qui honorati ſumus, & honorem à benignitate eius accepimus, quod vocemur dij, propterea naturæ noſtræ menſuram ignorabimus? minime.*

S. Cyrill.

Bonitati & dignitati Dei conuenit vt ipſum ſolum veneremur.

37. *Non habebis deos alienos coram me*, dum tibi ſint inferiores, quid refert? hoc impoſſibile, ſi dij ſunt, inferiores eſſe, cum omnibus dominari debeant, & nulli omnino ſubiici: ſed qua de cauſa vnicum Deum colere, & alia falſa numina nulli ducere tenemur? ſane non vnica ſed pluribus, ad eius cultum inducimur, aliquas in medium adducit Angelicus Doctor opuſ. 4. de decem præcept. Primo ſumitur, inquit, ex Dei dignitate qoæ ſi auferatur, fit oeo iniuria, ſicut poteſt videri ex conſuetudioe hominum, cuilibet enim dignitati debetur reuerentia, vnde proditor regis eſt, qui aufert quod exhibere tenetur, & hoc quidem Deo faciunt, Rom. 1. mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in imaginem ſimilitudinis hominis, & hoc ſumme Deo diſplicet, Eſai 42. gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. Secunda ratio ſumitur ex eius largitate, omne enim bonum habemus à Deo, & hoc etiam ad dignitatem Dei pertinet, quod factor & dator eſt omnium bonorũ; & hoc importatur in hoc nomine Deus, quod dicitur à diſtributione, id eſt dator rerum: verè ergo ingratus es, ſi hoc ab illo tibi collatum non recognoſcis, imo tibi facis alium Deum, ſicut filij Iſrael fecerunt idolum. Tertia ex promiſſi firmitate, renuntiauimus enim diabolo, & fidem promiſimus ſoli Deo, vnde non debemus ipſam infringere. Quarta ex dominij diabolici grauitate, Ierem. 6. ſeruietis diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem, non enim quieſcit in vno peccato, ſed potius nititur ad aliud ducere, contrarium de dominio diuino, quia præcepta eius grauia non ſunt, iugum enim meum ſuaue eſt. Quinta eſt ex præmij, ſiue muneris immenſitate, in nulla enim lege talia promittuntur præmia, ſicut in lege Chriſti.

S. Thom. — Rom. 1. — Eſai 42. — Ierem. 6.

Pauci virtutis viam ingrediuntur.

Non habebis alienos deos coram me. In medium iam adduximus aliquas rationes, cur innumeram ferè multitudinem alloquens, ſingulos appellat non plures, vnum alloquitur non multos, cum de legum ſuarum obſeruantia agitur, cur adhuc aliam non ſubiungemus? nempe Deum ſingulariter locutum fuiſſe, quia præuidebat ſingulas, mandatorum vias non plurimis frequentandas, ſed vix à ſingulis accipiendas, iuxta illud, congregamini vnus & vnus filij Iſrael, Iſai. 27. quaſi tam anguſta via ſit, vt ne binos quidem pariter incedentes, ſed tantum ſingulos vnum poſt aliom complectatur. Ad hoc alluſit ipſemet Iſai. c. 10. cum ait, reliquiæ ligni ſaltus præ paucitate numerabuntur; & puer ſcribet eos, Procop. hoc vaticinium de paucitate iuſtorum intelligit, qui ſalutis viæ inſiſtentes, fœlicitatis metam conſequuntur. hoc igitur tam paucos prædicit vates, vt puer & puer, paruus ſeu paruulus, vt habent Regia & Sixtiana, ſcribat eos, quod Hebræi interpretantur de quouis puero, nondum elementario, qui vix ſciat balbutire, nedum litteras efformare. hic enim vt plurimũ ſcribet vnum. 1. quod eſt facillimum efformatu, & apud nos vnum ſignificat quaſi non plures quam vnus iuſtus anguſtam ſalutis viam carpere videantur, ſi cum multitudine eorum, qui ab illa aberrent comparentur: ſed ſi non vnum ſolum voluit dicere, ſaltem non vltra duos extendit dicens, præ paucis à te numerabontur, ſeu, vt habent Sept. numerus erunt, quaſi diceret, plures non erunt quam qui ſufficiunt ad numerum: cum autem hi ſint tantum duo, non videtur plures ſignificare, in quem ſenſum Euſeb. Cæſar. lib. 2. demonſt. Euang. c. 40. inclinat. *Numerus*, inquit, *erunt, hoc eſt non plures, quam vt numero comprehendi poſſint, vtpote qui & pauci facile numerabiles futuri ſunt.* 38.

Iſai 27 — Iſai. 10. — Procopius.

Decalogus in lege ſcripta cælum non aperuit, ſed in lege gratiæ.

Non habebis deos alienos coram me; ecce 39.

prima primi præcepti clauſula, quod ſi in lege
ſcripta cuſtodiebatur, vel in lege naturæ, quid
cuſtodienti proficiebat? ſane ad meritum, ſed
quid amplius in lege gratię? etiam ad regni cæ-
lorum ingreſſum. hoc diſcrimen inter has le-
S. Laurent. ges conſtituit B. Laurent. Iuſtin. Opuſc. de
Iuſtin. c. 9. contemp. mundi. *Hæc lex* (ſcilicet à Deo impo-
ſita) *tametſi per diuerſitatem temporum, nomina
varia ſortiatur, vnum tamen habet effectum, idem-
que merendi inſtitutum, excepto quod legem natu-
ræ & decalogi in hoc precellit lex gratia, quod ob-
ſeruatorem ſuum tranſmittit ad cælos, catera au-
tem minime; quoniam iuſti qui in ipſis militauerant
Apoca. 1. Deo, præſtolabantur Chriſtum in carne venturum,
qui futurus erat primogenitus mortuorum, Eccle-
ſiæ caput, Dei & hominum mediator, & redemptor,
antequam nemo fuit dignus transferri cælo, vt
pote abſque participatione effuſionis ſanguinis, ip-
ſius redemptoris ad id conſequendum nequaquam* B
*idoneus: at vbi idem verus Deus & homo appa-
ruit, Euangelizauit, ſurrexit, aſcendit cum illo,
quamplurimi aſcenderunt, quemadmodum ſcrip-
Epheſ. 4. tum eſt Epheſ. 4. aſcendit Deus Chriſtus in altum
captiuam duxit captiuitatem, poſt cuius glorioſum,
& admirabilem ingreſſum, cunctis fidelibus legem
Dei perficientibus, cælorum reſeratus eſt aditus.*

*Cupiditati viciniora prius præſcinduntur, vt
ipſa tandem omnino pereat.*

40. *Non habebis deos alienos coram me*, hæc pri-
mi pars mandati, vltimum autem eſt, non con-
cupiſces. ſed cum 1. Timot. 6. dicat Apoſtolus,
quod cupiditas eſt radix omnium malorum,
cur ergo hic primum non eſt poſitum ſed vlti-
mum? radix enim prius euelli deberet, vt cætera
Rupert. quæ ab ea pendent, ruerent: bene Rupert. lib. 3.
c. 31. *Sciendum quia ſicut mala arboris ſuperiores
primum rami præſcinduntur, & ſic paulatim vſque
ad radices peruenitur: ſic prius opera mala, prout* C
*ſunt cupiditati viciniora, paulatim præſciduntur.
& ſic ad vltimum ipſa cupiditas, vel concupiſcen-
tia voce prohibentis amputatur.*

*Præſentem Deum offendere, grauiſſimum eſt
ſcelus.*

41. *Non habebis deos alienos coram me*, nonne
ſatis erat iuſſiſſe non habendos deos? ſic enim
in vniuerſum omnem idololatriam prohibe-
bat: quid ergo neceſſe fuit addere *coram me*?
vt in quam graue delictum laberentur eis ſi-
gnificaret, cum ipſo vidente tantam iniuriam
irrogare præſumerent: longe enim grauius eſt
aliquem alteri palam, & eo præſente, iniuriam D
inferre, quam abſentem & occulte lædere, at ſi
Dei honorem ad alios transferrent, eo præſen-
te id facerent & ita adimpleretur, quod ſcribit
Iſai. 57. Iſaias cap. 57. iuxta me diſcooperuiſti, & ſuſ-
cepiſti adulterium, & dilataſti cubile tuum;
quaſi diceret grauius lædit virum ſi mulier
adulterium committat præſente viro in eodem
lecto, quam ſi eo abſente delinquat, ideo *coram
me* addidit, vt quam graui ſcelere fœdarentur,
oſtenderet, ſi falſis ſimulachris honorem ſibi
ſoli debitum impenderent. hac expoſitione do-
Abulenſ. nat hunc locum Abulenſ. Coram me, id eſt
vidente me, ſcilicet ego video omnia quæcum-
que agis, quia in omni loco oculi Domini con-
A templantes bonos & malos, ideo non debes ha-
bere alios deos me vidente, & eſt iſte modus,
quo loquitur vir ad vxorem, quod non acci-
piat amatorem alium, vidente ipſo: vel dicitur
propter magnam iniuriam, ſicut ſi fœmina
maritata amatorem alterum recipiat, neſcien-
te marito, iniuria quidem viro eſt, ſed ſi vi-
dente ipſo vxor eius dormiat cum altero, iniu-
riarum maxima eſt: ſic Deus qui zelotes eſt,
volens ſimpliciter adorari & coli, ad iracun-
diam prouocatur in nos, cum ipſo vidente for-
nicamur cum aliis diis, & quia quomodo-
cumque nos alios deos habeamus, ipſe videt,
ideo ſemper habendo deos iniuria magna ei
fit.

*Qui Chriſtum confitetur & adorat, & tamen
creaturam dicit, plures deos
introducit.*

B

Non habebis deos alienos coram me, nec cui- 42.
quam cultum latriæ exhibebis, ſoli enim vero
Deo debetur: verum nonne Arriani & Euno-
miani Chriſtum adorant, & creaturam dicunt,
& nihilominus ſe plures habere deos non fa-
tentur, ſed vnum reuereri & adorare? verum in
hoc quod Chriſtum confiteantur, & adorent
non quidem hæretici, ſed quod creaturam aſ-
ſerant, & tamen non plures deos colere ſe præ-
dicent: quomodo à prauiſſima, hæreſi liberos
quis iudicare poterit? quam docte ſanct. Ful- S. Fulgen.
gentius hoc expendit lib. ad Donatum. Quo-
niam duos Deos à fidelibus coli, regula præ-
cepti huius nulla ratione permittit, aut patrem
& filium credant vnum naturaliter Deum, ſi
volunt ſine huius tranſgreſſione mandati vnū
Deum ſic colere, vt nec patrem colant ſine fi-
lio, nec filium ſine patre, *& aliquibus interiectis
ſubiungit*, ſi filius ſecundum diuinitatem vnus
Deus cum patre non eſſet, vnius cum eo, natu-
C ræ vtique non fuiſſet, & ſi naturæ alterius non
eſſet, creatura ſine dubio eſſet: ſi autem creatu-
ra eſſet, ſeruiendum ei ſanctarum ſcriptura-
rum auctoritas non iuberet, ſed potius prohi-
beret: in proximo enim decalogi mandato, ſi-
cut vnius Domini Dei cultura ſeruituſque ma-
nifeſtiſſime præcipitur, ita omni creaturæ
adoratio, ac ſeruitus à fidelibus exhibenda ve-
hementiſſime prohibetur: ibi enim dicitur, ego
ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra
Ægypti, non erunt tibi dij alieni abſque me,
&c. *& Theodor. in cat.* Igitur qui Trinitatis Theodo.
vnam eſſe ſubſtantiam confitentur, legis diui-
næ vocem verentur, & obſeruant aliud ſane
propter naturam illam diuinam colere, & ado-
D rare non ferentes, atqui Arrij Eunomiique ve-
neno inficiuntur, aperte contra legem faciunt
Deum filium confitentur, & adorant, quem ta-
men cum creatum faciant, & naturæ non ſem-
per æternæ, alium iam Deum ſubintroducunt.

*Dij non prohibentur quia vere fuerunt, vel fu-
turi ſunt, ſed quia ab hominibus pro
veris falſo habiti ſunt.*

Non habebis deos alienos coram me, cur deos 43.
alienos prohibes, cum non ſint? nam hac pro-
hibitione videris dicere alios eſſe præter te vera
numina ſatis conſtat ex ſacris monimētis, mor-
tales

ι les aliquos, ita obcæcatos, vt nomen diuinitatis etiam tribuerent creaturis non ſolum animatis, ſed etiam inanimatis: has ergo creatutas Deus, deos appellat non quod dij ſunt, ſed quod ab hominibus Deorum loco habeantur. ſic explicat B. Athan. Alexand. in oratione contra idola.
S. Athan. *In vniuerſum omnes homines ab idololatriæ errore, & irrationali mentis conceptu auulſos cupiens hæc verba locutus eſt, non erunt tibi dij alieni præter me, non quod ſint alij dij, ideo eos prohibet, ſed ne quis auerſus à vero Deo, ſibi ea quæ non ſunt in numina conſtituat, qualia ſunt apud poetas & hiſtoricos, quæ nomen Dei habent.*

Idololatria ſpiritualis vitiorum prohibetur.

44 *Non habebis deos alienos coram me*, probe ergo ſe gerent, ſi nullum idololatriæ ſpecimen externus ediderint: verbis quidem & externis operibus multi Deum confitentur, dum templa frequentant, genua flectunt, ſacris concionibus aſſiſtunt, quibus omnibus illum eſſe verum Deum profitentur, ita equidem, dummodo nihil habeant extra Deum in quo ſpem ſuam conſtituant, cuique magis confidant, maiorique deſiderio afficiantur quam ipſi Deo. vnde
S. Hieron. B. Hieron. in c. 2. Amos ſcribit, vnumquemque chriſtianum peccatorem adorare vitia ſua, & ideo præceptum hoc non ſolum externum opus interdicit, ſed etiam externam cordis idololatriam prohibet, qua homines qui Deum per fidem norunt, corde & animo non vni ac ſoli Deo adhærent, ſed fluxis creaturis inhærent, eaſque tanquam numina venerantur, imo vitia quibus ſunt dediti: nonne ſpirituales ſunt
Ephes. 5. S. Chryſ. idololatræ auari, teſte Paulo Epheſ. 5. omnis auarus eſt idolorum cultor? hinc recte B. Chryſoſt. hom. 22. in Matt. *Cultores auaritiæ* (inquit) *infæliciores ſunt mancipiis, quia illi libere adorant Deum, qui eorum miſeretur, ſed auari deſerunt Deum & colunt alienum, qui eos deducet ad infernum* Nonne ingluuiei dediti idololatræ ſpirituales ſunt, teſte gentium Apoſt. ad Philip. 3.
Philipp. 3. quorum Deus venter? ad quæ Tertull. lib. aduerſ. Pſyſic. *Deus tibi venter eſt & pulmo templum, & aqualiculus altare, ſacerdos coquus*, an libidinoſi à ſpirituali idololatria excluduntur? nequaquam, ſic enim B. Auguſt. lib. 8. Conf. c. 8. *Ligatus eram* (inquit) *non ferreo alieno, ſed mea ferrea voluntate, velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenam fecerat & conſtrinxerat me, quippe ex voluntate peruerſa factum eſt idolum libidinis, & dum libidini ſeruitur, facta eſt* *conſuetudo*, tandem ipſi hæretici qui ſe verum Deum venerari credunt, nonne hac ſpirituali idololatria laborant? teſtem do B. Cyprianum tractatu de ſimp. prælat. vel vnitate Eccleſiæ Catholicæ, ſic autem loquitur, quid aſtutius, quid ſubtilius, quam vt Chriſti aduentu, detectus ac proſtratus inimicus, poſtquam lux gentibus venit, & ſoſpitandis hominibus ſalutare lumen effulſit, vt ſurdi auditum gratiæ ſpiritalis admitterent, aperirent ad Deum oculos ſuos cæci, infirmi, æterna ſanitate reualeſcerent, claudi ad Eccleſiam currerent muti claris vocibus & precibus orarent; videns ille idola derelicta, & per nimium credentium populum, ſedes ſuas ac templa deſerta excogitauerit nouam fraudem, vt ſub ipſo Chriſtiani nominis titulo fallat incautos? hæreſes inuenit & ſchiſmata quibus ſubuerteret fidem, veritatem corrumperet, ſcinderet vnitatem, quos detinere non poteſt in viæ veteris cæcitate circumſcribit, & decipit noui itineris errore] hæc ille. S. Cypri.

Si alius præter verum Deum coleretur, tegeret & velaret notitiam ipſius veri Dei, quoad plurima.

Non habebis deos alienos coram me, &c. Caie. ſuper facies meas, quid? an inuidus vt alios velit excludi deos, vt nolit eos honorari? quis hoc diceret? quis inuidiæ vitio Deum laborare arbitrabitur? ſed in hoc propriam iniuriam repellit, quæ in his verbis ſuper facies meas indicatur: ſed quomodo his verbis hæc iniuria poteſt denotari? conſulamus Cardin. Caiet. ſic Philoſophantem. *Facies non proprie ſed metaphorice Deo attribuitur, quemadmodum enim facies hominis eſt, qua homo agnoſcitur, ita facies Dei eſt, idque agnoſcitur Deus à nobis: & quoniam multis attributis multiſque radiis prouidentiæ ſuæ agnoſcitur Deus à nobis, ideo facies meas in plurali numero dicit. Et quia quilibet alius Deus, vel ſecundum aliquod diuinum attributum ſapientiæ, potentiæ, bonitatis &c, vel ſecundum aliquem radium diuinæ prouidentiæ conſtituitur, creditur, & veneratur, ideo quicumque alius Deus colatur, colitur tanquam tegens faciem Dei, tanquam velamen ſuper faciem Dei, ſecundum effectum pro quanto tegit hominibus id quo agnoſcitur Deus, tegitur gubernatio eius circa noſtros actus dum hæc attribuuntur aliis tanquam diis, huiuſmodi enim tegmen diuina notitia iniuriam eſſe veri Dei perſpicuum eſt, & propterea rationem præcepti manifeſtando dixit, ſuper faciem meam.* 45. Cajet.

VARIET. LECT. Verſ. 4.

Vulg. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo, deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis, ſub terra.

Sept. Non facies tibi ipſi idolum, nec cuiuſquam ſimilitudinem eorum quæcumque ſunt in cœlo ſurſum, & quæcumque in terra deorſum.

Cald. Non facies tibi imaginem.

Caiet. Non facies tibi dolatum.

Aly. Non facies tibi ſtatuam.

CONCORDIA.

A VBi habemus neque omnem ſimilitudinem, Sept. legunt, neque omnis rei ſimilitudinem, quod paulo ſignificantius & clarius eſt, quam id quod noſter Vulg. habet, illod autem neque omnem vel neque omnis, phraſi ſcripturæ eſt idem, quod nullam vel nullius, vt ex pluribus ſacræ ſcripturæ locis patet: pro ſculptile habent Sept. εἴδωλον atque ita citant patres communiter, verum eſt in Hebræo vox פסל peſel, quam noſter proprie vertit ſculptile, eoque nomine videtur excluſiſſe ſolas idolorum ſtatuas ex ligno, lapide, ære, his enim conuenit ſculpi: vt vero etiam pictas & tectas eorum imagines excluderet, generatim mox ſubdidit, neque omnem ſeu nullam ſimilitudinem, & quidem vox פסל peſel, vt & ſculptile, ex ethymo ſuo vox generalis eſt diciturque à verbo פסל paſal id eſt ſculpſit: nunquam B tamen in ſcriptura aliter vſurpatur, quam pro idolis aut ſtatuis idololatricis, vel à rerum idololatricarum ornatu, & licet verbum פסל in bonum aliquando vſurpetur, vt infra cap. 34. dola tibi duas tabulas lapidum, & Deuter. 3. dolaui duas tabulas lapideas, ſimiliter 3. Reg. 5. neque hoc in ſcriptura rarum, vt verbum ipſum ſit mediæ ſignificationis, & indifferens in bonum & malum, verbale vero in alteram dumtaxat partem vſurpetur: ſi autem Cald. verterit, neque omnem imaginem, vel tanquam Iudæus loquitur, vel ſolum de imaginibus deorum, vel de his quæ colerentur, vt dij non enim abſolute hic prohibetur, ne vlla imago etiam propriè dicta, id eſt quæ repræſentat rem veram, ſit aut conficiatur.

EXPOSITIO.

NOn facies tibi ſculptile, &c., hæc eſt ſecunda pars primi præcepti, non facies tibi ſculptile; vetuit in prima parte huius præcepti deus alios in genere, hic ſpeciatim ſimulachra deorum prohibuit, iis enim præcipue deos ſuos colebant gentes, imo ea illa ipſa vt deos habebant: vetat ergo hic Deus tum ſimulachra deorum fieri, tum coli, vtrumque enim nefas eſt: & cum paſſim in ſcriptura per ſculptilia intelligantur idola, hinc eſt quod C Sept. vbi habemus ſculptile, legunt idolum, quod ita ſtricte non accipiendum, vt ſit effigies rei non exiſtentis, ſed ſumendum pro ſimulachro falſi Dei & ficti, ſiue Deus ipſe ſit res aliqua vera & exiſtens, ſiue non. ne audias aſſerentes idolum apud ſcriptores Eccleſiaſticos, vocari omne ſimulachrum numen aliquod repræſentans, quod honore & cultu dignamur, non enim ſimulachrum quodlibet aut imago numinis cuiuſlibet eſt idolum, ſed tantum imago falſi numinis.

Ex hoc præcepto igitur colligere non debes prohibitum eſſe cultum ſacrarum imaginum, ſiquidem honor qui illis defertur, in prototypa tendit, & qui Dei, Chriſti, ſanctorum imagines veneratur, Deum, Chriſtum, ſanctos in imagine colit, ſicut qui imaginem regis honorat, regem honorare cenſetur. prohibetur D ergo ſculptile, vel imago eorum quæ omnino indigna ſunt cultu, vel etiam rei non exiſtentis. audias ergo hæretice cum imaginem Chriſti Domini v.g. adoro, non adoro eam quia numē aliquod in ea latere ſuſpicer, ſed quod eam rem mihi refert, cuius recordari ſine reuerentia nec poſſum, nec debeo: nec dicas cultum imaginum condemnatum, antiqua enim eſt hæc hæreſis, & à Romana ſede iam olim damnata, nam cùm Apoſtolicæ & Catholicæ Eccleſiæ clauum tenens Gregorius tertius circiter annum 718. ſederet, & Leo etiam tertius Conſtantinop. Imperator peſtem illam Iconomachorum à Fœliciano circiter annum 574. inuectam excitare moliretur, ſanctiſſimo Gregorio nec conſulto, nec expectato quidem, imo ipſis Epiſcopis Alexandrino, Antiocheno, & vrbis Sanctæ contradicentibus, Conſtantinopoli multos ipſe coegit, cuius inſanos conatus Romanæ Sedis moderator maximus, celebrato Romæ Concilio, ad 710. annum in quo mille Epiſcopos legitur adfuiſſe, diligentiſſime repreſſit: nonne extat Gregorij Papæ etiam huius nominis primi, ante mille annos Epiſtola, per quam Serenum Epiſcopum Maſſilienſem redarguit, quod inconſiderato zelo ſanctorum imagines fregerit, timens ne à populo adorarentur. hos ante multos annos præceſſit magnus fidei noſtræ propugnator Athanaſius Alexandrinus, floruit ſiquidem anno Domini 37.. cuius mira elegantia extat deſcriptus libellus, qui vniuerſam narrationem imaginis cuiuſdam haſta transfixæ in Syria continet, vbi hic Sanctus in diuinioribus & reconditis litteris exercitatiſſimus, & Apoſtolicarum traditionum obſeruantiſſimus, ingenti illo ſigno, nempe quod cum à perfidis Iudæis Saluatoris noſtri imago immaniſſime cæderetur, continuo pars illa, quæ verum Ieſu latus referebat, ſanguine & aqua manaſſe viſa eſt, fideles omnes ad imaginum cultum religioſiſſime adhortabatur, qui quidem libellus Diui Athanaſij, cum in ſeptima Synodo totus recitaretur, omnium

S.Greg.

S.Greg.

Athanaſ.

patrum & ſuffragiis, & lachrymis eſt exceptus, locuſque alius eiuſdem Athanaſij ex lib. 4. contra Arri. ibidem lectus eſt, quo docemur quod omnis honor imaginibus exhibitus, mox ad prototypum refertur. hæc à primis ſane temporibus contigerunt, & contra impios Iudæos ſuper hac re, non contra impudentiſſimos hæreticos, ſolum à maioribus noſtris, ante annos 1300. legitime certatum eſt. hanc nihilominus Fœlicianæ hæreſis progeniem, hanc Iudæorum perfidiam noſtris fere temporibus tartareus diabolus ab Orco per Caluinum, & ſui aſſeclas in orbem admiſit: ſed quæ de imaginibus docte à Catholicis tractari ſolent, ſi quis videre voluerit, doctiſſimum noſtrum Franciſcum Horantium lib. 2. locorum Catholicorum conſulat. Franciſcus Horant.

Non pauci hîc in medium adducunt difficultatem, vtrum fuerint omnino imagines Iudæis prohibitæ, ex hoc loco non facias tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem: ſed quid in hac difficultate ſentiendum breuiter aperiam, primo nullam licuiſſe Dei imaginem effingere, id enim Deuter. 4. prohibitum, en quod eſſet periculum, ne vel Deum corporeum putarent, qui nec imagine corporea exprimi poſſet, vel in imagine ſiſterent, illi diuinos honores tribuendo, nec tranſeundo ad prototypum: 2. fuit etiam prohibitum, animalium, hominum, Angelorum imagines eo in loco, habitu, ſtatu qui ad honorem, vel cultum aliquo modo referri poſſet, & occaſionem præbere idololatriæ ad ſui venerationem excitandæ: Deut 4.

A quod de Cherubinis, in Sanctis Sanctorum conſtitutis non dubitandum, cum ibi conſtituti ſint, vt miniſterium exhiberent, & Deo ſuis alis quaſi ſedem præberent. nec de illis Cherubinis in pariete templi à Salomone exſculptis, bobus ſub mari æneo, leunculis in templo, throno, quæ omnia ad ornatum & miniſterium aliarum rerum ſeruiebant. ſeruire autem vilem rei conditionem deſignat, vt Deo indignam, atque adeo & diuinis honoribus, rem illam minime eſſe colendam indicat: ſi autem æneus ſerpens effectus eſt, hoc ex ſpeciali Dei priuilegio, qui tamen confractus eſt à rege Ezechia 4. Regum 18. cognoſcente eſſe periculum idololatriæ Iudæis, ipſi incenſum offerentibus. Tertio non illis vetitum fingere, aut pingere res inanimatas, earumque imagines apud ſe habere, cum in his nullum eſſet idolo-
B latriæ periculum: nam licet antiqui ita inſenſati, vt nonnulli cepas, allia, porros, & ſimilia, pro diis habuerint, non tamen legimus eorum imagines in cultu habitas; non autem loquor de Sole, Luna, ſyderibus inanimatis, cum enim à pluribus animata cenſerentur, potuit eſſe periculum idololatriæ.

Quæ in cælo deſuper, vt Angelorum, Solis, Lunæ, Stellarum, volatilium, *& quæ in terra deorſum*, animantium terreſtrium, ſiue quadrupedum vel ſerpentium, *& neque eorum quæ ſunt in aquis*, nempe aquatilium, vt apud Philiſtæos Dagon, vultu piſcis, dag quippe piſcem ſignificat, omnium ergo eorum effigies prohibetur.

CONCEPTVS.

Tanta eſt hominum aliquando impietas, vt non ſolum illicita committant, ſed cum lætitia & cum libidine.

47. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem*, ecce diuina iuſſio de non faciendis ſculptilibus, & ſimilitudinibus idololatricis: ſed eam parum pendentes, ſic eos increpat Deus per Moyſen, Irritauerunt me in diis alienis, & in abominationibus ſuis me ad amaritudinem prouocauerunt. quid te ad amaritudinem prouocare poteſt? an ſola tui præcepti tranſgreſſio? non credo, immolauerunt dæmoniis, & non Deo, qui autem ſacrificium offert cum hilaritate immolat. en vt tanta eſt hominum impietas, vt ſolum non illicita
D committant, ſed animo hilari, imo & cum libidine, ſicque Deum benignum ad amaritudinem prouocent! adeſt pro nobis Hierony.
S. Hieron. cap. 65. in Iſaiam. *Illi ſtudio delinquendi quaſi irritarent, & prouocarent Deum, nonne ſolum fecerunt quod non licebat, ſed iugiter ſemperque fecerunt peccantes in conſpectu Domini, cuius oculis cuncta patent, vel in templo eius idolis hoſtias immolantes: ac ne quid vero deeſſet ſacrilegio, immolabant in hortis, & adolebant thura ſuper lateres iungentes idololatriæ luxuriam, & ſacrificiis voluptatem, & pro vno altari, quod impolitis lapidibus Dei erat lege conſtructum, coctos lateres & agrorum ceſpites bo-*

C *ſtiarum ſanguine cruentabant*, pende iungentes ſacrificiis libidinem, ita impij & mentis perditæ; vt libidinoſe lætoque animo mandatorum Dei tranſgreſſores fierent.

Peccatores aliquando delinquunt, vt alios ad peccatum prouocent.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem 48.
ſimilitudinem, quid tamen dixerint & fecerint impij apud Michæam cap. 5. videamus. ſculp- Micha. c.4.
tilia noſtra ſunt, quæ à loquentibus facta ſunt, vel quæ ipſi fingimus nobis, vnde præcipitur in lege ne nobis ſculptile faciamus, ne titulos in terra noſtra ponamus, & nequaquam vltra adorabis opera manuum tuarum. ſi fatemini ſculptilia vobis prohibita, ſi vetatas imagines, cur eas vobis fingitis? cur eis cultum abominabilem exhibetis? non quia ignorant prohibita, ſed vt alios ad idololatriam prouocent: vnde exclamat præfatus Hieron. in dictũ Hieron.
Mich. locum. *Infælix humana conditio & inſipientiæ plena atque erroris, ſcit de ſuo ſenſu dogmata eſſe compoſita, non ignorat à ſe idolum ſimulatum, & pro Deo adorat opera manuum ſuarum, & curuatur homo vt deceptus decipiat.*

Impedimenta veræ religionis tollenda, vt optime fundetur.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem 49.

ſimilitudinem, cur tot negatiua in primo decalogi præcepto ponuntur? cur tot prohibentur, vt vnus ſolus Deus colatur, adoretur? nonne ſufficeret iubere ſub pœnis grauiſſimis, vt ſolùm vnicus Deus omnium rerum creator agnoſceretur, eique cultus latriæ exhiberetur? prudenter prius tot negatiua iubentur tanquam veræ religionis impedimenta, vt tandem optimum accipiat fundamentum. annuit Angelicus Doctor 2.2.q.122 art 2. in corpore, & ad 2. (S.Thom.) Attendendum eſt in ordine generationis, quod primo contraria & impedimenta tolluntur, ſicut agricola primo purgat agrum, & poſtea proiicit ſemina, ſecundum illud Ierem. 4. (Ierem. 4.) nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas & tribulos; & ideo circa religionem, primus homo erat inſtitoendus, vt impedimenta veræ religionis excluderet, præcipuum autem impedimentum religionis eſt, quod homo falſo Deo inhæreat, ſecundum illud Matth. (Matth. 6.) non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ: & ideo primo præcepto legis excluditur cultus falſorum Deorum; cultus alienorum Deorum, dupliciter apud antiquos obſeruabatur, quidam enim quaſdam creaturas pro diis colebant abſque inſtitutione imaginum, vnde Varro dicit, quod antiqui Romani, dijs ſiue ſimulachris deos coluerunt; & hic cultus prohibetur primo, cum dicitur, non habebis deos alienos coram me: apud alios autem erat cultus falſorum deorum, ſub quibuſdam imaginibus, & ideo opportune prohibetur, etiam ipſarum imaginum inſtitutio, cum dicitur, non facies tibi ſculptile, & eorum cultus, cum dicitur, non coles ea.

Non imagines & picturas adoramus in ſe, ſed earum in ipſis prototypa colimus.

50. *Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem*, Cald. non facies tibi imaginem, ſi à Deo ergo prohibetur, non ſolum vt fiant imagines, ſed nec vt adorentur, vel colantur, quomodo non ſolum eas depingimus, ſculpimus, ſed eas omnibus in templis, ædibus, colendas proponimus? proponimus quidem non vt in ſe colantur, ſed vt in ipſis earum prototypa veneremur, non enim noſtrum cultum ad eas, ſed ad ea quæ ipſæ repræſentant referimus, hinc iuſta reprehenſione arguit B. Gregor. Mag. lib. 9. Epiſt. 9. quemdam Epiſcopum Maſſi. (S.Gre. Ma.) qui eas infringere auſus fuerat & acri correctione redarguit. ſic enim ad ipſum ſcribens ait. Perlatum ad nos fuerat, quod inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorum imagines ſub hac quaſi excuſatione, ne adorari debuiſſent confregeris. Et quidem quia eas adorari vetuiſſes omnino laudauimus, fregiſſe vero reprehendimus. dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt quod feciſti? ſi non aliud vel illud te non debuit reuocare, ne deſpectis aliis fratribus ſolum te ſanctum, & eſſe crederes ſapientem? aliud eſt enim picturam adorare, aliud per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum, addiſcere, nam quod legentibus ſcripturas, hoc idiotis præſtat picturam cernentibus, quia in ipſa etiam ignorantes vident quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui litteras neſciunt.

Maximæ vtilitatis ſunt imagines depictæ.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, Cald. non facies tibi imaginem, cur ſicut Iudæis (vt diximus) non permittebatur, nec Dei, nec Angelorum, nec ſanctorum hominum imagines effingere, etiam nobis idem non prohibetur? ad quid enim vtiles, cum potius ad idololatriam prouocare aliquibus videantur? ſi Iudæis hoc prohibitum ne mireris, propenſiſſimi enim erant ad idololatriam, nos autem alieni ab ea, ſed ne earum vſum redarguas, ſunt enim ad plurima vtiliſſimæ, vellem audires B. Ioannem Damaſcenum lib. 4. de Orthod. fide cap. 17. (S. Ioann. Damaſc.) Quia non omnes litteras norunt, neque lectioni incumbunt, patres noſtri conſenſerunt velut quædam trophæa, hæc in imaginibus repræſentare ad promptam memoriam, ſiquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes paſſionem Chriſti, imaginem tranſfixionis videntes in Saluatoris paſſionis memoriam redimus, & procidentes adoramus, non materiam ſed imagine repræſentatum, vt neque materia ex qua ſcriptum eſt Euangelium, ſic neque crucis materiam adoramus, ſed quod typo figuraque exprimitur. nam quid refert crux è materia, ſi non habet Chriſti repræſentationem? identidem & de Dei matris imagine, nam honor ad ipſam, in illum qui ex ea incarnatus reuocatur ſimiliter & ſanctorum fortia facta præparant nos ad fortitudinem, zelum, & imitationem virtutis illorum & gloriam Dei, *ſed breuius B. Thom. in 3 diſt. 9. art. 2. reſ.° ad quæſt. 9*2 Fuit triplex ratio inſtitotionis imaginum in Eccleſia, primo ad inſtructionem rudium, qui eis quaſi quibuſdam libris edocentur, ſecundo vt Incarnationis myſterium, & Sanctorum exempla magis in memoria eſſent, dum quotidie oculis repræſentantur: tertio ad excitandum deuotionis affectum qui ex viſis efficacius incitatur quam ex auditis.

Deus omnem adimit occaſionem idololatriæ.

Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem, deinde in particulari idem prohibet, ſcilicet, vt nec eorum quæ ſuper cœlos, nec ſuper terram, nec eorum quæ in aquis degunt ſimilitudo fieret, deinde ſubiongit, non ea coles, vel adorabis. quid? nonne ſatis erat prohibere alios habere deos, vel nihil aliud præterquam Deum colere? vel ſaltem ſi non fieri imagines iniungitur, quid neceſſe ſubiungere earum cultus prohibitionem? bene Hierony. ab Oleaſt. (Oleaſt.) *Nouit prudens legiſlator ſeruorum malorum technas & ſubterfugia, ideo omnia quæ facere etiam latenter poterant hoc præcepto prohibet, & primum aliquem colere Deum ſine vlla imagine, aut ſimilitudine qualiter ſe coli præcipiebat, ſecundum* 52.

quodcumque ſculptum , tertium imaginem & ſimilitudinem cuiuſcumque rei , quartum etiam cultum quo ſapientia diuina elucet.

Tria præcipuè genera vitiorum nobis prohibentur.

53. *Non facies tibi ſculptile* , nullius rei, nonne ſaltem auium imaginem pingere licebit ? non facies (inquit Deus) omnem ſimilitudinem, quæ eſt deſuper ; liceat pingere , ſculpere piſces, animalia : nec facies ſimilitudinem eorum quæ ſunt in terra, vel in aquis , ſed cur hæc triplex prohibetur ſimilitudo ? per volatilia ſu-
A perbi, per reptilia curioſi , per quadrupedia libidinoſi denotantur. bene ergo trium ſimilitudo prohibetur, quia præcipuè hæc tria vitiorum genera nobis interdicuntur. obſeruatio eſt Stephani Cantuar. *Per hec intelliguntur tria* Stephanus apud Tilm.
genera peccatorum, quæ & Petro in diſco oſtenſa ſunt, vidit enim volatilia, quadrupedia , & reptilia: per volatilia ſuperbi deſignantur , ſuperbia, cæleſtium mentes inhabitat ; per quadrupedia luxurioſi , qui terra totis pedibus affiguntur : per reptilia curioſi & cupidi, qui perambulant ſemitas maris , ſimiliter & hîc notatur per ſimilitudinem in cælo ſuperbia, per ſimilitudinem in terra luxuria, per ſimilitudinem in aquis, curioſitas.

VARIET. LECT. Verſ. 5.

Vulg. Non adorabis ea neque coles , ego ſum Dominus Deus tuus, fortis , zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me.

Sept. Ego enim ſum Dominus Deus tuus zelotes, reddens peccata patrum in filios.

Cald. Non adorabis neque ſeruies eis, quoniam ego Dominus Deus tuus zelotes, viſitans peccata ſuper filios tranſgreſſores in tertiam & quartam generationem , his qui oderunt me , quando filij ſequuntur peccata patrum.

Onk. Non incuruabis te coram eis , D
B &c. viſitans peccata in filiis inobedientibus , in tertiam & quartam generationem, in his ſcilicet , qui odio me habent, quando filij ſcilicet imitantur peccata patrum.

Pag. Viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, ſuper tertios & ſuper quartos odientibus me.

Procep. Refundens peccata.

Oleaſt. Ego ſum Deus fortis, æmulator.

Aly. Ego Deus indignabundus, recordans punitionem patrum in filios.

Greg. Vt rependam peccata patrum in filios.

CONCORDIA.

VErba Hebraica תשתחו tiſtachaue & תעבדם tahabadem etiam verti poſſunt non incuruabis te coram illis , neque ſeruies eis, nam prius verbum , ſcilicet ſachah ſignificat, & incuruare & humiliari , ſecundum vero ſcilicet abad , ſignificat ſeruire , à quo ebed ſeruus, pro *fortis zelotes*, Septuag. habent Deus zelotes, ſed nihil mirum, vox enim Hebræa אל vtroque modo poteſt verti : dictio קנא kana non ſolum affectum ſignificat , qui eſt inter amantes , & non fert corriualem , ſed & eum qui animus commouetur, & ex ſuis & ſuorum contumeliis & iniuriis : quæ ſignificatio vſurpatur ab his qui reddunt, ego Deus indignabundus : verbum פקד pachad non ſolum viſitans, ſed etiam reddens interpretatur , vt videre eſt Deuter. 5. verſ. 9. addit Oleaſt. quod ſignificat etiam recordari, & memorari, ſicut & ſequens dictio frequentiſſime in ſacris litteris accipitur pro pœna iniquitatis , vt 1. Reg. 15. 1.Reg. 15.
oſtenditur, vbi textus habet pachadti id eſt recordatus ſum eorum quæ fecit Amalech. & ita ait cit. Oleaſt. optime vertes recordati po- Oleaſt.
nitionem patrum in filios, id eſt memor punire filios ob patrum iniquitatem in tertiam & quartam generationem, quod ſic explicat , videtur Dominus obliuioſus , cum iniquum peccantem non ſtatim punit in ſe, ipſe tamen, vt hic explicatur , punitionem aliquando ſeruat in 3. & 4. progeniem , modo perſeueret in eis odium Dei : dicit autem hîc Dominus , ne eum quis iniuſtum putet , cum non punit peccatorem in propria perſona, ſed ſciant eum ſibi pœnam, in tertios & quartos ſeruaturum.

EXPOSITIO.

NOn adorabis ea, neque coles, hæc tertia pars, primi præcepti, primum verbum, adorare, denotat inclinationem ſiue incuruationem capitis ac totius etiam corporis, ſecundum ſignificat ſeruitutem Deo debitam quamuis vtrumque verbum reperiatur vſurpatum de aliis,

quemadmodũ & λατρεύειν quod tamen vltimũ A verbum, cum nomine λατρεία vſu Eccleſiaſtico applicatum eſt ad ſolius Dei honorem cultumque, & internam æſtimationem, ſtudium, affectum importat, ſine quo poteſt eſſe externa & coacta adoratio: differunt ergo colere & adorare, quod colere ſit venerari actu interiori, ſcilicet affectu, adorare vero actu exteriori, vtrumque autem hic prohibetur, *ego ſum Dominus Deus*, repetitur & inculcatur, quod antea dictum fuerat, vt commune toti decalogo, cunctiſque præceptis decem, cum expreſſione beneficij, circa eductionem de Ægypto, ſed nunc tanquam peculiariter pertinens ad primum præceptum & maximum.

Deus Zelotes, tribuitur Deo zelus ſiue æmulatio plurics inuoluens iram, indignationem, furorem, minas, vindictam, ob violatam fidem, B ad eum modum quo vxor violat, vel quo quis inſidiatur vxori: in genere importat zelus, & æmulatio dolorem cum ſuſpicione & metu, ſoletque natus ex zelotypia dolor implacabilis eſſe.

Sumitur etiam zelus, pro effectu diuini amoris quo ad ſalutem prouocamur, qui tamen per punitionem aliquando manifeſtatur, ne delinquamus, vel ſi delinquimus, vt reſurgamus; zelus autem hîc vtroque modo poteſt accipi.

Viſitans iniquitatem in filios in tertiam &c. Plures ſentiunt ſenſum horum verborum eſſe, etſi ſim patiens & maxime ſim miſericors, vt non ſtatim puniam primos vel ſecundos actores, cum peccatum in familia aliqua pri- C mum incipit, ſimul tamen ſum fortis & zelotes, ac tandem rupta longanimitate, non amplius parco in nepotibus, ſi iſti peccata ſuorum maiorum imitentur: alij autem ſic explicant, vt non excludant parentum vel filiorum, ſed ſimul includant punitionem nepotum & pronepotum, quaſi dicat videte ne peccetis, præſertim contra maieſtatem meam admittendo plures deos: horrendum enim eſt incidere in manus meas, qui non tantum peccatores parentes, ſed & poſteros eorum punio, vſque in tertiam & quartam generationem.

Verum huic 2. expoſitioni videtur ad- Ezech 18. uerſari illud 18. Ezech. Filius non portabit iniquitatem patris, ſi ergo filius patris iniquitatem ferre non habet, quomodo peccatum idololatriæ patrum in filiis requirendum? poſſumus dicere non ſolum ad hunc præſentem D locum, ſed ad alios qui ſunt ſimiles, quod eſt ſermo de filiis nondum adultis, ob noxam originalem, quam genus humanum traxit à protoparente; ſed auctoritas Ezech. & aliæ intelligendæ de adultis, anima enim quæ peccauerit ipſa morietur, non enim quidquã actuale trahit à patre filius iam natus: vel reſpondere potes hanc Exodi auctoritatem, & ſimiles habere locum in filiis, qui patres ſuos in malo fuerunt imitati, prout & de Iudæis incredulis, ſermo diuinus denunciat, dicens Matth. 23. implete menſuram patrum veſtrorum, qui vero per bonam conuerſationem Matt. 23. Chriſtum fuerit imitatus, & cœperit non eſſe filius iniquorum, non imitatus parentum mores, non portabit ſuper ſe illorum peccata; vſque adeo non tibi obeſt peccatum patris tui, ſi te mutaueris, vt nec ipſi patri tuo obſit, ſi ſe mutauerit: hanc ſolutionem Richard. Cluniacẽſis paucis comprehendit Richardus Cluniacenſis lib. 1. contrar. poſitionum, ſiue contrariorum in reſponſione interrogationis 25. *Redduntur peccata patrum in filiis dum pro culpa parentes ex originali peccato anima polluitur prolis, & rurſus non redduntur parentum peccata in filios, quia cum ab originali culpa per baptiſmum liberamur, non iam parentum culpas, ſed quas ipſi committimus, habemus.* verum ergo eſt, quod viſitat Deus iniquitates patrum in filiis, Dei præceptis inobedientibus ſicut patres fuere.

Sed pro intelligentia difficultatum quæ emanare poſſunt in hac materia, memoriæ tenendum mala moris, quæ ſunt peccata, neminem pati, niſi qui ea commiſerit vel aliquo modo particeps eorum fuerit: mala autem pœnæ pro iniquitate alterius innocentes & innoxios tolerare, ſed tunc rationem pœnæ ſtricte ſumptæ non induere, ſed pœnalitatis imo exercitij, & maioris virtutis & meriti occaſionis: vnde ſi pater peccauerit in familia, & contingat propterea filios affligi, afflictio hæc reſpectu filiorum, ſi ſunt innoxij, non eſt proprie pœna, ſed pœnalitas, & exercitium meriti, tamen pater pœna qua filij affligantur, cruciatur quia etſi ille ſit liber ab ipſis afflictionibus corporalibus, quas filij patiuntur, patitur nihilominus ex eorum afflictione mœrorem animi, vel damnum rerum ſuarum, idque in proprij peccati pœnam.

In tertiam & quartam generationem, quia hominum vita non extenditur hodie vltra tertiam & quartam generationem, vt nec tempore Moſis, inde eſt, quod ſpeciatim punitio paternorum peccatorum hic reſtringatur, quando enim miſerias alterius non videmus, qui propter nos patitur, ipſi non videmus nec ſcimus, tunc illius afflictio non dicitur noſtra punitio, quia ex ipſius afflictione nihil ad nos mali vel miſeriæ pertinet.

Qui oderint me, quilibet mali dicuntur Deum odiſſe, non quod omnes formaliter & expreſſe illum velint perire, aut honorem, aliaque bona perdere, ſed quoniam auerſi ab illo, violant mandata ipſius quæ qui diligunt eum, ſeruant, ac peculiariter qui colunt idola deoſque alienos, quod proximè, hîc ante prohibitum, odio Deum haberi à quibuſdam teſtantur, aliæ ſcripturæ, vt Deut. 5. Pſal. 20. & pluries alibi, imò Chriſtus Dominus id teſtatur Ioann. 15. oderunt me & Ioann. 15. patrem.

CONCEPTVS.

Peccata parentum in filijs conſeruata, extremam ferunt ruinam toti familiæ.

54. *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, quid eſt viſitans peccata parentum in filios? an quod filij propter parentum peccata puniantur vt ſua? abſit, non ſic durus eſt Deus, vt puniat immerentes propter aliorum debita, ſed viſitat peccata parentum in filijs, hoc eſt expectat antequam parentes puniat, an illa peccata tranſeant ad eorum progeniem, vbi autem peccata parentum durare in filijs videntur, tunc vindictæ gladium aduerſus illos Dominus exerit: ad hæc D. Hieronym. cap. 18. in Ezechielem, S. Hieron. *Si reddidit peccata patrum ſuper filios in tertiam &* B *quartam generationem, iniuſtum videtur vt alius peccet, & alius puniatur, ſed ex eo quod ſequitur his qui oderunt me, comminationis ſiue præcepti ſcandalum ſoluitur, non enim ideo peccata puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius qui peccatores fuerunt puniri debuerint, ſed qui a patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum hæreditario malo & impietate in ramos quoque de radice ſequente*, quæ in parentibus longanimiter Deus diſſimulabat peccata, expectans eos ad pœnitentiam, vbi cernuntur propagari in filios, cum filij eadem peragunt, iam tunc in illos ita Dei ſuas vires exerit.

Clementia Dei, ſi ea abutamur, in maximum mutatur rigorem. C

55. *Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationē*, quibus verbis non ſolum Dei ſeueritas, ſed & clementia in peccatores oſtenditur, quod nouit expectare per tertiam & quartam generationem, ſed cur ita patiens? cur ilico cum deliquerunt, ſeuerè non punis? cur ita cunctaris? quia miſericors, at vbi ter, aut quater in eiſdem perſtant ſceleribus, tunc diuina clementia indignata ex ignoſcendi aſſiduitate in ita peccantes abſumit: vt habet cit. Hieronym. in illud Naum 1. Dominus patiens, S Hieron. Naum 1. *Diu quidem Deus patiens eſt, & magnæ magnanimitatis ſuæ fortitudine iniquitates peccatorum ſuſtinuit, prouocans eos ad pœnitentiam, ſed quia contempta bonitate Dei theſauriſauerint ſibi* D *iram in die iræ, qui ante patiens fuit, nequaquam eos, tanquam mundos & innocentes inultos abire patietur.*

Si Pater verè filium diligeret, non delinqueret.

56. *Ego Dominus Deus fortis, Zelotes viſitans iniquitates patrum in filios in tertium & quartam generationem*. viſita peccata parentum, cur filij eorum participes ſicut ſi deliquerint, punientur? punientur & filij ſi patres deliquerint, vt parentes ſi verè filiorum amatores fuerint, peccare deſinant, ſaltem ne ſimiles etiam pro ſui A expiatione peccati calamitates filij patiantur: ſic conſulit Hieron. ab Oleaſtro, O'eaſtro. *Parentes aduertere debent, quantum videlicet abſtinere à peccatis debeant, non ſolum ne propterea puniantur ipſi, ſed ne peccatorum ſuorum flagella in filios transfundant.*

Quid non agit & patitur Deus, vt nos doceat?

Ego ſum Dominus Deus fortis, zelotes, quid? 57. cui omnia ſubijciuntur, zelotypia laborat? nonne quid imperfectionis eſt zelo accendi? ſic loquitur, vt nos doceat quanto in ſuos amore feratur, cum tanquam vir vxorem, ſic ille ſponſus animarum eas immunes à peccatis ſeruare ſatagat: fauet Orig. Origenes. *Vide benignitatem* B *Dei, vt quomodo nos doceat & perfectos faciat, ipſe fragilitatem humanorum non recuſat affectuum, quis enim audiens Deum zelantem, non continuo miretur, vt humanæ fragilitatis vitium putet, ſed omnia propter nos agit, & patitur Deus, & vt poſſimus edoceri notis, & vſitatis affectibus nobis loquitur.*

Deus ita animarum amator, vt non permittat eas coinquinari.

Ego ſum Dominus Deus fortis, Zelotes, ſi mor- 58. tales, peccatis & ſceleribus ſuis te deſerunt, cur indignaris ſi ſe tradat diaboli obſequio? nonne qui ingreditur ad mulierem omnibus proſtitutam, non indignatur etiam ſi cum ea alios C videat amatores? ſi ergo peccatis noſtris animæ proſtituuntur, non dæmoni ſed pluribus; ingreſſo enim fornicationis ſpiritu ſubſequitur ſpiritus gulæ, ſpiritus auaritiæ, &c. cur ergo ſi tot volentibus patet, pro ea Dominum Deum zelatorem te prædicas? aduerte quod qui legitimo vtitur matrimonio, non patitur in vxore poteſtatem peccandi, ſed accenditur zelo ad caſtitatem matrimonij conſeruandam, quo poſſit ex ea fieri legitimus pater: nonne autem Deus animas ſibi fide deſponſauit, teſte Paulo, deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto? quid mirum igitur, ſi Deus zelotes prædicetur? ita enim animarum noſtrarum amator, vt non permittat eas coinquinari: id diſertè confirmat Adamantius. Adamant. Paulus animas coniungit & ſociat, ſicut ipſe dicit, " D ſtatui enim vos vni viro virginem caſtam " exhibere Chriſto, & de quo in Euangelio ſcriptum eſt, quia rex quidam fecit nuptias filio " ſuo: in huius ergo viri nuptias cum ſe anima dederit, ex legitimo eum ſortita fuerit matrimonio, etiam ſi fuit aliquando peccatrix, & ſi meretricata eſt, tamen ſi ſe huic viro tradidit, " vltra eam peccare non patitur; non poteſt ferre, vt ruſum anima quæ ſe ſortita eſt virum, " alludat cum adulteris, quia excitatus ſuper " eam zelus viri huius, & defendit coniugij caſtitatem, & ideo zelaus dicitur Dominus, quia " animam ſibi mancipatam non patitur dæmonibus admiſceri; alioquin ſi eam viderit temerantem iura conjugij, & occaſionem quæ-

tere ad peccandum, tunc vt & ſcriptum eſt, A dat ei libellum repudij, & dimittit eam dicens, vbi eſt libellum repudij matris veſtræ, quo dimiſi eam? quibus etiam addit & dicit, Ecce peccatis veſtris venundati eſtis, & propter iniquitates veſtras, dimiſi matrem veſtram, hæc qui loquitur zelans eſt, & zelo commotus, hæc dicit, poſt acquiſitionem enim ſui, poſt illuminationem verbi diuini, poſt gratiam baptiſmi, poſt confeſſionem fidei, & poſt tot tantiſque ſacramentis confirmatum matrimonium, non vult nos vltra peccare, non patitur animam cuius ipſe, vel ſponſus, vel vir appelletur cum dæmonibus ludere, ſcortari cum immundis ſpiritibus, cum vitijs & immunditijs volutari: quod ſi aliquando eueniat vt conuertatur, & tedeat & pœniteat, miſeratus expectat, nouum B enim hoc bonitatis genus eſt, vt etiam poſt adulterium reuertentem, tamen ex toto corde ſuſcipiat pœnitentem animam. Bene nouum hoc bonitatis genus eſt, ſi enim vir ſuam in adulterio deprehenderit vxorem, eam nequaquam dimiſſam, in gratiam vult recipere. Deus autem animæ reuertenti illico condonat, vnde amorem hunc eximium in peccatricem animam declarans per Prophetam, ait, numquid mulier ſi exierit à viro, & dormierit cum alio, reuertitur ad virum ſuum, nonne contaminatione contaminabitur? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, & reuertebaris ad me.

Signum erga nos miſericordiæ diuinæ, ſi indignatur, ſi iraſcitur, & veluti zelotypia quadam erga nos vtitur. C

59. *Ego Dominus Deus fortis, Zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios*, quid? an tuus immortale genus amor declaratur, vt reddas iniquitatem patrum in filios, etiam vſque ad quartam generationem? Remoue potius ab eo zelum, et deſine indignari: ne zelum Dei à te remoueri deſideres, ſignum enim in nos maximum diuinæ miſericordiæ, quod nobis iraſcatur, quod puniat, quod zelotypia quadam ducatur. Quod benè annotauit cit. Adamant.

Origenes. *Hic Deus zelans eſt ſi requirit, & deſiderat animam tuam adhærere ſibi ſi te ſeruat à peccatis, & corripit ſi caſtigat, ſi indignatur, ſi iraſcitur, & veluti Zelotypia quadam erga te vtitur, ſpem tibi ſalutis eſſe agnoſce: ſi vero caſtigatus non reſipiſcis, correctus non emendaberis, verberatus contemnis, ſcito quod ſi eo vſque peccando profeceris, diſcedet à te Zelus eius. & dicetur tibi illud, quod*

Ezech. c. 16. *per Ezechielem Prophetam ad Hieruſalem dicitur, propterea diſcedet zelus meus à te, & non iraſcar vltra ſuper te? vide miſericordiam, & pietatem boni Dei, quando vult miſereri, indignari ſe dicit, & iraſci, ſicut per Hieremiam dicit, dolore & flagello caſtigaberis Hieruſalem, vt ne abſcedat anima mea abs te: ſi hæc intelligis, miſerantis Dei vox eſt, vbi iraſcitur & zelat, vbi adhibet dolores & verbera, flagellat enim omnem filium quem recipit: vis autem audire indignantis*

Hierem. c. 31.

Hierem. 5. *Dei terribilem vocem? audi quod dicit per Prophetam, cum enumeraſſet multa nefanda quæ commiſerat populus, addit etiam hæc, propter hoc inquit non viſitabo ſuper filias veſtras cum fornicantur, neque ſuper nurus veſtras cum mœchantur, hoc* A *eſt terribile, hoc extremum iam non corripimur pro peccatis, cum iam non corrigimus delinquentes, tunc enim cum exceſſerimus peccandi modum, Deus Zelans auferet à nobis zelum ſuum, ſicut ſuperius dixit, auferetur enim zelus meus à te, & non iraſcar ſuper te vltra.*

Animæ fornicatio, auerſio à virtute & mali operatio.

Ego Dominus Deus, fortis, zelotes. Deum 60.
dici zelotem ne feras indignè, alias moueberis etiam illo quod dicit Paulus Apoſt. 2. Corinth. 11. Zelo Dei vos zelo, deſponſaui enim vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto: ſancta enim ſcriptura verbis noſtris loquens, etiam per hæc verba demonſtrat, nihil B dignè de Deo dici poſſe: cur etiam verba illa non dicantur de illa maieſtate, de qua quicquid dictum fuerit indignè dicitur: quia omnes opes linguarum omnium ineffabili ſublimitate præcedit, nam quoniam zelando ſolent mariti vxorum pudicitiam cuſtodire, poteſtatem & diſciplinam Dei, qua fornicari animam impunè non ſinit, zelum Dei ſcripturæ vocauerunt; ſed in quo fornicari anima poteſt? quænam illius fornicatio? ſanè auerſio à virtute, & mali operatio: ſuffragatur B. Auguſt. lib. contra Adamant. c. 7. *Eſt animæ fornicatio, auerſio à fœcunditate ſapientiæ, & ad conceptum temporalium illecebrarum, corruptionumque conuerſio.*

2. Cor. 11.

S. Auguſt.

C *Deus non ſeuerus in peccatores, ſed ipſimet in ſe ipſos.*

Ego Dominus Deus fortis, zelotes, viſitans 61.
iniquitatem patrum in filios, quid? nonne hoc clementiæ diuinæ contrariatur? ſcriptum eſt enim Matth. 5. Eſtote benigni ſicut pater veſter cœleſtis, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos: & illud Matth. 18. quod Dominus ait, non ſolum ſepties peccanti fratri dimittendum, ſed etiam ſeptuageſies ſepties: quomodo ergo Deus patiente peccante, viſitat eius peccata in filijs vſque ad quartam generationem, cum dictum fratri peccanti non ſolum ſepties & ſeptuageſies ſepties, dimittendum? obſerua quid addiderit Deus, poſtquam ait, viſitans iniquitatem patrum in 3. & 4. generationem, ſubiungit, *eorum qui oderunt me.* D Pende qui oderunt me, & colliges Deum non ſeuerum in peccatores, ſed ipſoſmet in ſemetipſos, cum odium eorum pœnam ſibi debitam attrahat: id doctè ponderat cit. Auguſt. *Ex eo quod addidit, qui me oderunt, intelligitur eos puniri peccatis parentum, qui in eadem peruerſitate, parentum perſeuerare voluerunt, tales enim non ſæuitia, ſed potius iuſtitia Dei, & ſua iniquitate puniuntur, ſicut Propheta ait Sapient. 1. Sanctus enim ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum, & auferet ſe à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate. id eſt, corripietur homo ſuperueniente ſibi iniquitate ſua, cum ab eo receſſerit Spiritus ſanctus: & Prouerb. 5. Funiculis peccatorum ſuorum vnuſquiſque conſtringitur.*

Matth. 5.

Matth. 18.

S. Auguſt.

Sapient. 1.

Prouerb. 5.

Peccatorum imitatores ſeuerius puniuntur.

62. *Ego ſum Dominus Deus fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios*, ſcilicet ſi oderunt me, ſi mandata mea non ſeruauerunt, ſicut patres eorum. Sed qua viſitatione viſitabis iniquitatem patrum in filijs te odientibus? eademne qua genitores? nequaquam, ſed maiori, peccatorum enim qui puniuntur, imitatores ſeuerius caſtigari debent: ad id Gregor. Mag. 15. Moral. c. 22. (S. Gregor. Magnus.) *Vnde fit vt iniquus filius iniqui patris, non ſolum ſua qua addidit, ſed etiam patris peccata perſoluat, cum vitijs patris, quibus iratum Dominum non ignorat, etiam ſuam adhuc malitiam adiungere non formidat: & iuſtum eſt vt qui ſub diſtricto iudice, vitia parentis iniqui non timet imitari, cogatur in vita præſenti etiam culpam parentis iniqui perſoluere.* Gregorium præiuit B. Auguſt. in qq. veteris, & noui Teſtam. c. 14. (S. Auguſt.) *Sicut iuſtorum filij, & ipſi iuſti, nobilitant in ſe genus iuſtitiæ, dum & patrum & ſua iuſtitia ſublimantur, ita & nequiſſimorum & ipſi filij nequiſſimi, crementum faciunt malitiæ; quia & malorum filij ſunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum: quis autem malum & mali hominis filium non duplici genere execretur? quomodo bonum & boni filium duplici mercede non cenſet honorandum?*

Nimia bonitas eſt Dei in peccatores.

63. *Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios*, ô Deus æquiſſime? cur non viſitas iniquitatem patrum in patribus? nam cum tot teneantur titulis filios piè & ſanctè docere, in omnibus exemplum virtutum præbere? nonne mererētur grauiſſimis plecti ſupplicijs, cur ergo eis condonas? cur ab eis pœnas non exigis, vt ijs cautiores facti filij ſciant ab omni malo cauere? in hoc admiranda eſt Dei bonitas, imo & adoranda eſt tanquam nimia in peccatores, cum pœnam non exigat ab eis in hoc ſæculo, ſed vſque in futurum longanimiter expectet, attendens vtrum reſipiſcere velint. *Peccauit quis*, inquit Seuerus in Cat. (Seuerus.) *& hunc patienter Deus tolerauit, pœnitentiam illius & in meliorem frugem immutationem expectans: cæterum hic minimè pœnitentiam agit, ſed impietatis viam continenter inſiſtens, in futurum iudicium reſeruatur, in quo omnibus omnia reddenda ſunt; deinde hunc filius eius male æmulatus eſt, hunc quoque filius male ſequitur: hic iam Deus longanimis prouidentiam ſuam oſtendit, hunc dignè caſtigans ac puniens, quod quidem & in ſuperioribus patribus feciſſet, niſi patientiæ diuinæ menſura ſuperabundaſſet ijs rationibus quas ille nouit, qui omnia in ſapientia diſpenſat. Sæpè enim nimia bonitate Deus inductus in quartam vſque generationem vltionem differt, ideo non ſimpliciter dictum eſt in tertiam & quartam generationem, ſed cum additamento odientibus me, vt apertum fiat non ob parentum peccata, ſed ob illorum odium aduerſus Deum eos puniri.*

Qui peccatoribus commiſcentur, ſi deliquerint, quaſi excuſationem habere videntur, qua carent alij ab illis ſegregati.

64. *Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, vſque ad tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me.* Nonne patres eorum te in Ægypto oderant, cum idololatriæ dediti, falſa adorauere numina? cur ergo impuniti manent, & filij eorum, ſi eiuſdem ſceleris ſiunt rei, caſtigantur ſeuerè? & parentes & filij eodem plectantur ſupplicio, cum eiuſdem culpæ fuerint facti participes? accommodatè ad rem noſtram hanc difficultatem ſoluit Diodorus, (Diodorus.) *Quia in deſerto vitulum adoraturi erant, ideo illis comminatur, quaſi diceret, idololatra in Ægypto fuiſtis, id tamen aliquam excuſationem habet, propterea quod illis commiſcebamini: nunc vero ab illorum erroribus liberati, miranda aduerſus Ægyptios vidiſtis. Si igitur poſt hæc idola colueritis, patrum veſtrorum peccati pœnas vobis infligam, neque enim peccatorum illorum pœnas expendiſtis, ſed poſt tot beneficia in eiſdem peccatis perſiſtentes, iuſtas pœnas exoluetis, neque enim par eſt, vt vobis quemadmodum & illis parcam*, pende hæc vlt[illegible] verba, & intelliges ab eiſdem peccatoribus, etiam in eodem genere, eaſdem non exigi pœnas, cum non ſit par puniendi ratio.

Opportuno tempore ſua Deus prædicat attributa.

Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, cur te nunc fortem prædicas? ad quid enim nunc tuæ fortitudinis comminatio? nam ſatis erat dixiſſe, ego Dominus Deus zelotes, ſic enim zelum aliæ lectiones, omiſſo fortitudinis epitheto dixerunt: nonne Deus ſe fortiſſimum oſtenderat, cum mons terribilis apparuit, & fulguribus coruſcans, mugientibus in eo tonitruis, turbine omnia ſecum rapiente, terræ motu ſuperueniente, &c? merito ergo nunc non ſolum ſe zelotem, ſed etiam fortem dicit, quia Deus tempore opportuno ſua prædicat attributa: annuit Abas Tuicenſ. (Rupertus.) *Opportuno tempore fortem ſe, & reddentem iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem hic aſſeruit, videlicet vbi totus mons Sinai fumigabat, & totus erat terribilis, eo quod Dominus deſcendiſſet, quod erat indicium fortitudinis.* 65.

In tantum eſt peruerſus peccator, vt Deum malorum prohibitorem odio habeat.

Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderunt me. quid, ô ſumma bonitas! cur te iniquitatem patrum in filijs te odiētibus ais viſitaturum? ergo ſi condonas patribus, nec etiam filios pecctāes punias, nam quomodo poſſunt odio te proſequi, cum hoc videatur quaſi impoſſibile, cum ſis ſummum bonum, & de ratione ſummi boni eſt quod ametur, ſicut de ratione mali quod odio habeatur? verum eſt Deum vt ſummam bonitatem odio haberi non poſſe, ſed peccator ita peruerſus, quod eum tanquam malorum prohibitorem conſiderans, quaſi ſibi contrarium auerſetur. Hoc annotauit Angel. Doctor (S. Thomas.) 2. 2. q. 34. art. 1. in corp. *Deus dupliciter in homine apprehendi poteſt, vno modo ſecundum ſeipſum, puta cum per eſſentiam videtur: alio modo per effectus ſuos, cum ſcilicet inuiſibilia Dei, per ea* 66.

quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur. Deus autem per eſſentiam ſuam, eſt ipſa bonitas, quam nullus odio habere poteſt, quia de ratione boni eſt, quod ametur, ideo impoſſibile eſt, quod aliquis videns Deum per eſſentiam eum odio habeat: ſed effectus eius aliqui ſunt, qui nullo modo poſſunt eſſe contrarij voluntati diuinæ. quia eſſe, viuere & intelligere eſt, & appetibile & amabile omnibus, qui ſunt quidam effectus Dei, vnde etiam ſecundum quod Deus apprehenditur, vt auctor horum affectuum, non poteſt odio haberi. Sunt autem quidam effectus Dei, qui repugnant inordinatæ voluntati: ſicut inflictio pœnarum, & cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnat voluntati deprauatæ per peccatum, & quantum ad conſiderationẽ talium effectuum Deus ab aliquibus odio haberi poteſt, in quantum ſcilicet apprehenditur peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor.

Graue eſt parentibus, ſe eſſe cauſam damnationis filiorum.

67. *Ego Dominus Deus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitatẽ patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, ad detterendos patres à tuarum legum tranſgreſſione, cur non mortes, nõ ignes, non cruces minaris? cur ſolum prædicis te viſitaturum iniquitates eorum vſque ad tertiam & quartam generationem? quia hoc illis maximè erat timendum, quod propter ſua peccata futuri erant ipſi filijs ſuis cauſa damnationis & mortis: id quod ponderans Tertullian. lib. 2. in Marc. hæc pulchra dedit verba, *Nolite reprehendere iudicem, ſed reuincite malum iudicem, nam & patrum delicta ex filijs exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel poſteritatibus ſuis proſpicientes, legi diuinæ obedirent, quis enim non magis filiorum ſalutem, quam ſuam curet?* Sanè nouum genus ſupplicij, nouum & maximè horrendum, quod parentum delicta filijs ſuis chariſſimiſque pignoribus damnationem conciliarent, ſed totum hoc exegit tormentum duritia illius populi, quæ nullo alio minore metu poſſet arceri à peccatis, ideo ponitur hæc rerum parentibus timendarum maxima.

Tertullian.

Malunt patres filios puniri, quam ſine liberis eſſe.

68. *Ego Dominus Deus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios*, nonne Deus bone, comminari debetes matrimonio coniunctis, nullam habituros ſobolem, ſi tua tranſgrederentur mandata? in hoc etiam diuina clementia eluceſcit, qui talem pœnam, qualis erat liberorum priuatio, comminari noluit, ſciebat enim hanc connubio iunctis omnino intolerabilem, & optabilius eſſe eorum filios puniri, quam eis carere: Annuit Proc. Gazæus; *Opus fuit grauiſſimis terriculamentis, quibus perterrerentur legem accepturi, vt tenacius eam retinerent: quapropter continuo Deus ſe nominat zelotem;* deinde ſubiunxit, *pœnis ſubijciens impiorum parentum liberos, ſi ſequantur impietatem paternam & æmulentur maiorum falſam religionem, etiamſi diuina clementia pepercerit parentibus: tamen profanum illud genus contempta religionis ſcelus non feret inultum, hæc comminatio admodum periculoſa, & grauis apparebat, ſi ad rem eſſet collata ante fœcundam ſucceſſionem generis, nam omnis ſpes opeſque ipſis in fœcunda generatione ſita erant.*

Procop.

Licet toto animi niſu virtuti incumbendum, tamen hoc præcipuè conuenit ijs qui aliquando a Deo defecerunt.

Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, quibus verbis indicat cauſam, ob quam omnino abſtinere debemus à quacumque re, quæ vel leuem habeat mali ſuſpicionem: fœmina enim quæ habet maritum zelotem, vel vmbram timet, ne maritum offendat, ſed quos præcipuè pungit? ſanè eos qui aliquando à Deo deſciuerunt, etenim quamuis omnes hoc tangat præceptum, omnes enim pœnitus virtuti inſiſtere oportet, neque minutiſſimam rimulam vitio relinquere, at illi præcipuè cauere debent, qui quandoque vitijs dediti, aliquando per pœnitentiam reſciſſam cum Deo ſocietatem reſarciuerunt: maritus enim qui nihil mali in vxore deprehendit, & nulla lancinatur ſuſpicione, multa vxori cõcedit: at vero ſi ſemel eam vel deliquiſſe leuiter cognouerit, ardet zelotypia, omnemque vxoris viam rimatur, & vt eſt in prouerbio, vmbram timet, vnde iſtius mariti vxorem oportet omnino inuigilare, ne quid faciat, quo exulcerato mariti animo, vulnera refricet. Dictum accipe ex Orig. hom. 8. in Exod. Niſi toto corde diligamus Dominum Deum noſtrum, & tota anima, & virtute adhæreamus ipſi, non ſumus effecti pars Domini, ſed veluti in confinio quodam poſiti, & illos offenſos patimur quos refugimus, & Dominum ad quem confugimus, propitium non efficimus: niſi ergo nũc tota fide maneas cum viro tuo, & toto corde & ore glutineris, ex multis ſceleribus quæ commiſiſti ſuſpectus ei erit omnis motus tuus, & aſpectus tuus, ipſe etiam inceſſus, ſi fuerit negligentior, diſplicebit, ergo priora deleas vt fides tibi poſſit haberi, in reliquis nihil agendum tibi eſt impudicum, ſed ne cogitandum quidem. 69.

Origenes.

Diabolus author peccati, indignus pœna hic non punitur, ſed qui eius ſuaſionibus conſenſerunt, eam non effugiunt.

Ego ſum Dominus Deus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, hunc nodum difficilem ſoluere Orig. non valens, quomodo Deus impunitis patribus, mandata ſua tranſgredientibus, filios eorum vſque ad tertiam & quartam generationem puniens viſitaret, hoc enim omnino iniuſtum cenſetur vt quis peccans liber ſit à pœna, & alij ea inuoluantur: quomodo ergo, ô Adamanti, ab iniuſtitia Deum vendicare poteris? plures enim ſunt hæretici qui hunc ſermonem Dei non eſſe contendunt: Aduertamus, inquit, interiorem hominem noſtrum, aut Deum habere patrem, ſi ſecundum Deum viuit, & quæ Dei ſunt agit, aut diabolum ſi in peccatis ſit, & voluntates illius gerit, ſicut euidenter in Euangelio Saluator oſtendit, cum dicit, vos de patre diabolo eſtis, ſi deſideria patris veſtri facere vultis, ille homicida 70.

Orig.

fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, ſicut A ergo ſemen Dei in nobis dicitur manere, cum verbum Dei ſeruantes in nobis, non peccamus, vt Ioan. dicit, Qui autem ex Deo eſt non peccat, quia ſemen Dei manet in eo, ita etiam cum à diabolo ad peccandum ſuademur, ſemen eius efficimur, cum etiam ope implemus, quod ſuaſit: tum etiam & genuit nos, naſcimur enim filij iræ per peccatum, quoniam autem peccantes vix ferè accidit, vt ſine adiutore peccemus, ſed aut miniſtros peccati, aut adiutores ſemper requirimus, v. g. ſi adulterium quis molitur, non poteſt ſolus hoc admittere, ſed neceſſe eſt etiam adulterum conſortem fieri, ſociumque peccati, tunc propterea, & ſi non plures eſſe, tamen neceſſe eſt aliquem, vel aliquam in miniſterijs ad ſocietatem peccati, quo omnes velut vnus ex altero, B ſecundum perſuaſionis ordinem, generati ex patre diabolo noxiæ natiuitatis progeniem ducunt. Quo poſito ſic reſpondet; Diabolus qui peccandi iam modum exceſſit in hoc ſæculo, neque corripitur, neque flagellatur, omnia namque ei ſeruata ſunt in futurum, dum ergo ſtat mundus, peccata ſua non recipit Diabolus qui eſt peccantium pater, redduntur autem in filios, id eſt in eos quos genuit, per peccatum etenim homines in carne poſiti, corripiuntur à Domino, verberantur, flagellantur, non enim vult Dominus mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat: & propterea Dominus benignus reddit peccata patrum in filios, vt quoniam patres, id eſt diabolus, & Angeli eius, cæterique principes mundi huius ac C rectores tenebrarum harum (vt ipſi enim efficiantur patres peccati, ſicut & diabolus) quoniam nunquam patres iſti indigni ſunt, qui in hoc ſæculo corripiantur, ſed in futuro recipient quæ merentur, filij eorum quos peccare perſuaſerint, & qui nihilominus per ipſos additi fuerunt ad conſortium ſocietatemque peccati, hæc recipiunt quæ geſſeruot, vt purgatiores ad futurum ſæculum pergant, & vltra diabolo ſocij non efficiantur in pœnâ.

1 Ioan. 3.

Dei amor in nos non qualiſcumque, ſed intenſiſſimus.

31. *Ego ſum Dominus Deus, fortis, Zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios*, ſanè vt timorem incuteret, ſatis erat dixiſſe, ego ſum Deus fortis, non impunitos relinquens eos qui mandata mea tranſgrediuntur, cur addidit ſe zelotem eſſe? vt oſtenderet ſe non quomodocunque, hominem diligere, ſed intenſiſſimè: vt declarat B. Dionyſ. Areopag. c. 4. de Diuinis nominibus, ſic enim ait, *Deum ζηλωτὴν id eſt, æmulum ipſum ijs qui multum in diuinis exercitati ſunt, appellant, vt magno & benigno in ea quæ ſunt, amore præditum excitantemque ad ſtudium amatoris ipſius deſiderij, atque vt ſingulari amore captum ſe ipſum præſtantem, cui nimio amore digna ſunt ea, quæ expetenda ſunt, & quod ea quibus conſulit, & prouidet nimio amore proſequatur.* Sed quomodo hunc intenſum Dei erga nos amorem concipiemus? ex eo quo fertur zelotypus erga coniugem, quid enim agit, imò quid non molitur vt ab alieno amore liberam ſeruet? primo audit attentè ſi loquatur coniux cum ſibi ſuſpecto, quoſque ſermones miſceat, nonne ita ſimiliter Deus? ſic enim Sapient. 1. Auris zeli audit omnia, id eſt auris Dei zelantis animas, & maximo amore audit, id eſt percipit mente omnia verba cordis, oris & operis, ſi inuenit aliquid dicentem, cogitantem & operantem indebite, iraſcitur puniens hic vel in futuro. Secundò zelotypus omnes nutus, & actus coniugis conſiderat, per rimulas, per cancellos, vel alio modo incognito: Nonne ſimiliter Deus? Cant. enim 2. dicitur, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos: ſtare dicitur quia immutabilis eſt, poſt parietem noſtrum ſtat, quia in humanitate aſſumpta diuinitas latuit, reſpicit per feneſtras & cancellos, id eſt per creaturas nobiliores tanquam per fe- B neſtras, & inferiores tanquam per cancellos, per quos minus res ipſa videtur, reſpicit, quali affectu moueamur, ad creaturas rationales & irrationales. Tertio zelotypus fingit ſe longius ire maximam viam ſibi conficiendam, id negotijs exigentibus. Nonne eodem modo ſe habet Deus? Prouerb. 7. Abijt via longiſſima, id eſt Chriſtus, vt fingat ſe non videre vel audire, cum tamen ab oſtio non recedat, ſecundum illud Apocal. 3. Ego ſto ad oſtium, & pulſo, ſto ad oſtium voluntatis, per quod ad animam ingredior, & pulſo per increpationem, & occultam inſpirationem, ſi quis audierit vocem meam per prædicationem, aut inſpirationem obediens, & aperuerit ianuam gratiæ impedimentum non præſtans, ad illum introibo per gratiam iuſtificantem: quaſi ergo C longe recedit, cum ſinit peccatorem in ſuis iniquitatibus proſperari; ſed prope eum adſtare ſignificat, cum tribulationibus flagellat Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, id eſt Dei, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Quarto zelotypus inopinato venit vxore ingreſſum illius non cogitante, quid de Chriſto Domino ait Apoſt. ad Theſſal. 5. Dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet, Apocal. 3. Si non vigilaueris veniam ad te, tanquam fur, Sopho. 1. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, id eſt omnis peccator amans terrena inordinate, deuorabitur; quia ſubito abſorbebitur à pœnis inferni. Quinto zelotypus alio veſtitu induitur, vt quaſi alius habeatur, ſicque experientiam ſumat pudicitiæ vxoris. Nonne ſic Deus cum ſit ſemper quaſi veſtitu D naturali indutus perfectiſſima iuſtitia & clementiſſima miſericordia, & beneuolentia; aliquando tamen ſecundum apparentiam exteriorem videtur habitum iuſtitiæ deponere, & iniuſtitiæ ſumere indumentum? cum ſcilicet impios omni ſupplicio dignos bonis terreſtribus cumulat, & è contra iuſtos & pios fortunæ bonis deſtituit afflictionibus premit, quaſi eorũ nulla ſibi foret cura, ſicque libertas animæ dari videatur ad quamlibet malam actionem, cum Deus malos ſinat impunitos, iuſtos autem irremuneratos, ſed anima caſta ex his non mouetur, ſed fidem ſeruat ſponſo, aut eum non titubantem intenſius diligit, Ezech. 23. Ponam in te zelum meum dicit Dominus. Sexto zelotypus diligenter inquirit à famulis, à vicinis, ab alijs ſibi notis; quomodo ſe gerat coniux, vtrum alicuius impudicitiæ occaſio ex

S. Dionyſ. Areopag.

Sapient. 1.

Cant. 2.

Prouerb. 7.

Apoc. 3.

Sapient. 5.

Theſſal. 5.

Apoc. 3.

Soph. 1.

Ezech. 23.

moribus eius poſſit conijci; nonne ſimiliter Deus cui omnia ſunt cognita, in cuſtodiam hominum Angelos conſtituit vt geſta eorum obſeruent? (Pſalm.) Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis, nonne etiam à prælatis exigit rationem eorum qui ſibi commiſſi ſunt? Septimo zelotypus neſcit adultero, aut vxori infideli parcere, (Prouerb. 6.) Prouerb. 6. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, ſi enim vir zelo exarſerit, atque zelus furorem acuerit, cohiberi nõ poterit, donec de iniuria illata ſibi vindictam ſumat, tantus enim eſt iracundiæ huius impetus tamque effrœnis, vti leges & ſi manus non arment ad vindictam, tamen illas minimè exarment, id tribuentes iuſto dolori, vt vir vim adulterio inferre poſſit impune, (B) cuius indulgentiæ rationem obtulit (Caſſiodor.) Caſſiod. eum excuſans qui occiderit adulterum, *Quis ferat* (inquit) *hominem ad legem trahere, qui matrimonij nixus eſt iura violare? feris inſitum eſt copulam ſuam extrema decertat one defendere, dum omnibus animantibus inimicum, quod naturali lege dominatur, videmus tauros fœminas ſuas cornuali concertatione defendere, arietes pro ſuis fœminis capitaliter inſanire. equos, adiunctas ſibi fœminas colaphis & morſibus vindicare, ita pro copularis ſibi animas ponunt qui verecundia non mouentur: homo autem quomodo patiatur inultum* (A) *relinquere adulterium quod ad æternum ſuum dedecus cognoſcitur commiſiſſe?* Nullis item precibus flectetur, vt à cauſa decedat, & litem non vergeat, quod vſque adulteris pœna legis impoſita fuerit: nonne ſimiliter hoc Chriſto competere poteſt, qui in finali iudicio animam adulterio ſpirituali, cuius pœnitentiam non egit, conſpiciens, minime condonabit, non parcet, nec ad indulgentiam precibus cuiuſcumque poterit commoueri?

Deus peccatorum medicus.

Ego ſum Dominus Deus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, cur dixit ſe viſitare? cur non ait reddens, vt habetur. Deuter. vel vt habet Greg. Mag. Rependens, vel vt legit Procop. refundens peccata? nonne, propriè dicitur de medicis, quod infirmos, vt viſi ſunt in ſuis ægritudinibus, vt remedia adhibeant conſentanea? benè ergo dicitur de Deo quod viſitet iniquitates peccatorum, eorum vim eſt expertiſſimus medicus: obſeruatio S. (S. Antonin.) Antonini 1. p. tit. 6. cap. 2. de Amore 55. *De Zelo, dicitur Deus viſitare iniquitates, quia medicus dicitur viſitare infirmum, cum enim curat per aſpera remedia, intendens quantum in ſe eſt ſanctionem eius. ita Deus dicitur viſitare peccatores, cum flagellat intendens per aduerſa à peccatis emendare.*

VARIET. LECT. Verſ. 6.

Vulg. Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea.

Cald. Et faciens miſericordiam in mille (C) generationes, diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.

Onkel. Benefacio in mille generationes.

CONCORDIA.

Cald. legens in mille generationes intelligendus eſt de omnibus: vnde nil melius (Pſal. 104.) intelligitur quod Dauid Pſalm. 104. dicit de Deo, memor fuit in ſæculum ſæculi teſtamenti ſui, verbi quod mandauit in mille generationes, id eſt omnes, cum enim nequaquam credendum ſit quod ad centum generationes mundus extenditur, quid aliud mille generationibus, niſi vniuerſitas generationum ſignatur? accedit eidem ſententiæ Auguſtinus in (S. August.) præf. Pſal. dum ait mille generationes propter numeri perfectionem, pro omnibus intelligendæ ſunt, quamdiu generatio generationi ſubſequendo, ſuccedit, tamdiu mandatum eſt, viuendum eſſe ex fide: quod obſeruat populus Dei, filij promiſſionis naſcendo venientes & moriendo obeuntes, donec omnis generatio finiatur, quod millenario numero ſignificatũ eſt.

EXPOSITIO.

Faciens miſericordiam in millia, hoc eſt benefaciẽs ſine termino, certum eſt enim millenarium numerum pro infinito ſumi, vide cõcordiam, *his qui diligunt me* ſi poſteri in amore & timore meo perſeuerent, non ſolum autem (D) illis poſteris benefaciet Deus intuitu iuſtitiæ quam habent, ſed etiam intuitu iuſtitiæ, & meritorum ipſorum maiorum, *& cuſtodiunt præcepta mea*, explicat qui ſunt, qui Deum diligunt, nempe ſua cuſtodientes mandata.

CONCEPTVS.

Deus pronior ad miſerendum quam ad puniendum.

73. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*. Cald. faciens miſericordiam in mille generationes, cur non ais faciens miſericordiam in tertiam & quartam generationem, cum ſuperius loquens de punitione tuæ legis tranſgreſſoribus infligenda, non vlterius deduxiſti quam vſque ad generationem? merito quidem.

quidem, quia Deus pronior eſt ad miſerendum quam ad puniendum, viſitat enim ſolum iniquitatem in quartam generationem, miſericordiam cum extendat in mille generationes? *Cerne differentiam* (inquit Card. Cajet.) *quoniam vindicta non extenditur vltra quatuor filios, beneficia autem extenduntur in millia, ad ſignificandum quod ad conferēdum bona eſt Deus propenſiſſimus, ad inferendum autem mala eſt parcus, & ratio eſt, quia bona confert ſua ſponte, mala autem infert exigentibus demeritis noſtris.* Cajet.

Probatio dilectionis, exhibitio operis.

74. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*, & ilico ſubiungit, *& cuſtodiūt praecepta mea*, cur poſt ſermonem de dilectione, ilico addidiſti mandatorum tuorum obſeruantiam? nonne plures aſſerunt, ſe Deum diligere, cum tamen obliquam viuendi rationem inſtituant? merito ergo vnum alteri ſubiungit, probatio enim dilectionis eſt exhibitio operis: rectè B. Greg. Mag. hom. 3. in Euang. *Ecce ſi vnuſquiſque veſtrum requiratur, an diligat eum tota fiducia, & ſecuramento, reſpondes diligo: in ipſo autem lectionis exordio audiſtis quid veritas dicit, ſi quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, probatio ergo dilectionis eſt exhibitio operis, verè enim diligimus ſi ad mandata eius, à noſtris nos voluptatibus temperamus, nam qui adhuc per illicita deſideria diffluit, profecto Deum non amat, quia ei in ſua voluntate contradicit.* S. Gregorius.

Amor Dei otioſus eſſe non poteſt.

75. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*, quinam ſunt tui amatores? qui cuſtodiunt mandata mea, nonne his non cuſtoditis, in tui dilectionem ferri poterūt? quis hoc aſſeret cum amor Dei otioſus eſſe nō poſſit, ſed operatiuus? annuit cit. ibidem ſummus Pontifex, *Ad vos metipſos fratres chariſſimi introrſus redite, ſi Deū verè amatis, exquirite, nec tamen ſib. aliquis credat, quidquid ſibi animus ſine operis atteſtatione reſponderit, de dilectione conditoris lingua, mens & vita requiruntur, nunquam eſt Dei amor otioſus operatur etenim magna, ſi eſt, ſi vero operari renuit, amor non eſt*, & B. Antioch. hom. 12. *Vide hic quam operatoria ſit erga Deum charitas.* S. Antioch.

Ex dilectione Dei praeceptorum eius cuſtodia.

76. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*, cur non ais, ô Deus, qui cuſtodiūt mandata mea, antequam de dilectione ſermonem inſtituas? inuerſum ordinem ſerua, non prius ſit tua cuſtodire mandata quam te diligere, rectè hic ordo ſeruatur, ex dilectione enim Dei, praeceptorum eius cuſtodia trahit originem: quod ab Auguſt. in tract. 82. in Ioann. confirmatur, *Dilectio facit praecepta ſeruare, an praecepta ſeruare faciunt dilectionem? ſed quis ambigit quod dilectio praecedit, vnde enim praecepta ſeruet, non habet qui non diligit: quod ergo ait ſi praecepta mea ſeruaueritis manebitis in dilectione mea, oſtendit non vnde dilectio generetur, ſed vnde monſtretur, nolite vos putare manere in dilectione mea ſi non ſeruaueritis praecepta mea, ſi enim ſeruaueritis manebitis, hoc eſt apparebit quod in dilectione mea manebitis, ſi praecepta mea ſeruaueritis.* S. Auguſt.

Amor Dei eſt Deum omnibus praeferre.

77. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*, in quo conſiſtat haec dilectio, aperuiſti, nempe in mandatorum tuorum obſeruatione, ſed quomodo diligendus ſis hîc non oſtendiſti, hunc ergo modum edoce; diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua Deut. 6. Sed quid eſt ô Deus te ex toto corde diligere? &c. reſpondeat auctor operis imperf. in Matth. *Id eſt vt cor tuum non ſit inclinatum ad illius rei dilectionem amplius quam ad Dei, nec delecteris in aliqua ſpecie mundi amplius quam in Deo, non in honoribus, non in auro, vel argento, &c. Sed haec omnia exiſtimes tibi eſſe in Deo, vt prae his omnibus Deum ames: ſi ergo & omnis anima Chriſtiana quae ſponſa eſt Chriſti, ita diligere debet Deum, vt nihil ſit in mundo, quod amplius ames quam Deum, aut in tantum, pro quanta autem parte plus amaueris, tanta autem parte minus amas Deum, quid eſt in tota anima diligere Deum? id eſt arctiſſimum animum habere in veritate, puta ſi didiciſti vnum Deum, ex quo omnia & per quem omnia, ſi is tum intellectus tuus per alicuius doctrina ſeductionem percuſſus, caeperis dubitare de ſubſtantia Dei, in tota anima non diligis Deum; item qui putat incantationes & auguria aliquid poſſe: quid eſt tota mente diligere Deum? id eſt, vt omnes ſenſus tui qui pertinent ad te, vacent Deo, cuius intellectus Deo miniſtrat, cuius ſapientia circa Deum eſt, cuius cogitatio, ea quae ſunt Dei, tractat: cuius memoria, quae ſunt bona, recordatur, tota mente diligit Deum.* Auctor oper. imperf.

Vel Dei verbulum in dilectoribus ſuis, paene inamiſſibilem gratiam cauſat.

78. *Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me*; qui ſunt tui dilectores? qui cuſtodiunt mandata mea: ſic etiam Chriſt. Dom. Ioan. 14. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit. Animaduerte etiam haec praecepta ſermones vocaſſe Moyſen in initio huius capit. Locutus eſt Dominus cunctos ſermones hos: ſed pendamus, quod qui Dominum diligunt ſermones eius ſeruare debeant, non ſolum praeceptum, ſed quicumque alij Dei ſermones, debent eſſe ſibi gratiſſimi, vt eos obſeruent. Sed quod praemium? & pater meus diliget eum, & veniemus, & apud eum manſionem faciemus, ecce quantam gratiam afferat dilectoribus ſuis Dei ſermo, afferet illis non quamcumque gratiam, ſed gratiam permanentem, & quaſi inamiſſibilem, dum ait apud eum manſionem faciemus: ſic valent apud dilectores Dei viui ſermones, vt ad verbulum Dei in illis gratiam paene inamiſſibilem cauſet. Acute hanc rem tetigit S. Maximus hom. 12. vbi adducit illud Luc. 10. Maria ſedens ſecus pedes Domini, audiebat verbum illius, *Verba ab ore diuino venientia excipiebat haec nota Dei amatrix in corde ſuo*, & quaſi id faciebat fructu ait Dominus, optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea, quae verba ſic ad mentem noſtram flexit cit. Maximus, *Maria ſiquidem quae illum diligebat, & ſedebat ad pedes eius, non ſimpliciter adhaeſit Deus, ſed virtutem quamdam ſecretam, è ſua ipſius ſubſtantia contulit ei, nam ſermones quibus Deus quiete* Ioan. 14. S. Maximus. Luc. 10.

Mariam alloquebatur, ſpiritus erant & virtus quædam penetrabantque cor eius einſmodi verba, creſcebatque diuina virtus in corde ipſius, neceſſario enim virtus illa in quemcumque ſe effuderit firmus permanet, ſicut poſſeſſio quæ auferri non poteſt His verbis agnoſcit Maximus per Dei verba communicari quamdam diuinitatis portionem, hoc eſt quamdam gratiam quæ permanentiam, .& quaſi inamiſſibilitatem ſecum inferat.

Non ex Deo, ſed ex defectu noſtro difficultas in præceptorum cuſtodia.

79. *Facient miſericordiam in millia his qui diligunt me. & cuſtodiunt mandata mea*, cum Chriſtus

Ioan.14. ait Ioann. 14. Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, pende quod non ait, ſermones meos ſeruabit, ſed ſermonem, cum autem loquitur de ijs, qui nullo in Deum feruntur amore ait, qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: cur Chriſtus vocat præcepta ſua ſermonem aliquando, aliquando ſermones? nam cum de dilectoribus ſuis facit verba, ait quod illi ſeruant ſermonem, cum autem de impijs loquitur, ait ab his non ſeruari ſermones; eadem ſunt Dei verba, eadem præcepta, ſed hæc dicta mandata pio homini, & amatori inſtar ſimpliciſſimi ſermonis habentur, nec maiorem ingerunt difficultatem, quam ſi verbum ſimplex forent. verum vbi mundiali luto inuolutis hominibus traduntur, eam multitudinem præ ſe ferũt, quæ vel ſolo aſpectu frangat hominem, ſed cum eadem ſint, vnde fit quod vel multitudine appareant importabilia, vel ſimplicitate facilia? ſanè non ex Deo nec ex ipſis præceptis, ſed ex noſtris affectibus oritur, in noſtro affectu eſt quod leuia, grauia appareant, vel ſalubria, noxia: id ha-

S. Chryſoſt. bet B. Chryſoſt. in Pſal. 111. *Difficultatem non natura præceptorum, ſed multorum ſolet ſocordia efficere. itaque ſi quis ea cum ſtudio, & alacritate animi ſuſcipiat, videbit ea eſſe facilia & leuia.*

Cuſtodientium Dei præcepta perfectio innuitur.

80. *Facient miſericordiam in millia*, Cald. *in mille generationes his qui diligunt, & cuſtodiunt mandata mea*, cur in mille generationes, & non in ducentas, vel ſolum centum extendis miſericordiam erga mandatorum tuorum obſeruatores? cur millenario numero hic vtitur, cum ſuperfluere videatur? non enim tot habebuntur generationes vſque ad mundi conſummationem, cum ab ipſo mundi exordio vſque ad Redemptoris aduentum, per Euangelium Lucæ non amplius, quam ſeptuaginta ſeptem propagines enumerantur, quid dicam? neſcio, niſi quod hoc numero voluit & perfectionem legis, & eam cuſtodientium denotare: Fauet B. Greg. Magnus lib. 9. Moral. c. 1. dilucidans illud Iob 9. ſi voluerit contendere cum eo non poterit, ei reſpondere vnum pro mille, ait, *Ergo in ſcriptura ſancta millenarius numerus pro vniuerſitate ſolet intelligi. hinc etiam Pſalmiſta ait, Verbi quod mandauit in mille generationes perfectionem diuinæ legis, & eorum qui legem percipiebant per mille generationes oſtendens.* S. Gregor. Mag. Iob 9.

Iniquitatem fuge, tibi & alijs nociuam, amplectere Dei amorem, tibi & alijs innumeris propter te vtiliſſimum.

Faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, Cald. *in mille generationes*, cur cum odientibus te pœnam debitam non extendis vltra tertiam & quartam generationem, te diligentibus in mille generationes beneficia collaturum aſſeris? ſic enim Onkel. bene facio in mille generationes his qui diligunt me non eſt dubium quin dicas præmium Dei pœnam ſuperare, teſte Moyſis viatoris auctore. 81.

Nec merces, nec pœna deeſt, ſed præmia pœnas
Excedunt, ſcelera in quartos producta nepotes,
Vindictam plectendo trabunt ac præmia ſeſe
Fine tenent nullo vt milleſima gaudeat ætas.

Sed adijcere liceat, ideo hoc diſcrimen conſtitui inter dilectionem Dei & odium, quod iniquitas tibi, & alijs nociua, & ideo fugienda, dilectio non ſolum tibi, non ſolum aliquibus alijs, ſed innumeris vtiliſſima, & ideo ſummopere amplectenda: ſubſcribit Oleaſt. *Aduerte hic quantum noceat iniquitas, & quid valeat dilectio, vt iniquitas non ſolum noceat facienti, & dilectio non ſolum proſit diligenti.* Oleaſt.

VARIET. LECT. Verſ. 7.

Vulg. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, nec enim inſontem habebit Dominus eum, qui aſſumpſerit nomẽ Dei ſui fruſtra.

Sept. Non aſſumes nomen Dei tui in vano, non enim mundabit Dominus tuus Deus aſſumentem nomen eius in vano.

Aquil. In caſſum.

Cald. Non iurabis in nomine Dei tui fruſtra, quia non iuſtificabit Dominus illum, qui iurauerit in nomine ſuo in vanum.

Onk. Non iures in nomine Dei tui fruſtra, non enim innocentem habebit eum Dominus, qui iurauerit in nomine ſuo falſum.

Pagn. Non innocentem iudicabit eum Dominus.

Arias Mont. Non feres nomen Dei tui in vanum, quia non mundificabit Dominus eum qui tulerit nomen eius.

Oleaſt. Non leuabis nomen Dei tui in vanũ, quoniam non innocentem reputabit Dominus eum, qui leuauerit, ſeu portauerit nomen ſuum ad mendacium.

Vatab. Non vſurpes nomen Dei tui fruſtra.

Cajet. Non iurabis nomen Iehoua elohe falſitati, non enim inſontem habebit Dominus eum, qui iurabit nomen eius falſitate.

CONCORDIA.

VErbum נשא naſa cum puncto ceboleth non ſolum ſumere, ſed etiam iurare ſignificat; hinc Caldaica lectio legit, non iurabis: item hoc verbũ ſignificat portare, eleuare, ferre hinc Oleaſt. non leuabis, non immerito, quoniã iuramentum fieri ſolebat apud Iudæos, leuando manum verſus cœlum, vt patet in Geneſ. 14. Leuo, inquit Abraham, manum meam ad Deum, &c. Hebræa vox לשוא laſſehau, quæ vtrobique hîc pro *in vanum*, & pro fruſtra po- Geneſ. 14.

hi[illegible] op[illegible] id mendacium ſiue [illegible] pro præ[illegible] dum, ficto-[illegible] mend[illegible] cum ſignificat, quemadmo[illegible] & vox Caldaica אשקר [illegible] & Hebræis שקר ſcheker eſt mendacium, & שקר ſchakar mentiri: rectè à noſtro Vulg A Hebræum נקה [illegible] make verum, non habebis [illegible] quod Septuag. καθαρίσει mundabit [illegible], & Arias mundificabit, & ſane ita [illegible] Hebr[illegible] ſonat, ſed verba actiua realia ſubinde [illegible] mentalia, vel verbalia explicanda ſunt.

EXPOSITIO.

NOn aſſumes nomen Dei tui, hoc ſecundum primæ tabulæ præceptum, quo qui[illegible] prohibetur ne vllo modo nomen Dei [illegible] aſſumat, nec in ſermone, nec in ſcriptis, nec in iuramentis, nec in deteſtationibus, ex crationibus, maledictionibus, ali[illegible] que qui cumque modo in vanum, ſiue fruſtra, per nomen Dei non aſſumendum in vanum, ſiue [illegible] uſtra intelligitur quodlibet, quo audito concipi[illegible] Deus, præcipuo autem quodam modo [illegible] Ieſu, quod ſingulariter veneramur, vt teſta[illegible] Abul. refellens Hebræos affirmantes iſto præcepto [illegible] liberi prolationem indebitam nomini tetragrammati, quod [illegible] ſummo ſacerdoti liceret proferre in tabernaculo, vtpotè ſuper omne aliud nomen ex peculiari Dei voluntate in præmium quoddam humilitatis Chriſti, & collatæ ab ipſo nobis redemptionis, [illegible] non ſit aliud nomen in quo oporteat nos ſaluos fieri: ad nomen Domini Dei, quod vſu pari non debeat in vanum iuran[illegible] o vel aliter, [illegible] pectant quoque nomina ſanctorum, & crea[illegible] turarum quarumlibet propter h[illegible] itudinem, quam habent cum authore ip[illegible] rum Deo.

In vanum, hoc eſt abſque ne[illegible] ſſitate & graui cauſa, ſiue falſo id [illegible], ſiue vere, ſed leuiter, temere, irreuerenter: ſignificatur autem nomine Hebræo non ſolum v[illegible] nitas, ſed etiam mendacium & idolum, vt proinde vetari ſenſerint aliqu[illegible] iuramentum mendax ſiue periuri[illegible] ut [illegible] idola, aut ne idolis nomen Dei tribuatur [illegible] ſtat hoc præceptum exponere ea amplitudine, quam initio poſui, licet per iocum ſit, quod præcipue vetatur; tractantur à Theologis & Summiſtis variæ iuramentorum B formulæ, tum circa Deum, tum circa Sanctos, & alias c[illegible] turas, tum quibus conditionibus conſtare debeat iuramentum, vt ſit licitum, quarto conſul[illegible] non enim caſus conſcie[illegible] proponio ſed [illegible] cepti[illegible] poteſt autem no[illegible] en Domini ad dicti confirm[illegible] onem in veritate, iudicio & iuſ[illegible] ſanctific[illegible] onem, aduerſa[illegible] expulſioné, Dei confeſſionem, defect[illegible] onem, &c. proferri, *Non enim inſontem habebit eum Dominus*, metonymicè inſons pro impunito accipitur: non eſſe inſontem vero, vel non eſſe impunitum eſt grauiter puniri, quemadmodum cogitare inutile idem quod peccatum, quod maximè noxium eſt, Mich. 2. Declinare poſt vana, quæ non proſunt 1. Reg. 12. Idem eſt quod poſt idola, quorum cultus, plurimum C obeſt, colere idola quæ Deus non mandauit, Ierem. 32. Idem quod ſeueriſſime prohibuit, non eſt vtile relinquere legem & iuſtitias Dei, 1. Mach. 2. Idem quod pernici[illegible] ſſimum, porro autem non extant pauca exempla puni[illegible] tionis in vſurpantes, fruſtra nomen Domini præſertim iurando.

CONCEPTVS.

Nec labijs pollutis nomen Dei vſurpetur.

82. *Non aſſumes nomẽ Dei tui in vanum*, hoc ſane rationi conſentaneũ, ſed Cald. non iurabis, nõne Deus apud Oſeam 4. hoc præcipit, reddes iuramenta tua? quare qui iubet vt reddantur iuramenta, prohibet vt nomen ſuum non aſſumatur? fortè labia illorum mille cum lapſibus conſpurcata, ideo cauet ne labijs pollutis audeant Dei nomen venerabile vſurpare. D. Hier. in Oſe. ſic Deum loquentem facit, *Nolo per os veſtrum nominis mei fieri menti nem, quod idolorũ recordatione pollutum eſt*. caue tibi Chriſtiane labijs peccantibus Dei nomen vſurpare, id enim vel ipſe diabolus maximè cauit, cum ſeſe ſuper omne quod eſt Deus volens ſe extendere, ſic ſolum ait Iſa. 14. Ponam in nubibus thronum meum, & ero ſimilis Altiſſimo, non [illegible] ero ſimilis Deo, qua de cauſa [illegible] cauit perfidus, labijs peccantibus Deum nominare, ſic expendente Chryſ. in Pſal. 13. *Suſtulit Deum, & poſuit Altiſſimo, erubeſcens eũ quẽ [illegible] negauerat*: non audet diabolus inter offendendum diuini nominis mem [illegible], & homo non veretur fœtida lingua, p[illegible] s labijs diuiniſſimum nomen paſſim conculcare, vtinam vel à diabolo diſcerent homines nomen diuinum vereri.

S. Hieron.

Iſai. 14.

S. Chryſol

Ipſa Dei nominis prophanatio, pœnalis & lethalis homini.

83. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanũ*, non enim D inſons erit, ecce ſub expreſſis verbis non ſtatuit pœnam aſſumenti nomen Dei in vanum, imo apud Matth. 5. cum iuramenta prohibet dicens, ego dico vobis non iurare omnino, neque per cœlum, quia Thronus Dei eſt, &c. nullius pœnæ iuranti imponendæ mentioné facit, ſed ſolum ſimpliciter cauet, ne iuremus: cur nulla pœna ſtatuitur, cum iurare in vanũ ſit grauiſſimũ piaculum? verum quæ alia pœna requireretur, quando ipſa nominis Dei prophanatio lethalis eſt, & omni veneno nocẽtior pectori humano. vide quale venenũ voluit fœmina porrigere marito, quo certiſſime periret, Iob 2. Benedic Deo & morere, benedic poſuit pro maledic, nec enim efficacius virus potuit à fœmina excogitari, ad citius perdendum virum quam aliquam ſuadens ei nominis prophanationem: iuuant hanc mentem verba B. Gaudent. in præfat. *Mortem blaſphemanti debitam pro remedio ærumnarum ſuggerit acquirendam*:

Matth 5.

Iob 2.

B. Gaudent.

calliſus iterum per mulierem ſerpens, quia blaſphemantis furore non med [illegible] pra [illegible], ſed cruciatum noctis accumulat illius qui, pe [illegible] tis quæ nec finem miſerijs tribuat, [illegible] ſit pœnarum. Superfluum [illegible] quærere, quo nec velocius [illegible] Dei nominis prophanatio, hæc om[illegible] cior perdit, hæc gladios profert [illegible] ille, qui [illegible] confodiatur miſer.

Vnius iuramenti violatio pluralium perditio & ruina.

84. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, non enim inſontem habebit eum Dominus*, D[illegible] idem præcipitur [illegible] no[illegible] nomen Dei tui fru[illegible]ra, quia non erit impunitus, ſcilicet qui vel mom[illegible] nomen Dei vſurpat fruſtra: hæc [illegible] quendi diximus [illegible] que punitionem, ſed grauiſſimam [illegible] an ſolum iuramentum vio[illegible] det? imo quamplurimo[illegible], Sedechiæ iuramentum [illegible] non [illegible] quid contigit, habetur 4. R[illegible]. Venit N[illegible]dan princeps exercitus, [illegible] Babylonis in Hieruſalem, & [illegible] domum Domini, & domum regis, & domos Hieruſalem, omnémque domum com[illegible] nullam [illegible] nus in illa ciuitate, ad [illegible] flamma [illegible] veniret. Sed qui [illegible] tuit ignem oſtiatim inferr[illegible] les Babylonius, ſed Sedechiæ iuramentum violatum, aſſumptio nominis Dei in vanum, quod neſciens in vnâ domo arctari, ad vniuerſas domos educebat flammas, ait B. Chryſ. hom. 19. ad popul. *Vbique ignis Barbaricus graſſabatur iuramento ignem ducente, & flammam paſſim circumagente.* Itaque Nabuzardan dux fuit multitum expugnantium vrbem, & Sedechiæ iuramentum violatum, dux erat flammarum, quas ducebat oſtiatim, ne vel humilis caſa ſeruaretur à flammis.

S.Chryſoſt.

B

C

Nomen Dei non aſſumptum in vanum, ſed veneratum præſtantiſſima hominum protectio eſt.

85. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, non erim inſontem habebit eum Dominus*, [illegible] pœnas exiget, qui reuerentiam tali nomini debitam non ſoluet: verum è contra, quid erit hoc nomen debite veneranti? ſane nullum ei deficiet præſidium, firmiſſima erit eius protectio, validiſſimum ab omnibus propugnaculum, rem his verbis habet Orig. lib. 1. in Iob, *Hoc nomen Domini eſt benedictum, quod iram auertit, quod maledictum abſtulit, atque remiſit, quod dæmones terruit*, cui ſubſcribens B. Petrus Chryſolog. ſerm. 71. ait. *Hoc nomen eſt quod ſuperna pauent poteſtates, quod mundo perdito dat ſalutem.*

Origenes.

Chryſol.

Vbi nomen Dei, omnia ibi diuina.

86. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, cur non ait non aſſumes Deum tuum in vanum? dicendo nomen Dei omnia alia diuina dixit, quod enim diuinum non connexum cum Dei nomine? religio hic eſſet verba B. Ambroſ. ſuppri-

S. Ambroſ.

[illegible], qu[illegible] de Spiritu [illegible] *nomen meum prætendunt, & ubſtantiam [illegible] non agnoſco nomen meum, vbi non [illegible] diuinitas, [illegible] meum quod [illegible] tur, a Spiritu a [illegible] nomen meum vbi non agnoſ[illegible] agnoſco nomen meum, vbi non [illegible] meum*. & Dei ſpiritus & do[illegible] diuinæ [illegible] connexa ſunt [illegible] [illegible] vbi [illegible], & ille [illegible] illi [illegible]

Si digne nomen Dei tractes, an is non operaberis virtutes?

87. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, bene in vanum dicit, qui nimi[illegible] & futil[illegible], [illegible], ſine honore a[illegible] nomen [illegible], quam non meretur pœnam: [illegible] nomen Dei protulerunt vir[illegible] ſuri n[illegible] rum, quas [illegible] efficere [illegible] tractationi [illegible] ſic philoſophatur B. C[illegible] hom. 27. ad popul. Antioch. *Tu ſiquidem ſi enim ſi te honoris titulo, memineris venerabilis viri, contumelia [illegible] eſt, Deum autem circumferes opportune, importune in ſermonibus tuis, non prohibeo Deum ſemper in mente habere, imo magis precor & volo, tamen non aliter quam illi placet, ſed laudantem, & honorantem, magna vobis namque [illegible] b[illegible] ſi eum & apud quos opus eſt, tantum eum vocemus, quare quæſo ſub Apoſtolis quidem [illegible] edebantur, ſub nobis vero nequaquam, cum idem Deus ſit, & idem nomen? ſed non eſt par [illegible], illi namque in illis ſolis quæ commemoraui illum dumtaxat vocabant*, ſcilicet cum parcend[illegible] inimicis, cum boni alic[illegible] [illegible] invocabatur, *nos autem non in [illegible] ſed in a[illegible].*

S. Chryſoſt.

Nomen Dei non ioco proferendum eſt.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, Anſel. Laudun. primum m[illegible] datur prohibet idololatrias [illegible] ſecundum periu[illegible], & B. Thom. 2. 2. q. 122. art. [illegible] hi[illegible] lis ex[illegible] io huius præcepti eſt, non accipies nomen Dei tui in vanum, iu[illegible] ſcilicet [illegible] re, quæ non eſt, hoc [illegible] nihilo, idem enim eſt iurare pro re, quæ non eſt & iurare pro nihilo, quod pertinet ad falſam iurationem, quæ principaliter periurium nominatur: & interlin. in c. 5. Deut. Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, id eſt, nomen Dei ligno vel lapidi, aut huiuſmodi non attribues, quid? an ſolum in hoc huius præcepti ſit tranſgreſſio? non credit Theod. arbitratur enim in prolatione nominis Dei, iocoſa & futili etiam violari, ſiſto eius verba, *Quidam intelligunt* (inquit) *his verbis prohiberi ne diuinum nomen idolis a[illegible]ſcribatur, quidam vero non peierandum eſſe, ego autem exiſtimarim legem diuinam iubere, ne diuinum nomen nominetur, præterquam aut doctrinæ cauſa, aut precationis, aut alicuius neceſſitatis, non enim deſunt qui in riſu & iocis nomen i[illegible] proferre non vereantur, etenim ſi veſtem Paulo pretioſiorem in feſtos dies multi adſeruare conſueuerunt, multo magis diuinum nomen precationibus doctrinæ conſecrandum erit?* 88.

S. Thom.

Gloſſa interlin.

D

Theodor.

Quæ communiora [illegible] in tranſgreſſione prohibentur.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, quo 89.

præcepto etiam periurium prohibetur, ſed cum blaſphemia, ſit grauius delictum, cur non vetatur in decalogo? maioribus enim malis prius remedium adhibendum erat: nemini dubium, quin plures in periurium aſſumptione nominis Dei prolabamur, quam in blaſphemiam, tibi ſatisfaciat igitur reſponſio est. Angelici Doctoris, *Sicut in aliqua ſcientia proponuntur primo quadam communia documenta, ita etiam lex quæ inſtituit hominem ad virtutem in præceptis decalogi, quæ ſunt prima, propoſuit ea vel prohibendo, vel mandando, quæ communius in curſu vitæ humanæ ſolent accidere, & ideo inter præcepta decalogi prohibetur periurium quod frequentius accidit quam blaſphemia, in qua homo rarius prolabitur.*

Angelicus Doctor.

Pœna ſtatuitur, vt pronitas noſtra ad malum impediatur.

70. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, non enim inſontem habebit eum Dominus*, qui ſcilicet ſuum nomen prophanauerit, ecce ſicut in præcedenti præcepto, pœna impoſita eſt his qui falſa deorum ſimulachra, relicto vero numine, adorarent, ait enim Deus, viſitabo iniquitatem patrũ in filios in tertiam, & quartam generationem, ita ſimiliter in hoc ſtatuitur pœna, nempe quod inſontem non habebit eum Dominus: cur etiam in aliis non aliqua ſit pœnæ comminatio, vt eius timore ab eorum tranſgreſſione reuocentur? benè citat. Doctor Angelic. 1. 2. q. 100. art. 7. ad 4. *Pœna præcipue neceſſaria ſunt contra illos qui ſunt proni ad malum, vt dicitur 10. Ethicor. Et ideo illis ſolis præceptis legis additur comminatio pœnarum, in quibus erat pronitas ad malum, erant autem homines proni ad periurium, propter frequentiam iuramenti, proni ad idololatriam propter generalem conſuetudinem gentium, & ideo duobus primis præceptis adiungitur comminatio.*

S. Thomas.

Nomen ſanctiſſimum Ieſu venerandum, quia omnibus gentibus proficuum.

71. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* Nomina Dei ſanctiſſima in vanum accipere, ſine dubio tranſgreſſionem huius præcepti includit, & non ſolum delinquitur in huiuſmodi mandatum, cum nomina Dei, quæ ipſam diuinam eſſentiam in ſe ſignificãt, in vanum aſſumuntur, ſed etiam nomina Saluatoris noſtri, ſcilicet nomen Ieſu ineffabile, & nomen Chriſti Domini, quia Saluator noſter Deus eſt, quod veneratione cum ſit dignum, ideo nequaquam in vanum, imo cum omni reuerentia proferendũ, imo non minori quam Dei nomen: ſed cur maior deferendus eſt honor ſanctiſſimo nomini Ieſu quam Dei? dices hoc Chriſto in priuilegium donatum eſſe à ſanctiſſima Trinitate propter obedientiam quam compleuit, vt patet ad Philip. 2. Dum dicitur, Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, ſedes, nomen Ieſus nomen eſſe ſolum in quo ſaluamur, vt patet Actor. 13. Cum dicitur, nec eſt aliud nomen ſub cœlo in quo oportea nos ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu, ſubiunges, quia nomen Ieſus nomen redemptoris eſt. Maius autem beneficium quantum ad noſtram optionem & velle, quam per creationem à Deo factam accipere eſſe: quia vt optime D. Gregor. in Paſt. & recitatur in benedictione cerei Paſchalis, nihil naſci profuit, niſi redimi profuiſſet; aliam addere liceat, & ideo maximè celebrandum, quia omnibus gentibus proficuum. Quod acutè & eleganter annotatum à mellifluo Bernardo ſer. 1. in Epiph. vbi expendens, quod Angelus aliqua docuerit de Chriſto D. & alia reliquerit, quæ poſtea Paulus publicauerit, *Vnum eſt* (inquit) *in quo conueniunt Apoſtolus & Angeli qui de Chriſti natiuitate loquuntur, id eſt in nomine Saluatoris, ad Mariam quidem tanquam plenius edoctam Gabriel loquens, indicat nomen ſolum & vocabis inquit, nomen eius Ieſum. Ad Ioſeph veniens Angelus non ſolum nomen protulit, ſed & cauſam eius eſt interpretatus dicens, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum, paſtoribus quoque annuntiatur magnum gaudium natum illis Saluatorem Chriſtum Dominum ſimile aliquid Paulus loquitur ad Titum 3. Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris noſtri; bene dulce nomen nullus ex ipſis tacuit, quia mihi hoc maximè neceſſarium fuit:* non tibi ſoli ô Bernarde, ſed omnibus tanquam omnibus proficuum & ſalutare.

Actor 13.

Bernardus.

Ad Titum 3.

A iuramento falſo ſi non amor Dei, ſaltem nos timor pœnæ reuocet.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, Cald. *non iurabis in nomine Dei tui fruſtrà*, non enim inſontem habebit eum Dominus, Cald. non erit impunitus: quo genere loquendi, diximus grauiſſimæ comminationem pœnæ, his qui in vanum nomen Dei ſanctiſſimũ erant aſſumpturi, quam exaggerans B. Chryſ. hom 12. in Acta Apoſt. ait, *Tempeſtiuum fuerit & hodie ex lege oſtendere periurij grauitatem, falx inquit volans erat lata cubitis decem, quod volat, manifeſtat pœnæ celerrimum aduentum iuramentis affuturæ, quod autem cubitorum decem latitudine, vehementiam ac magnitudinem malorum ſignat: quod autem à cœlo ſignum eſt ſententiam in cœleſti ferri iudicio*, ecce impiè peieranti, & nomen Dei in vanum aſſumenti imminentem pœnæ magnitudinem, & vehementiam, nec miretis; hoc enim fit, vt à iuramento falſo ſi non amor Dei, ſaltem nos timor pœnæ reuocet: ſane iuraturo ante iudices hæc dicebãtur, vt habetur in lib. præcept. negatiuorum, ſcito totum urbem tremuiſſe illa hora in qua Deus dixit non aſſumes nomẽ Dei in vanum, & omnia peccata quæ in lege ſcripta ſunt, Deus punit ſecundum meritum, propter hoc vero periurij punit & innocentes, & poſteros quoque, aliorum peccatorum pœnæ aliquando ſuſpenduntur, hoc vero ſtatim punitur, pleraque quæ ignis abſumere non poteſt abſumit periurium, his & aliis iuraturos deterrent, ne falſum pronuntient. 72.

S. Chryſoſt.

Non ſolum aſſumentes nomen Dei in vanum, vel falſo in iuramentis puniuntur, ſed etiam ſanctorum nomina.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, non enim inſontem habebit eum Dominus, Cald. qui 73.

iurando in nomine ſuo falſum, quod ſolum inſontes non erunt? an ſolum pœnas dabunt, qui in nomine Dei falſo iurauerint? an impuniti, qui ſanctorum nomina, in iuramentorum emiſſione, falſo aſſumpſerint? ne hoc tibi ſit perſuaſum, Deus enim ita ſuorum zelat venerationem, vt grauiter puniat illos qui nomina ſanctorum ſuorum periurijs prophanant. In actis S. Amabilis Presbyteri mira res narratur

Amabilis Preſbyter.

his verbis, *Reus quidam cum ob admiſſum facinus à quodam potente affligeretur, eſſetque non minima diſceptatio, iurando ille purgare ſe volens, petijt dari ſibi facultatem ad eundi ſepulchrum beatiſſimi Amabilis confeſſoris, Permiſſum eſt illi, vt ibi iuraret ad ſepulchrum eius, ſed cum id ille miſer feciſſet, obriguerunt manus & pedes eius, ita vt omnes intelligerent Sancti Amabilis virtute, ligatum teneri, ad eius tumulum peierare auſus eſſet: ſtabat igitur & torquebatur pœna periurij, non abire poterat quod nollet facinus confiteri ſuum, quod vbi tandem Deo miſerante agnouit, & Sancti confeſſoris interuentu confeſſus eſt, ilico abſolutus eſt, non ſine multorum admiratione & gaudio.* Piaculum eſſet ſilentio obuoluere id quod in vita ſancti Eligij Epiſcopi, his

S. Eligius.

verbis traditur, *Abbas alijs omnibus remiſit iuramentum, ne alterius flagitijs implicarentur, ſolus ille agri vſurpator, procerum ſententiâ iurare iuſſus eſt: itur ergo ad Eccleſiam B. Eligij, venitur ad ſepulchrum eius, expectatur ab omnibus rei aduentus, vir temerarius rem parui pendens, importuna audacia imponit manum loco ſacro, ſed cum vix medium expreſſiſſet iuramentum, toto corpore contremiſcit, caput retrorſum in ceruicem curuatur, diductoque ore, & magno inde fumo erumpente, cum hoc ſolum dixiſſet, Abbas Sparnæ recipe terram tuam, repente humi proſternitur, & infœlicem animam exhalat.*

Non ſolum ore accipiendum non eſt nomen Dei in vanum, ſed nec corde & opere.

94. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, non aſſumes ais, an ſolum ore? hoc enim intendere videris, ore enim nomen Dei vel aſſumitur in veritate, iudicio, & iuſtitia, vel falſo & in vanum: verum cum non ſolum ore, ſed corde & opere huius præcepti fiat tranſgreſſio, cur non diceimus, neutro modo ex his nomen Dei in vanum aſſumendum? erudita eſt doctrina noſtri illuminati Doctoris in declaratione ſecũdi præcepti, cuius verba tibi ſubijcio, *Aſſumitur nomen Dei corde, ore & opere, vt patet per ſacram ſcripturam. primo aſſumitur corde. & hoc dupliciter ſcilicet fide, Rom. 10. Prope eſt verbum in corde tuo, hoc eſt verbum Dei quod prædicamus: Secundo aſſumitur in perceptione ſacri baptiſmi, Galat. 3. Quicumque in Chriſto baptizati eſtis Chriſtum induiſtis: iuxta quam diſtinctionem aſſumitur nomen Dei in vanum, dupliciter ab hæreticis, ſcilicet, & à falſis Chriſtianis, primo fide à paganis & hæreticis, nam aſſumit nomen Dei paganus fideliter credens, quod Deus eſt, ſed in vanum aſſumit. quia diuinitatis naturam credit creaturæ ineſſe. Rom. 10. Vanitati ſubiecta eſt omnis creatura: ſimiliter hæreticus credit eſſe Dei filium puram creaturam, vt Arriani, & ideo in vanum aſſumunt, Eccleſ. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Secundo aſſumitur in vanum à falſis Chriſtianis, in ſacri baptiſmatis perceptione, quia nec mentem Chriſtiani, nec vitam gerunt, Pſal. Cor eorum vanum eſt. Secundo aſſumitur in vanum ore, & hoc quadrupliciter, primo in iurando, in vouendo, prædicando, & adorando. primo aſſumitur nomen Dei in vanum tripliciter, in iurando contra conſcientiam, vel iurando illicitum, vel veniendo contra iuſtum iuramentum. Secundo in voti tranſgreſſione Deuter. 23. Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis obſeruabis, & facies ſicut promiſiſti Domino Deo tuo, quando prædicatio fit vana intentione, Matthæi 7. Multi mihi dicent in illa die, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus? id eſt prædicauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & virtutes fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Quarto aſſumitur nomen Dei in vanum, quando indebitè & indeuotè oratur: vnde Matth. 15. Hypocritæ benè prophetauit de vobis Eſaias dicens, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me. Aſſumitur etiam nomen Dei in vanum opere iuxta proclamationem quam faciebãt Seraphim Eſai. 6. Dicentes S S S. Dominus Deus exercituum. qui ergo ipſam ſanctitatem vitæ non accipit in cordis puritate, ſed tantum in exterioris operis ſimulatione, de quo Chriſtus Matth. 6. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, vnde de vanitate operis dicit Dominus vana opera eorum, vana ſunt opera, & riſu digna in tempore viſitationis ſuæ peribunt.*

Maironius. Roman. 10. Ad Galat. 3. Rom. 10. Eccleſ. 1. Pſalm. Deut. 23. Matth. 7. Matth. 15. Eſaiæ 6. Matth. 6.

Iuramento affine eſt periurium.

95. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, Caldaicè, *non iurabis in nomine Dei tui fruſtra*, iuramentum prohibetur vanum, fruſtraneum, cur non prohibet Deus expreſsè non aſſumes nomen meum falſo? cur non vetat abſolutè periurium? iuramentum prohibet, quia illud prohibens, periurium videtur cauere, cum priorum ſecundo ſit affine, & primum alterius origo, teſte B. Chryſoſtomo homil. 12. in Matth. *Niſi iuramentum interdicatur, non poſſunt amputari periuria, eo iuramento enim periurium generatur*, ſiquidem periurij natale iuramentum eſt, & iuramentum hominum valde affine eſt periurio, iurantem quaſi pelliciens ad mendacium periurij: hinc forte B. Chryſ. citat. os aureum, appellat Euangelia ſemen periurij, ſic enim ait, *Audite vos clerici qui iurantibus Euangelia ſancta porrigitis, quomodo poteſtis ab illo iuramento eſſe ſecuri, qui ſemen periurij datis?* in more enim poſitum erat, vt ſi quis iuraret, manu tangeret ſancta Euangelia, & ſic emittebat per ea iuramentum. Sed quomodo Chryſoſtomus ſemen periurij appellat Euangelia ſancta? quid refert quod ſuper Euangelijs, & per Euangelia iuretur, vt tam irreuerenti vocabulo deuenuſtentur? porro Euangelia erant iuramenti ſanctitas & auctoritas, non falſitatis occaſio & periurij ſemen? quomodo enim veracior Euangelij veritas, poteſt eſſe ſemen falſi periurij, niſi veritas poſſit eſſe falſa? verum enim veru magnus Doctur Chryſoſtom. quaſi idem reputat eſſe inſtrumentum iurationis & periurij

S. Chryſoſt.

A ſemen. vnde cauet ne ipſum Euangelium quod eſt ſumma veritas & iuramenti ſanctitas, fiat (ob iuramenta ſuper illud facta) falſitatis quaſi occaſio & periurij ſemen, & ita ait euangelia ſancta porrigitis, ſemen periurij datis, opportuna plane hyperbole.

Peccata grauiſſima, quia conſueta negliguntur.

96. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum* Cald. *non iurabis in nomine Dei tui fruſtra*, & grauiſſimæ imponuntur pœnæ ſecus facienti, D.
S. Ephrem. Ephrem. de morbo linguæ laodat Eſau, qui cum iuraſſet primogenita ſua fratri cedere, illud ſeruauit, ait ergo: ſi iuriſiurandi vis tanta fuit, vt ab Eſau potuit auferre primogenita, B cum enim iuraſſet ſolum, noluit periurij notam incurrere, ſubiungit, quibus tradentur ſupplicijs, qui non ſolum iureiurando obſtringunt ſe, ſed & periurijs iuſiurandum violant: ſi ergo grauiſſimis tradendi ſupplicijs, qui falſo nomẽ Dei ſui aſſumunt, quomodo ab iis non abſtinent: ſi grauiſſimum ſcelus iuramenti violatio, quomodo ita in eo delinquitur, quaſi nullius eſſet ponderis? quia peccata grauiſſima, quia conſueta, negliguntur. *Eſt iuſiurandum* (inquit Philo de decal.) *non exiguum negotium, tametſi*
Philo. *contemnitur propter conſuetudinem, ſunt qui nullo lucro propoſito, ſubinde iurant temere ob malam conſuetudinem de rebus nihili contradicente nemine: quod ſi cui hæc contemnenda videntur, ſciat ſe primo ſceleſtum eſſe, impurumque. dein obnoxium diris vltricibus. per occaſionem exacturis inclementer pœnas debitas tantis ſceleribus, quas tamen ſi diuina iuſtitia non ſtatim repræſentat ſontibus, reddit tamen aliquando cum fœnore.*

Vel occaſio ipſa periurij reſecanda.

97. *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum*, Cald. *non iurabis in nomine Dei tui*, nihilominus iura-
Pſal. 14. mentũ approbatur à regio vate Pſal. 14. qui iurat proximo ſuo, & non decipit, vbi iuramentũ homini perfecto, inter eas virtutes, quæ illum decet, concedi videtur: at in Euangelio prorſus
Matt. 15. prohiberi videtur, apud Matt. enim 15. dicitur, audiſtis quia dictum eſt antiquis, non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua, ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eorum, quid igitur dicemus, quod Deus contraria præcipit? nequaquam, quia vidit hominum genus ita

A malo propenſum, vt nulla iuſtitiæ ratione habita, ſub quacumque occaſione, imo pluries nulla, in iuramenta falſa & periuria laberetur, hinc vt omnem periurij anſam reuocaret, in lege noua omne videtur reſcindere iuramentum. Baſil.
annuit D. Baſil. in cit. Pſal. *Vetus lex ait non mœchaberis, Dominus non concupiſces, illa autem non occides, Dominus perfectiora inſtituens, non iraſceris, ſic itaque in hoc loco contentus abit propoſito iuramento; quod iuſtum eſt ac rectum, Dominus autem vel occaſionem ipſam reſecat periurij, qui enim vel rectè iurat poſſit & is interdum falli, qui verò non iurat, periculum vitauit periurij.*

Innumera mala accumulat, & pluribus graues iniurias infert, qui falſo nomen Dei aſſumit.

Non aſſumes nomen Dei tui in vanum, Caiet. 98.
non iurabis nomen Jehoua, Eloho, falſitati, cum nomen rem, tanquam vmbra corpus ſequatur, poſtquam dixit de eſſentia honoreque eius qui ſemper eſt ſecutus rerum ſeriem, ita vt decet præcipere de vſu huius nominis, ita vt nullomodo in vanum aſſumatur, multominus cum falſitate: D. Thomas opuſc. 43. de 2. præcepto
ait, *qui ſecus fecerit facit iniuriam Deo, ſibi ipſi,* S. Thomas.
& hominibus, quomodo tot ex vnius tranſgreſſione præcepti iniurias poteſt inferre? nam quod iniuria Deum afficiat in dubium non reuoco, quia cum iurare per Deum nihil aliud ſit, niſi inuocare eius teſtimonium; cum iuras C falſum, aut credis Deum neſcire verum, & ſic ignorantiam ponas in Deo, cum tamen omnia nuda & aperta ſunt oculis eius, aut quod diligat mendacium, cum ſummo proſequatur illud odio, perdes omnes qui loquuntur menda-
cium, Pſal. 5. aut derogas potentiæ, quaſi non Pſalm. 5.
poſſit teſtimonium reddere, vel quaſi non poſſit de eo punire, cum tamen dicat, non enim inſontem habebit eum Dominus, qui aſſumpſerit nomen Dei ſui fruſtra, ſed quomodo ſibi ipſi, vel ſaltem aliis hominibus inferet iniuriam? ſiſtenda eſt hîc reſponſio Doctoris Angelici. *Facit iniuriam ſibi ipſi, obligat enim ſe iudicio Dei, nihil eſt autem aliud dicere per Deum ita eſt, niſi quod puniat me, ſi non eſt ita: item iniuriatur aliis hominibus, nulla enim inter aliquos ſocietas durare poteſt, niſi credant ſibi inuicem, dubia au-*
tem iuramentis confirmantur Hebr. 6. omnis con- Hebr. 6.
D *trouerſia finis, ad confirmationem eſt iuramentum, qui iniuriatur ergo Deo crudelis eſt ſibi, & noxius eſt hominibus.*

VARIET. LECT. Verſ. 8. & 9.

Vlg. Memento vt diem ſabbati ſanctifices.

Sept. Memento diem ſabbatorum ſanctificare eum.

Pag. Recordare diei ſabbati, vt ſanctifices eum.

Vulg. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua.

Oleaſt. Sex diebus ſeruies, & facies omne opus tuum.

Aug. Sex diebus laborabis.

EXPOSITIO.

M*Emento*, tertium primæ tabulæ præceptum, vltimumque eorum quæ pertinent ad Deum, dicit *memento*, quia eſt præceptum commemoratiuum beneficij præteriti, vel quia iam cœperat coli ſabbatum: hic ſabbatum non ſumitur pro quolibet feſto, ſed pro die ſeptimo hebdomadæ, *ſanctifices*, ſanctificare diem eſt non applicare cultui prophano, ſiue ſeruili, ſed ab alijs diebus ſecernere per ceſſationem operis ſeruilis, vnde tota ſanctificatio diei ſabbati Iudæis præcepti, non fuit aliud quam ceſſatio ab operibus ſeruilibus: quæ ceſſatio apud Iudæos, habebat rationem diuini cultus, erat enim ſignum quoddam externum negatiuum, quod formaliter præcipiebatur, & aſſumebatur vt diuinus cultus, cæteræ actiones religionis poſitiuæ, etſi à Deo tanquam finis illius intentionis intenderentur, non tamen erant illis formaliter præceptæ.

Sex diebus operaberis, nihil reſeruans operandum in diem ſeptimum, excipiuntur enim opera ex euentibus in diem ſeptimum opportuna, vt ex prælio, quemadmodum apud Machabæos 1. Mach. 2. ex caſu bouis in puteum,

A in Euangelio Luc. 12. ex penuria alimenti illius diei, vt contigit Chriſti diſcipulis fricantibus ſpicas Matth. 12. ex onere diei quotidiano, vt ſoluere animal, & ducere ad aquam. ſiue certis diebus, vt ſeruire grauiter ægrotis, hæc autem, & ſimilia non poſſunt præueniendo fieri ſexto die, vel ante, vel differri in diem octauum.

Facies opera tua, quibus verbis excipitur opus diuinum, diuinique cultus, vt excoriare animalia in ſacrificium, hinc certum erraſſe Phariſæos & Scribas, circa ſabbati legem, non animaduertentes conditionaliter eam inducentem ferias operum ſub certâ ſpecie eorum, nam cum die ſabbati dicit, omne opus tuum non facies in ea dicendo *tuum* de humano opere definit, quod quiſque ex artificio, vel ex labore ſuo exequitur non diuino, opus autem ſalutis & incolumitatis non eſt hominis,

B ſed Dei. Si autem quænam opera fuerint olim in die ſabbati Iudæis prohibita, ſcire deſideras, conſule eruditos Bonfrerium & Nouarinum, priorem in hoc cap. Exod. poſteriorem in Schedias. Sacroprop.

CONCEPTVS.

Non ſolum Deus terrore, ac minis ſuos ad legum obſeruantiam inducit, ſed etiam præmiis.

99. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, cur ſtatim, poſtquam tranſgreſſoribus ſecundi præcepti pœnas minatus eſt, hoc ſecundum iniungit, vt dies ſabbati ſanctificetur? vt ceſſetur ab omni opere ſeruili? quia Deus non ſolum terrore ac minis ad ſui cultum, & ad ſuarum legum obſeruantiam inducit, ſed etiam præmiis & promiſſa requie. annuit & confirmat B. Cyrill. in Ioan. c. 51. *Præmia in figura illis tradidit, vmbram enim futurorum bonorum lex continet, vt ſcribitur Hebr. 10. exercitationes aut in quadam veritatis quamuis tenuiter propter vmbras in ea inueniuntur; ceſſare namque ab omni opere ſeptimo id eſt die vltimo, ineſſe futuram ſanctorum requiem hinc ſignificans quando laboribus, huius vitæ liberati ſudore corporum deterſo, beatam cum Chriſto, vt à quodam propheta dicitur. & iocundiſſimam vitam agent, obliuiſcentur, inquit, tribulationis primæ, nec aſcendet in cor eorum, ſed æterna lætitia ſuper caput ſuum. laus & gaudium apprehendet eos, effugiet inde dolor triſtitia, gemitus; ita qui creatoris imitatione in ſeptimo die quieuit à ſudoribus vitæ huius, ereptus ad beatitudinem aſcendet, quæ in finem ſæculorum à Chriſto dabitur*, deinde concludit, *mirabili certè ordine poſteaquam ad veri Dei cultum induxit, futuræ ſtatim repromiſſionis memoriam collocauit.*

Cyrill.

Ita Deus in nos miſericors, vt à nobis quid minimum ad ſui cultum exigat.

100. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, cur ſolius ſabbati obſeruantiam præcipis? nonne & alij dies hebdomadæ tibi debentur, cum non ſolum in hominum gratiam formaueris, ſed etiam plura in iis, illis vtiliſſima feceris? recordentur ergo alios dies quoad aliquam eorum partem ſanctificare? ſciebat Deus eos facile beneficiorum immemores, & ad terrena mentem

C eorum prorſus procliuem, miſericorditer igitur non ſingulos dies ſibi debitos, ſed ſolum ſabbatum ad ſui cultum exigit. acutè rem tetigit B. Damaſc. lib. 4. Orth. fidei cap 24. Sciens Deus craſſam & carnis amatricem, & ad naturalia penitus procliuem populi Iſraelitici mentem, ſimul autem indiſcretionem, iudicandique defectum, primum quidem vt ſeruus, & ſubiugale (vt ſcriptum eſt) requieſcant, faciantque ſabbatum, quia etiam vir iuſtus miſeretur animarum iumentorum ſuorum, ſimul autem vult vacantes ab occupatione, circa materialia ad Deum adducerentur in Pſalmis & Canticis ſpiritualibus, vniuerſum ſeptimum diem conſumentes, & in Deo requi-

S. Ioann. Damaſc.

D eſcentes; quando enim neque erat lex, neque ſcriptura diuinitus inſpirata, per Moyſen data, ſacratum eſt Deo ſabbatum, vt circa ſcripturæ meditationem in ipſo exercitarentur, qui non omnem Deo vitam conſecrabant, qui non affectu, dominatori vt patri ſeruiebant, ſed vt ſerui ingrati, ſaltem exiguam & minimam vitæ ſuæ partem Deo impertirent, *deinde aliquibus interpoſitis proſequitur*, vt igitur dixi vacationis gratia ad Deum, vt vel minimam portionem diſtribuerent, & requieſcerent & ſeruus, & ſubiugale, ſabbati obſeruatio excogitata.

Non ſatis eſt Deum venerari corde, ſed ore & opere neceſſe eſt.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, cur in 101.

præcepti [illegible] præcipue ſ[illegible] ſtát, hic or- A do [illegible] it, vt [illegible] cultus non ex[illegible] ſecundum vt nomen Dei in vanum non [illegible] tertium tendens vt [illegible] ba[illegible] nctifi[illegible], de [illegible] non [illegible] primo cult[illegible] Dei [illegible] ſecundo vt o[illegible] honor [illegible] tertio [illegible] co commendatur memoria ſ[illegible], per exteriorem cultum, non enim ſatis eſt Deum corde venerari, ſed ore & opere neceſſe [illegible] ba Thomæ A[illegible] q[illegible]. 4. [illegible] *Hoc eſt*

S. Thomas. *tertium mandatum legis, & conuenienter, primo enim debemus Deum venerari corde, ſecundo ore, tertio opere, & hoc eſt memento.*

Deus nos reuocat ab errore.

102. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, [illegible] ctificent diem [illegible], in quo [illegible] Deus cœlum & terram [illegible], Deum ceſſaſſe [illegible] quod [illegible] tempore cœperat & [illegible] deſit [illegible] qui erronee dicerent mundum ab æterno conditum; vt ergo reuocaret Dei s ab huiuſmodi errore, voluit vt hic dies ſeptimus ſanctificaretur memor[illegible] creationis, in tempore factæ, & finitæ. hanc rationem adducit [illegible] Angelic. Doctor. *Datum*

Doct. Ang. *fuit ſabbatum ad deſtructionem erroris, prauidit enim Spiritus ſanctus quod futuri erant aliqui di-*

2. Petr. 3. *cturi mundum ſemper fuiſſe; 2. Pet. 3. venient in nouiſſimis diebus, in deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulantes, dicentes, vbi eſt promiſſio & aduentus eius? ex quo enim dormie-* C *runt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ, latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant prius & terra, voluit ergo Deus, vt cuſtodiretur vnus dies in memoriam, quod Deus omnia creauerat in ſex diebus, & in ſeptimo quieuit à nouis creaturis condendis.*

Ad amorem ſuum nos prouocat Deus

103. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, ceſſans ab opere ſeruili & mechanico: ſi ſingulis diebus natura humana alimentis reparanda, & aliis ad eius conſeruationem neceſſaria fouenda, cur ſicut permittitur aliis diebus operari, & hoc deneg[illegible] tur ſeptimo? certiſſimum quod niſi mens noſtra el[illegible] tur ad ſuperiora, [illegible] deprimetur, vt nec [illegible] tendet, nec ad Dei creatoris ſui cognitionem, & amorem prouocabi- D tur: conſtituatur ergo ei ſaltem vnus dies, vt reuocetur à terrenis, & ad Dei cultum & amorem inflammetur. mens eſt eit. S. Doctoris cuius verba hic inſerenda. *Mandatum fuit hoc*

Doct. Ang. *præceptum ad inflammationem amoris, Sap. 9. corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & ideo homo ſemper ad terrena inferius tendit, ſi conetur eruere ſe ab eis, & ideo oportet habere certum tempus ad hoc, vnde aliqui toto tempore hoc faciunt, benedicam Dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo, poſt. 1. ad Theſſ. 5. ſine intermiſſione orate; & hi continue ſabbatum habent, aliqui hoc faciunt in aliqua parte temporis, Dauid, ſep[illegible] in die laudem dixi tibi, aliqui ne omnino alienentur à Deo oportuit quod haberent aliquem diem determinatũ ne nimium in eis tepeſcat*

Iſai. 58. *amor Dei, Eſai. 58 ſi vocaueris ſabbatũ dedicatũ,*

Iob 22. *tunc delectaberis ſuper Domino, Iob 22. tunc ſuper omnipotentem deliciis affiues, & eleuabis ad Deum* A *faciem tuam, non enim ad ludendum ordinatur talis dies, ſed ad laudandum & orandum Dominum Deum tuum.*

Cum ceſſatione ab opere exteriori, ne ceſſes ab interno Dei cultu.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, cu[illegible] [illegible] potuit expreſſius hoc inculcare [illegible] dicens, cuſtodi diem ſabbati, [illegible] ſanctificans? potuit equidem, ſed acutè & [illegible] dixit memento, vt intelligeremus rationem huius præcepti, eſſe recordationem, ſicque [illegible] placere Deo quietem ab operibus, ſepti[illegible] die, niſi ratione memoriæ, niſi interni cul[illegible] ratione, quia vt bene Card. B Caiet. *Exterior munditia ab operibus niſi proueniat ex interno cultu, licet Eccleſiam ædificet; ipſi tamen qui eam ſeruat, vana eſt; vnde & poſtea ſcriptum eſt ab Ierem. deriſerunt ſabbata eius, deridenda ſiquidem eſt ſola externa requies, vt* Ierem. *potè iactura ſeptimæ partis temporis.* 104.

Dies feſtiui ſanctificandi non profanandi.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, nonne ſatis erat dixiſſe, vt diei ſabbati memores eſſent, vel vt illum cuſtodirent? cur poſuit vt ſanctificarent: quia plures ſunt, qui dierum feſtorum memores, antequam veniant, non vt eos ſanctificent, aut in iis Deo cultum præſtent debitum, ſed vt iocis, ludis, licentioſius vacent, C gulοſius epulentur, & quod minimè ferendum, poſtpoſito enim Dei timore, inhoneſtius vitiis indulgeant, ita vt peccata & flagitia [illegible] diem [illegible] ſeruaſſe videantur, cum Dominus nos eius adhoc memores eſſe voluerit, vt tunc maximè [illegible] colere[illegible], & pro tot beneficiis collatis gratias immortales ageremus, quod vnico comprehendit verbo Luſit. *Nota Deum non dicere quod eius recorderis, vt in eo gaudeas, tripudies, aut tibi vaces, ſed vt ſanctifices.* Luſitanus.

Ita terrenis deditit, vt niſi dies feſtiuos, antequam veniant, in mentem reuocemus, difficile eos ſeruabimus.

D *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, cur præpoſuit obſeruationi diei ſabbati, illud verbum, memento, cum in aliis præceptis omiſſum fuerit? dicat ergo, diem ſabbati ſanctifica: nonne ſex dierum curriculo variis rerum terrenarum curis diſtracti ſolis temporalibus intendebant? bene ergo ante ſanctificationem reuocatur eis in memoriam illius obſeruatio, quia homo ita terrenis deditus, & quaſi eis immerſus, vt difficile ab eis remoueretur Deo cultus debiti reddendi gratia, niſi antea in memoriam ei reuocaretur. 105.

Peccator ita aggregandis terrenis deditus, vt niſi violenter ab eis reuocetur, in eis manebit.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, non ſolum hîc, ſed pl[illegible]ibus in locis ſabbati obſeruantiam, vt Leuit. 23. Deut. 5. & paſſim alibi, imo eius violatoribus capitale ſupplicium ſtatuit Exod. 31. nec illum qui ſabbati obſeruan- 106.

tiam leuiſſime trangreſſus fuerat, paucula ligna colligendo, abſoluendum cenſuit, ſed [illegible] ter lapidandum num. 15. cur tam [illegible] extitit huius legis, non modo lator, ſed [illegible] cutor? optima ratio mihi videtur [illegible] inſinuat Rodulphus in locum Leuit. [illegible] *Magna*, inquit, *Legiſlatoris ſuper ſabbati obſeruationis ſollicitudo, frequenſque huius præcepti repetitio eſt, quia homo poſt præuaricationis reatum laboribus addictus, dum viſibilium traditur cupiditati neceſſitatem vertit in voluptatem: compeſcenda igitur erat inſana laborandi cupiditas.* Quaſi diceret, adeo propenſi erant homines ad diuitias congregandas, vt in hoc labore totam vitam collocarent, vnde niſi indeuiolenter aduerterentur, ſemper terrenis ſtudijs inhærerent, nunquam diuinis obſequijs vacarent, quare ſeuerisſimis legibus opus fuit, quæ illos à temporalium rerum negotio ad cœleſtium [illegible] transferrent. (Rodulp.)

Singulis hominum laboribus ſingularem offert Deus eis requiem.

107. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices, requieuit enim Deus die ſeptimo*, ſed o Deus bone, ſi ſolum ſemel tranſactis diebus creationis quieuiſti? cur exigis ab homine, vt quacumque hebdomada, otio indulgeat? diem ſabbati cuſtodiat? nonne ſingulis hebdomadibus laborat, per ſex dierum ſpatium? en Dei maxima bonitas! vt non quamlibet requiem, ſed repetitam ei præſtate velit. ſentit nobiſcum Philo Iud. lib. de Decal. (Philo) *Deo ſatis fuit quod ſemel creationi mundi perfectionique ſex dies impendit, quia non opus habet prolixo tempore, homo autem quiſque cum ſit mortalis, & multis neceſſariis ad vitam indigeat, impigre debet ea, donec ſpirat quærere ſabbatorum quiete ſe reficient.*

In Spiritu ſancto requieſcimus.

108. *Memento vt diem ſabbati ſanctificet*, primum præceptum appropriatur patri, quod conſiſtit in obſequio operis, ſcilicet Deum colere & venerari, quod debetur diuinæ poteſtati quantum ad patrem ideo dicitur Dominum Deum tuum adores, & illi ſoli ſerues Deut. 6. ſecundum appropriatur filio, quod conſiſtit in reuerentia oris, & diuinæ veritatis, quæ attribuitur filio, ideo dicitur, non aſſumes nomen Dei tui in vanum: tertium conſiſtit in deuotione cordis, quæ debetur diuinæ bonitati, ideo appropriatur Spiritui ſancto. ſed cur potius tertiæ perſonæ? nam amor Dei non eſt ocioſus, ergo mandatum de quiete minime appropriandum Spiritui ſancto, qui eſt amor? imo in amore quies non eſſe videtur, cum amor per deſiderium curtat. nihilominus merito hoc tertium mandatũ appropriatur Spiritui ſancto, in eo enim ſicut in ſabbato requieſcimus. fauet Gloſſa in c. 5. Deut. (Gloſſa.) *Recte hoc mandatum pertinet ad Spiritum ſanctum, etiam propter ſanctificationis nomen, tum propter æternam requiem ad donum Spiritus ſancti pertinentem.* ad [illegible] quod obijcitur, reſponde ex noſtro irrefragabili Doctore 3. p. in tract. de præcep. præ 3. q. vlt. (N. Abulenſ.) *Quod amor antequam obtineat amatum currit per deſiderium, ſed cum obtinet quod amat in ipſo per delectationem quieſcit, vnde anima quæ per charitatem in præſenti Deum in parte, id eſt imperfecte habet, in futuro habebit perfecte quieſcens in ſummo bono.*

In Christo Domino conſequimur noſtrorum quietem affectuum.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, Procop. ait, ſabbatum eſt extremus vel vltimus ſeptimanæ dies, & præleſert [illegible] ſub inuolucro quodam aduentum Chriſti, qui apparuit in fine, & conſummatione & occaſu præſentis ſæculi. ſed licet ita ſit, quomodo ſi præcipitur vt à laboribus ceſſetur, & [illegible] indulgeatur Chriſtus ſignificatur [illegible], cum ad laborem nos prouocet, & vita hominis ſit militia, ſuper terram [illegible] Gen. [illegible]. *Per hunc obtinuimus tranquillitatem & affectuum quietem, nam cum in illo requieſcimus, conſequimur [illegible] tem vitæ non amplius in varios labores & vitia diſtracti.* (Procopius.)

Qui in peccatis eſt, ſabbatum non ſanctificat.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, accuſatur quidam, qui in illo ligna [illegible] collegerat, quod hunc diem minime ſanctificaſſet, ſicque grauiſſimas dedit pœnas, capitali enim ſupplicio lapidibus obrutus plectitur. verũ ſi ita leui cuilo labori indulſit, qualis eſt collectio lignorum, cur hunc diem violaſſe dicendus? ſane ligna illa mortua & arida ignique accommoda, deſignant peccatum, nam mors quæ ex vitio prorumpit, alimenta & fomenta ſunt ignis, quod ad puniendos peccatores deſtinatum eſt. ne mireris igitur, ſi ſabbatum non ſanctificaſſe dicendus, qui ligna in eo collegit, qui enim in peccatis eſt, ab eius ſanctificatione alienus eſt. annuit Gazæus. (109.) (Gazæus.) *Soli in requiem ingrediuntur fideles liberati ab omnibus peccatis, hæc & Hierem. præcepit dicens ſta in portis, impera regibus & populis Iuda, ne ferant in ſabbato onera, id eſt ſemel impunitatem, per Chriſtum conſecuti ne amplius difficile & importabile onus humeris ſubeant.*

Non ſolum in Chriſto requieſcimus, ſed in eo pater æternus.

110. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices, requieuit enim Deus die ſeptimo*, non eſt dubium, quin vt vidimus, poſſit Chriſtus Do. ſabbato intelligi, in illo enim requieſcimus, cum in illo ſolo ſpem ponimus, cum hunc toto cordis amore diligimus, ac rerum temporalium concupiſcentiam poſtponentes, à ſeruilium operum labore ceſſamus. quod confirmat Damian. lib. 2. Epiſt. 5. (Petrus Damianus.) In ipſo mundi exordio naſcentis, cum vnumquemque diem ſcriptura mane præfigat & veſpere, iam cum ad ſabbatum peruenit, neutrum horum nominat, vt illud quaſi ſine initio eſſe, vel fine protſus oſtendat, non enim ad inſtar aliorum dierum, de creatione ſabbati prius aliquid dixerat, ſed ſic ad illud quaſi iam notum repente prorupit, & dum nec mane eius vel veſperam dixit quodammodo, nec initium, nec finem habere monſtrauit, ad ſimilitudinem quippe Melchiſedech ſacerdotis, etiã ſabbatũ Moyſes introducit, de quo ad Hebræos 7. dicit (Hebr. 7.)

Apoſtolus, Rex ſalem quod eſt rex pacis, ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, nec initium neque finem habens, aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum: & recte, quæ æuum ſub allegorica figura ſignificant, in ipſo quoque ſcriptiônis ordine non diſcordant, illud quoque ab vtroque non diſcrepat, quia Melchiſedech Rex Salem rex pacis dicitur, ita etiam ſabbatum requies interpretatur, igitur hæc duo quæ pacem, ſiue requiem nominibus ſuis exprimunt, congruenter in hunc, qui ſumma pax eſt, typica ſignificatione concurrunt, ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum] Sed ſi ſabbato Chriſtus denotatur, quomodo dicitur quod Deus in eo requieuerit? recte equidem, nam pater æternus in filio ſibi dilectiſſimo nempe Saluatore noſtro ſumme requieuit, ſic philoſophatur cit. Card. *In hoc ſabbato rerum conditor requieuit, quia in Chriſto Ieſu mediatore Dei, & hominum pater omnipotens, quod ſe poſſet offendere non inuenit; in eo denique merito requieuit, de quo diſcipulis audientibus intonuit dicens, hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, in illo ſiquidem ſuauiter requieuit & nos requieſcere præcipis.*

Non ſufficit virtutis opus facere, niſi & caueas ab opere vitioſo.

III. *Memento vt diem ſabbati ſanctifices*, noſter

S. Bonauen. Seraph. Bonauent. ſerm. 4. de præcept. decal. hunc diem explicans ait, mandat Deus primo vacationem conuertentem animam in ipſum: ſecundo mandat ſui imitationem, cum dicit ſex diebus operaberis. de iſta imitatione dicit Apoſt. Epheſ. 5. imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſſimi: aliter enim impoſſibile eſt eſſe virtutis opus niſi creatura in iſtis conformetur Chriſto: ad opus autem virtutis requiruntur ſex, correſpondentia ſex operibus virtutis, quæ ſunt circumſpectio prouida, intentio recta, affectio pura, electio iuſta, perſecutio rigoroſa, & informatio charitatiua: primum intelligitur in opere primæ diei, quando dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, hoc eſt circumſpectio prouida. Secundo oportet, quod homo ponat ſibi rectum finem in Deum, & hoc notatur cum dicitur, fiat firmamentum in medio aquarum, & vocauit Deus firmamentum cœlum: oportet quod hoc homo agatur ſurſum, & habeat rectam intentionem in Deum. Tertio requiritur affectio pura, & hoc intelligitur in tertio opere cum diuiſit Deus terram ab aquis, id eſt affectiones ſæculares à diuinis. Quarto requiritur electio recta ſiue iuſta, vt ordinate faciat, quæ dabet facere, & hoc notatur in quarto opere, cũ dixit, fiant luminaria in firmamento cœli, id eſt ſint opera noſtra ordinata. Quinto requiritur proſecutio rigoroſa, quod notatur in quinto opere, quando Deus produxit animam viuam, in aquis natatilia, in aëre volatilia. Sexto fecit Deus integrè opera ſuperueſtita omnibus circumſtantiis, ſecundum quod exigit lex diuinæ charitatis, charitas autem eſt forma perfectiua, quod notatur cum dicitur, fecit Dominus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, quando hominis opus integratur ex iſtis, tum dicitur recte viuere.] Si ergo recte tunc dicitur vitæ inſtitutum ducere, cur vltra hoc præceptum memento vt diem ſabbati ſanctifices, addit nullum facies opus in eo, non ſolum tu, ſed nec filius, nec filia, nec ſeruus, nec ancilla, nec iumentum tuum, nec aduena qui eſt intra portas tuas? recte ſatisfacit præfatus Doctor Seraph. Quia non ſufficit facere opus ſeruitutis, niſi homo caueat ab opere vitioſo, & hoc tangitur cum dicitur nullum facies opus in eo, quinque autem modis poteſt homo facere peccatum. Primo quando peccatum perpetrat. Secundo quando ad peccatum alium excitat. Tertio quando peccantem defenſat. Quarto quando peccantem acceptat. Quinto quando peccantem diſſimulat, nec arguit, nec punit. primum peccatum tangitur cum dicitur, nullum opus facies in eo, id eſt tu nullum perpetrabis peccatum: ſecundum peccatum tangitur cum dicitur, nec filius, nec filia, id eſt non eris pater peccati, inſtigando alium ad peccatum verbo, vel opere, vel exemplo: tertium peccatum tangitur cum dicitur, nec ſeruus tuus, nec ancilla tua, ille qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, ſed ille qui defenſat peccatum dominus eſt peccati: præbendo patrocinium ei qui facit peccatum: quartum eſt quando aliquis acceptat peccantem, quod notatur ibi, non iumentum tuum, iumentum cum fuit ligatum non ducebatur ad opus, niſi acceptante domino, & iſta acceptatio eſt religatio: quintum eſt peccatum quando aliquis alium caſtigare negligit, quod tangitur cum dicitur, non aduena qui eſt intra portas tuas, aduenam quis reputat hominem, quando dicit ad alium, quid ad me de peccato tuo? & ſic quando homo non punit peccatum alterius, efficitur particeps peccati illius.

Margin: Epheſ. 5. — Seraph. Doct.

VARIET. LECT. Verſ. 10. & 11.

Vulg. Septimo autem die ſabbatum Domini Dei tui eſt, non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas.

Sept. Die autem ſabbato, ſabbata Domino Deo tuo, non facies in eo vllum opus, tu & filius tuus, & filia tua, puer tuus, & ancilla tua, bos tuus, & ſubiugale tuum, & omne pecus, & tuum, & proſelytus qui incolit in te.

Cald. Et iumentum tuum, & peregrinus, qui eſt in vrbe tua.

Pag. Animal tuum, & peregrinus tuus, qui eſt intra portas tuas.

Vulg. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbati, & ſanctificauit eum.

Cald. & Heb. Quia ſex diebus fecit cœlum & terram, & requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbati.

CONCORDIA.

Diſcordia fere nulla eſt, niſi quod vbi legimus aduenam, alij habent peregrinum, alij autem proſelytum: nomine aduenæ ſolum proſelytum intelligi, qui ex aliis gentibus amplexus fuerat ritum Hebr. communis ferè ſententia eſt; proſelyti enim dumtaxat, ex cæteris ad legis Moſaicæ obſeruantiam, vt Iudæi ſuſcepta circumciſione, obligabantur: tamen exiſtimo hîc nomen aduenæ ſtrictè accipi poſſe etiam pro incircumciſo, qui licet non tenerentur ad ſabbati obſeruantiam, tamen tenebantur magiſtratus inuigilate, ne illum diem aliquo opere ſeruili prophanarent ſidem eſt intra portas & in vrbe.

EXPOSITIO.

Septima die ſabbatũ Domini Dei tui eſt, hoc eſt, dies illa per quietem & ceſſationem ab operibus ſeruilibus Deo attribuenda, & diuino cultui dicanda, ſabbatum enim quietem ſignificat, Deut. 5. hoc patet, ſic enim habetur, ſeptimus dies ſabbati eſt, id eſt requies Domini Dei tui, *non facies in eo vllum opus*, vt explicuimus, *tu & filius tuus &c. iumentum tuum*, quia & pecora quæ laborant pro hominibus voluit etiam quieſcere *& aduena qui eſt intra portas tuas*, vide concordiam, *ſex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram*, ſabbatum enim Iudaicum fuit ſymbolum memoratiuum illius diuinæ quietis diei ſeptimæ, peracta mundi creatione, *& requieuit die ſeptimo*, non ita accipiendum, vt intelligamus Deum noſtro more ex fabricatione mundi quaſi feſſum & defatigatum cepiſſe requiem à labore, ſed ſcriptura humano more & quadam attemperatione, ad noſtram imbecillitatem loquitur; dicimur autem ab opere ceſſare, cum ceſſamus operari, ita requieuit Deus, id eſt ſubſtitit & ceſſauit à formandis producendiſque à nihilo rebus, vt eſſent, omnia quæcũque oportebat, produxerat, & eum qui his fruiturus erat formauerat; nam poſtquam ſubſtitit opifex, & omnia quæcumque voluit ſecundum miſericordiam ſuam, ſuo præcepto produxit in medium, tunc finem formandi fecit die ſeato, nihil enim aliud die ſeptimo producere voluit, eoque omnia quæ facere voluerat, iam perfecta erant, *benedixitque diei ſeptimo*, quoniam priorum ſex dierum, quilibet habuit aliquod opus à Deo factum, ſeptimus autem nullum, ideo ne ob id dies ſeptimus exiſtimaretur otioſus, & ignobilis, ſingularem illi benedictionem impertiuit, videlicet vt oſtenderet diem hunc indicem eſſe perfectionis & abſolutionis vniuerſi, quid igitur? nonne erant & cæteri dies benedicti? erant profecto, ſed ſufficiebat illis pro omni benedictione, quod in ſingulis illis creaturę productæ fuerunt, & ideo de illis non inquit & benedixit, in ſolo autem ſeptimo hoc dixit & appoſuit, *& ſanctificauit ipſum*, aſſignans eum ceſſationi ab opere ſeruili, ſuoque addicens cultui, vide quæ late diximus ſuper caput 2. Gene.

Quæſo ſi plures conceptus, qui his verſibus conuenire poſſent, obuoluo ſilentio, ideo eſt, quia iam eos in medium adduxi, tum in 2. capite Geneſens, tum in præcedenti volumine ſuper Exodum, eos conſule ex indice conceptuum de feſtis, aliquot, qui hic obuij fuerint, aperiam.

CONCEPTVS.

Quod de ſe malum ſola indiget prohibitione non addita prohibitionis cauſa.

Memento vt diem ſabbati ſanctifices, ſubiungit
12. rationem, *ſex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & requieuit die ſeptimo.* Nihilominus cum prohibet homicidium, ſolum ait, non occides, nulla addita huius prohibitionis cauſa: cur in ſanctificatione ſabbati eam addidit, omiſſa in homicidij prohibitione? diſcrimen quod aſſignat B. Chryſoſt. in ſermone pro gratiarum actione ad populum Antioch. in medium adducam. *Vt diſcas quod ab initio hoc ſcimus (nempe quod ſcientia expreſſis) legiſlator leges poſtea ferens & dicens non occides, non intulit malum enim cadere, ſed ſimpliciter non occides inquit, prohibuit enim peccatum dumtaxat, non docuit; quare igitur qui dixit non occides, quod malum, cædes, quoniam præueniens conſcientia vos hoc docuit, & tanquam ſcientibus & intelligentibus ita loquitur, cum de alio loquitur mandato non vobis noto per conſcientiam facto, non tantum prohibet, ſed & cauſam apponit, de ſabbato itaque legem ferens & dicens, ſeptima die non facietis opus, ſubiunxit quoque ceſſationis cauſam, qualem vero? quod in die ſeptima requieuerat Deus ab omnibus operibus ſuis: quare igitur dic mihi, in ſabbato quidem cauſam adiecit, in cæde vero nihil tale fecit? quoniam hoc quidem mandatum non de principalibus erat, nec per conſcientiam nobis exquiſitis, ſed particulare quoddam, & temporaneum, propterea poſt hæc ſolutum eſt: neceſſaria vero & vitam noſtram continentia illa ſunt, non occides, non machaberis, & ideo nullatenus hîc cauſam ponit, nec rationem adducit, ſed ſola opus eſſe putas prohibitione*, nihilominus expoſitione indigẽt verba Chryſ. & declaratione: hoc præceptum de ſabbato partim eſt morale, ſeu naturale, partim cæremoniale; morale eſt, in quantum præcipitur, vt homo ſubinde tẽpus aliquod deputet diuino cultui: cæremoniale inquantum dies ſabbati, olim Iudæis fuit ad hoc ſpecialiter deputata, & ita intelligendus eſt Chryſoſt. quod licet quoad id quod cæremoniale eſt, ceſſauerit, quo circa recte ab Eccleſia in ſabbati

S. Chryſt

locum

locum ſuffectos eſt dies domioicus, propter reſurrectioois myſterium, ea die peractum, nam quoad id quod eſt in eo morale, permanſit.

Si otiaris, ideo ſit vt affectuoſius opereris.

113. *Memento vt diem Sabbathi ſanctifices*, reddit rationem, *requieuit enim die ſeptimo*, quid? omnimodane ceſſatione teqoieuit Deus? quid? Deus omnimone ceſſat? otiatur ne oeus in quiete diei ſeptimæ? ſanè negat Deum, qui otioſum illum facit, pater meus vſque modo operatur & ego operur, ait Chriſtus Ioannis 5. nempe Deus noſter eſt perpetuo opetans aut introrſus, aut extra ſe: nugatorius & futilis eſt Epicuri Deus otio deditus, aſſeuerant Epicurei Deum otiuſum & inexercitum, & vt ita dixerim neminem humanis rebus ait Tertullian. Apolog. c. 47. hoc eſt elogium numinis epicurei: num Deus noſter ſimul inertia ceſſat & otiatur, cum dicitur tequieuiſſe ab omni opere? attende verba ſequentia, beuedixit Dominus diei Sabbathi, & ſanctificauit illum, in Geneſ. cap. 2. habetur, quia in ipſo ceſſauit ab omni opere ſuo qood creauit Deus vt faceret, quid eſt vt faceret? quid? iterum ne faciet quæ creauit? planè actum aget. Hugo Carenſ. *Creauit vt faceret, id eſt de eis alia produceret*, ſcilicet ceſſat vt producat, & quaſi otiatur vt agat, ô ceſſatio actuoſa, & negotiorum otium! luculenter S. Bern. de conſi. *Sapien shortatur ſapientiã ſcribi in otio, cauendum & in otio otiũ eſt*, nempe actuum otium deſidetat S. Bernard. ne homo otietur io otio, & ceſſet in quiete: ſed aut agat aliquid dum otiatur aut quieſcit, aut ſaltem quieſcat, vt comparet vires ad actuoſius operandum.

Ioann. 5.

Tertull.

Geneſ. 2.

S. Bern.

B

C

Præmitti labor quieti debet.

114. *Memento vt diem Sabbathi ſanctifices*, hanc rationem reddit, *ſex enim diebus fecit Deus cælum & terram, & requieuit die ſep imo*, cur prius labor Dei indicatur, quam requies? quia quieti labor ſubſternendus eſt, requiem qui quærit, prius laboret: ecce enim prius Deus ſex diebus operari legitur, deinde vno requieuiſſe: hanc mentem fulciunt verba B. Petri Damiani Opuſc. 13. c. 8. *Ad requiem nonniſi per labores & certamina peruenitur, quomodo quis ad requiem peruenit, qui nec dum ad certamina ipſa, quæ in medio ſunt conſtituta, deſcendit? quo enim pacto quis valeat aulam ingredi regiam, ſi eam quæ pro foribus eſt, nondum tranſiuit arenam? qui propaginare non didicit, qui palmitum ſarmenta non ſauit, qui glebas ſarculis nunquam fregit, qui vomeribus i onalia non ſulcauit, quomodo excuſſis, paleis in horreo frumenta recondere, aut plenis muſto canalibus poterit amouere?*

S. Petrus Damian.

Laborem minuit aliorum cooperatio.

115. *Memento vt diem Sabbathi ſanctifices*, ſubiungitur ratio, *requieuit enim die ſeptimo Deus*, an is qui laboret operãdo? fatigatur ne Deus labore, cui beata quies eſſentia eſt? Deus nec laborat faciẽdo, nec ceſſando quieſcit, cui otioſa A (vt ſic dicam) operatio eſt, & quies operoſa, verum eſto operando laboret Deus, & otiando quieſcat: tamen fieri non poteſt, quod die ſeptima quieuerit Deus, in illa enim reuera operatus eſt Deus, ita vt dicat Ioann. cap. 5. pater meus vſque modo operatur & ego operor; id eſt etiam ea die ſeptima & deinceps, continuata productione Deus conſeruat omnia: qua ergo ratione dicitur ab operatione quieuiſſe Deus die ſeptima, & frui quiete & otio ceſſationis, ſi adhuc in illa die operabatur? eleganter animaduertit Cajet. ad c. 12 Geneſ. requieuit Deus die ſeptimo, *ceſſauit quidem Deus ab efficiendo nouas creaturas, non autem ceſſauit ab operando, cum actione conſeruatiua tum actione gubernatiua*, itaque Deus requieſcit à labore operis non ceſſans, ſed quaſi operaos, & qui operando quaſi laborans dicitur, adhuc die ſeptima laborans quaſi delitiatur in labore, quod myſterio non vacat, & quidem cõceptui aptiſſimum, illudque adnotauit Cajet. aduertens die ſeptima quæ beatæ quieti Dei tribuitut, Deum operati actiooe conſeruatiua & actione gubernatiua, id eſt, non ſolus Deus operatur die Sabbathi, ſed ſimul cum creaturis, illas cõſeruãdo & cũ illis cõcurrẽdo ad ſuas operationes: magna profectò eruditio & ad ſuperiores informandos aptiſſima, quando ſolus operatur Deus, & ſi laboris & fatigationis neſcius laborare dicitur, cũ vero non ſolus ipſe, ſed cũ alijs operatuř, quieſcere dicitur Sabbathũ ſeu diem agere & beate delitiari dicitur, vt intimet præfectis quam laborioſum ſit ſolum operari, & quam laborem minuat cooperatio aliorum; ſiquidem ipſe Deus adhuc laborans ſeptimo diẽ, otiari, quieſcere, & delitiari dicitur, quia alij ei collaborant.

Ioann. 5.

Geneſ. 2.

Cardin. Cajet.

Securitas conſcientiæ his qui in virtute profecerunt, conceditur.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices, ideo Sabbathum Deus otio dedicauit & quieti, quia poſtquam omnia operatus eſt, tandem quieuit & requieuit hoc die, poſtquam Deus hanc rerum vniuerſitatem ſex diebus condidit, tandem die ſeptimo feriatur, & ab opere quieſcit: ſcilicet opera ſex dierum omne virtutum genus deſignant, & quas vir pius prius operatur, at vero dies Sabbathi ſedatam & tranquillam conſcientiam deſignat. B. Aug. fragmento 1. ſerm. de decal. ad populum, *Non inepte poſt opera ſex dierũ tandem quieſcit Deus, quia ſecuritas conſcientiæ non conceditur niſi his qui minimum in virtute profecerunt*: pulchre tranquillam conſcientiam ad Sabbathũm refert Auguſt. eſt enim dies feſtus in quo nullo interpellante, curarum ſtrepitu, ſumma pace anima fruitur: audi Auguſt. *in tertio iſto præcepto inſinuatur quædam vacationis indictio, quæ eſt cordis tranquillitas ac mentis, quam facit bona conſcientia, ibi ſanctificatio, quia ibi ſpiritus Dei.* 116.

S. Auguſt.

D

Deus ſolus laborat, cum autem quieſcit, non vult ſolus quieſcere, ſed omnia ſecum.

Memento vt diem Sabbathi ſanctifices, ſex enim diebus fecit cælum & terram, & ea quæ in 11

eis ſunt, ſeptimo die requieuit? an ſolus cœlum & terram condidit? quis dubitat? an ſolus requieuit die ſeptimo? textum conſule, non facies omne opus in eo, & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum & aduena qui eſt intra portas tuas; cur omnes tecum quieſcent, ſi ſolus laboraſti? *Conſidera quaſo.* inquit Oleaſt. *beneuolentiam & charitatem ſummi Dei, vt ſecum voluerit omnia quieſ-* Oleaſt. A *cere, neque ſecum tamen voluerit omnes laborare: ſolus ipſe creat cuncta (& ſi fas eſt dicere) ſex diebus laborat nobis ſeptimo die omnia ſecum ad quietem inuitat: ſic ſolus Chriſtus paſſus eſt, & torcular calcauit ſolus ipſe Iſai 65. ita vt de gentibus non eſſet vir cum eo. in die tamen reſurrectionis omnes ſua beata præſentia lætificat, omnes enim ſecum vult reſurgere ſed non omnes pati.* Iſai. 65.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

V*ulg.* Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus dabit tibi.

Sept. Vt bene tibi ſit, & vt ſis longæuus ſuper terram bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi.

Cald. Vt prolongentur dies tui ſuper terram.

Salazar. Cap. 28. in Prouerb. N. 35. dicit ſe legiſſe in quibuſdam codicibus græcis, ſuper honora patrem tuum, & matrem tuam.

Lorinus. In c. 5. Deut. ait poſſe legi, glorifica B patrem tuum.

Oleaſter. Onera patrem tuum, &c. vt prolongent ſe dies tui.

Alij Vt prolongent ſcilicet parentes ſuis orationibus & precibus dies tuos.

Matth Galenus cathech. 75. cap. 1. habet, ſolue quod debes.

CONCORDIA

SI in aliquibus codicibus græcis eſt ſuper-honora, non reſpuendum, maior enim iis quam alijs honor impartiendus, verbum כבר & honorare & glorificare ſignificat: licet hæc tranſlatio ſolue quod debes, non ſit genuina, tamen ſenſus verus eſt, quia dubitari non poteſt, quin ſummum ſit erga patrem & matrem debitum. cõtendit Oleaſt. verbi Chabad propriam eſſe ſignificationem onerare, grauare, & ex conſequenti honorare, & licet expoſitionẽ eius non reſpuam, nempe quod onerandi ſint pater & mater donis & muneribus, & non ſolum honorandi: ſed admittere non poſſum, quod ait, quod communis tranſlatio poteſt tolerari, quaſi vero potius ſua non tolerari debeat, noſtra autem admitti, & præ alijs æſtimari: vt enim ſua intelligatur verſio, circum- C locutione indiget, quid enim ſimpliciter intelligendum venit, cum dicit onera patrem tuum? addiderunt Sept. vt bene tibi ſit: legimus quam Dominus dabit tibi, ſed græce eſt δίδωσι dat, & Caldaice participium dans, ſicut & Hebraicè נתן nothen, quod tempora cuncta admittit, dans, eſt erit, fuit; ſed hîc pro futuro ſumendum eſt.

EXPOSITIO.

HOnora patrem tuum, præceptorũ ſecundæ tabulæ hoc primum eſt, quo parentes honorare debemus, honor autem hic conſiſtit in obedientia, in obſequijs, in externa reuerẽtia, atque in omni opere, & ſermone, & patientia omni, patientiam omnem dixi, quia magna requiritur erga parentes querulos, moroſos, ægros aliquando, etiam delitos, vel rigoroſa interdum, dura & difficilia præcipientes, *patrem tuum & matrem tuam*, per hos intelliguntur aſcendentes auus, proauus, atauus & auia, proauia, & itẽ ſocrus & ſocer & ſimiles. parentum autem mentio fit tantum, quod ipſi in proximis primum locum teneant, & magis iuſtitiæ ratio eluceſcat in eo quod parentibus, quam in eo quod alijs debemus *Vt ſis longæuus ſuper terram*, conueniens eſt enim, vt qui gratus eſt erga parentes, à quibus vitam accepit, diu etiam diuino munere, hoc beneficio perfruatur: verum & ſi vt plurimum accidat, vt qui pius erga parentes fuerit, etiam in hac vita diu & fœliciter viuat, id tamen intelligendum eſt primo, ſicuti in cæteris promiſſionibus affirmatiuis, ſi cætera adſint, vel D nihil aliud obſit, vel ſi ita ad vitam æternam expediat. licet autem promittantur bona, quæ ſunt in longitudine vitæ, tamen non ſolum eorum promiſſio fit, quia nullius eſſent momenti ſi confetantur cum præmio debito; nam quælibet operatio in charitate meritoria eſt vitæ æternæ, cum ergo actus honorandi circa patrem ſit actus bonus in genere, cum fit ex charitate, meritorius erit vitæ æternæ: Deus tamen cum loqueretur Iudæo populo rudi pollicebatur bona ſenſibilia, quorum amore tenebatur, cum nondum cœleſtia caperet, *quam Dominus Deus dabit tibi*, ferebatur enim ardentiſſimo deſiderio eam poſſidendi, audierat enim eſſe terram ex qua lac & mel manarent, & vt eum ad honorem parentibus exhibendum prouocaret, promittit per longiſſimum tempus eam poſſeſſurum.

CONCEPTVS.

Præ omnibus maximè parentibus obligamur.

118. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, cur inter præcepta quæ proximos ſpectant, primum hoc locum ſortitur? nequaquam hoc dignum inquiſitione, quia quis neſcit quod præ omnibus proximis, maxime parentibus obligemur? *præcepta decalogi ad dilectionem Dei & proximi ordinantur* (inquit Angelicus Doctor 22. quæſt. 122. art. 5. in corp.) *Inter proximos autem maximo obligamur parentibus, & ideo immediate poſt præcepta ordinantia nos in Deum, ponitur præceptum ordinans nos ad parentes qui ſunt particulare principium. & ſic eſt quædam affinitas huius præcepti ad præcepta primæ tabulæ.*

Angelicus Doctor.

Honor parentibus debitus, non conſiſtit ſolum in verbis, ſed in opere.

119. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, honor eſt exhibitio reuerentiæ alicui in teſtimonium ſuæ virtutis, vel dignitatis, nomine autem dignitatis comprehenduntur qui nobis ſunt ſuperiores in aliquo dono, vel naturali vel intellectuali: quo poſito, an vt hoc præceptum ſeruetur, ſufficit honorem parentibus deferre, vel obedientia, vel ſummiſſione, vel aliquo ſigno reuerentiæ demonſtratiuo, ita vt ſi pater neceſſitate premeretur, filius ſolum honorare teneretur modo prædicto? nequaquam equidem ſed etiam operibus & in iis quæ in conſeruatione vitæ illius ſunt neceſſaria, hanc mentem firmat B. Hieron. cap. 15. in Matth. Honor in ſcripturis non tantum in ſalutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemoſynis ac munerum oblatione ſentitur, honora inquit Apoſt. 1. Timoth. 5. viduas, quæ verè viduæ ſunt, hic honor donum intelligitur: & alio in loco, preſbyteri duplici honore honorandi, maxime qui laborant in verbo & doctrina Dei, præceperat Dominus vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parentum conſiderans, vt filij honorarent etiam in vitæ neceſſarijs miniſtrandis erga parentes ſuos; hanc prouidentiſſimam Dei legem volentes ſcribæ & Phariſæi ſubuertere, vt impietatem ſub nomine pietatis inducerent, docuerunt peſſimos filios, vt ſi quis ea quæ parentibus offerenda ſunt Deo vouere voluerit, qui verus eſt pater, oblatio Domini præponatur parentum muneribus, vel certe ipſi parentes quæ Deo conſecrata cernebant, ne ſacrilegij crimen incurrerent, declinantes, egeſtate conficiebantur, atque ita fiebat, vt oblatio liberorum ſub occaſione templi & Dei, in ſacerdotum lucra cederet.

S. Hieron. 1. Ad Timoth. 5.

Quod honore dignum, non ſemper laudem meretur.

120. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, cur non ait, lauda patrem tuum, cum laus aliquid ſuper honorem dicat? aduerte quæſo diſcrimen inter laudem & honorem, quod laus eſt proteſtatio eminentiæ bonitatis in illo qui laudatur, honor autem eſt proteſtatio dignitatis in illo qui honoratur, ita quod laus & honor conueniunt in hoc quod vtrumque in intellectu dicit reſpectum præeminentiæ, differunt autem quod laus dicit præeminentiam bonitatis: vnde omnes laudandi ſunt honorandi, non tamen conuertitur, quia multi honorantur ratione dignitatis, qui non ſunt laudandi ratione impietatis. dic ergo forte Deum non dixiſſe lauda patrem & matrem, ſed ſolum honora, quia in quocumque ſtatu ſint, honorem merentur, ſi autem impij ſint, laude ſunt indigni.

Parentes ſi diuino obſequio contrarij, honorem non merentur.

121. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, quid? an Deus ſibimet conſtat? nonne vtriuſque teſtamenti eſt idem auctor? quomodo ergo in nouo cuidam licentiam petenti, vt vltimum patri debitum ſolueret, reſpondit Christus D. Luc. 9. ſine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos, tu autem veni, & annuntia regnum Dei: ſed quis dicet hac de cauſa veteri teſtamento contrarium eſſe Euangelium? ſane ille quid diceret etiam Apoſtolo aduerſaretur, qui & filios monet vt honorent parentes, & parentes vt diligant filios, imo etiam Chriſtum Dominum ſibiipſi repugnare, cum homini quærenti vitam æternam, dixerit, ſi vis venire ad vitam, ſerua mandata: in quibus illud commemorat de honore parentibus debito, quibus mandatis perfectis, etiam ad dilectionem Dei creſcitur, in qua eſt tota perfectio, nam dilectio proximi certus gradus eſt ad dilectionem Dei: & ideo reſpondenti quod omnia illa mandata ſeruauerit dicit vnum ei deeſſe, ſi vult eſſe perfectus, vt vendat omnia quæ habet & det pauperibus & ſequatur eum, quid ergo dicemus? id quod recte animaduertit B. Auguſtinus contra Adimantum cap. 6. *Manifeſtum eſt, & honorem parentum in ſuo gradu ſeruandum, & tamen eos in diuini amoris comparatione præſertim ſi impedimento ſint, nulla dubitatione oportere contemni.*

Luc. 9. S. Aug.

Qui beneficio gratus, vt ſibi beneficium ſeruetur, meretur.

122. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*, cur potius hoc præmium pollicetur quam aliud, cum conqueratur Dauid ſuum incolatum prolongatum? heu mihi inquit quia incolatus meus prolongatus eſt: nonne filius beneficium vitæ poſt Deum à parentibus accepit? illis ergo debitum exhibeat honorem, vt mereatur vitæ conſeruationem accipere: ſcitè rem habet eit. Doctor Angel. vbi ſupra art. 5. ad 2.

Pſalm. 119. S. Thom.

" Longæuitas promittitur honorantibus paren-" tes, non ſolum quantum ad futuram vitam, ſed " etiam quantum ad præſentem, ſecundum illud [1 ad Timoth.] " Apoſt. 1. ad Timoth. 4. pietas ad omnia vti-" lis eſt, promiſſionem habens vitæ quæ nunc " eſt & futuræ: & hoc rationaliter, qui enim " gratus eſt beneficio, merétur ſecundum quan-" dam congruentiam vt ſibi beneficium conſer-" uetur, propter ingratitudinem autem meretur " aliquis beneficium perdere, beneficium autem " vitæ corporalis poſt Deum à parentibus " habemus, & ideo ille qui honorat patrem & " matrem, tanquam gratus meretur vitæ con-" ſeruationem, quaſi beneficio gratus, qui au-tem non honorat parentes tanquam ingratus " videtur vita priuari.

Quaſi innumera bona conſequitur, debitum parentibus honorem perſoluens.

123. *Honora patrem tuum & matr mtuam, vt ſis longæuus ſuper terram*, an ita in præmio auarus Deus, vt propter honorem parentibus exhibitum, ſolum longitudinem vitæ polliceatur? nonne vt filios ingratos prouocaret ad debitum parentibus perſoluendum, maiori remuneratione allicere deberet? ita ſane, & ideo innumera alijs in locis bona pollicetur eis. ſiſtenda hic verba doctoris Angelici opuſc. 4. [Angelicus Doctor.] *Sciendum quod honorantibus parentes quinque deſiderabilia promittuntur, & primum eſt gratia in præſenti & gloria in futuro, quæ maxime deſideratur Eccl. 3. honora patrem tuum, vt ſuperueniat tibi benedictio à Deo, cum ratium debetur maledicentibus, & etiam in lege maledicuntur à Deo vt dicitur Deut. 27. ſecundum deſiderabile eſt vita, inde vt ſis longæuus ſuper terram, dicitur Eccleſ. 3. qui honorat patrem ſuum vita viuet longiore & nota quod vita longa eſt, quando eſt plena, & quæ non menſuratur tempore ſed actione ſecundum Philoſophum: tertium autem eſt habere filios ſibi gratos & acceptos, naturaliter enim pater theſaurizat filiis ſed non è conuerſo, Eccleſ. 3. qui honorat patrem ſuum iucundabitur in filiis, Matth. 7. In qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis: quartum eſt habere famam laudabilem, Eccleſ. 3 gloria hominis ex honore patris ſui, & nerum. Quam malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: quintum eſt habere diuitias Eccleſ. 3. Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.* [Eccleſ. 3. — Eccleſ. 3. — Eccleſ. 3. — Matth. 7. — Eccleſ. 3. — Eccleſ. 3.]

Ita noſtræ vtilitati dediti, vt neceſſe ſit ad nos ab ea reuocandos promiſſionibus allicere.

124. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*, ſecundum ſimiliter præceptum cuſtodientibus præmium pollicetur, non adorabis ea neque coles, faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me: cur ex omnibus præceptis, ſolum his duobus merces conſtituitur? an alia indigna ſunt remuneratione? nequaquam, ſed vt ait B. [S. Thomas.] Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. ad 3. *Homines vt plurimum actus ſuos ad aliquam vtilitatem ordinant, & ideo in illis præceptis neceſſe fuit promiſſionem premii apponere, ex quibus videbatur nulla vtilitas ſequi, vel aliqua vtilitas impediri: quia vero parentes ſunt iam in recedendo & ab eis non expectatur vtilitas, & ideo præcepto de honore parentum additur promiſſio: ſimiliter etiam in præcepto de prohibitione idololatriæ, quia per hoc videbatur impediri apparens vtilitas, quam homines credunt ſe poſſe conſequi per pactum cum dæmonibus initum.*

Peccata noſtra, dona Dei impediunt.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã, quam quæſo? an eam, nẽpe deſertum, in quo peregrinabantur? nequaquam, ſed eam quam Dominus daturus erat eis, nempe terram lacte & melle manantem: ex Hebræu legitur, quam Dominus Deus dat tibi, quomodo dat, ſi ſolum poſt quadraginta circulum annorũ eam ſunt adepti? quantum ex parte Dei dabat, ſed tãtis & innumeris obuoluti fuere peccatis, vt poſſeſſionem illius retardauerint: hunc ſenſum fulciunt verba Cajetani, *Non promittitur tantum vita longæua, ſed etiam in patria propria lacte & melle manante, dicendo ſuper terram quam Deus tuus dans tibi, & dicit dans, quia quantum erat ex parte Dei, vt pote ducens eos in terram illam, ſed peccata eorum impedierunt, & diſtulerunt quadraginta annis.* 125. [Cajet.]

Parentum preces maxime nobis ſunt vtiles.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, cuius intuitu, hæc vitæ longæuitas filiis tribuitur? aliqui, teſtibus Lorino & Oleaſtro, legunt vt prolongent ſe parentes orationibus & precibus dies tuos? en quorum orationibus longitudo dierum venit concedenda, nempe parentum! obſeruatio eſt Hieron. ab Oleaſt. *Vides quid valeant parentum benedictiones & precationes, quæ tibi longam poſſint vitam à Domino impetrare.* 126. [Oleaſt.]

Bona nobis collata ad fundendas preces prouocent.

Honora patrem tuum & matr mtuam, vt ſis longæuus ſuper terram, alij, prolongent parentes orationibus & precibus dies ſuos: nonne ſatis eſt nobis vitam parentes dediſſe eamque ad debitam ætatem, neceſſariorum adminiſtratione conſeruaſſe? cur adhuc effundunt preces? inſtant orationibus vt eis longitudo vitæ concedatur: nonne honor à filijs impenditur? an vt bona ipſis reddita à liberis, ad fundendas preces pro eis prouocent! à nobis ſtatuit. Luſitanus. *Vides hic qualiter bona alicui collata, eum ad precandum inuitent.* 127. [Luſitan.]

Vera pietas eſt, ſcire filios perdere propter Deum, parentes.

Honora patrem tuum & matrem, cui præcepto contrarius videtur Chriſt. D. Luc. 14. cum ait, ſi quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus, quis probet filiorum odium in parentes? quis impune perdat parentes quando & filios tenetur diligere, 128. [Lucæ 14]

qui debet eſſe pius in hoſtes? quomodo erit dutus in patrem & matrem quos honorare tenetur? certe vbi cauſa Dei intercedit & poſtulat, tunc vera pietas eſt, ſcire perdere ipſos parentes. rem pulchrè explicat Cyrill. Alexand. lib. 6. de adoratione ex Matth. 10. inquiens, *Dei enim violato, miſericordia commoueri minime tutum eſt, ſed in primis periculoſam importuno tempore ad munia beneuolentiæ ignauiam emolliri: itaque illud eſt (opinor) quod ait Chriſtus, qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus valeat omnino eo tempore pietatis lex, recedat naturalis vis amoris, & ea omnia quæcumque ad dilectionem hominum ſpectant, & vt ita dicamus pia duritia colatur Deus*, pietas eſt aliquando eſſe crudelem, vbi Dei cauſa lexque diuina violata ſectionem poſtulat, miſericordia emolliri nunquam tutum eſt; eſt enim tunc pia duritia perdere, vel manus, vt totus homo viuat. (S. Cyrill. Alexand.)

Qui Chriſti adhæret cruci, erga parentes pietatis non ſit immemor.

129. *Honora patrem tuum & matrem*, ſcilicet eo modo quo diximus in expoſitione, ſed, an parentes cum quis religionem ingreſſus eſt, debito obſequio, quo poteſt, non debet proſequi? quis hoc aſſeret? nemo enim vere Chriſtianus, vere religioſus parentum curam aſpernabitur, nemo de parentum pietate debita dimittet vllo prætextu, & ſi crux illi ſit tollenda poſt Chriſtum, & ſi mundo & carni crucifigatur, enimuero Chriſtiana crux nil potiu commendat, quam in parentes pietatem B. Cyprian. *Conſidero te Domine in cruce de matre ſollicitum, cui volenti loqui tecum cum Euangelizares, negaueras colloquium, & prætuleras illi auditores verbi, dicens eis, tibi eſſe pro matre & fratribus, qui voluntati patris obtemperant, nunc materno moueris affectu*. qui aliquando auſterus viſus fuit matri, illi auditores verbi diuini præferens, vbi crucis ſubiit patibulum, ſollicitum ſe oſtendit de matre, vt occaſionem auferat his, qui vt Chriſti adhæreant cruci, obliuioni putant tradendos parentes extreme egentes & deſolatos, abſit hoc à vero Chriſtiano, imo, nihil magis proprium & natiuum chriſtiferæ crucis eſſe putent, quam ſollicitam in parentes pietatem. (B. Cyprian.)

Parentes conſolari & fouere, virtus præſtantiſſima.

130. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, Chriſtus qui venerat non legem ſoluere ſed adimplere, cum cruci affixus teneretur, matris ſuæ ante omnia memor, ſic diſcipulum alloquitur cap. 19. Ioann. ecce mater tua, ſingularem illius curam habens, commendat diſcipulo, vt ei omne obſequium tanquam matri impenderet: nonne tunc conceſſum eſt regnum cælorum latroni? cur ergo Ioannes, qui nobis diuiniora & præſtantiora narrat, potius meminit ſollicitudinem hanc pro matre habitam, quam regnum cælorum datum latroni? an præſtantius eſt matri aliquale prouidere ſuſtentaculum, quam alteri vel regna parare? ita D. Ambroſius lib. 11. in lucam ait, *Solus ergo Ioannes me docet, quod alii non docuerant, quemadmodum in cruce poſitus appellaueris matrem, pluris putans quod auctor ſuppliciorum atque pœnarum, victor Diaboli, pietatis officia diuidebas, quam quod regnum cæleſte donabas*, pende hanc Ambroſij authoritatem, & in quanta æſtimatione habendi parentes, tibi manifeſtum fiet. (Ioann. 19.) (D. Amb.)

Filijs parentes honorantibus æternum præmium debetur.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quot matura morte perierunt filij, qui debitam parentibus obedientiam præſtiterunt? & quot è contra qui nullam eis reuerentiam exhibuerunt, & nihilominus vita eis longiſſima conceſſa? quomodo ergo à Deo dicitur, quod qui honorauerit patrem & matrem, quod longiori vita perfruetur? equidem non ſemper in hoc ſæculo, ſed in futuro: mens eſt D. Ambroſ. in Pſalm. 43. *Multi* (inquit) *qui honorant, citò ſæpe rapiantur, & immatura morte moriuntur, multi etiam qui minus referunt parentibus ſuis, longæua fruantur ſtipendiis ſenectutis. & niſi longæuitatem illam accipiamus æternã, inanitur ſcriptura deſtitui veritatis ſubſidio*, itaque diuturna vita non ſemper in hoc ſæculo iuſtis hominibus confertur, ſed ſæpe in futurum reſeruatur, quamuis non raro fiat, vt qui parentibus honorem debitum perſoluant, longiori vita etiam in hoc ſæculo, ante mortem perfruantur. 131. (Citat. Doctor.)

Tunc iuxta præceptum Dei honorantur parentes, quando muneribus onerantur.

Honora patrem tuum & matrem tuam, Oleaſt. onera patrem tuum & matrem tuam, quibus oneribus? honorum ac munerum, quaſi tunc parentes magnis honoribus illuſtrentur quando amplis muneribus donantur: cuius loci germanus interpres fuit Chriſtus D. nam ſcribas & phariſæos reprehendens, quare inquit & vos tranſgredimini mandatum Dei? nam Deus dixit honora patrem & matrem, vos autem dicitis munus quodcumque eſt ex me, tibi proderit Matth. 15. dum enim ait, eos violare legem diuinam, non dando parentibus munera, quibus ſoſtententur, ſed ea ſibi reſeruando, palam ſignificat eam legem diuinam de parentibus honorandis in eo etiam conſiſtere, vt neceſſaria eis munera ad vitæ ſuſtentationem conferantur, quaſi iuberet Deus, vt parentes à filijs honorentur, hoc eſt ſuſtententur: vos autẽ munera parentibus conferenda vobiſmet ipſis vſurpatis; atque ideo præceptum honorandi parentes tranſgredimini, quia eos debitis muneribus defraudatis, & dicitis in honorem parentum redundare, ea munera quæ vobis ipſis retinetis. 132. (Matth. 15.)

Dei verbo parentes non præferendi.

Honora patrem tuum & matrem tuam, quod non feciſſe Chriſtus Dominus videtur, nam cum illi prædicanti diceretur Matth. 12. ecce 133. (Matth. 12.)

V iij,

mater tua, & fratres tui foris ſtant, quærentes te, reſpondit, quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? ibi enim non ſolum videtur matrem repudiaſſe, ſed etiam negaſſe, qui autem eam negat, quomodo præcipit & docet alios eam honorare? hoc interpretatur Tertull. lib. 4. contra Marcion. c. 19. *Nam ſi matrem*, (inquit) *& fratres eos fecit, qui non erant, quomodo negauit eos qui erant?* quorſum ergo tam ſeuera reſponſio? *ſcilicet* (addit Tertull.) *in ſemetipſo docuit qui patrem aut matrem aut fratres praeponeret verbo Dei, non eſſe dignum diſcipulum*, & ruſus, *denique nihil magnum ſi fidem ſanguini praepoſuit, quem non habebat*, vbi non eſt ſenſus vero ſanguine caruiſſe, vt Marcion impudenter nugabatur, ſed illo affectu, quo propinqui immoderate diliguntur, vt verus Melchiſedech ſine carne & ſanguine diceretur: ruſus eumdem locum idem Tertull. expendens lib. de carne Chriſti c. 6. *Solet* (inquit) *id adimplere Chriſtus quod alios docet, quale ergo erat ſi docens non tanti facere matrem aut fratres quam Dei verbum? ipſe Dei verbum nuntiata matre & fraternitate deſereret, negauit ergo parentes, quomodo negandos docuit pro verbo Dei*: ſcilicet Dei verbum pro parentibus minime deſerendum, nec minus eleganter philoſophatur de hac re B. Amb. lib. 6. in Luc. c. 8. ibi conſule.

Tertull.

Status religioſus indebite non deſerendus, vt parentibus ſubueniatur.

134. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, aliqui religioſi tempore D. Baſilij, qui de religione deſerenda cogitabant, vt ſuis parentibus ſuccurrerent, ſeque ad id obligatos eſſe ex hoc oraculo arbitrabâtur, & ex nouo etiam Teſtamento, ſi quis ſuorum & maxime domeſticorum curàm non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, 1. Timot. 5. cum enim ſe his teſtimonijs communirent, ad ſuam opinionem adſtruendam, ſeu potius ad ſuam affectionem colorandam, quomodo ſatisfiet? quomodo ſcopulus ab eis amouendus? ratione quam in medium adducit D. Baſilius in conſtit. monaſticis c. 21. ad finem, citata loca ad eorum affectionem reprimendam apte interpretatus. *Viuit*, inquit, *dicta ſunt illa non mortuis, nam hi quidem ab omni prorſus huiuſmodi debito liberi ſunt, tu autem mortuus es, & omni mundo crucifixus*: quaſi diceret, teſtimonia illa quibus tuam cauſam ô Monache tueris, viuos obligant, non mortuos: vnde tibi qui iam è viuis exceſſiſti, & inter mortuos computaris, minime patrocinantur. Baſilium ſecutus eſt Bernard. ſerm. de mutatione aquæ in vinum, *Quãdiu de mundo ſumus, debitores conſtat eſſe parentibus, at poſtquam religauimus noſmetipſos, multo magis ab eorum ſollicitudine liberi ſumus*, & ſtatim addit, *religioſos non magis quam mortuos propinquorum ſuorum affectibus commouendos*, quòd optimo confirmat exemplo, *Legimus* (inquit) *fratrem quendam in eremo conuerſantem, cum ad eum carnalis frater auxilij cauſa aduentaſſet, reſpondiſſe vt alterum fratrem eorum adiret, cum ille iam vtique obiiſſet, eumque admiratus qui venerat quia ille obiit, eremita quoque ſe ſimiliter obiiſſe reſpondit, non magis enim religioſus viuus quam laicus mortuus propinquorum affecta tangebatur.* Abſit igitur vt religioſus, qui è mundo ſublatus, cœleſtem tantum patrem recognoſcit, ad terreſtrem aliquo inordinato affectu reuocetur: omnibus Chriſtianis legem impoſuit Chriſtus D. inuocandi communem omnium patrem, qui in cœlis eſt. quo ex loco recte intelligit D. Cyprian. ſerm. de oratione dominica, omnibus pariter impoſitam legem repudiandi patrem, qui in terris eſt, præſertim cum hic illi aduerſatur, qui inquit factus eſt Chriſtianus, hinc debet incipere, vt profiteatur ſe Dei filium, cum nominis patrem ſibi in cœlis Dominum conteſtetur, quoque etiam inter prima ſtatim natiuitatis ſuæ verba renuntiaſſe ſe terreno & carnali patri, & patrem ſolum noſſe ſe & habere cœpiſſe, qui ſit in cœlis] ſi igitur Chriſtianus, qui minori cum Deo neceſſitudine coniungitur, terrenum patrem abdicare debet præ diuino, quam infidelis erit filius religioſus, qui diuinum deſerat præ terreno?

1. Tim. 5.
S. Baſil.
S. Bern.

Religioni Dei, valde propinqua in parentes pietas, ne dicam, conſimilis.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ſtatim poſt præcepta primæ tabulæ, quæ Deum reſpiciebant ſubdit præceptum de pietate in parentes, eodem modo locutus eſt Salomon Prouerb. 1. cum enim de cultu & obſeruantia erga Deum egiſſet, ſtatim de pietate erga parentes verba facit. ait enim, audi fili mi diſciplinam patris, & ne dimittas legem matris tuæ, cur non ſic loqueretur, cum religioni Dei debita pietas erga parentes valde ſit propinqua, ne dicam, conſimilis? vnde Philo, in confinio duarum tabularum hoc exaratum fuiſſe tradit, ſed Abeneſra in priori quidem tabula deſcriptum fuiſſe: ſed at ergo exiſtimat, enim in vtraque tabularum facie, Moyſem ſcripſiſſe: quæ omnia Dei & parentum obſeruantiam valde propinquas & conſimiles eſſe euincunt. 155.

Philo.

Quam grati erga parentes, cum non ſolum vitam ab eis habuerimus, ſed etiam illius conſeruationem ab eis conſequamur.

Honora patrem tuum & matrem tuam, qua de cauſa? vt ſis longæuus ſuper terram, nonne nullo poſito præmio, eos rereri tenebantur? nam ſi ab eis vitam filij accepere, nonne in argumentum gratitudinis, omnem eis honorem, ſeclusa quacumque remuneratione, reddere deberent? ita equidem, ſed cum præteritorum memoriam facile exuamus, magnum autem beneficium procreatum fuiſſe, & vitæ huius vſuram à parentibus accepiſſe, ſed præteritum, atque adeo ne ſæculis ſuccedentibus, huius beneficij memoria quemadmodum aliarum rerum, oblitteraretur, atque filij parentibus parum deferrent, decreuit, vt filiorum vita non ſolum quoad primam productionem attinet, ſed etiam quod ſpectat ad conſeruationem, ab obſeruantia & obſequio erga parentes penderet, vt recens atque præſens beneficij memoria gratitudinem extorqueret: propterea toties in ſcripturis ſacris vita longior filijs obedientibus promittitur, rebellibus 156.

autem mors immatura interminatur, ſed dices illa prior dependentia ſeu cauſalitas naturalis eſt, hæc poſterior moralis tantum, ſed quis obſecro ex eo quod putatet ſacramenta non phyſicè ſed moraliter, gratiam efficere, ideo minus ſacramentis detulit, minus coluit? nemo ſane, ergo licèt patres moraliter tantum filiorum vitam conſeruent, nihil minus honoris illis impendi debet, quam ſi phyſicè eamdem conſeruarent.

Maxima in filiis ingenuitas apparet, ſi ſciant parentibus obſequium reddere.

137. *Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram*, aliud promiſſum inuenio apud Salom. Prouerb. 1. vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. (Prou. 1. Beda Hugo Cardin.) Beda, & Hugo referunt hoc ad coronam & torquem, qui agoniſtis & certantibus legitime donabatur, hoc modo filius, qui parentibus obtemperauerit, tanquam victor in certamine, coronam & torquem aſſequetur: ſed pro expoſitione noſtra obſeruandum, torquem ingenuitatis fuiſſe notam, ita docet D. Chryſoſto. homil. 1. ad Philipp. (S. Chryſ. ad Philipp.) ſuper illa verba eleemoſyna & fides non te deſerant, ait ergo Salomon parentibus honorem debitum præſta, monitis eorum obtempera, hoc enim erit tibi pro torque, quod ingenuitatem longè melius teſtabitur tuam: audeo enim dicere nullam in filiis apparere ingenuitatis notam, quam parentum obſeruantiam & obſequium, appoſitiſſima eſt cuiuſdam ſententia, quam maximus Monachus locorum communium ſerm. 23. recitat his verbis; *Suos colens nimis parentes, eſt Deo gratus, nihil enim eſt quod magis decorum & ingenuum ſit liberis, quam ſi à patre bona nati ſint, & ipſi genitoribus bonam referant gratiam*, itaque æqualis gloriæ ducit Maximus, (Maxim. Monach.) ingenuis parentibus editos fuiſſe liberos, & pios eoſdem & obſequentes erga parentes ſe præbere.

Filius patrem vel matrem inhonorans, immatura morte corripietur.

138. *Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram*, qui autem ſecus fecerit, morte immatura corripietur, licet id non aſſerat hic Moyſes, tamen ſapiens Salomon nequaquam omiſit, ait enim Prouerb. 20. qui maledicit patri ſuo, & matri ſuæ, non extinguetur lumen eius in mediis tenebris, quomodo ex hac auctoritate inferre poteſt, quis dicet, filium parentes inhonorantem, immatura morte corripiendum? aduerte lumen aut lucernam (3. Reg. 11.) in ſacra ſcriptura, etiam ſignificare filios & ſobolem 3. Reg. 11. filio autem eius hoc eſt Salomoni, dabo tribum vnam, vt maneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus coram me, (3. Reg. 15.) cunctis diebus, ideſt, vt ſemper aliquis regnet ex eius liberis aut nepotibus, &c. 15. propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Hieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum: dicuntur ergo filij lucernæ hac de cauſa, quia in his gloria & ſplendor maiorum, imo & vita ipſa viuit, & alij ad alios non ſecus familiæ gloriam & vitam transferunt, quam lumen vnius lucernæ in alterum migrat, cum ex illa inflammatur, quemadmodum enim in lampas nihil in ſe ignis habens, ex lampade accenſo ignem ocyus rapit, (Card. Cajet.) ſic etiam filij qui nihil glorioſum aut ſplendidum geſſerunt, ex parentibus ſuis ſplendorem & gloriam trahunt, quo poſito: ſic explico ad mentem meam dictum illud Salomonis de filio parentes inhonorante, extinguetur lumen eius in mediis tenebris; filius qui in parentes ſuos fuerit impius, extinguetur lumen eius, id eſt peribit ipſe correptus (Taſtat.) morte immatura, antequam filios generet, in quibus generis ſui ſplendor luceat, & vita perennis fiat, hoc ſibi vult illud in mediis tenebris, id eſt poſteritate genus ſuum priuans, atque adeo tenebras perpetuas illi offundens: hanc mentem habent verba Cajet. *Quoniam in lege honoranti parentes promittitur longæua vita in terra promiſſionis, hoc in loco prædicitur ſub metaphora lucernæ quæ extinguetur in mediis tenebris (hoc eſt tunc quando præcipue opus eſt lucerna,) breuitas vitæ, moriens enim in iuuentute, extinguitur tanquam lucerna maxime tunc neceſſaria.*

Non ſolum filij parentibus honorem debitum referentes erunt longæui ſuper terram, ſed etiam vitam parentum protrahent.

Honora patrem tuum & matrem, vt ſis longæuus ſuper terram, quid? an ſolum filius patrem honorans, vitam longiorem ſibi protrahet? nonne etiam patris vel matris vitam ſenecta longiori coronabit? hoc non ait Moyſes, ſed cur id non aſſeremus? ad inſtitutum enim noſtrum dixit Clemens Alex. lib. 2. ſtromatum, Neſtorem ἀντιπελαργῶντα tot enim ſæcula vixiſſe eſt antipelargoſis (liceat ſit dicere) rericoniatio, quod quidem perinde eſt ac ſi dixiſſet, ſenem illum celebratiſſimum propterea vitam tot ætatibus produxiſſe, quia filios & nepotes pios ſortitus eſt qui illum iam ſenem & viribus effætum more ciconiarum aluerunt, nota eſt ciconiarum erga parentes ſuos pietas, vt videre eſt apud D. Ambr. lib. 5. Hexam. c. 16. vbi ἀντιπελαργώσεως meminit, & ratio id dictat, nam ſicut nihil eſt quod parentibus celerius mortem afferat, quam ſuſceptæ de filiorum petulantia & proteruia moleſtiæ, ita nihil eſt quod eorumdem vitam ſenecta longiori coronet, quam obſequium & morum facilitas qua ſe parentibus morigeros filij præbent, quapropter D. Amb. tradit Adamum qui nongenteſimum annum ſuperauit diutius ſane victurum, niſi ob Caini parricidium & implacabiles mores, & aliorum nepotum impietatem ſuſceptæ moleſtiæ & tædia illi aliquot vitæ ſæcula præcidiſſent. 139. (Alexand. Clemens) (D. Ambr.)

Deus videtur pluris facere honorem parentum quam ſuum.

Honora patrem tuum & matrem tuam, non ſolum verbis, obedientia, ſummiſſione, ſed & alimentis, ita vt ſi tibi deſint, labore manuum tuarum ea perquiras ad eorum indigentiam ſubleuandam, quem autem honorem à nobis requirit Deus? honora Deum de tua ſubſtantia, non dicit quod aliam conquirat, vt eum 140.

A honoret, cur vt filij parentes debitè honorent ad id tenentur, non autem vt Deo honorem impendant? quia pluris facere videtur reuerentiá & cultum filiorum erga parentes quam ſuam. ſubſcribit Oleaſt. *Pluris ſcriptura facit* Oleaſt. *parentum honorem quam Dei, vt voluerit nos Deum honorare ex ſubſtantia noſtra, iuxta illud Salomonis, honora Deum de tuâ ſubſtantia, parentibus vero voluit filios ſubuenire ex labore manuum ſuarum, & ſi non habeant, teneantur in piſtrino laborare vt parentibus victum quærant.*

Parentes honorandi, quia quid immortale & diuinum quid ſapiunt.

141. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, Philo lib. de Decal. ait, hoc præceptum eſſe in con- B fimio duarum tabularum ſitum; cum enim in prima ſit vltimum, coniungit ambas, priori ſecundam applicans complexam ius quod nobis intercedit cum hominibus. ſed qua de cauſa ita factum? cur hoc quartũ præceptum aliis interponitur, cum ſicut & alia ſequentia, videatur non ad Deum pertinere? ſed ne reſponſio Philonis deſideretur, eam in medium adduco, Philo. *Parentum natura videtur mortalis & immortalis eſſentiæ confinium, mortalis propter cognationem cum hominibus & cæteris animantibus, & propter corpus corruptibile: immutabilis vero quia gignendo refert Deum genitorem omnium.*

Qui erga parentes impius, in Deum pius eſſe non poteſt.

142. *Honora patrem tuum & matrem tuam*, diximus in tabula prima ſecundum aliquos hoc C præceptum de honorandis parẽtibus ſcriptum fuiſſe; ſed cum præcepta primæ tabulæ diuinum cultum reſpiciunt, noſtramque in Deum pietatem, qua à nobis coli requirit, cur mandatum de honore parentibus reddendo hominum reuerentiam complectens, in eadem conſcribitur? vt intelligeremus quod qui in Deum pius eſt, & eſſe debet erga parentes, nam qui erga eos impius eſt, erga Deum Philo. minimè pius eſſe poteſt. mentis huius fuit cit. Philo, *Cæterum qui miniſtrum ſpernit, ſpernit & principem, & ſunt qui audacius exaggerantes nomen parentum, aiunt, patrem matremque Deos conſpicuos illius ingeniti imitatores fingendis animantibus, hoc vno differre, quod Deus ſit mundi genitor, hi vero filiorum; nec vero fieri poſſe, vt pius ſit erga illum inuiſibilem, qui erga hos conſpicuos* D *eſt impius.*

Longitudo vitæ nec in annorum ſerie ſed in bene acta vita conſiſtit.

143. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram*, ſcimus plures honorem debitum parentibus exhibuiſſe, & tamen in plures annos vitam non protraxiſſe, ergo Deus in ſuis fallax promiſſis? nequaquam dixeris fallacem, ſed fideliſſimum, longitudo enim non ſemper in annorum multitudine, ſed potius in vitâ immaculata & bene actâ conſiſtit, licet breuiſſima, hunc ſenſum fulciunt verba noſtri Seraphici Doctoris ſerm. 5. de præcept. Seraph. Doctor. *Longæuitas non ſolum attenditur ſecundum longitudinem dierum currentium, ſed ſecundum valorem & ſecundum quod triplex eſt honor qui exhibetur parentibus, ſic reſpondet triplici huic honori triplex præmium; honoranti patrem honore reuerentia, debetur vita glorioſa, ſiue honorifica: honoranti patrem honore obedientia debetur vita iucunda: honoranti patrem honore beneficentia conceditur vita opulenta* primum ſic probat ex Eccleſ. 3. *gloria hominis ex honore patris ſui: ſecundum Eccl. 3. qui honorat patrem ſuum iucundabitur in filijs & in die bus orationis ſuæ exaudietur: tertium ex eodem Eccl. 6. honora patrem tuum & matrem tuam & ſuperueniet tibi benedictio & benedictio tua in nouiſſimis manebit.* Eccl. 3.

Chriſtus licet non ſolum homo, ſed & Deus, exemplum honorandi parentes præſtitit.

Honora patrem tuum & matrem tuam, quia ab illis eſſe noſtrum habuimus, ſed cum Virgo ſanctiſſima, à Chriſto Domino ſuum habuerit, an ſanctiſſimæ matri honorem quem parentibus reddere tenemur, exhibuit? quis hoc in dubium reuocare poteſt. loquantur ſancti patres, S. Antoninus 4. p. tit. 5. cap. 9. ſ. 1. *Chriſti documentum* (ſcilicet in honorandis parentibus) *no ſolum verbo ſed exemplo, nam tempore paſſionis inter tot dolores non eſt oblitus Matris commendans eam Ioanni, prius enim mortuo Ioſeph ipſe curam habebat, ipſe etiam cum curia ſua cœleſti de cœlo venit ad matrem honorandam in morte, & collocandam honorifice in throno, & ipſam voluit ab omnibus honorari.* Noſter Bernardinus Senens. ſermone 12. de Aſſumpt. B. Mariæ qui aſſignans rationes, cur B. Virgo anima & corpore regnat in gloria paradiſi, hanc in mediũ his verbis adducit, *Propter honorabilitatem, hoc eſt vt conſerue: honorem matris, Exod. enim 20. ſit ſcriptum, honora patrem tuum & matrem tuam, ſi ergo Chriſtus non venit ſoluere legem, ſed adimplere, vt dicitur Matt. 5. quemadmodum vt potuit patrem honorauit, ſicut dicitur, Ioan. 8. ecce honorifico patrem meum, ita debuit matrem quomodo potuit honorare: ſi ergo opprobrium humanæ conditionis & vituperium eſt putredo & vermis, ſicut ab iſto opprobrio extitit alienus, ita matrem debuit conſeruare immunem, cum eadem caro ſit matris & prolis: ſicut igitur in vita eam gratia conceptam & partus præ cæteris honorauit, & indubitanter ſentiendum eſt in morte eam ſpeciali gratia honoraſſ.*

144. S. Anton. S. Bern. Matth. 5. Ioann. 1.

Pœna non ſunt ad ſolas animas retorquenda.

Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, qui autem ſecus fecerit, pœna non leui mulctabitur: ſanè loquebatur Deus hominibus ex anima & corpore conſtitutis, quibus ſuas leges obſeruari præcipiebat, an annorum ſolum huius vitæ præſentis iſſa- cto curriculo, ſi in hoc ſæculo pœnas ſuæ inobedientiæ erga parentes non luerint, in alieno non ferent? tale ne credideris, nã pœnæ ad eas ſolas non pertinent, ſed etiam ad corpora, hinc rectè Athenagoras Philoſoph. Chriſtianus ora. de reſurrectione mortuorum, *Abſurdiſſimum eſt, inquit, leges conditas ad homines referri, pœnam legum ad ſolas animas retorqueri, ſi enim qui leges recipit, iure etiam receperit violatarum* 145. Athenag.

mulctat, leges autem recepit homo non anima ſo-lum, æquum eſt hominem delictorum pœnas luere: quandoquidem non animabus præcepit Deus, vt à neglectu parentum abſtinerent, non enim præceptum honora patrem & matrem animabus competit quum ad eas iſtiuſmodi nomina non pertineant, non enim anima animam gignit, vt inde ſibi vendicet nomen parentis, ſed homo hominem gignit.

Auarus ita perditæ mentis, vt etiam erga parentes impius eſſet, ni reuocaretur aliqua ſpe retributionis.

146. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram,* cur ſolum huic præcepto ſecundæ tabulæ retributio promittitur, non autem alijs? aduerte Iudæos auaritiæ in tantum deditos fuiſſe, vt quicquid impietatis cõmitterent, illius exercendæ gratia: ne mireris ergo præmium illis promiſſum, ſi parentes honorarent neceſſaria vitæ miniſtrando, auarus enim ita perditæ mentis, vt etiam erga parentes impius eſſet, ni reuocaretur aliqua ſpe retributionis: hanc rationem repromiſſionis factæ huic præcepto præbet noſter irrefragabilis Doctor in tract. de præceptis, *Vt euitaretur auaritia, ad quam Judaicus populus multum erat pronus additur ergo huic præcepto promiſſio, vt ad ſuſtentationes parentum allicerentur filij, & inclinarentur ex diuina promiſſione, ſicut ad ſuſtentationem filiorum inclinantur parentes ex natura: quia ergo honor patris principaliter intelligitur in erogatione, euadenda erat auaritia promiſſione diuina.* Alexand. Alens.

Ita erga filios feruntur parentes, vt in præceptis decalogi nullum ſit eos obligans ad filiorum amorem.

Honora patrem tuum & matrem tuam, cur ſimiliter præceptum non imponitur parentibus filios honorandi? non enim inſuetum, filios à patre vel à matre male haberi, vt ergo tam pater quam filius ad idem teneretur, vtriq; idem præceptum imponi deberet; nequaquam equidem, nam ita erga filios feruntur parentes, vt nullum videatur neceſſarium præceptum ad amorem eorum alliciens. illuſtrat hanc veritatem noſter Michael Mediolanens. ſerm. 40. de præceptis part. prima, *Primo affectus paternus decurrit in filios per naturam ſenſualitatis, non ſic autem è conuerſo, ideo magis debet eſſe præceptum quod eſt magis debitum, & ad id quod minus natura inclinat, vt eſt honor parentum, vnde optime Chryſoſt. in c. 19. Matth. humor de radice aſcendit ad ramos, ſed à ramis ad radices non flectitur; ſic charitas de patribus ad filios, non è conuerſo, quemadmodum ergo non eſt præceptum de amore ſui, quia ad hoc natura ſufficienter inclinat, ſed de amore proximi, ita dicendum de amore filiorum.* 147. Michael Mediolan. S Chryſ.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

Vulg. Non occides. *Cald.* Non occides animam.

CONCORDIA.

CAld. qui addidit animam, intelligit hominem, anima enim pro homine ſchemate Hebraico accipitur, eſtque denominatio à parte principaliori. neſcio autem cur Caldæus addidit animam, verbum enim Hebræum quod רצח raſach vt optime annotauit Cajet. appropriatum eſt occiſioni illius hominis, ita quod non ſit commune occiſioni etiam aliorum animalium, idem docent lexicographi Heb. de dicti verbi notatione occidere vineas legimus Pſalm. 77. & piſces Pſalm. 104. ſed cum verbo הרג horag vel המית hamith nec φονεύω quod hic & in ſimilibus locis extat, credo non reperiri vſitatum quam in homine occiſione &c.

EXPOSITIO.

NOn occides, reſte S. Aug. lib. de Ciuit. Dei c. 2. Manichæi & Marcioniſtæ non ſolum intellexere hoc præceptum de hominis, ſed etiam beſtiarum occiſione. Vualdenſium alius fuit etiam error, cædem omnem prorſus illicitam eſſe, etiam legitimo principi de nefarijs. ſenſus ergo huius præcepti eſt, non occides, priuata ſcilicet auctoritate, vnde qui Dei iuſſu, innocentem, vel magiſtratus auctoritate nocentem vel hoſtes in bello iuſto occideret, nequaquam huius prohibitionis reus eſſet, ſicut nec qui vim repellendo dum aliter euadere non poteſt, licet aliqui ſtatuant præceptum ſubſequens nempe non mœchaberis, ante prohibitionem homicidij, tamen ratio huius ordinis facilè deducitur, quoniam parẽtes ſi non dii ſunt, licet aliquo pacto videantur eſſe illius inſtrumenta, ſunt homines reparantes, & propagantes, homicida autem operam nauat Diabolo mortis auctori, quique ab initio homicida eſt, & ſicut ſeruanti præcedens præceptum promittitur vita longior, ita de viris ſanguinum cecinit Dauid Pſal. 5. quod non dimidiabunt dies ſuos: tum adulter peccat in id quod eſt extra hominem, nec enim coniuges vna caro ſunt niſi tropologicè, peccatque cum ipſo conſentiente, at qui occidit in ipſum peccat hominem; tum omnia nocumenta, quæ perſonæ proximi inferuntur, intelliguntur prohiberi in homicidio, ſicut in principaliori, ergo hoc præceptum de non occidendo, alia debet præcedere. Auguſt. Pſal. 5.

CONCEPTVS.

Cum occiſio prohibetur, intelligenda eſt ſolam de ſeipſo vel alio homine.

148. *Non occides*, cur Deus vt omnis erroris occaſio vitaretur, expreſſe nnn aperuit, quid occidere non debemus? nam Manichæi, oec animalia interfici permiſſum eſſe, aſſerunt; dic ergo ô Deus vitæ, non occides hominem. & id etiam magis exprime de quo homine intelligi debet, an de proximo ſolum, vel de ſeipſo: vtrumque ſatis expreſſit cum ait, non occides, prohibet enim hominem ſolum occidi, ſiue proximum ſiue ſeipſum. bene D. Auguſtinus 1. de ciuitate Dei c. 20. S.August. Quidam hoc præceptum etiam in beſtias & pecora conantur extendere, vt ex hoc etiam nullum eorum liceat occidere; cur non ergo & herbas, & quidquid humo radicitus alitur & figitur? nam & hoc genus rerum quamuis non ſentiat dicitur tamen viuere, ac per hoc, poteſt & mori: atque etiam cum vis adhibetur, occidi: vnde & Apoſtolus cum de huiuſmodi ſeminibus loqueretur, tu inquit quod ſeminas, non viuificatur niſi prius moriatur, & Pſalm. 17 Psal. 17. ſcriptum, occidit vites eorum in grandine: nunquid igitur ob hoc cum audimus non occides, virgultum vellere nefas dicitur, & Manichæorum errori inſaniſſime acquieſcimus? his igitur deliramentis remotis, cum legimus non occides, ſi propterea non accipimus hoc dictum de frutetis, quia nullus eſt eis fructus, nec de animantibus irrationalibus, volatilibus, natatilibus, ambolantibus, reptilibus, quia nulla nobis ratione ſociantur, quam non eis datum eſt nobiſcum habere communem, vnde iuſtiſſima ordinatione creatoris, & vita & mors eorum noſtris vſibus ſubditur: reſtat ergo vt de hominibus intelligamus quod dictum eſt non occides, non alterum ergo nec te, neque enim qui ſe occidit, aliud quam hominem occidit.

Hominis occiſio aliquando licita.

149. *Non occides*, ex hoc præcepto negatiuè colligunt Vualdenſes in vniuerſum, illicitam eſſe hominis occiſionem, ita vt nec magiſtratus auctoritate, nec in bello iuſto, nec Dei iuſſu, vllus interfici poſſit, ſine vlla enim reſtrictione dictum eſt, nnn occides: ita equidem indebite ſed debite plures inuiolato hoc præcepto interficiuntur, ſic autem proſequitur S.August. cit. B. Auguſtinus. Quaſdam exceptiones eadem ipſa fecit diuina auctoritas, vt liceat hominem occidi, nec ipſe occidit qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculus gladius eſt vtenti, & ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum eſt non occides, qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerentes publicæ poteſtatis ſecundum eius leges, hoc eſt iuſtiſſimæ rationis imperium, ſceleratos morte punierunt: & Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis A crimine, ſed etiam laudatus eſt nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam ſcelerate ſed obedienter occidere.

Homicida proximi, qui peccato eum polluit.

Non occides, Cald. *non occides animam*, nonne anima immortalis? qui enim mortalem diceret, nonne hæreticus cenſeretur? ſuperflue ergo addidit Caldæus animam: nequaquam ita dixeris, qui enim proximum ad peccatum attrahit, ipſius animam moraliter interfeciſſe cenſendus, in quantum mortis æternæ reum efficit nobis ſubſcribit cit. S. Doctor tract. 42. in Ioannem. *Videte aliud genus homicidii, fratres, homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non* B *ferro accinctus, ad hominem venit, verbum malum ſeminauit & occidit, non ergo putes te non homicidam quando fratri tuo mala perſuades, ſi fratri tuo mala perſuades occidiſti, audi Pſalm. 56. filij hominum dentes eorum arma, & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus.* 150. Citat. Doctor.

Occaſio proxima homicidij, etiam à Chriſto Domino præſcinditur.

Non occides, ecce quod in lege iubetur, at Chriſtus Dominus ſic ait Matth. 5. ſcitis quia dictum eſt antiquis, non occides, ego autem dico, ſi quis iratus fuerit fratri ſuo ſine cauſa, reus erit iudicio: cur cum tuum C leuiſſimum ſit iugum, occiſionis prohibitioni ſuperaddis præceptum de ira erga fratrem ſedanda? merito equidem, occaſio enim proxima homicidij præſcindenda erat, rem his verbis affert Beatus Chryſoſt. homilia 11. in Matth. Qui implet Chriſti mandata, tacitè in eis implet & legis, nam qui non iraſcitur, multo magis nec occidit: qui autem implet legis mandatum, nnn omnino implet & Chriſti, frequenter enim & homo non quidem occidit propter timorem vindictæ, tameo iraſcitur, vides ergo quia lex impleta eſt per gratiam, nnn ſublata: deinde ſine mandatis his Chriſti, non poſſunt ſtare legis mandata, nam ſi concedatur licentia iraſcendi, datur & cauſa homicidij faciendi, ex ira enim homicidium ge- D neratur: tolle autem iram, & homicidium non fit, omnis enim qui iraſcitur ſine cauſa, quantum ad voluntatem ſuam homicidium facit, etiam ſi non facit propter metum, ideo Ioannes in ſua Canonica ait, qui odit fratrem ſuum ſine cauſa, homicida eſt. 151. Matth. 5. S. Chryſ.

Chriſtus legis ſcriptæ & gratiæ auctor.

152. *Non occides*, non pauci tenent hoc præceptum negatiuum, non ſolum primum eſſe ex

negatiuis, verum etiam primum ſecundæ tabulæ præcedens etiam de honorandis parentibus, quodnam etiam primum Chriſtus D. Matthæi cap. quinto obſeruari præcipit? nonne illud eſt non occides? qui autem occiderit reus erit iudicio: cur ab hoc ſit exordium? vt vtriuſque legis ſcriptæ & gratiæ
S. Chryſ. Chriſt. D. auctor ceſſeretur, ſic autem habet cit. S. Epiſc. Conſt. *Vide ſapientiam Chriſti, volens oſtendere quia ipſe eſt Deus, qui aliquando in lege locutus eſt, & qui nunc mandas in gratia illud mandatum quod ante omnia mandata poſuit in lege non occides, ideo hic ſtatim ab homicidio incepit, vt per concordiam mandatorum ipſe inueniatur dictater fuiſſe legis & gratia.*

Non ſolum qui occidit homicida eſt, ſed etiam qui denegat neceſſaria cum poteſt ſubuenire.

153. *Non occides*, an ab homicidio liber, qui morte violenta hominem non occidit? an qui homini neceſſaria ad vitæ conſeruationem cum ſubuenire poteſt, denegat, homicidium incurriſſe cenſendus? quis id denegare poterit? teſtem profero B. Iſidorum Hiſpal. *Non ſolum autem* (inquit) *opere perpetrans homicidium facit, ſed etiam qui incurrit eſurientem, vel nudum, qui mori poſſit*, ſi indumentum cibumque porrigendo non ſubueniat, & idem homicida tenebitur.

Multipliciter homicidium committitur.

154. *Non occides*, an gladio? an opere? an conſilio? an ore? an conſenſu? ſolum dixit non occides, modum autem quo committi poterat homicidium, non expreſſit, notum enim erat, quod pluribus modis perpetrari poterat, quos
S. Thom. Iſai. 1. refert Angelic. Doctor Opuſ. 4. de præcept. *Sciendum eſt* (inquit) *quod hominem interficere contingit multipliciter, primo manu, Iſaia 1. manus veſtra ſanguine plena ſunt, quod quidem eſt non ſolum contra charitatem qua præcipitur, vt diligas proximum ſicut te ipſum, & 1.
1. Ioan. 3. Ioann. 5. omnes homicida non habet vitam in ſe manentem verum etiam contra, na-
Eccleſ. 13. turam, quia vt dicitur Eccleſ. 13. omne animal diligit ſibi ſimile: vnde Exod. 21. qui per-
Exod. 21. cuſſeris hominem, volens occidere, morte moriatur. item ore, & hoc fit dando conſilium alicui contra aliquem, prouocando, accuſando, & detrahendo, Pſalm. filij hominum dentes
Pſalm. eorum arma & ſagitta, & lingua eorum,
Prou. 1. gladius acutus. tertio adiutorio Prouerb. 1. fili mi ne ambules cum eis, pedes enim illorum ad
Rom. 1. effundendum ſanguinem. Conſenſu Rom. 1. digni ſunt morte non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, conſentis autem quodammodo, quando potes impedire
Prou. 24. Prouerb. 24. erue eos qui ducuntur ad mortem, & iterum ſi vires ſuppetunt, ſed dimittis negligentia, vel auaritia: & ſciendum quod aliqui occidunt ſolum corpus, alij autem vtrumque, & hoc dupliciter, primo in de-*
A *ſtructione prægnantium, occiduntur enim pueri in corpore & anima, ſecundo interficiendo ſeipſum.*

Ira & luxuria videntur perpetuo iuncta fœdere.

155. *Non occides*, & ilico additum ſubſequens præceptum, non mœchaberis, cur poſt prohibitionem de homicidio, non ſubiungit eam quæ eſt de furto vitando? merito homicidium quod ſæpius ira & furore perpetratur, ſubſequitur adulterium, quia ira & lu- Nemeſius
xuria perpetuo fœdere iuncta videntur: iuuant hanc mentem verba Nemeſij Epiſcopi
B Emiſſ. lib. de natura hominis, ſeu de animæ facult. cap. 21. de ira, vbi ait, *Nam dum iniuria afficimur, aut opinamur nos iniuria affici, iraſcimur, & tunc mixta fit affectio ex libidine*, de his duobus vitijs loquens Salvia- Saluian.
nus lib. 5. de gubern. Dei fere in fine ea coniungens ait, *videamus ſi vel à duobus iſtis capitalibus malis vllus immunis eſt, id eſt ab homicidio vel à ſtupro.*

Illius eſt, qui legem condidit, in ea diſpenſare.

156. *Non occides*, ecce ſummus legiſlator hanc legem ſub ſtrictiſſimo mandato præcipit, & antea multos non ſinit ſecus facientes impunitos: nam Cain grauiter reprehendit,
C cum eius homicidium & fratricidium deprehendit, vt tam illum quam alios occidentes vltio conſequens apprehendit: ſi ergo legem hanc de non occidendo homine commendauit, cur plurimi commendantur aliorum interfectores? imo qui in ſeipſos homicidia commiſere? quia ſummus legiſlator in hac lege communi diſpenſauerat: quod opti- Abbas. Philipp.
me animaduertit Philippus Abbas lib. de obed. Cleric. cap. 38. Cum non ſit occidendum ſicut & ſcribi, & teneri illius ſummi auctoris voluit bonitas, quaſdam tamen exceptiones eiuſdem bonitatis fecit authoritas, vt liceat hominem occidi ſalua regula ſanctitatis, ſi tamen occiſor prudenter intelligat à mandatis; conceſſit enim auctoritas illa diuina, vt qui ſub ſignis iuſtitiæ prælia Domini præliantur, eos interficiant, qui ſibi nequiter aduerſantur ad
D conſeruandos fidelium terminos populorum, nequaquam vereantur ſanguinem fundere Barbarorum: vnde & in ſcripturis ſacris plures inueniuntur plurimum commendari, quos ad occiſionem hoſtium conſtat commendabiliter inflammari: & è regione nonnulli reprehenſionis maculam incurrerunt, qui ad fundendum ſanguinem enetui negligentia torpuerunt: commendatur etiam iudex filiorum Iſrael, quod aduerſus Eglon Regem Moab gladium ancipitem audacter exemit, & audaci fretus prudentia Regem iniquiſſimum interemit: arguitur Saul quod cum populum Amalech euentu belli proſpero deuiciſſet, & à viro vſque ad mulierem, & paruulum, & lactantem ex præcepto Domini cunctos

" interficere debuiſſet, tamen Agag regem eorum, degeneri preſſus ignauia non occidit: volens autem corrigere Samuel quod ille neglexerat aggreſſus eſt facere quod ille non fecerat, adducite ad me inquiens Agag regem Amalech 1. Regum 15. & infra, cecidit Saul Agag coram Domino in Galgalis &c.

Quod ſcriptum eſt non occides, in omnium eruditionem antea, in homicida ſupplicio perſpectum erat.

157. *Non occides*, ſi legimus antea non expreſſe dictum omnibus, non occides, cur antea ſeuerè punitus Cain, ex eo quod fratrem occiderit? vt in illius ſupplicio cauerent poſteri idem ſcelus perpetrare, & illius pœnis erudirentur, violentas manus non inferre, religio eſſet hic verba Chryſoſtomi ſupprimere, qui hom. 4. de

S Chryſ. verbis Iſaiæ vidi Dominum, ſic ait, *At idem fecit, & vt Cain anima peccauerat admiſſo parricidio, & corpus illius paralyſi tactum eſt, & circumibat Cain omnibus loquens, ſilentio vocem edens, ſilentioque erudiens, lingua tacebat, & cætera membra clamabant, cunctiſque exponebant cur gemeret, cur tremeret: fratrem occidi, parricidium admiſi, quod poſtea Moyſes ſcripto narrauit ipſe rebus omnibus loquens obambulabat, non occides, vidiſti os ſilens & rem vociferantem! vidiſti legem viuam ferri vidiſti columnam eminentem! vidiſti ſupplicium verſum in eruditionis materiam!*

Non quomodocumque ſed grauiſſime à Deo punitur adulterium.

158. *Non mœchaberis*, Heb. *non committes adulterium*, diximus primo tomo quamdam eſſe conſonantiam & harmoniam inter Deum & plagas Ægyptijs inflictas, & decem præcepta decalogi, ita vt ſingulæ ſuo ordine plagæ ſingulis decalogi præceptis reſpondeant tanquam ſupplicia eorum tranſgreſſoribus à Deo ordinata; ſexta autem plaga hoc præceptum non mœchaberis tanquam propria pœna reſpexit, hæc autem fuit vt dicitur cap. 9. vt tollerentur plenæ manus cineris de camino, & illum ſpargeret Moyſes in cœlum coram Pharaone fieretque puluis ſuper omnem terram Ægypti, eſſentque in hominibus & iumentis vlcera, & veſicæ turgentes; quod ita euenit, quid? an hæc pœna adeo grauis, vt ex eius grauitate grauiſſimum eſſe adulterium facile colligatur? ſane in ea terribilis diuinæ iræ indignatio in adulteros, & fornicarios oſtenditur, nam puluere in primis aduerſus illos militat Deus, & iis quæ ſunt pietatis inſtrumenta, illos vlcerat, puluis enim humani generis veluti primus parens eſt, & materia, ex qua procreati ſumus: puluis ergo qui quondam fuit pietatis conflatorium, & miſericordiæ officina, diuinæque bonitatis materies, in adulteros puniendos aſſumitur, & veluti cogitur; quaſi non ſatis fuerit diuinæ iuſtitiæ ſuis proprijs aduerſus illos armis pugnare, ſed & diuinam pietatem veluti ſpoliat & illius beneficentiæ armentarium euacuat, clementiæque tela in furoris ſpicula conflat, pacemque bello quaſi compellit deſeruire, vt adulteris refugium, nec ſacrum vllum ſit, quo protegantur: præterea qualitas ſupplicij criminis aperiebat qualitatem, ardens quædam peſtis erat, quæ ſparſo cinere, in Ægyptios grallatura deſcendit, cuius tabes acriter pungens & liuide mordens eorum corpora excruciabat, donec in putida vulnera diffluebat: quaſi diuina ira illorum crimini arma miniſtrante, nam quorum corpora adulterium violabat & fœda corruptione fœdabat, ea ſupplicium deturpabat, & corrumpebat; & quaſi pœna ſceleri auxilium monſtraret, quam ſcelus inchoans purulentam corruptionem ipſa producebat, ipſomet crimine ſupplicio normam & exemplar præbente ignemque adulterij, & interioris incendij flamma, quæ in illorum præcordijs ardebat, veluti paſcente: quaſi ardor & appetitus adulterij ſupplicium ſit ignitum, quod æternæ flammæ coniungitur, tanquam par pari, & quo æternum ſulphur nutritur, & alitur. accipe in primis Rupertum lib. 1. in Exod. cap. 36. Rupert.

Hac plaga ſexta ſexto mandato, imo ei qui mandati ſexti tranſgreſſor eſt, meritam pœnam præ agit, mandatum quippe ſextum eſt non mœchaberis: quid autem eſt adulter combuſtus libidinis igne ſulphureo, niſi cinis de camino? omnes enim adulterantes, inquit Propheta, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente, tollitur igitur & ſpargitur in cœlum cinis de camino, fiuntque vulnera veſicarum turgentium in hominibus & iumentis, quia rapitur mœchus de perpetrati adulterij incendio ad cœleſte incendium: & æterna pœna turgens totuſque vlceroſus ſempiternum in anima, & corpore portat incendium. Itaque ardentem voluptate adulterum, & igne libidinis deflagrantem, acribus & vlceroſis flammis exuri, nil aliud fuit quam ignem igni adiicere, & pœnam quaſi pro crimine ſtare, vt adulterium ipſum ſupplicij induere naturam diuina prouidentia conteſtetur. accedit præterea Proſper Aquitanicus *Sexta plaga Ægyptiorum eſt veſica ebullientes, vlceraque manantia: & ſextum mandatum legis eſt non mœchaberis, quod enim mœchi in anima patiuntur, compacta plaga demonſtrat, niſi enim vlcera peſſimi amoris, ebullienſque libido rationem animi perturbarent, adulter vtique non eſſet, neque vt ſcriptum eſt Prouerb. 6. Per inopiam ſenſus perditionem animæ ſuæ acquireret. & licet huiuſmodi hic puniantur etiam legibus humanis. fornicatores & adulteros, vt Paulus ait, ad Hebræos 13 iudicabit Deus,* quaſi in illos ſpecialiter diuinum iudicium deſæuiat. cenſet ergo Proſper flammeum ſupplicium, quo adulteri mulctantur, nil niſi velut quoddam ſpiculum eſſe, quod compreſſum in medullis ignem eorum intima depaſcentem exprimit.

S. Proſp. 1. p. c. 36.

Heb. 13.

Hic conceptus & duo ſubſequentes pertinēt aduentum ſubſequentem.

Quaſi ſoli cælo irato conuenit adulterium punire.

159. *Non mœchaberis*, alij, *non adulterabis*, mirabilia in pœnam Ægyptiorum edita, virga miniſtrante operata ſunt, nec in cœlum ſed in terram ictus virgæ ferebatur; ſupplicium vero prolaturus Dominus, quod ad adulteros ſpectabat, ſeruatum ordinem immutat; nam iubetur Moyſes in cœlum puluerem ſpargere, quod quidem recte aduertit Auguſt. q. 31. in Exodum. *Superiora ſigna* (ait) *virgâ fiebant, quam non Moyſes ſed Aaron extendebat, ſuper aquam vel ad terram percutiebat, nunc vero interpoſitis duobus ſignis, de cynomia ſcilicet, & mortibus pecorum, vbi nec Aaron nec Moyſes aliquid manu operantur: dicitur vt Moyſes fauillam ſpargat in cœlum, ambo iubentur ſumere, ſed ille ſpargere non iuſſus eſt in terram, ſed in* B *cœlum tanquam Aaron, qui datus erat ad populum, terram percutere debeat vel in aquam, vel in terram manum extendere, Moyſes vero qui erat, in his quæ ad Dominum iubentur, fauillam iubetur ſpargere.* Et quamuis propoſitæ quæſtionis myſterium non aperuerit Auguſt. ſed illam deſeruerit indeciſam, meam auſim ego mentem prodere: miniſter cœleſtis, & qui ſacris peragendis dicatus erat, qualis Moyſes, cinerem in cœlum proiecit non in terram, quæ ditio erat miniſterij Aaronis, vt veluti cœlum admoneret, quod ad ipſum tanquam ſpecialiter adulterio læſum, adulterij pœnam infligendam ſpectaret iniurioſum exprobroſumque templo Dei, & corpori Chriſti extitit, quod violat, & contaminat, & veluti membrum ab illo abſcidit, efficiens illud membrum meretricis: ergo C ſupplicij adulteris infligens cura non Aaron, qui ſæcularibus, ſed Moyſes ſacris præfectus ſolicitandus erat, & contra cœlum puluerem ventilabat, quaſi qui ſacro zelo æſtuans cœlo

S. Auguſt.

A veluti indignaretur, quod tamdiu adulterorum pœnas differret, non vero virgà, ſed manu plena ſupplicium urnabat, tanquam qui in adulteros exerta potentia, & extento brachio interminandum eſſe, edoceret.

Adulteri præſignantur æternis pœnis abuoluendi.

Non mœchaberis, alij, *non adulterabis*, in pœna poſita, quæ in adulteros graſſari debebat, ſubditur, nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera, quæ in illis erant; in tertio defecerunt quidem Magi, nec iam auſi ſunt cum Moyſe de potentia decertare, tamen eo erant obſtinato & procaci mente, vt Moyſi ſemper obſiſterent, & illius virtutem, qua tot miracula patrabat, impugnare, eamque friuolam eſſe Pharaoni ſuggerere non deſiſterent: ſed cum iam Domino adulterorum pœnam excitante B pereunt, prorſus atque diſparent? quia & ipſi adulterij cuiuſdam imaginem portendebant; ipſi naturæ facti iniurij, qui incantationibus ſuis adumbratis, & fucatis artibus veritatem corrumpentes rerum naturas adulterabant; vnde ſupplicio, quod adulterij præſagiebat vindictam graſſante, etiam adulterij vmbræ fuerunt abſorptæ, & magi adulteros præſignantes tenebris æternis obuoluti. quod quidem Rupertum non latuit vbi ſupra. *Nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vulnera, quæ in illis erant, ecce tertio victi ſunt, vnde & deinceps nulla fit mentio maleficorum, periit enim memoria illorum, primo virgis ſuis non ſine confuſione exarmati ſunt, quia virga Aaron deuorauit virgas eorum, ſecundo confuſi, quia cum non potuerunt cyniphes educere dixerunt, digitus Dei eſt hic. hoc* C *iam tertio ſuperati ſunt, vt non poſſent reſpirare ſpe vlla victoriæ: vlceroſi quippe & ipſi, nec iam poterant ſtare coram Moyſe.* 160.

Abbas Tuicenſ.

VARIET. LECT. Verſ. 14.

Vulg. Non mœchaberis.
Hebr. Non committes adulterium.
Arias. Non adulterabis.
Clem. Alex. Non fornicaberis.

CONCORDIA.

VOx Hebraica נאף naaph & Græca μοιχεύειν proprie ſignificat mœchare tamen non reſpuendus Clemens Alexand. transferens non fornicaberis, nam videtur quod Chriſtus Matth. 6. interpretatur hoc D præceptum, etiam de fornicatione vitanda, vidiſtis inquit, quod dictum eſt antiquis, non mœchaberis, ego autem dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

Matt. 6

EXPOSITIO.

NOn *mœchaberis*, prohibetur hîc propriè mixtio vel mariti cum alia quæ non ſit vxor illius, vel vxoris cum viro, qui non ſit maritus eius, quod eſt ſic ad alteram aut ad alterum conuenire, iuxta etymon adulteri vel adulteræ: prohibetur etiam omnis alius concubitus, qui non ſit viri cum vxore, ita Iſidorus & Beda, & ſane hæreſis eſt dicere ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale, Apoſt. enim Heb. 13. ſcribit fore, vt forni-

Iſidor. Heb. 13.

1. Cor. 6. catores & adulteros iudicet Deus, & 1. Corinth. 6. quod fornicarij regnum Dei non poſſidebont, eiuſdem Pauli ſententia eſt Ephes. 5. Ephes. 5. quod fornicator noo habet hæreditatem in regno Dei & Chriſti, & ad Coloſſens. 3. vt deponatur fornicatio, immunditia, libido, & 1. ad Theſſal. 4. vt abſtineatur à fornicatione poſſidendo vas ſuom in ſanctificatione & honore, Ad Coloſ. 3. 1. ad Theſſ. 4. Matth. 15. inter ea quæ coinquinant hominem numerat cum adolterijs, fornicationes, ante legem ſcriptam Geneſ. 82. nurum ſolutam lege connubiali, ob fornicationem, morte punire voluit Iudas: deinde in lege Deut. A 23. cauit Moyſes, oe vlla eſſet meretrix de filiabus Iſrael, & Leuit. 21. vt ſacerdotis filia fornicata combureretur, Num. 1. punita eſt etiam populi fornicatio cum Madianitis. Tobiæ 4. monet filium ab omni fornicatiooe attendat: itaque quamuis magis expreſſa facta eſt mentio adulterij vt quod lædat ius proximi magis apertè, comprehendi tamen debet prohibitio ſimplicis fornicationis, inceſtus, ſtupri, raptus, ſacrilegij, mollitiei, inordinati vſus cum fœmina, ſodomitici concubitus, maſculi cum maſculo, fœminæ cum fœmina.

CONCEPTVS.

Qui amore erga Deum non fertur, pœnarum metu ad eum adducendus.

161. *Non mœchaberis*, non intentat pœnas, ſupplicium non minatur, metum non incutit, qui ſecus fecerit, ſed blande & amice eis loquutur: poſtmodum vero eaſdem leges iterum manifeſtans, grauiſſimas pœnas ſubiecit Leuit. 20. ſi mœchans quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui morte moriatur, mœchus & adultera: quænam huius diſcriminis ratio? cur Deus primo erga homines ita ſe geſſit amice, deinde minis & ſuppliciorum terrore? quia Deus hic, cum eis ita ſe babuit, vt eos erga ipſum agere volebat, vt videlicet non pœnarum metu vt filij in Deum tanquam in optimum, & indulgentiſſimum patrem charitate ducerentur: in poſteriori vero peccatorum flagitiis iam perſpectis, in illos tanquam in contumaces ſeruos ſeueriora ſuppliciorum decreta diſtinxit. ſed iuuat Originem dicta fulcientem aodire in ea Leui. verba c. 11. ſic enim ait. *In decalogo dicitur, non occides, non adulterabis, hoc enim ſolum præcipitur, & non adſcribitur pœna commiſſi; nunc autem iterantur quidem ea, ſed adhibitis pœnis: dicitur enim, homo quicumque adulterabit vxorem viri, & vxorem proximi ſui, morte moriatur, ſed in vero ordine, diuinæ ſapientiæ non continuo pœnas ſtatuit cum primis præceptis, vult enim vt non metu pœnæ, ſed amore pietatis, patris præcepta cuſtodias, ſed ſi contempſeris, non tam homini iam quam contemptori pœna mandatur, primo enim benignitate prouocaris vt filius, ego* D *enim dixi dij eſtis, & filij Excelſi omnes, Pſal. 81.* Pſalm. 81. *quod ſi filius obediens eſſe non vis contemptor plecteris vt ſeruus.*

Nulli non fœdiſſimum & turpiſſimum eſſe deberet flammis laſciuiæ aduri.

162. Matt. 5. *Non mœchaberis*, cum vetuit Dominus homicidium apud Matth. 5. ipſius pœnam ſimul propoſuit, ait enim non occides, qoi autem occiderit reus erit iudicio, ſed vbi aduentum ad B tuodam mœchiam accedit, de non mœchando præceptum etiam antiquum euulgat, de ſupplicio nec facit verbum, contentus dicere, non mœchaberis, & pœnam ſilet: ſic enim ait, audiſtis qoia dictum eſt antiquis, non mœchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. cur modo diſſimulatâ pœnâ ediſſerit ſolum præceptum. tale eſt luxuriæ vitium, tam fœtidum, tam turpe, tam ſæuum in ſua mancipia, vt ſi vel ſolum præcepto videatur prohiberi, hoc ſufficiat, vt nemo inueniatur qui illud non fugerit. vnde D. Cyprian. lib. de ſingul. clericorum hoc vitiû deſcribens ſic ait. *Præcipitia inſtruit, interitum fouet, confuſionem mercatur, theſaurizat opprobrium, per infinita dedecora, multiplices mortes inuehit in perniciem perditorum.* S. Cypr. Pende theſaurizat opprobrium per infinita dedecora, C nihil enim fœtidius, nihil turpius hoc infami & dedecoroſo vitio.

Adulterium & homicidium fere connectuntur.

Non mœchaberis, plures non hunc ordinem ſeruant in his euulgandis præceptis, vetuſti enim codices Græci ac Sixtini habent primo loco non mœchaberis, ſimile Philopræponit præceptum de non mœchando, Clemens Alexand. lib. 6. ſtrom. cap. 8. eumdem ordinem ſeruat, & B. Auguſt. in fragmento de decem præceptis. cur ſecundum tot grauiſſimos auctores, ad mœchiam ſubſequitur homicidium? quia ſi præcipue mulier fuit adultera, nihil non lethale erga virum meditabitur, nequit adulterij virus intrinſecus contineri, ſed qua poteſt ſerpit, vt appareat in vulnere: in homicidio Chriſti, parentum matres aliquæ proprio nomine recenſentur in genealogia Chriſti, & quæ recenſentur, ſecundas habuerunt nuptias, vt Ruth, Thamar, & Berſabee, quarum primi viri reticentur; ſolius Berſabeth proditur, quippe dicitur Matth. 1. Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ, & cur illarum primis viris prætermiſſis, ſolius Vriæ, nomen qui Berſabeth primus fuit maritus 163.
S. Aug.
Clemens Alexand.
Matt. 1.

fuit maritus ob oculos conſtituitur? ſola Berſabeth fuit adultera, cuius adulterium vſque ad necem ſæuit mariti, & ideo vbi adultera commemoranda erat, neceſſum fuit commemorare etiam occiſum virum, nequit enim pro dignitate adulterium fere commemorari, ſine occiſione mariti, ad quod reſpiciens D. Paſchaſ. lib. 1. inquit. *Vnde nomen viri quod eſt vrias velut iuſti mariti hominis ponitur, vt ex hoc etiam ſceleris immanitas memoretur, dum ipſius cauſa idem occiſus ad medium reuocatur*, pene quot adulteras memineris, tot tibi ſtatim occurrent mariti occiſi. [D. Paſchaſ.]

Summa crudelitas laſciuiæ, præcipuè adulterij.

164. *Non mœchaberis*, diximus inuerſo ordine plurimos legere hæc duo præcepta, non mœchaberis, deinde non occides, cur immediate poſt mœchiam ſubſequitur homicidium? quia ſumma crudelitas eſt laſciuiæ, ſed præcipue adulterij. pende adulterum Herodem, ſanctiſſimum Ioannem incarceraſſe, imo & ei caput præſcidiſſe, quis non paueat, imo quis dæmonum tale potuit excogitare ſcelus? machinari tam crudele nefas? pulchre rem attigit B. Baſilius Seleuc. Epiſc. oratione 18. aiens. [Baſilius.] *Diabolus Herodianis affectibus, pro armis vſus, viam aperit ad Baptiſtæ mortem, primum cubilis perfoſſorem fecit, vt ex adulterij foſſa ad Baptiſtæ cædem tranſilire faciat.* non tanta eſſet crudelitas dæmonum, quæ viam inueniret ſanctiſſimo Ioanni perdendo, niſi laſciui hominis pectoribus inſereretur, primum luxuriaotes affectus Herodi inſeruit, & illis immixtus, nihil non crudele meditatur, & vincla, & carceres, & ferrum ſpirat in Ioannem.

Fœdiſſimum eſt Deo, luxuriæ vitium.

165. *Non mœchaberis*, non ſolum mœchiam prohibet, ſed & fornicationem ſimplicem, imo & deſiderium laſciuum, non concupiſces vxorem proximi tui: itane tibi exoſum hoc vitium? itane tibi inuiſa libido, vt & deſideria illius omnino caueas? inuiſa ſane, quia nihil fœtidius illius naribus olet, quam ſpurciſſimum illius vitium, Ioann. 11. de Lazaro mortuo miſerè dolebant ſorores, cuius mors licet ſæpius repetatur, nunquam dicitur, quæ fuerit eius cauſa, an febris, an pleuritis: de Petri ſocru ſtatim ſubditur, quod torquebatur magnis febribus, de Lazaro vero quod infirmabatur: quod mortuus eſt, cauſa tamen diſſimulatur, porro Martha, vt arceret Dominum ab eius conſpectu ait, Domine iam fœtet, quis fœtor poſſet offendere Chriſtum? ſane ex iſto fœtore non Lazari, ſed omnium luxuriantium iuuenum nouit morbum Chryſol. ſerm. 65. inquiens. [S. Petrus Chryſolo.] *Dicendo ſic, teſtans mortem quam tu mulier intuliſti*, en vt mulieroſitas, vt luxuria fœtet Chriſto!

A

Ipſo operis laſciui puncto, extenſa eſt diuinæ iuſtitiæ manus ad capiendum, & puniendum laſciuum.

166. *Non mœchaberis*, ſi adeo exoſum eſt diuinæ maieſtati hoc ſpurciſſimum vitium libidinis, cur vt maiorem incutiat terrorem, ne committatur, grauiſſimas non ſtatuit pœnas in hoc genere delinquenti? licet pœnas hic non ſtatuerit, ne ſecurus laſciuiendo delinque, in ipſo enim operis libidinoſi puncto, extenſa eſt diuinæ iuſtitiæ manus, ad capiendum & puniendum laſciuum. hoc explicabat Dominus Apocal. 2. aiens, Angelo Pergami ſcribe, [Apocal. 2.] hæc dicit qui habet romphæam ex B vtraque parte acutam, & quid dicit hic romphæa armatus? habeo aduerſus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balach emittere ſcandalum coram filiis Iſrael, edere, & fornicari: non hic Dominus oſtenditur romphæa armatus aduerſus alios, ſed aduerſus Balaami diſcipulos, nimirum laſciuos, fornicarios, ſic enim obſeruat Noſter Bernard. Senenſ. in Apocal. 2. cuius verba ſubiicio. [D Bernard. Senenſ.] *Balaac volens ſubiugare filios Iſrael, conſuluit Balaam, qui ſciens Iudæos promptos ad luxuriam, conſuluit Balaach, vt pulchras mulieres adduceret coram eis, quarum pulchritudine raperentur in amplexus earum, & in blandimentis deliciarum comederent ſacrificia Fegor ſiue Beelſegor, & ſic à Deo derelicti caderent coram eo, quod & factum, quia multi dediti erant gulæ & luxu-* D *riæ, & per conſequens idololatriæ, vnde bene coniungit iſta duo edere & fornicari, quia vnum ſequitur ad aliud.* Vbi ergo ad iſtos laſciuos accedit, expende qualem ſeſe oſtendit, nimirum (inquit) hæc dicit qui habet romphæam ex vtraque parte acutam; quid? nonne pluries cum caſtigatione dignum quid reperit, ſolum minatur nullis armis inſtructus? vel ſaltem aſſumpturum ſe arma dicit? cur ergo cum ad Pergami Angelum loquitur, non dicit, quod arma capiet? quod ad vindictam peccatorum gladium aſſumet? ſed de præſenti fatur, hæc dicit qui habet romphæam? & cur qui alibi expectat gladium ſumere vt feriat, vel ſtringere vt percutiat, hîc ſe ſemper gladio armatum oſtendit, & illum ſtrictum & exacutum habere ſe dicit? C ſane in Apocalypſi erat res cum fornicariis, & adulteris, & laſciuis, aduerſus quos ſic Dominus armatus incedit, vt neque ad punctum ſine gladio ſtricto, & extenſo velit exiſtere, ne opus nefarium aggrediantur, quin ſimul ſciant Deum imminentem ſibi, habentem gladium ſtrictum quo ſtatim percutiat.

Adulterium peccatum grauiſſimum.

167. *Non mœchaberis*, hæc prohibitio de mœchia à Philone cenſetur prima ſecundæ tabulæ, cur prima? nonne furtum, quo facultates aliorum auferuntur, tanquam grauiſſimum delictum, primam ſedem inter præcepta ne-

Philo lib. de decalogo. gatiua tenere debet, primam tribuit Philo mœchiæ, tanquam peccato grauiſſimo. ſic autem habet. *Orditur ab adulterio vt peccato grauiſſimo, fontem enim habet amorem voluptatis, quæ & corpus atterit; & robur animi reſoluit, & rem firmiorem abſumit; quidquid attigerit, more ignis adurens, & nihil ſaluum relinquens in vita hominum, hæc adultero perſuadet, vt non ſolum ipſe peccet, ſed & alios aſciſcat, ad culpæ ſocietatem nefariam & aduerſam ſocietati legitimæ, &c.* deinde plura adulterij damna referens tandem concludit, *tales calamitates cum proueniant ex concubitu illegitimo, non mirum ſi adulterium res probroſa, & inuiſa Deo primum locum inter peccata obtinet.*

Nullum vitium magis animam videtur maculare, quam adulterium.

168. *Non mœchaberis,* diximus ex Philone, primum præceptum negatiuum eſſe mœchiam, an ita grauis, vt prima ſedes ei tribuatur? nonne infenſiſſimum eſt homicidium, cum A maximè nociuum ſit Reipublicæ? grauiſſimum quidem, ſed adulterium impurius maculare animam videtur, quam quodlibet aliud. ſubſignat B. Antonin. 1. p. tit. 14. § 10. *Potius in decalogo expreſſe prohibetur mœchia, id eſt adulterium, quam aliæ ſpecies luxuriæ, quia cum præcepta decalogi pertineant ad iuſtitiam, quæ reddit debitum alteri, & nemini inferat nocumentum, vel iniuriam, magis fit clare iniuria proximo per adulterium, quam per alios modos luxuriæ, & ideo expreſſe prohibetur. circa hoc poteſt induci illud Pſal. 100. ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat: quamuis omnis culpa mortalis maculam animo ingerat, quæ non eſt aliud, quam priuatio pulchritudinis animæ, quæ reſultat ex debita commenſuratione operum, ſecundum ſcilicet rationem cum quadam refulgentia gratiæ, præcipuè tamen peccata luxuriæ magis dicuntur maculare hominem, quia corpus & famam, & animam maculat,* B *vnde de Salomone propter luxuriam, infectò dicitur Eccleſ. 47. tu autem poſuiſti maculam in gloria tua, inclinaſti fœmora tua mulieribus.* S. Antonin. Pſal. 100. Eccleſ. 47.

VARIET. LECT. Verſ. 15.

Vlg. Non furtum facies.
Heb. Non Furaberis.
Vulg. Non loqueris coutra proximum tuum falſum teſtimonium.
Sept. Non falſo teſtaberis contra proximum tuum falſum teſtimonium, *Pag.* mendax.
Oleaſt. Non reſpondebis in ſocium tuum falſum teſtimonium.
Arias. Non reſpondebis in ſocium tuum teſtis falſitatis.

CONCORDIA.

Verbum ענה anah apud Hebræos duo ſignificat, ſcilicet reſpondere & humiliare, prima ſignificatio hic non poteſt accommodari, ſed ſecunda, ideo Oleaſt. & Arias verterunt non reſpondebis, quod ſic explicat Oleaſt. C vt interrogatus à iudice ſuper fratris negotio, non reſpondeat in eum falſum teſtimonium, vel vt quantumcumque, quia odio habeatur à fratre, non reſpondeat odio illius per falſum teſtimonium contra illum.

EXPOSITIO.

Non furtum facies, condemnatur hoc præcepto quorumdam barbarorum error aſſerentium, licitum & laudabile furtum eſſe: quamuis autem furtum propriè, ſit occulta rei alienæ inuito domino acceptio, vel detentio, certum eſt tamen hoc præcepto prohiberi quemlibet alium modum iniquum, rapinam &c. quo comprehenduntur denegatio debiti, ſiue mercedis, ſiue tributi, ſiue vectigalis, alterius lucrum impediens, aut damnum, cum poſſit ac debeat, non auertens, monetam adulterans, aliøue modo corrumpens, aut ſcienter talem aliis tradens, limites agrorum ſuo loco dimouens, opifex vel operarius mala fide operam præſtans, & integrum tamen pretium ſeu mercedem recipiens, munus publicum ad quod mercede, aut ſtipendio liberali conducitur, negligenter obiens, non ſoluens debita, ſimulata paupertate, corrodens eleemoſynam, &c.

Non falſum teſtimonium dices, quo præcepto non tantum in iudicio teſtimonium falſum interdicitur, vt Hebræi putant, ſed etiam extra, à principaliori autem crimine falſi teſtimonij, cætera quoque & affinia intellige, puta detractionem, contumeliam, irriſionem, ſuſurrationem, omnemque aliam iniuriam, quæ proximo per verba irrogatur, denique omnem D linguæ abuſum certum eſt quod licet prohibeatur: contra proximum falſum teſtimonium, caueri etiam ne contra ſeipſum dicatur, quoniam regulam diligendi proximi à ſemetipſo dilector accipit, vt ſcilicet diligat proximum ſuum, ſicut ſeipſum ſub negatiuo affirmatiuum comprehendi debet, vt ſcilicet ferat, qui teſtimonium verum, quando legitimè ac iuridice requiritur, propter bonum publicum, ſiue communitatis.

CONCEPTVS.

A

Mendacium quæuis ſcelera & facinora parit.

169. *Non furtum facies, nec falſum teſtimonium loqueris*, quo præcepto comprehenditur etiam mendacium, quid? cur non exprimitur? an quia leuiſſimum? nequaquam hoc dixeris, quæuis enim ſcelera & facinora parit, caluerat mendacij vitus D. Ephrem. tract. de virtutibus & vitiis, cum ait. *Quis hominem mendacem non deploret? cor quidem habet audax ſed pertuſum, nouit organo linguæ ſuæ domos bene inſtitutas ſubuertere, aggreditur facinora, ſeque eorumdem auctorem diſſimulat; verſutus ac verſipellis eſt homo mendax, nullum eſt hoc maius animi vulnus nullumque eo dedecus grauius.* mitto alia in homine mendaci notata, & illud in præſenti examino, nimirum *aggreditur facinora*, quippe nullum facinus, nullum ſcelus eſt, quod timeri non debeat ab homine mendaci, imo mendacium eſt quod maximis criminibus patefacit aditum. — S. Ephrem.

B

Eo temeritatis & impietatis falſi teſtes, & mendaces veniunt, vt Deum ipſum putent mentiri.

170. *Non furtum facies, nec falſum teſtimonium loqueris*, Procop. non loqueris teſtimonium mendax: ſed nonne in illo teſtimonio falſo & mendaci, teſtem Deum eorum quæ dicimus, ſumimus? ita quidem verum, quomodo ita perditæ mentis quis, vt ſummam veritatem in teſtimonium falſitatis adducet? ſane quia eo temeritatis & impietatis venit, vt Deum etiam mendacem & falſum exiſtimet: ſic innuit Chriſtus Dominus Matth. 7. de reprobis hominibus loquens, multi mihi dicent in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes facimus? tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. D. Chryſoſt. legit, tunc iurabo illis, quia nunquam noui vos: non ſolum dicit ſe confeſſurum, ſed addit ſe iuraturum, quia nunquam nouit eos. ſed ad quid neceſſum eſt quod Deus iuramentum adhibeat? nonne ſufficit ſimplex Dei verbum, vt putetur veriſſimè dictum? equidem ſufficit ſimplex Dei teſtimonium, vt nimis credibile videatur iuſtis hominibus, ſed tunc loquitur Deus cum his, qui diligunt vanitatem, & quærunt mendacium, & ideo dictis addit iuramentum, ſciens eo impietatis venire homines mendaces, & falſi teſtes, vt à nemine neque à Deo ipſo poſſe dici veritatem ſentiat, ſapienter cit. S. Doctor hom. 19. in Matth. ait. *Iurat autem Chriſtus, non vt ſuam veritatem commendet, ſed vt illorum incredulitatem condemnet, non enim ſi non iurauerit Chriſtus mentitur, ſed vt illi amplius confundantur firmiori reſponſo, quoniam qui mendax eſt neminem putat dicere veritatem neque ipſum Deum.* — Matt. 7. — S. Chryſ.

Furtum vitium ſeruorum.

171. *Non furtum facies*, cum hoc vitium non ingenuorum eſſe videatur, cur hominibus liberis illud interdicis? iam enim libertati donati, ab Ægypto egreſſi fuerant. ita ſane, ſed adhuc quid ſeruile ſapiebant, cum ab exiguo tempore mancipia eſſe deſiiſſent: tum cauet, ne illud perpetrent, tanquam hominibus liberis, omnino indignum. id opportune monet B. Hieron. in c. 2. Epiſt. ad Titum, *Si hoc prohibetur in ſeruo, quanto magis in libero? ne aut iudex rapiat, aut miles non contentus ſtipendiis ſuis aliena deuaſtet: pulchrè quidem vir apprime grauis, cum & cuiuſdam iudicis laudaretur integritas, & diceret de eo, ille qui laudabat, non eſt fur, reſpondit, optimum ſeruum faceret, ſi nec fugitiuus eſſet, in tantum furti ſuſpicio ab omni libero debet eſſe aliena.* — S. Hieron.

Fur miſerrimus, qui vt acquirat quid temporale, ſpiritualium iacturam facit.

172. *Non furtum facies*, ſi diues quis euadere poteſt ex aliarum facultatum ſubreptione, præcipuè, ſi à ditiſſimo quid furto diſtrahitur, quo leuiſſimum damnum eo inferretur. cur non hîc ſolum, ſed alibi ſtrictiſſime prohibetur, cum aliquid temporale ſibi comparet, in ſuæ neceſſitatis remedium? comparat ſibi quidem aliquid furto, ſed ille miſerrimus, qui vt acquirat quid temporale, ſpiritualium iacturam facit.

C

ſic loquitur B. Auguſt. ſerm. 95. de tempore *Quod per furtum contra præceptum Dei ſubducis, de cælo perdes, nemo enim habet iniuſtum lucrum ſine iuſto damno, qui furatur verbi gratia acquiret veſtem, ſed cæleſti iudicio perdet fidem, vbi lucrum ibi damnum, viſibiliter lucrum, inuiſibiliter damnum, lucrum ſua cæcitate, damnum de Domini nube, ergo qui ſuo malo deſiderio forinſecus furantur, iuſto Dei iudicio intrinſecus grandinantur.* — S. Aug.

Aliquando non tantus honor & meritum de perfectis acquiritur, quantum dedecus & macula de neglectis.

173. *Non furtum facies, non falſum teſtimonium loqueris contra proximum*, cur maximum præmium non promittitur iis, qui à furto & à falſo teſtimonio abſtinent, cum vtrumque committentes, non ſolum ſecundum leges diuinas, ſed etiam humanas grauiſſime puniuntur? quia non tantus honor, & meritum in furto non committendo, & de falſo teſtimonio non dicendo acquiritur, quantum dedecus & macula de furto commiſſo, & de falſo aduerſus proximum dicto teſtimonio: quod latè expendit Philippus Abbas tract. de ſilentio Cleric. cap. 50. ſunt (inquit) quæ authorem ſuum magnoperè non « dedecorant, & contemptorem ſuum grauius «

D

A decolorant; nec acquiritur tantus honos vel meritum de perfectis, quantum de[...]cus, quan[...]ta macula de neglectis: illa nimi[...] in quæ obſcuriora & minora facile peraguntur, quæ ſaluti neceſſaria, cunctis generaliter imponuntur, & expleta non attribuunt præclarum nomen, & gloriam expletori, & contempta inſligunt grauioris culpæ maculam contemptori, qui enim tenet quod ſcriptum eſt, non mœchaberis, non furtum facies, & cætera huiuſmodireus, procul dubio non tenetur, ſed gloriam non meretur, pœnam criminibus debitam non incurrit, ſed laudis eximiæ titulum non aequirit: quod pulchrè inuenitur quidam Ethnicus oſtendiſſe, dum cuidam nullius furti reo introducit, eleganter alterum reſpondiſſe, nam cum alter vellet ſuam quaſi iuſtitiam iactitare, & pro ea ſibi magnum quiddam & præcipuum arrogare, non furtum inquit feci, & alter ſtatim intulit, non paſces in cruce coruos, ac ſi diceret ſi à furto continere manus innoxias elegiſti, crucis ſupplicium & ignominiam euaſiſti, carnes tuæ in eſcam volatilibus non dabuntur, quæ mala ciuili iudicio reis criminum infliguntur: cæterum ſicut pœnam ignominioſam te perſpicis euaſiſſe, non ſic putes etiam laudis præcipue gloriam acquiſiſſe: nam ſi quis ab ignominia immunis inuenitur, non ſtatim tamen glorioſis laudibus inſignitur, qui autem furto aut homicidi[o], aut quolibet ſimil imo non timet implicari, grauiter, & ignominioſe, meretur cruciari, nec tantum præmium, vel tantam gloriam adipiſcitur, abſtinendo, quantam pœnam quantam ignominiam id agendo.

Regulam diligendi proximi à ſemetipſo dilector accipit.

74. *Non furtum facies, non falſum teſtimonium loqueris contra proximum*, ergo contra ſeipſum falſum teſtimonium dicens, non delinquit, cum contra proximum illud non loquatur: nam ſi omnino vtrumque vellet, comprehendere nempe ſeipſum & proximum, ſine dubio dixiſſet ſicut in aliis, non occides, non mœchaberis, ſic etiam nō falſum teſtimoniū loqueris, non addendo contra proximum: nihilominus quis negare poteſt vtrumque comprehēdi, cum regulam diligendi proximi à ſemetipſo dilector accipiat? hanc rem attingit B. Auguſt. de
S.Auguſt. Ciuit. Dei c.20. *Non recte intelligentibus poterat videri, non eſſe prohibitum, vt aduerſus ſeipſum quiſquam falſus teſtis aſſiſteret, eo quod in præcepto additum fuit contra proximum tuum: ſed non ideo ſi aduerſus ſeipſum, quiſquam falſum teſtimonium dixerit ab hoc crimine ſe putet alienum: quando regulam diligendi proximi à ſemetipſo dilector accipit, quandoquidem ſcriptum eſt, diliges proximum tuum ſicut teipſum.*

Vtinam Pomerannis quoad furtum eſſemus ſimiles.

75. *Non furtum faciet*, an omnes huic vitio deditæ nationes? aliquibus in tanto pretio furta habe[ba]ntur, vt apud eas minime d[...]ntur, S. Chryſ.
teſte Chr[yſoſt].in Epiſt.ad [...], vt ait quidam, virtutis ha[bebantur] loco, & nimium quide[m] id congrue, quandoquid[e]m huiuſmodi deueneratabantur: ſ[...] aliquibus al[ii]s non improbari, vt apud Perſas, qui apud [e]os furto viuebant, [m]ordaces vocabantur quia [...] dis vitilis erant, & bellicon[...] plure[...]s nationes furtum non improbaſſe; verum a[liæ] id tanto odio proſecutæ ſunt, vt nullus om[ni]no fur apud eas inueniretur, ſic apud Pomer[a]nos, omnia à furibus tuta, nihil occludunt, [s]eris clauibuſque non vtūtur. ſic in actis S. O[tho]nis
lib.2.c.40. legitur. *Tanta ſocietas & fides inter eos eſt, vt furtorum & fraudum penitus inexperti, B ciſtas aut ſcrinia ſerata non habeāt, nam ſeram & clauem ibi non vidimus; ſed & ipſi admodum mirati ſunt, quod clitellas noſtras & ſcrinia ſerata viderunt veſtes ſuas, pecuniam, & omnia pretioſa in cuppis & doliis ſuis ſimpliciter recondunt, fraudem nullam metuentes, vtpote inexperti.* S.Otho.

Ni a minimo furto abſtineas, facile in maiora laberis.

Non furaberis, licet furta à Deo prohibita ſint, non ita noxius, nec culpa dignus videtur, 76.
qui res exigui momenti furatur: nemini hoc dubium, ſed non ideo licitum, qui enim minimo furto ſe aſſuefacit, à maioribus deinde difficile cauebit. vnde optimum monitum Philonis lib. de decal. *Diſcant ſtatim pueri manus à* Philo.
C *furtiuis lucris abſtinere minimis, etiam quia diuturna conſuetudo potentior quam natura ſit. & ni malum naſcens inhibeas, creſcet in magnam multitudinem.*

Falſi teſtes, quot ſcel[e]ribus implicantur, & quam nocent?

Non furaberis non falſum teſtimonium 77.
loqueris, cur pluries idem hic & alibi non inculcatur præceptum? cur pluries non inhibetur quam præcedens? ſane pluries inculcandum videtur, cum non vnum ſed plura inuoluat delicta, & infenſiſſimum ſit pluribus. ſiſto cit. Philonem cuius hæc ſunt verba. *Primo ſanctam veritatem violauit qua nihil eſt ſacratius,* Philo
D *ſolis in morem illuſtrant negotia, ne quid ceruum in obſcuro lateat: deinde notitiam rerum quaſi nocte* Alexand.
quadam tegunt, & in caligine, & iniuſtis adiuuant, aduerſantur que iniuriam patientibus, dum quæ nec viderunt, nec audiuerunt, nec cognouerunt, ſe certo ſcire, & probe tenere aſſeuerant addunt & tertium peccatum peius prioribus, quoties enim deſunt argumenta, aut probationes, aut quæ ex ſcripto ſunt, ad teſtes recidit controuerſia quorum verba ſunt, pro regula iudicibus pronuntiaturis ſententiam, hinc fit vt qui litem perdunt grauati teſtimonio iniuriam patiantur, cum potuiſſent vincere & iudices iniquitatis, non iuſtitiæ lucri faciant: adhæc etiam cum impietate fraus coniuncta eſt, non eſt enim receptum, vt iniuriati indocent, ſed ſacramenti religione obſtricti, quam tamen impeſt oret magis violant quam qui decipiuntur &c.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

V*Vlg.* Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

Sept. Non concupiſces vxorem proximi tui, A non concupiſces domum proximi tui, neque agrum eius, neque puerum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque ſubiugale eius, neque vllum pecus eius, neque quæcumque proximi tui ſunt.

CONCORDIA.

DEut. 5. illud de non concupiſcenda vxore præcedit aliud de non concupiſcenda re proximi ſui, ſicut hic apud Sept. & ideo poſſet ea eſſe ſuſpicio, etiam ſecundum quod hic ponitur, priori præferendum, licet aliter noſter textus & Hebræus proferat; aut certè dicendum hæc duo, eo quod vtrumque eadem formula ferretur, non concupiſces, confuſè hic fuiſſe tradita.

EXPOSITIO.

NOn concupiſces, poſt poſita præcepta, quibus actus externi mali vetantur, nunc actus internos reſtringit, & cum maximè his duobus tangantur homines, nempe bonorum proximi, & illius vxoris cupiditatibus, hinc eſt quod has duas præcipue hic prohibet, & licet aliorum peccatorum concupiſcentiæ expreſsè vetitæ non ſint, nihilominus certum eſt eſſe illicitas, cum omnium eadem ſit ratio, vnde & in materia homicidij, & iræ, id Dominus noſter ſpeciatim expreſſit Matth. 5. Porro vel vnicum hac ſententia præceptum continetur, vel duo ſecundum diuerſam rationem diſtinguendi decem in decalogo, nam qui de Deo quatuor numerant, vnum hic dumtaxat agnoſcunt qui tantum tria hoc loco ſeparatim recenſent.

Non concupiſces domum proximi tui, aliqui intelligunt per domum, familiam metonymice, alij nomine domus, cuncta immobilia bona, præterea nobilitatem, potentiam, gloriam, quæ inde appetere prohibemur, & alijs huiuſmodi res inuidere proprio contenti ſtatu, quiſquis ille ſit ſiue humilior, ſiue non *nec deſiderabis vxorẽ eius*, quod viro prohibetur, ne vxorẽ pro- B ximi appetat, accipi quoque de fœmina debet, ne appetat alterius virum, ſed & generaliter omnis concupiſcentia carnalium libidinum cenſetur prohibita, quæ continetur in ſexto præcepto de non mœchando, non autem ea concupiſcentia quæ eſt inter illos, qui ſe mutuo ambiunt ad licitum matrimonium: ad concupiſcentiam hic denique prohibitam reuocari poſſunt præludia, ſeu præparationes ad actus venereos, vt oſcula impudica, tactus, choreæ, cantilenæ luſus, *non ſeruum*, nomine ſerui non ſolum mancipia, ſed etiam & miniſtri intelliguntur, quos nefas eſt deſiderare alicuius vtilem & neceſſarium miniſtrũ, & ſollicitare ad migrandum cum alterius damno, *non* C *bouem*, ſub cuius nomine intelliguntur vituli, iuuenci, tauri, vaccæ, immitus quoque grex ouium, & hædorum, cum reliquis animantibus ad cibum pertinentibus, *nec aſinum*, nempe equos, equas, mulos & camelos vtriuſque ſexus, & ſimilia animalia geſtandis oneribus nata, *nec omnia quæ illius ſunt*, non enim debuit quæ proximi ſunt ſpeciati[illegible] prohibere, [illegible] ita nomine communi concupiſcentia omnium bonorum proximo cauet.

CONCEPTVS.

Maior cautio adhibenda; vbi maior tentatio viget.

178. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui*, omnis enim, inquit Christus D. Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam; iam mœchatus eſt in corde ſuo, quo loco viros alloquitur, viros monet, cur non & mulieres? an quia mulieris exemplar vir eſt, & vt per eum ad mulierem res iret: viri quippe eſt mulierem docere? an moneantur viri, quia frequentior in illis eſt hæc culpa, modeſtiores fœminæ ſunt: an quia hæc tentatio maior in viro eſt, licet in muliere minor reſiſtentia ſit? ita, & ideo maxime cautio adhibetur, vbi magis tentatio viget, viget periculum lapſus.

Matth. 5.

D *Periculoſiſſimum viris fœminas intueri.*

Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui, omnis enim qui 179.
viderit mulierem ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo; non dixit Math. 5.
in oculo, ſed in corde, abſoluit oculum, ſed ligauit cor, in oculo viſus, in corde, [illegible] tum: qui formarum exercet aucupium in libidinis ipſe laqueum cadet: nemo ſpecioſis vlterius oculos affigat, ne fornacem luxuriæ ſibi accendat, & captiuam animam faciat: verum cur immediate poſt mulieris intuitum, coniunxit deſiderium illius, & illico mœchiam? vt quam periculoſiſſimum ſit viris fœminas intueri, ſicque earum conſpectum fugerent omnes: Saluian. lib. 3. de gubern. ponderaus cit. verba Saluianus.

Chriſti D. inquit, *Hinc intelligere poſſumus, quam caſtos nos eſſe Saluator inſerit, qui etiam lenociniam viſionis abſcidit: ſciens enim feneſtras eſſe quodammodo noſtrarum meatium lumen oculorum, omnes improbas cupiditates in cor per oculos, quaſi per naturales cuniculos introire, extinguere eas penitus voluit, ne intus orirentur, & lethaliter creſcentibus fibris conualeſcerent fort aſſo. in animo, ſi germinaſſent in viſa: idcirco itaque ait Dominus oculos impudicorum initium noxa adulterij non carere, ſcilicet vt qui bona fide fugeret adulterium, caſtodiret aſpectum.*

Diuitiarum cupiditas vitam periculo obijcit, & caſtitatem.

180. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui*, quid? an cupiditatem domus proximi, ſuarumque facultatum, ſequitur inordinatum illius coniugis deſiderium, ita vt poſt primam concupiſcentiam, neceſſe fuerit apponere ſecundam? ita equidem, quia diuitiarum indebita cupido, non ſolum vitam periculo obijcit, ſed etiam caſtitatem,

S.Valerian. vtrumque S. Valerian. hom. 20. demonſtrat, *Requiramus cuius ſit vitium, quod vnai tabulato hominis vita committitur, & dubijs cælibus pelagi incerta natantur. Nonne cupiditati adſcribendum eſt, cum adueniente procella altum mare nauticus clamor incuſat, nonne ad cupiditatis recurrit inuidiam, cum ſcrupeis rupibus naufragium corpus illiditur, & tumentis aquis membra ignotis littoribus pelagi unda iactantur? numquam ſe profectò nauta nauigio credidiſſet, niſi nauigandi deſiderium negotiandi cupiditas incitaſſet*; & quod non ſolum diuitiarum cupido, vitam periculo obijceret, ſed etiam caſtitatem. Sic cõfirmat cit. S. Valerian. *Ceſſet denique auri deſiderium, ſi non coniugalis fides perit, ſi nec virginalis integritas erubeſcit.*

Mentis cæcitas adulterio coniuncta.

181. *Non concupiſces domum proximi tui, nec deſiderabis vxorem eius*, qui decem Ægypti plagas, tanquam decem decalogi præceptorum

C.10. q.17. pœnas adſtruunt, decimam punitionem, qua Ægyptus tota tenebris continuò horruit, rectè aiunt huius decimi præcepti violatoribus congruere, quodquidẽ eos ab alterius coniugis cõcupiſcẽtia cohibet: decimũ præceptũ non con-

Gloſſa ord. cupiſces vxorẽ proximi tui (inquit Gloſſa) & decima plaga denſæ tenebræ. Verum, cur tenebræ huic præcepto reſpondent? quia effrænis hæc libido, humanæ menti ignorantiæ tenebras obtendit, intellectum, dum ſpiſſe fumat, fuligine inuoluit, ditionem rationis tyrannide poſſidet, & in miſeram redigit ſeruitutem, adeo vt adulter, quaſi vero lumine captus, periculoſe erret, & in ipſamet diſcrimina, inſcius ſæpè ſæpius feratur; vnde adulter non tam tenebroſus, quam ipſæ tenebræ dicendus ſit, eaque ſunt ſynonyma adulteri & tenebræ, vt quos tenebras vocaueris, adulterij crimẽ obijcias: ſic venit explicandus ille locus Pauli ad

Epheſ. 5. Epheſ. 5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Quod, quæſo, illorum vitium obiurgat, cum tenebras eos quondam fuiſſe aſſerit? credam adulterium: perinde enim erat, ac ſi diceret: eratis aliquando adulteri,

A modeſtiori enim voce, ſed eamdem retinente poteſtatem, vſus eſt Paulus, vt leuiore eos pudore pulſaret. Adſtruunt ſenſum hunc verba præcedentia, quæ in deteſtationem mœchiæ, dicta ab Apoſtolo ſunt, *Fornicatio autem, aut omnis immunditia, &c. aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas*: & ſtatim, *hoc autem ſcitote, quod omnis fornicator, aut immundus, &c. non habet hæreditatem in regno Chriſti Dei*, poſt quæ ſubdit, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*: accipe D. Proſper 1. p. c. 36. S. Proſper. c. 36.

Quid namque deterius eſt concupiſcentia mala, quæ ita totam excæcat mentem, vt non tantum timorem Dei, quantum etiam ipſas pœnas legum, infamemque mortem obliuioni dans, nihil in mœcho relinquat luminis, quod non totum occupent ferales tenebræ? quos vero ex his gratia liberat,

B *admonet Apoſtolus dicens, fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ſicut filij lucis ambulate*, hoc eſt ab adulterij noxa abſtinete, ipſa enim patens cæcitatis eſt. Non ergo mirũ, vt decimum præceptum, quod ab iniuria thalami nuptialis comprimit animum, & decimum Ægypti tenebrarum ſupplicium mutuo ſe reſpiciant, tanquam qui ab illo inordinate deuiet, in has neceſſario ſe immergat.

Diuitias minuit ipſa habendi cupiditas.

Non concupiſces domum proximi tui, non omnia quæ illius ſunt, ea deſideret, & opere ea conſequatur, nonne ditior euadet? nam pluribus quæ iam poſſidet alia cumulabit? imo diuitias illius minuet ipſa habendi cupiditas, bel- 182.

C le id dixit cit. Valerian. *Nec dum funus effertur, & iam teſtamenti fides iuris interpretatione euacuatur, alter de ſubſcriptione patris diſputat, alter de perſona patris deſperat, hic eſtruit ſcripturam non ſtare teſtibus, ille adſignat teſtamentum non conuenire temporibus*, nota deinde quid ſequi dixerit Valerian. *ita vacillat prædium in colliſione cauſarum, & quod acquiſiuit auaritia parentum, perdit cupiditas filiorum,* S. Valerianus.

Concupiſcentia, ignis eſt conſumens.

Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui, quid nocet illud deſiderium mulieris, dummodo ſolum menti hæreat, & ad effectum non progrediatur? ne 183.

D dixeris non nocere: nam teſte B. Chryſoſt. hom. 5. de verbis Iſai. vidi Dominum, *Vt ignis vbi fœnum aliquod, aut culmum arripuerit, nihil moratur, ſed ſimul vt attigit materiam lucidam, accendit flammam: itidem, & ignis concupiſcentia, quæ eſt in nobis, ſimulatque per oculorum intuitum, elegantem & venuſtam attigerit formam, protinus exurit animum? proinde ne ſpectes temporariam illam, quæ ex aſpectu proficiſcitur voluptatem, ſed perpetuum dolorem conſidera qui naſcitur ex concupiſcentia, nam illa inflicto vulnere, plerumque celeriter auolat, at vulnus non auolat, ſed plerumque manet, & interficit, & quemadmodum ceruus confixa iaculo ſi in vitali corporis parte, etiamſi venatorum effugiat manus, nihil inde fiet lucri: ſic & anima accepto concupiſcentiæ iaculo, & laſciuo curioſoque aſpectu, etiamſi cum iaculo permittatur abire, ta-* S.Chryſoſt.

men ipſa per ſe corrumpitur ac perit, vbique videns hoſtem & inſequentem habens.

Non concupiſcentia qualibet prohibetur, ſed inordinata.

184. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui*, ſi deſiderat ea intentione, vt filios ab ea ſuſpiciat, an illi prohibitum? quis id in dubium reuocare poteſt? cum quælibet carnis indebita concupiſcentia ſit in præcepto, non autem debita, qua adoleſcens coniungens ſe in matrimonio appetit, ex ſibi copulata filios habere, *Concupiſcentia ad filiorum procreationem*, inquit
S. Chryſoſt. Chryſoſt. c. 5. epiſt. ad Galat. *vitæque conſeruationem data eſt, non ad adulterium, ſcortationem, laſciuias, vt pater fueris non vt adulter, vt legitime verſeris cum vxore, non vt contra fas eam corrumpas, vt relinquas tuum ſemen non vt alienum vities, ſiquidem adulterium non eſt naturalis appetitus, ſed contumelia præter naturam, ſiquidem appetitus ille tantum deſiderat mixturam, non talem mixturam.*

Malis noſtris inclinationibus vtitur diabolus, vt facilius nos perdat.

185. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui*, cur ſigillatim annumerat hanc duplicem concupiſcentiam eamque prohibet? nonne vnico verbo potuit dicere, nihil alterius concupiſces? non eſt dubium, quin vnus præceps feratur ad libidinem, non autem in auaritiam, & alter è contra: en C cur ſpecifice eas diſtinguit & prohibet? vniuſcuiuſque enim noſtra propenſione in vitium
S. Cyrillus Alexand. vtitur diabolus, ad perditionem: præſtat hic audire Cyrill. lib. 9. ſupra Ioannem c. 5.
Tri-
“ tum ſane id diabolo eſſe inuenies, ſolet corda
“ piorum prauis tentare cogitationibus, & vo-
luptatum ardore ad delinquendum detrudere,
“ ſed illuc maximè impellit quo per ſe ipſos in-
“ clinari perſpicit, ita infirmitatem noſtram ad
arma nequitiæ ſuæ conuertit, & ingenij noſtri
“ morbo aduerſus nos vtitur: voluptate carnis
“ alius laborat, per hanc aggreditur, alius auari-
“ tia ſuperatur, hunc habendi cupiditate magis
incendit: ita noſtris affectibus, quaſi armis
“ vſus nos expugnat, & ſicut optimus dux exer-
“ citus turres & lineas ibi peragit, vnde capi
vrbs obſeſſa facilius poteſt: ita ſatanas morbo D
“ per imbecilliorem animi partem nos euertit,
“ præſertim ſi viderit, nihil apud nos admoni-
tiones exhortationeſque virtutis poſſe, quare
“ fugiamus oro, fugiamus cupiditates animi,
“ vnde ſecutura damna videmus.

Ea quæ in vitijs habere rationem alicuius boni videntur, inordinate nos alliciunt, & ideo prohibentur.

186. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui*, ſi grauius homicidium eſt quam furtum, vel etiam adulterium, cur eius cupiditas non prohibetur? nam grauiſſimum eſt delictum mortem alteri velle inferre, prohibeatur eius concupiſcentia, ſicut vel facultatum vel vxoris alienæ: pro nobis ſa- A tisfacit Angelic. Doctor, *Homicidium ſecundum ſe non eſt concupiſcibile, ſed magis horribile, quia non habet de ſe rationem alicuius boni: ſed adulterium habet rationem alicuius boni, nimirum delectabilis, furtum etiam habet rationem concupiſcibilis, ideo fuit ſpecialibus præceptis prohibenda concupiſcentia adulterij & furti, non autem concupiſcentia homicidij.* S. Thomas Opuſc. 4.

Lex diuina longe humana ſuperior.

Non concupiſces domum proximi tui, nonne ſatis eſt opus prohibuiſſe, ſicut humana vetat? cur etiam & deſiderium operis mali, cum lex humana illud non caueat? vt agnoſcas legem diuinam longe humanâ ſuperiorem, lex enim humana ſolum iudicat facta & dicta, diuina B autem non ſolum hæc, ſed etiam cogitata. Hoc illuſtrat B. Thom. Opuſc. de 10. præcept. qui poſt quam inter vtramque diſcrimé conſtituit, illius rationem ſubiungit, *Quia illa humana, nempe eſt per homines qui iudicant ea quæ apparent exterius, ſed diuina eſt à Deo, qui exterius interiuſque conſpicit, Pſal. Deus cordis mei, 1. Regum 16. Homo videt quæ foris ſunt, Deus autem intuetur cor:* idem habet Cajet. *Vides hic prohibere peccatum cordis, ad differentiam omnium humanarum legum, nulla enim lex humana prohibet peccata cordis, quia homo aliquis non poteſt eſſe iudex cordis: ad monſtrandum ergo quod lex iſta diuina eſt, expreſſe prohibet peccata cordis prohibendo illicitum appetitum, tam boni delectabilis, quam boni vtilis.* 187.
Ang. Doct.
1 Reg. 16.
Cajet.

Deus noſtram à ſe vult ſubleuari indigentiam.

Non concupiſces domum proximi tui, ſi pauper eſt, cur aliena non concupiſcet, vt ſuæ poſſit ſubuenire indigentiæ? quia Deus ita noſtri ſollicitus, vt noſtram à ſe velit ſubleuari indigentiam, *Noluit ſuos*, inquit Oleaſt. 5. Deuter. *ab alio quam à ſe diuites fieri, qui enim cupit aliquid quod eſt proximi ſui ab eo ditare deſiderat, à quo ſuæ indigentiæ ſatis fieri ambit, ne ergo illi iniurius eſſet, oſtendendo te opere non poſſe ab eo ditari, prohibuit aliena concupiſcere.* 188.
Oleaſtro.

Auri cupiditas ſpecialiter Deo, videtur contrariari.

D *Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt*, cur ita ſe extendit Deus in prohibitione concupiſcentiæ proximi, cum in alijs præceptis imponendis vnum, aut alterum verbum dixerit vt non occides, non mœchaberis? quia alij peccatores licet in Deum peccent, at bonorum proximi cupidus quadam ratione contrariatur Deo optimo, & ideo ſpecialiter in eius prohibitione ſe extendit: de cupido auaro ſpecialiter Paulus ait, ad Epheſ. 5. *Aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus*, vt enim idololatria ſe vero Deo opponit, ſic etiam auri cupiditas ſpecialiter Deo contrariatur, vt dicit Nicetas in orationem 29. D. Gregor. Naz. *Auaritiam idololatriam Paulus vocat*, fortaſſe quod eos ſolus diuitiarum amor deceat, qui Deum neſciunt, quaſi nec Deum, nec veri dij notitiam patiatur in anima diuitiarum cupidi- 189.
Epheſ. 5.

tas inordinata, ſed neceſſum ſit quod Deus prorſus excludatur, vbi hic auri affectus intrauerit, quaſi ſit Deo penitus exitialis: hinc dæmon videns inefficaces tyrannorum perſecutiones, vt Dei veri cultum è terra eijcerent, illis dimiſſis, ad bonorum proximi cupidinem confugit, vt quæ eſſet acrior in Deum peſtis. D. Leo, Sic enim D. Leo ſerm. 6. de Epiph. *Aduerſarius tamen qui in apertis perſecutionibus inefficax fuit, tecta nocendi arte deſæuit, videns ſibi reſiſtere principum fidem, & vnius deitatis inſeparabilem Trinitatẽ, non ſegnius in palatijs quam in Eccleſijs adorari, quorum obtinere non poteſt mortes, impetit mores, terrores proſcriptionũ in auaritiæ mutat incendium, & quos damnis non frangit, cupiditate corrũpit,* quid grauius de habẽdi cupiditate dici poteſt? illa pro cataſta, equuleo, pro ferreis vnguibus, pro ſartaginibus, pro ferro, B pro igne inuenta eſt, vt Deo bellum inferat pro Nerone, pro Diocletiano, pro cæteris omnibus tyrannis, inuenta eſt nummi cupiditas, quæ ſola aduerſus Deum homines armat.

Auri inſana cupiditas, plus aggrauat corda quam corpora.

190. *Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt,* ecce prohibetur, ne in corde etiam habeatur deſiderium inordinatum facultatum proximi, cupiditas auri alieni, quia inſana illius cupido, maxime cor & animum aggrauat, ne aſcendat ad ſuperna: quod notabat S. Chryſol. Chryſol. ſerm. 29. *Aurum natura graue, grauius fit auaritia nimis, hinc eſt quod plus habentem deprimit quam ferentem, & vehementius* C *aggrauet corda quam corpora, naſcitur in terra profunda, ſcrutatur ipſa montium fundamenta perque ima venarum cæcis diſcurrit anfractibus, & dum ſuam ſemper repetit ad naturam, cæleſtes animos ad inferna deponit, obſcurat ſenſus, ſemper alta mentium in terrena demergit.*

Vbi laſciuia, ibi omne ſcelus.

191. *Non concupiſces domum proximi tui, non deſiderabis vxorem proximi tui,* nonne ſuperius à Deo iuſſum fuerat non mœchari? cur ego iterum cauetur, etiam nec in corde mœchia, vel quælibet alia laſciuiæ ſpecies? quia vbi laſciuia, ibi omne ſcelus eſſe videtur, quod indicat Sapient. 2. illud laſciuorum dictum Sapient. 2. Coronemus nos roſis, inquiunt, antequam marceſcant, D nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, nemo noſtrum exors ſit luxuriæ, noſtra vbique relinquamus ſigna lætitiæ, quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors, opprimamus pauperem iuſtum, nec parcamus viduæ, nec veterano, &c. expende ordinem, prauis ſeſe luxuriæ delicijs committunt, exinde ad nefariſſima quæque deueniunt: ſapienter S. Auguſt. enim D. Auguſt. ſerm. 146. de Temp. ait, *Ex hac autem enumeratione libidinum, & putredinum, videte in quæ facinora, & in quam immania ſcelera proſilitur, omnia horrenda facinora quæ timentur in ſceleratis hominibus videte, de qua labe conſurgunt, quid mollius quam illa luxuria? quid dirius quam iſta crudelitas?* expende illud, omnia horrenda quæ timentur in ſceleratis, quæ cum timenda nobis ſunt, à truculen- A tiſſimis latronibus, hæc ſunt etiam nobis à laſciuia timenda.

Cupiditas diuitiarum præſtigium, vanitas, imaginatio phantaſtica.

Non concupiſces domum proximi tui, deinde 192. plura enarrat, quæ à nobis ſunt minime concupiſcenda, & tandem concludit, ne pluribus immoretur, nec omnia quæ illius ſunt: cur omnia illa quæ ſunt proximi obuoluit ſilentio? ne aliquid eorum ſolidum eſſe cenſeres, quælibet enim diuitiarum inordinata cupiditas, præſtigium eſt non veritas: ſic annotauit Caſſiod. de amicitia dum ait, *Iſti vt metam ſuæ intentionis attingant, viarum diſpendia eligunt, & cæca cupiditatis multiplici præſtigio dementati, ad ſui deſiderij finem per diuortium, & anfractus incedunt.* Caſſiodor. Hoc maximo præſtigio decipiuntur, qui terrenorum bonorum cupiditate corripiuntur: fuere qui ſophiſticas terrenas opes dixerunt, ne quid ſolidum & verum eis ſubeſſe putaremus: Hic euaſit Petrus Bleſenſ. epiſt. 60. *Beatior,* inquit, *in ſua miſeria reputandus eſt pauper quam diues in opibus ſophiſticis, & gloria ſeductrice,* Petrus Bleſen. phantaſma vocauit S. Iſid. Peluſ. lib. 5. epiſt. 36. *Non attendamus* (inquit) *opum phantaſmatis,* inanem, aurum, ſpeciem eſſe, quæ tanti fit aſſerit B. Alcuinus Iſidorus Peluſ. epiſt. 66. *Auarus,* inquit, *aurum quærit, & quid in auro niſi ſpecies vana?* Alcuinus.

Diuitiarum cupiditas alligat, vt difficile ad virtutem fiat progreſſus.

Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt, cur tanto ſtudio auocat Domi- 193. nus ſuos à cupiditate facultatum proximi? nam in alijs cauendis delictis, non ita laborare videtur: merito ſtudet à nobis hanc remouere cupiditatem, ſic enim alligat mentem, vt difficile fiat ad virtutem progreſſus, ita enim expertus eſt & ipſe Matthæus, cum eſſet publicanus, teſte Petro Chryſol. ſerm. 28. *Matthæum publicanum diuitiæ ſic cupiditatis publicabant magiſtrum fornace auaritiæ ſic coquebant, ſic alligabãt vinculis cautionum, ſacculorum ponderibus ſic premebant, vt leuari innocentiam ad iuſtitiam ſurgere ad virtutem, progredi non liceret. Vbi hæc pondera reliquit hæc vincula rupit, ad iuſtitiam ſurrexit, innocens euaſit.* S. Petrus Chryſol.

Diuitiarum cupiditas plena periculis.

194. *Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt,* cur tanta tibi eſt hominis cura, vt neceſſe ſit tot iterare præcepta, ne miſero pereat? in hoc omni honore colendus Deus optimus maximus, qui cupiditatem nobis inhibet, vt à grauiſſimis ſimus liberi periculis, cupiditatem enim diuitiarum quæ pericula non comitantur? quæ diſcrimina non hærent opibus? hoc enim in diuitijs bonum quod in ſui cupidos ita ſæuiunt, vt in magna eos pericula conijciant: pulchre S. Iſid. Peluſ. lib. 5. epiſt. 445. *Diuitiæ vnum bonum mihi continere videntur, quod eas amantibus ingentia pariant pericula.* Iſidorus Peluſ. Falluntur ergo qui delitiarum plenas diuitias putant eſſe, non ſunt, ſed bene peri-

culorum diſcriminibus, potius refertæ ſunt quam delicijs: huc ſpectant S. Auguſt. ſer. 110. S. Auguſt.
de Temp. vbi ait, *Diuitiæ illæ quas putatis plenas eſſe deliciarum, pleniores ſunt periculorum.*
Hinc illud Lactantij lib. 7. c. 12. *Ignoras quot periculis, quot caſibus, cum his malis opibus ſubiaceas.* Lactanti

Inſatiabilis vt infernus cupiditas habendi.

195. *Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt*, merito ſane reſecat Deus habendi cupiditatem, ſatiari enim nequaquam poteſt, nec expleri, nunquam acquiſitis contenta, noua concupiſcit, denique ſimillima inferno, cuius ſitis nunquam extinguitur. Rem luculenter verſat & explicat S. Theophyl.
S. Theoph. Alex. Epiſt. Paſch. 3. his verbis, *Infernus mortuis non expletur ſed quanto plures ſuſceperit, tanto plures deſiderat, imitatur ergo eum auaritia, nec ſatiari poteſt, ſed quidquid habuerit plus requirit, minus putat ab eo quod cupit omne quod poſſidet, ſemper immenſa, ſemper immodica, ardorem peccatoris opum magnitudine non reſtinguente.*

Male parta cito & male delabuntur.

196. *Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt*, quia licet cætera bona alternatis fortunæ minus ſubiaceant, opes autem indebite concupitas, & deinde male partas, neque iniqua fortuna permittit, quæ dum ſic acquiruntur, male & cito dilabuntur, quod non
Iob 20. ſubobſcurè indicat Sophar Naamatites, Iob 20. *Diuitias quas deuorauerat euomet, & de ventre illius extrahet Deus.* Hic deuorare idem ſignificat ac deglutire, innuit enim inexplebilem quandam ingluuiem & voracitatem, qua diuites cupidi inhiant bonis aliorum, quæ inde in ventrem ſuum mittunt, & in ſuam ſubſtantiam cibi adinſtar conuertunt: tamen de ventre illius extrahet Deus, extrahet id eſt expellet aut delebit, ita extrahet, vt nullum illarum veſtigium remaneat, nullæque reliquiæ retineri poſſint ab impio. Sed quis eſt qui de ventre diuitis ſic pauperum ſubſtantiam extrahit, & extirpat, vt neque reliquiæ nec veſtigium maneat? in Heb. eſt el, pro quo Sept. tranſtulere Angelum, & quidem malum Angelum exiſtimat Auctor Catenæ, bonum Olympiod. ſed communis ſententia Deum interpretatur: ex quibus interpretationibus noſter conceptus mire eluceſcit, ſcilicet omnis cœleſtis, & infernalis poteſtas, ſedulo incumbit ad extrahendas diuitias de domo raptoris diuitis, ne vllæ earum reliquiæ maneant, ac ſi non tantum Deus prouidentiæ & omnipotentiæ ſuæ viribus id procuret, ſed etiam cœleſtes omnes, quin etiam & ipſi dæmones, ſolerter in id ipſum incumbant, vt omnes adiuuent, obſiſtat nemo quo notius & certius ſit, quod diuitias quas potenter deuorauit diues, eaſdem impotenter euomet, de ventre enim illius extrahet Deus, vel Dei Angelus, vel ipſemet malus dæmon, vel ſimul omnes: ne vlla ſit poteſtas cœleſtis, vel infernalis creata, vel increata, vel religiosè pia, aut immaniter impia, quæ in id ſedulo inuigilet: omnis enim poteſtas vindex male partarum facultatum, ita vt ipſi poſſidenti cito & male dilabantur, & plures cum ſuarum iactura. Sic enim cit. verba Iobi Nicetas in orationem 9. Gregor. ſic explicat, *Etenim qui noxium aliquem cibum ſumpſit, vna cum eo probos etiam euomit, ſic qui inique congerendis opibus ſtudet non ſolum ipſas, ſed etiam quas prius iuste poſſidebat, plerumque amittit.* Nicetas.

Alienorum concupiſcentia videtur alia excedere crimina.

Non concupiſces domum proximi tui, nec omnia quæ illius ſunt, quale ſit delictum videtur 197.
explicare B. Petrus 1. Canon. c. 4. Nemo autem patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; loco maledici, Græci codices habent κακόποιος, hoc eſt facinoroſus, aut malorum patrator: quomodo interpretatur Syriacus, vel vt mauult Tertull. in Tertull.
Scorp. c. 12. quem imitatur Cyp. lib. 3. ad Quin. c. 37. maleficus; nec quiſquam, inquit, veſtrum, 1. Petr. 4.
tanquam fur aut homicida patiatur, aut tanquam maleficus: exiſtimant aliqui eo nomine omne ſcelus comprehendi, atque idcirco rectè dici facinoroſum. Sed ſi omne ſcelus comprehendit, quomodo alienorum appetitor vltimo loco ponitur? per gradus enim aſcendiſſe videtur, alienorum enim concupiſcentia quaſi alia excedit ſcelera, vel grauiſſimum: non alienus ab hoc ſenſit B. Petrus Damian. lib. 6. epiſt. 32. Petrus Damianus.
Tametſi non violenter, inquit, *non leuiter tamen peccat, ſi dumtaxat alienam rem ſimpliciter concupiſcat, vnde quoque in catalogo decem præceptorum ponitur non concupiſces rem proximi tui.* quis autem ſit reatus alieni *iuris ambitio, vt ex induſtria multa prætercam, vno B. Petri docetur exemplo, Nemo inquit, veſtrum patiatur tanquam homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorum appetitor, qui enim inter homicidas, fures, atque maledicos, qui proſtlo regnum Dei non poſſident, appetitorem facultatis alienæ conſtituit, quam graue crimen quamque damnabile ſit, ex collatione ſimilium euidenter oſtendit.* Hanc delicti enormitatem oſtendens Angelic. Doct. Angelicus Doctor
Opuſc. 4. ſic ait, *Non concupiſcendum ex tribus cauſis in medium adductis*, ſubiungit, *quarto quia tollit iuſtitiæ æquitatem, Exod 23 ne accipias* Exod. 23.
munera quæ etiam excæcant prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum, Eccleſ. 31. qui aurum diligit Eccleſ. 31.
non iuſtificabitur. Quinto, quia necat charitatem Dei & proximi, quia ſecundum Auguſt. quanto magis habet quis de charitate, tanto minus de cupiditate, & è conuerſo, Eccleſ. 7. neque fratrem Eccleſ. 7.
chariſſimum auro ſpreueris, & charitatem Dei quia ſicut nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ita neque Deo & mammonæ, vt dicitur Matth. 6. Sexto Matth. 6.
quia producit omnem iniquitatem, eſt enim radix omnium malorum ſecundum Apoſt. vt dicitur 1. ad Timoth. 6. & ideo ſi in corde radicata eſt, & homicidium & furtum, & omnia mala operatur: & ideo dicit Apoſt. 1. Timoth. 6. qui volunt diui- 1. Timot. 6.
tes fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & deſideria multa inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem, radix eſt omnium malorum cupiditas.

In vitijs primum & vltimum eſt concupiſcentia.

Non concupiſces domum proximi tui, nec om- 197.

nia quæ illius ſunt, vltimum hoc præceptum his A
verbis Rupert. lib.3. c.31. opponit illud 1. Ti-
moth. 6. Radia omnium malorum cupiditas,
cu tibi quod primum, & quaſi caput & radi-
cem Apoſtolus prædicat, hoc lea vltimo loco
inclamat, quia in ſeipſam reflectitur, & veluti
ſeipſam parit, & producit inſtar circuli qui in
ſeipſum vertatur: eſt enim radia in arbore, &
primum & vltimum, primum quod ſuccum
exigit, & ramis miniſtrat, vltimum quod in-
tra terram delitеſcit, & vltimo loco erui po-
teſt, non aliter cupido habendi primum eſt,
& vltimum inter omnia vitia: audiamus Ru-
Rupertus. pertum, *Hic decalogus in capite libri ſcriptus eſt,*
id eſt decem præceptorum numerus, quorum pri-
mus eſt non habebis Deos alienos coram me, vlti-
mum non concupiſces, dicit autem Apoſtolus quia
radix omnium malorum cupiditas eſt, cur igitur B
hîc non primum poſitum eſt, non concupiſces? ſed
ſciendum quoniam ſicut malæ arboris ſuperiores
primum rami præciduntur, & ſic paulatim vſque
ad radices peruenitur: ſic prius opera mala prout
ſunt cupiditati ſuauiora paulatim præciduntur,
& ſic ad vltimum ipſa cupiditas, vel concupiſcen-
tia voce prohibentis amputatur.

Remedium peruerſæ concupiſcentiæ, timor Domini.

Non concupiſces domum proximi tui, non de-
199. *ſiderabis vxorem proximi tui*, affectus concu-
piſcentiæ germen eſt ex otio pullulans, otium
enim ſuo velut ſemine gignit concupiſcen-
tiam, quæ mirè agreſtis, ac præferoa, nec ci-
tra negotium cicuratur, aut manſueſit, ſupra C
modum autem formidabilis, quandoquidem
cunctos propemodum abſumit ac deuorat. Il-
lius damna, & mala enumerans Philo. lib. de
Decal. ait, Concupiſcentia res nouas moliri, &
alienis bonis inſidiari ſolet, omnes enim per-
turbationes animi graues ſunt, concitantes
eum & dimouentes ab ingenio, ſanitateque

A priſtina: ſed nulla æque nocet ac concupiſcẽtia
pecuniarum, amor aut fœminæ, aut gloriæ, aut
cuiuſuis rei facientis ad voluptatem, paruaſne
ac vulgares calamitates inuehit? nonne ami-
citias dirimit, etiam cognatos è beneuolis red-
dens infenſiſſimos? Nonne hinc & regiones
populoſæ deſolantur internis ſe ditionibus?
nonne hoc pacto terra mareque replẽtur nouis
tumultibus & cladibus vltro citroque illatis?
vel naualibus, vel terreſtribus prælijs? nam
Græcorum barbarorumque bella, tam contra
ſuos, quam contra diuerſi generis homines,
geſta omnia manarunt ab vno fonte concu-
piſcentiæ pecuniarum aut voluptatis, aut glo-
riæ, hæc enim ſunt fatalia mala hominum] ec-
ce vt lex nobis oſtendit concupiſcentiam ex
qua innumera mala, peccatum eſſe grauiſſi-
B mum, quomodo vitari poſſit vix edocet, quid
ergo nobis agendum, vt illud fugiamus? doce-
bit B. Antioch. hom. 74. de non concupiſcen- S. Antioch.
do, *Quiſquis cupit concupiſcentiam fugere, totius*
corruptelæ artificem, qui hominem recta tranſ-
mittit in penitiſſimam abyſſum inferni, is ſibi ſtu-
dioſe paret Dei timorem, Pſalm. 18. Timor enim Pſalm. 18.
Domini Sanctus permanet in ſeculũ ſeculi, rurſus
idẽ, confige timore tuo carnes meas, qui enim iugi-
ter ob oculos mentis ponit, & obuerſat impenden-
tem mortem, ignem illum æternum, inſomnem,
nec vnquam inquieſcentem vermem, illas exte-
riores tenebras, fletum, ac ſtridorem dentium, de-
decus quoque illud ignominiæ, quo aſpergendi
ſunt reprobi ante formidabile Chriſti tribunal,
inque conſpectu & Angelorum & hominũ conſti-
C *tuti, nullo negotio, is interpellat ac prorſus diſſol-*
uit quantumlibet lenocinantem illecebram volu-
ptatis, omnem concupiſcentiam quâ oppugnatur,
in amorem tranſcribit Dei, labores igitur capeſſa-
mus, & corporis, & ſpiritus, & in articulo ſuſcepti
laboris, ſecedit concupiſcentia, pigrum enim ac
ſocordem concupiſcentia occidit, non enim manus
eius volunt aliquid operari.

VARIET. LECT. Verſ. 18.

V*Vlg.* Cunctus autem populus videbat vo-
ces, & lampades, & ſonitum buccinæ, mõ-
temque fumantem, & perterriti & pauore con-
cuſſi ſteterunt procul.
Sept. Et omnis populus videbat vocem &
lampades, & vocem tubæ, territi autem omnis
populus ſteterunt à longe.

Cald. Viditque populus, & contremuerunt.
Pag. Et vidit populus & mouebant ſe.
Arias, Mouerunt ſe.
D *Oleaſt.* Et omnis populus videntes faces.
Cajet. Cunctus populus videbat voces, &
fulgura & vocem cornu.

CONCORDIA.

NEſcio cur dixerit Oleaſt. melius faces
transferri, quam lampades, licet enim
לפד Iudic. 15. reddatur faa, tamen hic melius
לפדים lampades à Vulg. vertitur, nam cum
fulgura viſuntur, potius lampadibus ea cir-
cumſcribimus quam facibus, Vulg. perterri-
ti ac pauore concuſſi, tamen in Hebræo
ſolum eſt וינעו, & contremuerunt, verum
ſignificatiue vtrumque à Vulgat. additum
eſt.

EXPOSITIO.

C*Vnctus autem populus videbat*, verbum *vi-*
debat, poſitum eſt pro audiebat, quando-
quidem hoc Hebræis vſitatiſſimum, *voces* vel
pro decalogi pronunciatione, vel potius pro
tonitru accipiuntur, hoc enim vſitate voa Dei
dicitur, intonuit ait Dauid Pſal. 17. de cœlo Pſalm. 17.
Dominus,

Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam, & *lampades* per quas fulgura intelligimus, quæ oculis ſtantium in radice montis cernebantur, perterriti & pauore concuſſi ſunt, hæc primo facta antequam loqui cœpiſſet Dominus, & ceſſarunt interim dum loqueretur audiente A populo, finitoque Dei ſermone, iterum & tonitrua & voces buccinæ intonuiſſe arbitror, Deuter. 5. Huius timoris alia cauſa additur, ſcilicet Dei ſermo, ſolent enim homines frequenter ad regis colloquium, & aſpectum pauere.

CONCEPTVS.

Dei verba in impiorum animis inſtar vacui ſoni habentur.

200. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades*, legem decalogi dictabat Dominus in flamma ignis apparens, & cunctus populus ſolum videbat voces & lampades, quas voces B.
S. Auguſt. Aug q. 72. in Exod. putat tonitrua, & tubam, B putabant enim Iudæi & tonitrua, & tubas ſonare: aliter de populo Chriſtiano, loquitur Lucas in prœm. Euang. fatus, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: nonne ſatis erat dixiſſe, ſicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipſi viderunt, omiſſo, & miniſtri fuerunt ſermonis? nam ſolum de Iudæis dicitur, quod viderent voces, non autem quod illarum miniſtri fuerint, quia hi ſolum voces & tonitrua percipiunt quæ fugiunt, illi autem ſermonem percipiunt, cuius ſententiam calleant, & executuri tradant, nec mirum, quia hi Iudæorum rebelles, in quorum animis Dei verba inſtar vacui ſoni habentur:
S. Ambroſ. Obſeruatio eſt D. Ambr. in prœm. Lucæ, *Populus videbat vocem Domini, in Euangelio autem non vox, ſed illud quod præſtantius eſt voce, verbum* C *videtur, nec etiam viderūt, ſed etiam miniſtri fuerunt, intentio viſionis, actionis eſt miniſterium*, qui mūdo & vitijs renuntiat in Euangelio, vt Chriſtum ſequeretur, hic non ſolum voces, non ſolū ſonos, ſed clara & patentia Dei verba percipit, & inde ad opera peruenit, & miſeri illi quibus verba Dei, ſermones Dei, non ſermones, ſed aëris percuſſi ſonitus, ſed nubis tonitrua videntur.

Infimæ virtutis homines in hoc viuent, ſi percipiendæ paſtoris voci incumbant.

201. *Cunctus autem populus videbat voces, & lampades*, qui nihilominus perculſus timore ſtetit longe, ſed Moyſes admittitur ad montis cacumen, in quo verba Dei excipit, penetrāt caliginem in qua Deus ſubſiſtit, at plebeia multitudo, cur vt infirma non admittitur? imo in eo D vita cuiuſlibet popularis, & infimi hominis conſiſtit, quod numini non appropiet, ſed ſolum voci audiendæ, & percipiendæ incumbat: rem
S. Gregor. Nazian. his verbis affert D. Greg. Naz. orat. 29. *Primū igitur ex ipſo Moyſe audio, quo tempore oracula ei Deus credebat, quamuis ad montē multi addicti eſſent, inter quos etiam Aaron erat cum duobus filijs, uſque cum ſacerdotibus, tamen cæteros omnes eminus adorare iuſſos: Moyſem autem ſolum ad eum propius acceſſiſſe, populum vero ne ſimul quidem aſcendiſſe, atque alios fulgura, tonitrua, tubarum clangor, & mons fumo circumfuſus, & horrendæ comminationes atque huiuſmodi terrores deorſum ſiſtebant, adeo vt ipſi præclare ſecum agi arbitrarentur, quod vel ſolam Dei vocem audirēt:* Pendeam quo præclariſſimū beneficium plebeij

accipiunt, nimirum quod ſolum Dei vocem audirent, nunquam enim non cautum fuit, & maximè timendum homini infimæ virtutis aliud ſublimius ſpectare, quam vt vocem Dei audiat, & ei obediat.

Cui perfecta fides & munditiæ cordis, Deus apparet.

Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & quid amplius: videbat montem fumātem, montem nigris fumi nebulis obſcuratum: verum cum Dominus apparuit Moyſi in rubo, ait textus quod in flamma ignis ei apparuerit, non fumantem vidit rubum, ſed clariſſimam ignis flammam in qua Deus ei apparuit: cur ſolum populus de lampadibus flāmas vidit fumo ſubobſcuras, Moyſes autem rubum igne ſplendido cōſpicuum? plane non populus, ſed Moyſes formata pollebat fide, cuius oculis fide firmatis & mundatis, vel ipſa rubi humilitas clariſſimos reddit ſpledores. Siſtendo verba Ruperti hanc mentem firmantis, ſic enim ait lib. 3. in Exod. c. 33. *Populus intelligebat eū qui voces formabat, Deum non videbat, nec vero lampades tantum mi-* C *cantes, ſed & montem fumantem videbat, quia videlicet non erat in omnibus integritas fidei, vel perfectio timoris Domini*, quia Moyſes perfectus fuit, & ideirco flammam in rubo ſine fumo vidit, ablatis fumi nebulis rubus radiante clareſcebat Moyſi ſplendore, Moyſi inquam cui perfecta erat fides & cordis mundities. 202. Rupertus.

Verba Dei operibus fœcunda.

203. *Cunctus autem populus videbat voces*, mirum ſane, quod voces poſſint videri, cum non ad viſum, ſed ad auditum pertineāt: cur ergo à Moyſe non dictum populū voces Dei audijſſe, fulgura autem vidiſſe? nonne Dei voces erant? non mirum igitur quod videātur, fœcundæ enim ſunt effectibus & operibus, quia ex parte poſſunt oculis excipi: iuuat hunc ſenſum Philo Iudæus lib. de Decal. *Vox è medio flammæ ſuperne ueniē-* Philo Iudæus. D *tis horrendum inſonuit, diſerta & articulata iuxta communem captum auditorij. tam manifeſte ſe ingerens, vt videre magis quam audire ſe putarent, ſicut in lege ipſa ſcriptum legimus, vniuerſus populus videbat vocem apertiſſime, humana enim vox auditu, diuina viſu percipitur, quare quia quæcumque Deus dicit non verba ſunt ſed opera, quorum iudicium non tam eſt penes aures, quam penes oculos.*

Dei præcepta aurum igne examinatum.

204. *Cunctus autem populus videbat voces & lampades*, Oleaſt. *& faces* Arbitratur cit. Philo voces illas è flamma prodijſſe, ſicut cum Deus loquebatur Moyſi ex rubo igneo: nomine autem vocum non ſolum intelliguntur tonitrua, quæ dicūtur voces Dei, ſed etiam præcepta. Sed cur è flammis exeunt? benè præfatus Philo, Præ Philo Hebr.

dignitate rei dicitur è flamma vox procedere, probata ſic enim Dei præcepta, velut aurum igni examinatum.

Dei præcepta mentem illuminant.

205. *Cunctus autem populus videbat voces*, vox quidem, vt omnibus conſtat, non videtur, quomodo ergo ſapientiſſimus Moyſes ait, voces Dei à populo viſas? nonne huiuſmodi voces erant præcepta? quid mirum igitur, ſi videri dicantur? ſunt enim lumina quæ mentibus noſtris videnda conijciuntur. Præſtat hic audira
S. Baſilius. D. Baſil. Pſalm. 28. orat. 2. *Vox vero illa quæ ad populum facta eſt, ei viſio erat, hoc eſt cognoſcibilis, & omnibus intellectu comprehenſibilis, non enim colore aliquo colorata erat, & circumſcripta erat vox iſta, vt ore prolata vox percipi poſſet oculis, ſed videbat populus vocem, propterea quod* B *præceptum Domini lucidum eſt illuminans oculos*, quæ præcepti vox & patet auribus, & patet oculis, quia ſimul lux, nunquam enim non venit cum diuinis præceptis ea lux quæ illuſtret & illuminet hominem.

Vox Dei mente perſpicitur.

206. *Totus autem populus videbat voces*, non congruit hæc elocutio, vt magis vox viſa quam audita credatur, vox enim quid eſt niſi ſonus, qui non oculis cernitur, ſed aure percipitur? non arguendus Moyſes quod hac phraſi vſus fuerit, quodque pro auditu viſum poſuerit, vox enim mentis oculis conſpicitur: Sic philoſo-
S. Ambroſ. phatur B. Ambr. in præf. Euang. ſecũdum Lucam, *Altiſſimo ingenio volens declarare Moyſes, quia vox videtur Dei, interioris enim mentis ob-* C *tutu videtur.*

Detractor videt auribus, quæ in alijs notat vitia.

207. *Totus autem populus videbat voces, & lampades, & ſonitũ buccinæ*, Hebræorum populus dicitur vidiſſe voces & ſonitum buccinæ: verum vt diximus, voces non videntur ſed audiuntur, ſed pro audierũt ſcriptum eſt viderunt, ſed eſto loco verbi *videbat* ſubſtituatur audiebat, eadẽ exoritur difficultas loci, vt præclare aduertit hic Strabus, quia ſi dicatur (inquit) populus audiebat vocem, & lampades, & montem fumantem, & vocem tubæ, quæſtio maior oritur, quomodo audiebat lampades, & montem fumantem, quod pertinet ad ſenſum videndi? præſtat ergo dicere populus videbat, & merito, D nam nõne hic populus Iudæorum deditiſſimus
Exod. c. 14 erat detractioni? nam c. 14. vociferans omnis turba, murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron, illud vitium tanquam ei commune obijcit
Iudith. c. 8. Iudith. c. 8. verſ. 24. improperium murmurationis contra Dominum protulerunt: quid mirũ igitur, ſi dicatur de eo quod videat id quod auditus obiectum eſt? quia detractor videt auribus, quæ in alijs notat vitia, quia quælibet ſuſpicio, quã detractor odorat defectum aliorum, oculis videre exiſtimat. Quod ſatis curioſe ob-
Tertull. ſeruari poteſt in Tertull. lib. de Anima c. 10. qui ſic ait, *Perſonarum culices ne in tenebris quidem aurium cæci*, culices ſtrepitant, dormientes pungunt acerbe, nec in noctis tenebris cæcas habẽt aures, aureſne culicibus pro oculis ſunt? culices videntne auribus? planè euertitur Philoſophia,

A non Philoſophia Moralis, & Ethica, nam quibus innatum eſt alios pungere, mordere, laceſare verbis, ne in tenebris quidem ſunt aurium cæci, quantumuis dubium ſit, & caliginis plenum quod in aliqs dicitur, ita firmiter aſſentiuntur, ac ſi oculis perſpicuè viderent (viſus enim certius & euidentius percipit obiectum) cernere ſibi videntur quæ audiunt, & vt vno verbo dicam, auribus vident, non in tenebris quidem ſunt aurium cæci.

Quos virtutis amor tenet, nec perterrefacit totus ignis inferni.

Totus autem populus videbat voces, & lampades, & montem fumantem, quid inde? perterriti ac pauore concuſſi, ſteterunt procul: vnde tantus timor? montem fumantem intuentur, au- 208.
B diunt voces, & ſonitum buccinæ percipiunt. Quæſo fornacẽ Babylonicam incenſam a Nabuchodonoſore perpendamus, inceditur aduerſus eos, qui aureæ ſtatuæ adorationem contemnerent, nihilominus inueniuntur tres pueri Hebræi, qui non verentur mitti intra ardentiſſimam fornacem, cuius in medio ambulantes cernuntur, ait enim Daniel 3. Et conteſtim Daniel 3.
illi viri vincti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis, & veſtibus, miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis. Et quomodo ſoli tres pueri non verentur mitti in medium horrendiſſimæ fornacis ardẽtis, & vniuerſus Hebræorum exercitus, vel ad radices fumantis montis accedere refugit? cur ô popule innumere, ſic à fumo refugis? en tres pueri fornacem ardentẽ non verentur? ſane tenebat Hebræum populum C non amor, ſed timor, nam vt bene auctor Moyſis viatoris lib. 8.

Semineces horrore tribus cecidere retrorſum,
Conſpectaque hebetes oculos à morte retorquẽt,
Legis in obſequium, & tam decretiora iuſſa
Suadet enim legem pœnæ formidine terror.

At tres pueros amor non timor tenebat, qui autem virtutis amore tenentur, nec fornacis ardentis ignibus, imo nec totius inferni flammis mouentur: hinc pulchrè cecinit Sedulius lib. 1. Sedulius.
Paſch. inquiens de pueris illis.

--- Medios traduntur in ignes,
Nil ardente rogo tantoque ardore calentes,
Cordis imaginea vincunt incendia pœnæ,
Igne animi.

Sane qui intus amore Dei, amore virtutis calebant, externos tormentorum aculeos ridebant.

D *Voces Dei potius videntur quam audiuntur propter earum certitudinem.*

Cunctus autem populus videbat voces, aliqui arbitrantur minus bene dictũ voces viſas, cum ſolum poſſint audiri, ſed certè falluntur, voces enim Dei potius videri debent, quam audiri, propter earum certitudinem: quid enim certius quam quod ore Dei profertur? tum etiam quia verba Dei nunquam deliteſcũt, nunquam abſconduntur, ſed publice omnibus exponuntur viſenda; ille enim qui fidem infringit occultat promiſſionem ſuam, & celat verba, Deus autem qui ſemper complet promiſſa, verba ſua omnium conſpectui obijcit: excipe Clement. Alex. lib. 6. Strom. *Vides quemadmodum vox Dominica, verbum expers figuræ, verbi virtus, verbum Domini lucidum.* Clemens Alexand.

The number 209 is printed in the right margin beside the paragraph beginning "Cunctus autem populus videbat voces, aliqui".

VARIET. LECT. Verſ. 19. & 20.

V*Vlg.* Dicentes Moyſi, loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.

Cald. Loquere tu nobiſcum & obediemus, & non loquatur nobiſcum verbum à facie Domini, ne forte moriamur.

Sept. Ne moriamur.

Vulg. Et ait Moyſes ad populũ, nolite time- A re, vt enim probaret vos Dominus, venit, & vt terror illius eſſet in vobis & non peccaretis.

Sept. Fidite, propterea enim venit Deus tentare vos, vt ſit timor eius in vobis, ne peccetis.

Cald. Ne timeatis, quia vt probaret vos Domious reuelata eſt gloria Dei, & vt ſit timor eius ſuper faciem veſtram, vt non peccetis.

Aug. Eſtote cunſtantes.

CONCORDIA.

IN paucis differunt hæ verſiones, Sept. habẽt vt tentaret vos; Vulg. & Cald. vt probaret & vos, in Hebr. autẽ eſt לבעביר בכות אתכם verum quis neſcit, hic tentare, ſumi pro probare? Dei enim tentatio eſt noſtra probatio, dæmonis autem, noſtra perditio eſt; omiſerunt Septuag. *ne forte*, ſed ſenſus non immutatur.

EXPOSITIO.

D*Icentes Moyſi*, per ora primatum, *loquere tu nobis*, & doce quæ facere debemus, & *audiemus*, obedientes præceptis tuis, *non loquatur nobis Dominus*, quãdoquidem in tanta maieſtate locutus eſt, *ne forte moriamur*, præ pauore & tremore, qui nobis ex tot ſignorum viſione prouenit, *nolite timere*, nempe mortem temporalem, quam timetis euenturam vobis ex al- B locutione diuina, *vt enim probaret vos*, & notum faceret vobis ipſis, qualiter vos exhiberetis in præſentia eius, an ſcilicet debita cum reuerentia, & animi promptitudine ad obediendum, an ſecus, idcirco enim cum tanta maieſtate venit Deus, *& vt terror illius*, quo mediante declinatur à malo, *eſſet in vobis, & non peccaretis*, nõ autẽ venit vt eo ſpectro interficeret vos.

CONCEPTVS.

Deus in hominem miſericordem illapſus, neſcit non miſereri omnium.

210. *Tu loquere nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus*, quid intererat quod loqueretur Dominus, vel loqueretur Moyſes? nonne & in Moyſe ipſe ſpiritus Domini loquebatur? equidem & in Moyſe loquebatur Dominus, ſed Dominus in adeo miſericordi & pientiſſimo viro exiſtens, non poterat inde vitam & miſericordiam non inſtillare. Non diſſonat ab hac mente quod dicit D. Ioan. Chryſoſt. hom. de Dauid, & Goliath, *Saul Dauidem perſequitur innocentem, Dauid vero traditum ſibi illæſum exhibet peccatorem, & vt in Dauide ſanctus Spiritus miteſceret*, quaſi diceret, ille Dei ſpiritus tam iuſte in reprobum hominem irritatus, vbi in Dauidis pientiſſimi viſceribus hæſit, non potuit inde non miteſcere, & plena miſericordiæ flamma irrorare: ita ſimiliter ſpiritus Dei, qui terrorem Iſraelitis incutiebat, in manſuetiſſimo viro exiſtens, totus in lenitudinem & ſuauitatem conuertitur.

S. Chryſoſt.

Affectus exiguus efficit, vt Dei verba timeamus.

211. *Loquere tu nobis, & audiemus*, perterriti enim & timore concuſſi ſumus Deo nobis loquente, ſi verba Dei illuminant, & intellectũ dant paruulis, quomodo his auditis, tanto timore corripiuntur, vt iamjam ſibi mortem imminere arbitrantur? quid mirũ ſi exiguo in Deum amore ferebantur, cuius verba nec ſuſtinere, nec cõcipere permittit? mens eſt Thomæ Ang. lect. 4. c. 12. epiſt. ad Hebræos, *Vox illa verborum ſignificabat multitudinem præceptorum, verborum inquam Dei per ſubiectam creaturã, ſcilicet per Angelũ ad Galat. 3. ordinata per Angelos in manu mediatoris, Deus enim per Angelos ibi loquebatur, quæ omnia ita terribilia fuerũt, quod illi qui hanc vocẽ audierunt excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbũ: vnde dicitur in Exodo, perterriti, atque timore fuerunt percuſſi, & ſteterunt procul dicentes Moyſi loquere tu nobis, & audiemus, &c. Cauſam autem huius excuſationis ponit Apoſt. quia verba Dei nõ poterant portare, vnde non portabant, id eſt non ſuſtinebant quod dicebatur Deut. 5. Quid eſt omnis* C *caro vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquatur, ſicut audiuimus, & poſſit viuere? tunc autem dicuntur non portari verba Dei, quãdo vel intellectu non capiuntur, vel excedunt affectum.*

S. Thomas. Ad Galat. 3. Deuter. 5.

Facilius iniuriæ in Deum, quam in prælatum remittuntur.

212. *Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis, ne forte moriamur*, hæc dicente populo, & diuinam vocem audire renuente, nullum ſtatuitur in eos ſupplicium, imo encomium longe maximum confertur, dicente eodem ad Moyſen, benè omnia ſunt locuti, Deut. 5. Cur Deum audire nolentes, non ſolum ab eo non puniuntur, imo laudibus efferuntur, cum tamẽ Prophetam à Deo conſtitutum audire renuentibus, grauiſſimæ pœnæ conſtituuntur? Deuter. 18. D dicitur, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem ſui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi, qui autem verba eius audire noluerit, ego vltor exiſtam. Quomodo vltor exiſtes eorum, qui Prophetam tuum audire noluerint, cum verba tua audire nolentes, amplecteris? diceniosne Deum facilius iniurias in ſe commiſſas remittere, quam in ſuos ſiue Prælatos, ſiue Prophetas? quid ni? ſic teſtatur Clemens Alex. *Rem dicturus ſum mirabilem, ſed inde omnino ne hæſites; expedit in Deum magis peccare, quam in ducem noſtrum, nam ſi Deum ad iracundiam prouocaueris, dux noſter illum reconciliare poteſt, ſi vero ducem illum perturbauimus, nullum habebimus, qui nobis illum propitium faciat.*

Deuter. 5. Deut. 18. Clemens Alexand.

Si Deus populo dilecto legem daturus timorem incutit, qualem non inferet malos iudicaturus? A

213. *Loquere tu nobis, & audiemus, nō loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*, ecce inter populum & Deū Moyſes intercedit, ſtatque ne quid mali contingat, qua de cauſa? ab omni timore liberi deberēt eſſe, tamē ita eos percutit, ac illa perterruit maieſtas, vt nollent Dominū audire loquētē, morte iam iam extimeſcētes ſi audirēt: imo, quod maiori dignū erat admiratione, tāta erat Dei maieſtas, vt etiam & ipſi Moyſi terrorem timoremque incuteret: teſte Apoſt. Heb. 11. Hebr. 11. exterritus ſum, & tremebundus, & tamen amicus deſcenderat Dominus, non vt iudex, non vt vltor, ſed vt præceptor ad eos inſtruendos: quo non obſtante, cum tanta acceſſit maieſtate, vt B eum nec populus, nec Moyſes ipſe Dei ſeruus fidelis poſſent tolerare: quid hoc eſt: niſi vt intelligas, quod ſi Deus populo dilecto legem daturus, timorem incutit, qualem non inferet malos, iudicaturus? hoc grauiter annotauit Greg. S. Gregorius Mag. Mag. lib. 9. Mor. cap. 21. *Quam incomprehenſibilis ſit atque inconſiderabilis illa magnitudo, qua in ſecunda oſtenſione venturus eſt Chriſtus, bene vtrumque perpendemus, ſi primi aduentus pondera ſollicita conſideratione penſamus; cum enim moriturus diceret quem quæritis? & vocem ſolummodo mitiſſima reſponſionis ederet, dicens, ego ſum, armatos perſecutores ſuos protinus in terram proſtrauit: quid ergo facturus eſt cum iudicaturus venerit, qui vna voce hoſtes ſuos perculit? etiam cum iudicandus venit, quod eſt illud iudicium quod immortalis egerit, qui vna voce non potuit ferri moriturus, quis eius iram toleret, cuius & ipſa non potuit manſuetudo tolerari?* C

Regia maieſtas timoris incuſſiua.

214. *Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*, ſi vox Dei viuificat, ſi ex nihilo omnia producit, quomodo ea audita, dicunt ſe morituros? quia ſi regia maieſtas viſa vel audita timorē incutit, quanto magis diuina? *Conſidera*, inquit Cajet. Cardin. Cajet. *quod homines qui nunquam regem viderunt, ſeu imperatorē, ſi coram maieſtate regia tanquam allocuturi veniunt, præſente regia maieſtate, & alloquente tremerent omnes: experientia enim teſtatur quotidiana, inſolitos pauere ac tremere: multo minus præſentiam Dei colloquentis in maieſtate, tot ſignorum terribilium verba ſufferre abſque pauore & tremore poterat populus.* D

Deus probando tentat, diabolus euertendo.

215. *Loquere tu nobis, & audiemus*, Deum loquentem audire renuunt, quibus Moyſes, *nolite timere, vt enim probaret vos venit Dominus*. Sept. *Propterea venit Deus tentare vos*, cur vbi agitur de tentatione Dei erga ſuos, vtitur ſacer contextus hac phraſi, *vt tentaret vos*? quia in hoc differt Deus à diabolo in ſuis tētationibus promouendis, quod Deus tentat, ſed probando, S. Ambroſ. diabolus autē euertēdo. Sic B. Amb. in epiſt. 2. ad Corinth. c. 3. *Omnis probatio tentatio eſt, non tamen omnis tentatio probatio, ſi enim Deus tentare dicitur probatio eſt, ſi autem diabolus tentare dicitur, tentatio eſt, quia euertere nititur, & homo aliquando tentat vt probet, aliquādo vt capiat.*

Quæ à voce Dei verba & voces intolerabiles videntur, ea à Chriſto prolata, nobis ſuauia redduntur.

Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ecce vt correpti timore Iſraelitæ, Dei colloquium ab ipſius ore audire detrectant, quorum mentem cum Moyſes Domino retuliſſet, non exaſperatur, imo ſermonem acceptat, Chriſtumque Dominum pollicetur, cuius verba ſibi grata forent. Sic enim teſtatur Deut. 18. bene omnia ſunt locuti, Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorū, ſimilem ſui, & ponam verba mea in ore eius: quid hoc eſt? nonne referente Moyſe, audiſti plebem tua verba nolle admittere ab ore tuo prolata, quaſi in eo mortē haberet? cur ergo ais, ponam verba mea in ore eius cuius? ſane mediatoris. Nonne ſimiliter in ore eius poſita timorem inferent eis? minime, quia voces quæ ab ore Dei prolatæ terribiles, imo & intolerabiles videntur, poſitæ in ore Chriſti mediatoris dulceſcūt, noſque confirmant. Mentem noſtra explicat S. Ephrem. orat. de transf. *Ad hanc vocem Apoſtoli proni ceciderūt in terram, erat enim tonitru terribile, quamobrem voce eius terra tremuit, & ij ceciderunt, oſtendit eis patrem appropinquaſſe; voce etiam ſua eos Ieſus excitauit, quomodo enim vox patris eos deiecit, ſic etiam vox filij in virtute ſuæ diuinitatis eos fecit ſurgere:* quomodo vox patris eis timorem incutit, vox Chriſti confirmat & eleuat. 216. Deut. 18. S. Ephrem.

Timor Domini à peccatis reuocat.

Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, quos titubātes confirmat Moyſes, eiſque reddit rationem, cur tanta cum maieſtate eis loquitur, vt ſcilicet, *terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis*. Nonne ſatis eſſet dixiſſe, vt terror illius eſſet in vobis? cur additum vt non peccaretis? recte equidē, quia timore Domini à peccatis reuocamur, *Abſtinentiā à malis*, inquit Clemēs Alex. lib. 7. Strō. *operatur qui timet*. Et D. Amb. lib. 1. Hex. c. 4. *Qui timet Dominum declinat errorem, & ad virtutis ſemitam vias ſuas dirigit, niſi enim quis timuerit Dominum non poteſt renuntiare peccato.* 217. Clemens Alexand. S. Ambroſ.

Timor Dei radix conſtantiæ in tentationibus.

Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, ecce vt timore mortis concutiantur, quem timorem appellat Moyſes tentationem ſecundum Sept. editionē, propterea enim venit Deus tētare vos: quomodo victores fiēr huius tētationis? quomodo ab ea euadēt liberi? attente conſidera quid ſubijcitur, propterea venit Dominus vt terror illius eſſet in vobis: quaſi diceret, ſi timore mortis cōcutimini, ſi ante oculos mors eminet, facile hac de tentatione triumphum ref[illegible]s, dūmodo in vobis inſit timor Domini, qui in tētationibus repellendis nos cōſtantes efficit. Fauet Lactant. lib. 6. de vero cultu, *Nemo dubitat quin timidi & imbecillis ſit animi, aut dolorem metuere, aut egeſtatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem, quæ omnia quiſquis non exhorruerit fortiſſimus iudicatur, qui autem Deum metuit, illa vniuerſa non metuit*: nō diſſentit B. Cyrill. lib. 2. 218. Lactant.

in Iſa. c. 12. *Tenendum eſt animam Dei timore, velut muro obſeptam fortem eſſe, & quodammodo inuictam, & vires eorum qui manus cum ea conſerunt, expugnare.*

A timore ſeruili reuocamur, ad timorem filialem inducimur.

219. *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur.* Hoc timore mortis perculſos ſic alloquitur Moyſes, nolite timere, & nihilominus ſubijcit, vt probaret vos Dominus venit, & vt timor illius eſſet in vobis, ſi à timore eos reuocas ô Moyſes dicens, nolite timere, cur ſubiúgis, prætetea venit Dominus, vt timor eſſet illius in vobis? quia à timore ſeruili eos reuocabat, & ad aliũ, nempe filiale inducebat: ad hũc prouocabat D. Bern. Ogeriũ

S. Bernard. Canonic. Regularem epiſt. 87. *Vides certè quẽ timorem tibi inducere nitor, non qui tibi laqueus ſit deſperationis, ſed qui ſpem acquirat beatitudinis, talis timor generat, nutrit, & ſeruat humilitatem, ſed manſuetudinem, ſed patientiam, ſed longanimitatem, quẽ non delectat tam inclyta proles? alterius vero miſero ſoboles eſt pertinacia, immoderata triſtitia, rancor, horror, contemptus, & deſperatio.*

Deus timore percellit nos, non vt moriamur, ſed vt viuentes legem eius ſeruemus.

220. *Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur,* vt tantum timorem cohiberent, perſuadet his verbis Moyſes nolite timere, vt enim probaret vos Dominus, venit, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis: ſuadet vt non timeant, & nihilominus vult eos percelli. Quid hoc eſt? an contraria cõſulit? nequaquam, ſed docet Deum metu non concutere eo fine, vt miſere pereamus, ſed vt viuentes, legem eius conſeruemus. Sic habet auctor Moyſis viatoris lib. 8. Auctor Moyſis viatoris.

Hoc agitur tanto ſtrepitu, mundique fragore
Vt Dominũ timeamus, & hic nos denique ſeruet
Incolumi cum lege timor.

Deus nos probat non vt aliquid de nouo addiſcat, ſed vt quales ſimus, nobis innoteſcat.

Loquere tu nobis & audiemus, non loquatur nobis Dominus ne forte moriamur eos Moyſes conſolaturus dixit, nolite timere, vt enim probaret vos, venit Dominus. Quid? nonne omnia ſunt Deo notiſſima? nonne cordium ſcrutator eſt? cur ergo ideò timorem incuſſiſſe, vt eos probaret, aſſeris, cum nihil ſit ei incognitum? probat nos equidem Deus, non vt aliquid de nouo addiſcat, ſed vt quales ſimus, nobis innoteſcat: docet Aug. quæſt. 74. *Sic illi cohibendi fuerunt à peccatis vtique timendo, ne pœnas ſenſibiles paterentur, quia nondum poterant amare iuſtitiam, & in hoc erat eis tentatio à Domino, quia probabantur, vt appareret cuiuſmodi eſſent, non vt Deo notificarent quem non latebat qualeſcumque eſſent, ſed vt inter ſe ac ſibimet noti forent.* 221. S. Auguſt.

VARIET. LECT. *Verſ.* 21. 22. & 23.

Vulg. Stetitque populus de longe, Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus.

Sept. Intrauit caliginem vbi erat Deus.

Cald. Moyſes acceſſit verſus caliginem, vbi erat gloria Dei.

Vulg. Dixit præterea Dominus ad Moyſen, hæc dices filijs Iſrael, vos vidiſtis quod de cœlo locutus ſum vobis.

Sept. Dixit autẽ Dominus ad Moyſen, hęc dices domui Iacob, & annuntiabis filijs Iſrael.

Vulg. Non facies Deos argenteos, nec aureos Deos facietis vobis.

Sept. Non facietis vobis ipſis Deos argenteos.

Cald. Non facietis coram me.

Pag. Non facietis mecum.

CONCORDIA.

Nihil refert quod in Hebræo ſit עמדי himmachem *vobi, cum*, & in Cald. coram me, idem enim eſt omnium ſenſus: quod addiderint Sept. hæc dices domus Iacob, nihil refert.

EXPOSITIO.

Stetitque populus de longe, in eodem enim manſit, in quo ſteterat retrocedens aliquãtulum à terminis conſtitutis, *Moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat Deus*, non ſolus acceſſit, ſed ſimul cum Aarone, *Vos vidiſtis quod de cœlo locutus ſum vobis*, vidiſtis non interioris mentis obtutu, ſed etiam manifeſta ſenſuum perceptione, *de cœlo locutus ſum vobis*, id eſt de nube quæ erat in aëre, qui phraſi Hebraica etiã dicitur cœlum, *non facietis Deos argẽteos*, vt eos vna mecũ colatis, nec Deos aureos facietis vobis, qualia ſunt gentium ſimulachra.

CONCEPTVS.

Chriſtus Deum patrem oſtendit manſuetiſſimum peccatoribus.

Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus, aliàs audiuimus voluiſſe ad Deum accedere, qui & ex nube loquebatur, & audiuit, ne appropies huc, vtrumque locum componamus: hic

Exod. 3. accedit Moyſes ad caliginem in qua erat Deus, nec illi impeditur acceſſus, ibi accedere cupit ad ignem, in quo erat Deus, & cohibetur diuina voce, illicque negatur omnino acceſſus: cur ibi negatur Moyſi acceſſus ad Deum? vt reſeruetur Christo, hîc autem liberum eſt Moyſi ad Deum accedere: ſane hîc res erat iudicij, plena timoris, vbi & fulmina, & tonitrua, & buccinæ ſonitus, & nubes venientis iudicis, & iniquitatum vltoris repræſentabant rigorem, ſeueri autem iudicis portæ patentiſſimæ, nullique vel reo, vel accuſatori non patet introitus. Sed cur prohibetur accedere ad Deum in rubo? hanc reddit rationem Cyrill. Alex. lib. 2. de Adoratione, *Prohibetur*, inquit Moyſes, *ne accedat ad*

A *Deum, ne apropies inquit huc, nec illa ex Moyſis lege viuendi ratio eam facultatem habebat, quæ ſatis admodum eſſet vt hominem ad Deum perducere poſſet, Chriſtus enim nos illi exhibet:* in rubo ergo vbi res benignisſimi parentis agebatur, adeo vt ignea natura Dei ſic manſueſceret, vt nec rubo ſenticoſo vim afferret, quin potius & herbarum & foliorũ foueret virorem: tantam igitur Dei parẽtis benignitatem videre & prædicare non permittitur Moyſi, ſed Chriſto reſeruatur, qui ſolus Deum oſtendit manſuetisſimum patrem peccatoribus: & quidem de apparitione Dei in rubo locutus Lipp. *Ibi, ait, dumoſa & ſpinoſa manebat quaſi ab igne potius nutriretur, ea autem forma Deus amicis ſuis apparet,* quando rubus Deum in igne altorem, & nutritorem repræſentabat in amica, & paternali forma, merito prohibetur, quia ad patrem Deum nemo accedit, niſi per Chriſtum, niſi qui Chriſtum in ſe prætenderit. Lippom.

Deus inacceſſibilis ſed non omnibus.

223. *Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus,* nonne inhabitat lucem inacceſſibilem? quomodo ergo Moyſi datur acceſſus ad eum in caligine, quæ ſecundum Dionyſium eſt inacceſſibile lumen? eſt ergo idem quid lumen inacceſſibile & caligo, verum caligo eſt, in quantum non videtur, lumen vero in quantum videtur: ſed aliquid eſt inuiſibile dupliciter, vno modo propter ſe, ſicut opaca, alio modo propter excellentiá alicuius, & ſic nobis Deus eſt inuiſibilis: ſed quomodo inacceſſibilis, cum Moyſes ad eum

S. Thomas. accedat in caligine? bene D. Thomas lect. 3. in c. 6. 1. ad Timoth. *Si intelligatur de apprehenſione ſic abſolute, verum eſt etiam de Angelis, quia ſolus Deus comprehendit ſe, ſi autem de viſione quæ attingitur, ſic intelligitur tripliciter, vno modo, nemo videt oculo corporali, alio modo ſecundum eſſentiam, oculo mentis viuens in carne niſi Chriſtus.* C

Exod. 33. Matth. 16. *Exod. 33. Non videbit me homo, Matth. 16. Caro & ſanguis non reuelauit tibi, cognoſcibilis autem eſt hic per gratiam, & in futuro per gloriam.*

Non omnibus datum eſt noſſe Dei myſteria.

224. *Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus, populus autem à longe ſtabat,* ingrediatur ſimul cum Moyſe auditurus ea quæ loqueretur Deus ſoli Moyſi, ſoli amico hoc conceditur, non autem omni populo; non enim omnibus conceſſum eſt Dei myſteria noſſe, *Moyſes ſolus ingreſſus eſt,* inquit Hieron. in Pſal. 96. *in montem Sina in caligine,* Greg. Niſſ. lib. de vita Moyſ. *Multitudo vocem illam audire non potuit, ſed cõmiſit Moyſi, vt ipſe per ſeipſum ſecreta illa perciperet, populumque poſtea doceret, quæcumque diuina doctrina didicerit: id quoque in Eccleſia totum fieri videmus, non enim permittitur omnibus ad cognitionem myſteriorum ſe ipſos intrudere, ſed eligitur vnus è multis rerum diuinarum capax, cui cæteri auditum cum obedientia præbeant, illud ſibi credendum faciendumque putantes quod ab eo qui initiatus eſt audiuerint.* D

S. Hieron. S. Gregor. Niſſen.

Deus ad ſui cognitionem & cultum excitat.

225. *Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus,* qui talia populo referre iuſſit, *vos vidiſtis, quod de cœlo locutus ſum vobis,* nonne ſatis erat referre quod eis locutus fueris, vt præceptorũ tuorum rationem haberent? cur addidiſti de cœlo? vt loquentem Deum cœlorum eſſe intelligerẽt, ſicque in ſuam cognitionem, & cultum adducerentur: annuit Cajet. *Commemorandam hanc viſionem præcipit, vt hinc perpendant, quod ipſe quem colunt eſt verus Deus, Dominus cœlorum & terræ, & quod Moyſi non ſunt artes & figmenta, ſed diuina opera quæ ipſi ad ſenſum viderunt, non enim fingi poteſt quod fuiſſet opus Moyſi, quod vos vidiſtis & audiſtis loquentem, ſcilicet me de cœlis vobiſcum, ita vt omnes intelligeretis ſermonem meum decem præceptorum.* Cajet.

Prohibet pretioſiora Deus, vt à vilibus reuocet.

B *Moyſes acceſſit ad caliginẽ in qua erat Deus,* qui populi propenſionem ad idololatriam præuidens, hoc reiterat præceptum de non adorandis dijs alienis, ait enim, non facies Deos aureos, aut argenteos: nonne prohibuiſti alienos Deos coram te habere? cum autem eiuſmodi ſimulachra fiant ex aliqua materia lignea, argentea, vel aurea, quid neceſſe fuit ſpecialem deorum mentionem aureorum facere? neceſſe fuit, nam pretioſiora prohibens à vilioribus eos reuocabat, mens eſt B. Aug. in Pſal. 113. *Sunt quidem & ærea, & lignea, & fictilia ſimulachra, & huiuſcemodi alterius alteriuſque materiæ, ſed pretioſum eorũ maluit commemorare Spiritus ſanctus; quia cum in eo quiſque quod illi charius eſt erubuerit, multo facilius auertitur à veneratione viliorum; nam dictũ eſt alio loco ſcripturarũ de ſimulachrorũ cultoribus, dicentibus ligno, pater meus es tu, & lapidi tu me genuiſti: ſed ne ſapiẽtior videatur, qui hoc non ligno & lapidi dixerit, ſed auro & argẽto, huc aſpiciat ſimulachra gentium argentum, & aurũ, non abiectum aliquid & aſpernabile nominatũ eſt, & ei quidẽ animo qui terra non eſt, terra eſt, & aurum & argentum, ſed ſpecioſior atque fulgẽtior, ſolidior atque firmior: noli ergo addere manus hominum vt ex eo metallo, quod facit verus Deus, velis facere falſum Deum, imo falſum hominem, quem pro vero venereris Deo, quem quiſquis pro vero homine in amicitiam reciperet, inſaniret.* 226. S. Aug.

Qui cum Deo deſiderat eſſe, ab omnibus terrenis ſe ſeparet.

Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus, populo à longinquo ſtante, cur populũ timore perculſum deſeris? in eius comitatu mane, vt titubantẽ confirmes: à populo ſe amouet, vt ad Deũ aſcendat, qui enim Dei ſocietatẽ anhelat, ab omnibus his terrenis ſe ſeparare debet: fauet B. Greg. Niſſ. in lib. de vita Moyſ. longe à princip. *Ad penetralia diuinorum ingreſſus, nec Iudæis amplius viſibilis, ſolus erat cum inuiſibili, vt nos inſtrueret his geſtis, (vt arbitror) quod oporteat ſi quis velit eſſe cum Deo, omnia hæc quæ videntur contemnere, & mentem ſuam ad inuiſibile atque incomprehenſibile, quaſi ad ſummitatem montis dirigere, ibique Deum credere quo cogitatio peruenire non poteſt.* 227. D S. Gregor. Niſſen.

Propria ignorantia cognitionem ſequitur Dei notitia.

Moyſes acceſſit ad caliginem in qua erat Deus, viſum Deum à Moyſe media luce, cur nunc 228.

A autem media caligine? cur hic ordo? dices quia pietatis notitia, vbi primum aliquem cœperit continuo tranſit in lucem: ſed cur nunc media caligine, Deum conſpecturus montem conſcendit? quia media ignorátiæ quæ caligine denotatur, notitia, Dei cognitionem aſſequimur, hunc ſenſum fulciunt verba Procopij. *Mens* Procopiu, *ſpeculationi rerum diuinarum ducta ſubinde proficit & creſcit in viſione inuiſibilis Dei, iam relictis ſenſibilibus & intelligibilibus contendit, ad ſtabiliſſimum & ſolidiſſimum bonum, nec quærendi ſtudium & ardorem deponit, priuſquam aſſequatur inconſpicuum & incomprehenſibile bonum, fruaturque viſione Dei, vera enim Dei notitia eſt agnoſcere ſuam ignorantiam, quæ caliginem & tenebras apportare amat.*

Diuitiæ idola ſunt.

229. *Moyſes acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus,* qui præcauēs idololatriā populi illius, licet eam ſub priori præcepto iam inhibuiſſet, iterum eam vetat dicens, ne faciatis Deos aureos, nec argenteos: num Deus hic permittit ea ære conflare Deos, aut ea ligno dedolare, aut ex argilla fingere? quid? tota idololatriæ ſuperſtitio à pretioſa idoli materia eſt, & non à ſuperſtitioſo idoli cultu; an ab idololatria liber erit colens deos aureos, & non ligneos, aut fictiles? acute Philo Iudæus lib. 1. de Monach. ſic fatur. *Prohibet deos aureos & argenteos figurare, docens honores non conuenire diuitiis,* quaſi dicat Philo, Philo Deum diligentiſſime præcauere, ne diues idoli materiā illex ſit ad idololatriam, auariſſimi enim Hebræorum animi, quibus tanto in pretio ſunt opes, nimis inde procliues erunt ad adorandum, non figuram in idoli materia pretioſa, ſed materiam pretioſam in figura idoli, vnde ſi probe Iudæi noſcant idoli vanitatem, tamen ſi ex aurea vel argentea illud conflatum videant, vix poterunt ſe cohibere, quin ipſi aſſueti adorare diuitias, diuitem idoli materiam adorent.

B

VARIET. LECT. Verſ. 24.

Vulg. Altare de terra facietis mihi, & offeretis mihi ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras, & boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te & benedicam tibi.

Sept. Immolabitis ſuper illud holocauſta veſtra, & ſalutaria veſtra, & oues, & vitulos veſtros, in omni loco vbicumque annominauero nomen meum, *Aug.* ſupernominauero.

C *Cald.* Altare facies de terra coram me, & immolabis ſuper eo holocauſta tua, & ſacrificia ſanctificata tua de ouibus, & de bubus in omni loco, in quo habitare fecero gloriam meam, ibi mittam benedictionem meam, & benedicam tibi.

Onk. Altare facies de terra coram me ſuper quo immolabis victimas tuas ſanctas, in omni loco, in quo habitare fecero maieſtatem meam.

Pag. Altare terrenum facies mihi &c. in omni loco quo memorare faciam nomen meum.

Oleaſt. Mactabis ſuper illud holocauſta tua & integra tua.

Fortun. Sacrbus. ſacrificatorium ex terra facietis mihi.

Clem. Rom. Si feceris mihi aram ex terra facies.

CONCORDIA.

Licet dictio שלם perfectum eſſe & integrum denotat, neſcio qua de cauſa ait Oleaſt Oleaſt. melius verti, integra quam pacifica: quia inquit, huiuſmodi ſacrificia fiebant pro domus, & rerum integritate. Sed melius redditum *pacifica*: ſic enim omnes eo dempto transferunt, tum quia pacifica, erant hoſtiæ oblatæ pro pace & incolumitate domus, aut Reip. maiori autem cum proprietate, dicitur incolumitas quam integritas, hinc recte vertere Sept. pro pacifica veſtra σωτήρια ὑμῶν ſalutaria, altare autem vertit Fortun. ſacrificatorium, quia in eo fiebant ſacrificia.

EXPOSITIO.

Altare de terra facietis mihi, quamuis terræ D nomine, generali quodam vocabulo Latine comprehendantur, tam lateritia quæ fiunt ex terra igne cocta, quam etiam lapides, cum lapides terra dicantur, non tamen ita Hebraice, quia textus hoc loco habet hadamah, quod in ſcripturis ſacris nudam humum ſignificat, Hierem. non ædificium aliquod, vnde ſenſus eſt, ex humo altare conſtructis, *& offeretis ſuper eo holocauſta*, & occurrit difficultas ex Hierem. vbi Deus ait, non ſolum locutus cum patribus veſtris, nec præcepi eis in die qua eduxi vos de terra Ægypti ſuper verbis holocauſti, & victimæ, quomodo hoc ſtare poteſt, cum hîc manifeſte fiat ſermo de holocauſtis & victimis. hanc difficultatem ſolues, ſi dixeris Hieremiam loqui de præcepto, & de ſermone populi ore proprio ad populum, & ideo dixiſſe cum patribus veſtris, decem enim dumtaxat dedit Deus, alloquens per ſeipſum populum Iſrael, non habito ſermone victimarum, hæc enim quæ de altari & holocauſtis præcipiuntur, ea iuſſit mediante Moyſe; vel reſpondeas Deum præcepiſſe quidem in deſerto ſacrificia, ſed noluiſſe vt præcepta hæc vim haberent obligandi, donec ingreſſi in Chanaan Hebræi, eam ſubactis Cana-

næis quiete & pacifice poſſiderent, tunc enim non ante certus à Deo definitus fuit locus tabernacuſi, & altaris in quo ſacrificia offerenda erant.

Holocauſta, nempe victimas quæ in Dei honorem accedebantur, *pacifica vero*, quæ pro pace, pro incolumitate, aut pro obtinendis, aut obtentis beneficiis offerebantur, horum pars vna incendebatur, altera ſacerdotibus, tertia in ſacratum cibum coram Domino ipſis offerentibus cedebat: vnde aliqui pacifica dicta putarunt, quod comeſſationibus maximè homines conciliari conſueuerint, *oues & boues veſtras*, eas memorat, quod ex his communior eſſet vſus, *in omni loco*, non vbicumque locorum pro veſtro libito, ſed in eo in quo ex inſtitutione, *mea memoria fuerit nominis mei*, eo ſcilicet loci, quem pro inuocatione nominis mei celebrare faciam, *ibi quippe veniam ad te*, per occultam mentis inſpirationem, *& benedicam tibi*, multitudine bonorum tam ſpiritualium quam corporalium te afficiens.

CONCEPTVS.

Abominatur Deus quod ſibi ſemel dicata, iniquitati deſeruiant.

229. *Altare de terra facietis mihi*, cum ex alia materia altare potuerit fieri, cur è terra præcipit erigi? cur non ex marmore? cur non magis ex ſectis lapidibus? conueniens enim erat vt ex digniori materia, quam terrea, fieret altare, in quo Deo ſummo omnium conditori ſacrificium offerretur: cauebat Deus ne poſt Iſraelitarum tranſitum maneret altare ſibi dicatum, & vicinæ gentes in eo idolis ſacrificarent, & ideo ex terra fieri iubebat, vt cito poſſet diſſipari. mens eſt Theod. quæſt. 44. in Exod. *Cum Iſraelitæ quadraginta annos permanſerint in deſerto, continenter abeuntes, & loca mutantes, ideo è lapidibus fabrefactis vetat altare conſtrui, ne cum hi terram promiſſam obtinuiſſent, in aris illis vicini dæmonum ſacrificia celebrarent*, nunquam enim non abominatur Deus, quod ſibi dicata ſemel iniquitati deſeruiant.

Theodor.

Offerentis animus, non res à Deo præcipue æſtimatur.

230. *Altare de terra facietis mihi*, in quo oues & boues offeretis, quodnam altare exigit? terreū, cur non aureum, cum ſummam maieſtatem hoc deceret? cur in eo ſolum oues & boues in holocauſta & pacifica offerentur? an quia illi ouium & boum carnes gratæ? abſit, non equidem Deus præponderat carnes huiuſmodi aliis, non enim æſtimat carnes nec oblata præcipue, ſed offerentis animum. *Non enim egens eſt Deus*, inquit B. Baſil. Seleu. or. 4. *ſed vt offerentium mentes inſtruat iis ſe honorari fingit, quibus Deo honorem habere ſe exiſtimant*, quod tu putas eſſe Deo honori, & facies id quodcumque illud ſit, Deo eſt maxime gratum, quando eo tendit tuus animus, vt Deum gratum habeas, ab eo enim præcipue ille attenditur, non munus, non oblatio.

S. Baſilius Silen.

Grauiſſimum imponitur iugum iis, qui Deum deſerentes creaturis inſeruiunt.

231. *Altare de terra facietis mihi*, Clemens Rom. ſi feceris mihi aram, de terra facies: arbitratur itaque nō abſolute, ſed cōditionate hoc populo præceptum imponi, & cum eo Anaſtaſ. Nicen. q. 46. tenet hanc legem ante vituli adorationem, non coactiuam fuiſſe, ſed liberam relinquentem ſui obſeruationem, ideo legit Clemens, ſi feceris mihi aram, verum poſt adoratum vitulum, coactiuam, ita vt in eorum libertate, non eſſet eam non obſeruare, ſed tenerentur hoc iugum impoſitum ſuſtinere de altaribus erigendis, & ſacrificiis offerendis: de quo iugo loquens Petrus Act. 15. ait, ſuſtineri non potuit: ſed qua de cauſa lex quæ libera relinquebatur populo ante vituli adorationem, poſt illius venerationem, tanquam alicuius numinis, non amplius ei libera relinquitur, ſed cogit, & velut iugum graue infœlicem populum oneràt? quia qui vitulo ſeruiebant, eo ipſo exuerant libertatem hominis, facti vituli, ſimiles ei quem venerabantur, vt Dominum & ideo non mirandum, quod tunc Deus illos, vt vitulos tractet, & graue iugum imponat. pulchre D. Clemens lib. 6. conſt. Apoſt c. 2 . ait. *Fecerunt vitulum conflatilem & adorauerunt idolum, tunc Deus iratus conſtrinxit eos vinculis, quæ diſſolui non poſſent, & compreſſione oneris & aſperitate iugi conſtrinxit, neque amplius dixit ſi feceris, ſed fac aram & ſacrifica aſſidue.*

Clem. rom.
Anaſt. Nic.

Deus ſuorum prauos affectus regulat & ordinat ad id quod iuſtum eſt.

232. *Altare de terra facietis mihi*, nihilominus ait Ierem. c. 7. verſ. 22. non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum. quid? nonne hic legimus Deum altare exigere, & in eo ſacrificiorum oblationem? cur ergo apud Hierem. dictum, nequaquam, cum à quo eduxit de illos ex Ægypto locutum fuiſſe de verbo holocauſtomatum & victimarum? bene propheta, vt innueret præcipuum legis finem non fuiſſe ſacrificiorum oblationem, nam ſi ea iuſſerit, ideo eſt, quia eam ſuorum propenſionem ad idololatriam conſpiceret, eam regulauit iubens ſibi ſacrificia ex animalibus fieri. hoc accipe ex Anaſt. Niceno q. 44. propoſita difficultate veritatis iſtius ſententiæ, non ſum locutus, ſic ait. *Perſpicuum eſt primarium ſcopum legis, non eſſe ſacrificiorum oblationem, neque Deum præcipuè holocauſta quærere, ſed ſe demittere ad illorum imbecillitatem: quando enim vitulum fecerunt, & diis qui non erant ſacrificare aggrediebantur, tunc poſt legem datam quoque eſt præceptum de ſacrificiis, vt qui ſemel ad ea quæ non erant, animæ ſui ſtudium tranſtulerant, illud vere transferrent ad eum qui re vera eſt Deus: quando autem per ſigna plurima & prodigia procedente tempore eius habuerunt etiam cognitionem, tametſi obſcuram, &*

Ierem. 7.
Anaſt. Nic.

tamen nunc per prophetas reprimit oblationem brutorum animalium, & dicit, non accipiam de domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hircos. ſubſcribit etiam Theod. in Iere. *cum in Ægypto didiciſſent idolis ſacrificare, deſiderans vt ab hoc ritu diſcederent, per omnes prophetas, hunc reiicit, ſed condeſcendens cum infirmitatibus eorum, dixit iſtud comedite carnes.*

Rudis & impolita veterum altarium conſtructio, ipſorum deſtructionem præfigurabat.

241. *Altare de terra facietis mihi*, cur ſolum de terra altare, qood facile diſſoluitur? vel ſaltem de impolitis lapidibus, quod facile etiam deſtruitur, fieri præcipit? nam ad futuram rei memoriam conuenientius foret vt ex politis fieret, vel ære, aut marmore, non autem ex terra labili. bene cit. Theod. q. 44. *Præcipit è terra, aut è lapidibus quos natura produxit, altaria conſtrui, nam facile vtrumque diſſoluitur.* Cur hanc
Theodor. rationem addit, nam facile vtrumque diſſoluitur? bene quidem; nam innuere voluit veterum oblationum aras diuturnas non fore, ſed breui diruendas, & eorum ſacrificia deficienda. vbi enim modo ſanguis hircorum, & taurorum funditur, quo veteres ſacerdotes ſuas frequenter manus imbuebant? vbi oues & boues iugulantur, quorum ſanguine quondam templi atria redundabant? omnes huius generis hoſtiæ, ac ſacrificia defecerunt. nam vt bene D. Leo
S. Leo. ſerm. 8. de paſſione Chriſtum Dominum allocutus. *Nunc carnalium ſacrificiorum varietate ceſſante, omnes differentias hoſtiarum vna corporis, & ſanguinis tui implet oblatio.*

Maximæ abominationi eſt Deo, idolorum cultus.

242. *Altare de terra facietis mihi*, terra autem non in ſublime erecta, ſed demiſſa: cur altare ornatum, politum, excelſum erigi ſibi non præcipit? nonne idololatræ ornata ſuis falſis numinibus altaria dicabant? ne ergo cũ ipſis in aliquo communicare videretur, altaria vel impolita, vel ex rudi materia, vel vili ſibi fieri voluit.
Ang. Doct. mens eſt Ang. Doct. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 7. *Dominus mandauit quod facerent altare de terra, vel ſaltem de lapidibus non ſectis: iterum, quod non facerent altare excelſum, ad quod oporteret per gradus aſcendere, & hoc ad deteſtandum idololatriæ cultum, gentiles enim idolis conſtruebant altaria ornata & ſublimia, in quibus credebant aliquid*
Deut. 16. *ſanctitatis & numinis eſſe, propter quod etiam Dominus mandauit, Deut. 16. non plantabis lucum & omnem arborem, iuxta altare Domini Dei tui: idololatræ enim conſueuerant ſacrificare ſub arboribus propter amænitatem & vmbroſitatem.*

In fide Incarnationis Dominicæ opera noſtra ſolidemus.

243.
S. Greg. Ma. *Altare de terra facietis mihi*, poſt Greg. Mag. lib. 3. Mor. c. 29. Rupert. quid ſit hoc altare, & quid in eo offerri debeat, deſcribens ait, altare de terra facietis mihi, id eſt Incarnationem prophetæ illius, quem ſuſcitabo vobis de fratribus veſtris, humiliter credetis, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues & boues in omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, à ſolis ortu vſque ad occaſum, inquit per prophetam Malachiam, magnum eſt nomen meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.] Sed quid hoc eſt, quod debeat offerre ouem & bouem in hoc altari? nonne cum bos ouem ſuperet, ſolum offerri boues deberent? ſic enim oblatio gratior videretur: reſpondet cit. Abbas Tuicenſis. *Hoc ergo dicit, quia quidquid offerre voluerit quis, ſiue ouem, ſiue bouem, id eſt maiorem, vel minorem actionem, in ſtructura altaris illius, id eſt in fide Dominicæ Incarnationis ſolidabit.* Fides enim Verbi incarnati præſupponi debet, vt opera noſtra à Deo ſint accepta. Ruperti

Si rite Deo ſacrificium obtuleris, non exigua beneficia conſequeris.

Altare facietis mihi de terra, poſtquam autem quid in eo offerri debeat, aperuit, & in quo loco, ſubiungit, veniam ad te, & benedicam tibi, Cald. mittam benedictionem meam: quæ benedictionis nomine, non ſolum bonorum temporalium abundantiam, ſed & ſpiritualium intelligit. cur tot bona offerenti ſacrificium in altari terreo proponuntur? vt ſcias quod ſi rite Deo ſacrificium obtuleris, non exigua te manere beneficia. fauet Caiet. *Veniam ad te & benedicam tibi, exauditio promittitur ſacrificantibus obediendo.* 244. Cajet.

Sacrificium cum humilitate Deo offeras.

Altare de terra facietis mihi, vt à Deo ſacrificium admittatur, cur in altari materiæ viliſſimæ qualis eſt terra rudis & inculta fieri iubes? ſi terrâ humilitatem denotari omnibus conſpicuũ eſt, merito cum agitur de oblatione Deo offerenda, terreum altare requiritur, moralitas eſt Lippom. *Per terram quæ eſt infimum elementum, humilitatis virtus deſignatur, in qua facta Deo oblatio acceptatur, iuxta illud prophetæ, in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur, & in Pſal. ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* 245. Lippom. Pſalm 50.

Nos Deo erigimus altare, cum patientiam in eo & alias virtutes offerimus.

Altare de terra facietis mihi, ſanè altare de terra homo eſt, cui dicitur, terra es, & in terram reuerteris. verum ſi homo eſt eiuſmodi altare, quomodo pacifica in eo, in ſacrificium holocauſta offerimus? quomodo in eo oues & boues, tanquam victimæ Deo acceptæ iugulantur? optime Bruno in alleg. Tilm. *Quaſi diceret, vos ipſos conſecrate mihi, hoc enim altare carnem & ſanguinem ſuſcipit, in hoc altari fit illud ſacrificium de quo dicitur, ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, vnde & ſubditur, offerte ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, in hoc enim altari offerimus, vnde nobis placabilem, & propitium reddimus, oues videlicet & boues; oues offerimus quãdo ſimplicitatem & patientiam Deo vouemus, boues autem quando nos ſub iugo Chriſti humiliamus,* 246. Genes. 3. Bruno.

In Chriſto D. benedicimur.

247. Procopius. *Altare de terra facietis mihi,* Chriſt. Dominus inquit Procop. eſt altare de terra erectum, quia aſſumpſit carnem, quæ quidem terrena eſt, ſi materiam inſpicias in hoc adducimur, & offerimur, nam ipſe teſtatur, ſine me nihil poteſtis facere] ſed quid eſt quod poſtquam dixit, altare de terra facietis mihi, ſubiungit, veniam ad te & benedicam tibi? nam ſi pollicetur benedictionem præſtantiorem altari, cur ab aliis altare ſibi erigi poſtolat, & erigentibus promittit benedictionem? quia in ſolo Chriſto vere benedicimur. *Illis qui altare extruxerint* (inquit Procop.) *pollicetur ſuum aduentũ & benedictionẽ, ſiquidem & his qui typos præceſſerunt veritatis, exortum eſt iubar ſcilicet Chriſtus, is ille eſt qui nos cælitus locupletauit, & ditauit æterna benedictione, quam impartitur pater, per illum adoptati* B *ſumus, qua adoptio confirmata eſt Spiritu ſancto.*

Non altare aureum, ſed cor à nobis exigit Deus.

Altare de terra facietis mihi, ſi thronum ſibi
248. fieri præciperet rex potentiſſimus, ſane non eum ex viliſſima materia exigeret, ſed ex pretioſiſſima: cur ergo Deus cœli & terræ conditor, altare non politum, ſed rude, non aureũ ſed ſolum terreum requirit? quia quod in nobis præcipuè intendit, eſt vt animum aureum, cor aureum, & actiones aureas ei offeramus, non ab hac mente alienus eſt Oleaſt. *Arguit pulchrè* Oleaſt. *locus iſte hominum vanitates etiam in templis & ædificiorum & ſepulchrorum, vult Deus altare terreum, nos autem marmoreum conſtruimus, & ſi lapideum, ex lapidibus impolitis: nunc vero cuncta polita ne dicam polluta ſunt, ita vt opus materiam* C *ſuperet, arbitramur enim Deum noſtris vanitatibus delectari, & ſi in veteri lege, quando Deus magna pompa & apparatu delectari videbatur, hæc taxantur, quid in noua fieri debet, quæ* A *præ cæteris virtutibus humilitatem prædicat & extollit, damnatque ambitionem & ſuperbiam?* ſed noſter Ferus loquitur expreſſius, *præcepturus de ſplendida illa tabernaculi ſtructura, & altaris, præmiſit vt primum altare quam ſimpliciſſime erigerent, vt ſcirent quod magis Deus pie & ſplendide vult coli, alioqui quia poſſet Deum tantum ſplendorem quærere in ſuo cultu, quod tamen falſum eſt, nam animam plus quærit Deus quam aurum, ideo nihil curioſitatis & pretioſitatis hic exigit, vt ſciamus Deo ſplendida illa non ex ſe ipſis placere, ſed tantum propter animum offerentis, è contra autem animum pium etiam, ſine illis externis placere poſſe, ſic Deo plus placuerunt ſacrificia veterum ſcilicet, Abel, Noe, Abraham, qui humilia altaria habebant, quam ſequentium Iudæorum in quorum cultu omnia auro nitebant.* N. Ferus.

B *In inuocatione nominis Ieſu, à grauibus liberamur periculis, maximaſque conſequimur gratias.*

Altare de terra facietis mihi, deinde, ex quibus animalibus ſacrificium eſſet ſibi offerendũ 249.
aperit, tandem ſubiungit, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te: cum plura tibi ſunt nomina, cuius memoria habenda eſt, vt tua viſitatione aliquem digneris & benedictionem impertias? ait noſter Bernard. in Senenſ. tom. 3. ſer. 2. de Circumciſione Domini c. 4. ſermo eſt de nomine Ieſu, quid eſt quod eo memorato Deus venturus eſt, & benedicturus? niſi quod ad inuocationem illius nominis auguſtiſſimi, à grauibus liberamur periculis, maximaſque conſequimur gratias, D. Bernard. ſubiicio verba Bernard. *Ex habitu abundantis theſauri nominis omni Ieſu, meus in repentino* C *periculo inuocans nomen eius in adiutorium, ſentiet ſibi Ieſum eſſe præſentem, ſcriptura atteſtante in omni loco, in quo memoria nominis mei, veniam ad te.*

VARIET. LECT. Verſ. 25. & 26.

VVlg. Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus, ſi enim leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur.

Sept. Sin autem de lapidibus altare facies mihi, non ædificabis eos ſectos, cultrum enim tuum immiſiſti ſuper eos, & inquinati ſunt.

Aquila. Quoniam gladium tuum, *Symm.* D romphæam eleuaſti ſuper illo, & profanes eum.

Onk. Non ædificabis illud ex politis lapidibus, ne forte violes illud.

Orig. Ædificate altare ex lapidib. integris, quibus ferrum non eſt iniectum.

Arias. Et ſi altare lapidum feceris mihi, non ædificabis eos inciſione.

Vulg. Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

Sept. Non aſcendens in gradibus ad altare meum, vt reueles turpitudinem tuam ſuper illud.

Montan. Et non aſcendes in aſcenſionibus ad altare meum, vt non detegatur nuditas t[illegible]a ſuper illud.

CONCORDIA.

PEr ſectos lapides intelliguntur politi, quia exciſione fiunt tales, verbum נוף nuph ad multa ſignificata æquiuocum eſt, nam effundere, ſtillare, aſpergere, ſuffire, cribrare, concutere ſignificat. ſed rectè hic redditur per eleuare חרב non ſolum cultru[illegible] gladium, enſem, & quodlibet inſtrumentum, quo lapis ſcindi, poliri, & dolari poſſit, ſignificat, Villel. in Ezech. 2. p. 2. 42. tenet cultros quibus ſacerdotes in templo viſi ſunt, æneos eſſe debuiſſe, non Villel.

ferreos, quia omia vaſa & inſtrumenta, quæ ſacrificiis & altari æneo deſeruiebant, tam in templo quam in tabernaculo, videntur ænea fuiſſe.

EXPOSITIO.

QVodſi altare lapideum feceris mihi, limitat ſuperiorem legem de altari terreo, admittitque etiam hic lapideum, *non ædificabis illud de ſectis lapidibus*, cæſis, expolitis, quadratis, ſed de lapidibus rudibus & natiuis, porro apud gentes ex marmore, aliiſque pretioſis lapidibus expolitis & ſculptis altaria erigebantur, & in horum execrationem, vel de terra, vel non de non dolatis lapidibus altaria ſua, Deus eſſe voluit: & ne per ſculpturæ imagines in altari poſitas, ad earum cultum allicerentur, *ſi enim leuaueris*, ad poliendum, ſcindendum, *cultrum tuum*, vel quodlibet aliud inſtrumentum, *polluetur* nempe lapis, & tanquam pollutum & profanum iudicabo, cur autem hoc iuſſum fuerit, in conceptibus aperiemus.

Non aſcendes per gradus ad altare meum, & ne aliquam ob cauſam ad hunc aſcenſum ſacri miniſtri compellerentur, in fabrica illa altaris quod in deſerto ſibi à filiis Iſrael parari voluit, humanæ ſtaturæ formam habuiſſe, liquido patet, ne videlicet altaris altitudo humanam ſtaturam excederet, aut æquaret: quatuor tantum cubitos altitudinis habentem, quamobrem cubitum ſaltem vnum intra communes terminos humanę ſtaturæ cõtineri, illud ſtuduit, & trium ſolummodo cubitorum, tantum altare fieri deinde iuſſit, & nihilominus ad altare Moſaicum per gradus aſcendiſſe ſacra perhibent oracula: nam in laudem Oziæ ſummi ſacerdotis, Spiritus ſanctus, Eccl. 50. de eo ait, in altaris ſancti
Ecclef. 50. aſcenſu gloriam dedit ſanctitatis amictum,
Ezech. 43. propheta quoque Ezechiel c. 43. in deſcriptione altaris, quod in viſione propheticâ cognouit, atque in atrio ſui templi collocauit, ſcalarum & graduum, per quos ad illud aſcendebatur, nequaquam obliuiſcitur, quinimo tam perſpicue de illis loquitur, vt aperiat etiam quo verterentur, dicens, & gradus eius verſi ad orientem: Salomon, Eſdras, Ezechiel & alij, ſi qui fuerint qui erexerint altaria in templo Hieroſolymitano, adeo in ſublimi altaria collocarunt, vt ſacerdotes in his ſacra facturi, per gradus aliquos in ſublime aſcendere cogerentur, aliàs ſacra in his facere nequaquam potuiſſent. quid ergo dicemus? ecce Deus hic cauet ne ſacri miniſtri ad altare per gradus aſcenderent, nihilominus qui ſacris fabricis operam dederunt in Dei cultum, altaria adeo in ſublime poſuere, vt abſque gradibus in illis miniſtrare non poſſent. in Eccleſiaſt. Spiritus ſanctus laudat Oziam ad altare aſcendentem, propheta in altaris fabrica videt altare cum gradibus, per quos miniſtri aſcendere poſſent. Variæ huic difficultati adhibentur ſolutiones quidam enim putant præceptũ latũ in lege de non aſcendendo ad altare per gradus, nequaquam intelligi de gradibus coædificatis cum altari eidemque perpetuo inhærentibus: ſed hæc ſolutio nulla, non enim prohibetur graduum ædificatio, ſed ad altare aſcendere per gradus lege cauetur: quamobrem ſiue gradus eſſent altari coædificati, ſiue appoſititij, ſacerdos hoſtias in altari offerens, per gradus contra ſtatuta legis aſcendebat; tum hæc expoſitio rationi legis non ſatisfacit, nam legis ratio à Deo allata fuit, ne reuelaretur turpitudo miniſtri, quam quidem quibuſcumque gradibus, ſiue appoſititiis, ſiue firmis, reuelare neceſſe erat, vbi per gradus aſcenſum ad altare conceſſerimus.

Alij graduum prohibitionem quæ hic cauetur, intelligendam cenſent de ligneis ac portatilibus ſcalis, ex tranſuerſis ligneis compactis, quibus quidem nulla ratione fieri poterat, vt ſacerdotes aliis miniſtris ſub eiſdem ſcalis manentibus, turpia reuelarent. Verum qua ratione veritati id ſit conſonum non apparet, non enim adeo in ſublimi altare hoc porrigebatur, vt ſacrorum miniſtri conſiſtere, aut ſtare poſſent ſub ligneis ſcalis, quæ altaris illius ſupremam coronidem attingerent, tres enim altitudinis cubitos altare, quatuor cubiti humanæ dantur naturæ, ei igitur altari appoſitis ſcalis ſubtus minime miniſtri conſiſtere poſſunt, verenda aſcendentis conſpecturi.

Alij & hi moderni, concedunt altaria habuiſſe gradus per quos ad illa aſcenderetur, verum hos gradus non attigiſſe, neque ad ea pertinuiſſe, ſed tantum ad ſubſtructiones & crepidines, ſuper quos altare collocatum erat; eapropter neque Iſraelitarum duces ac reges, qui in crepidinibus has ſcalas adiungere curabant, nec ſacerdotes ſacra facturi, qui per hos gradus ad ſummam crepidinem perueniebant, vt in altari, quod in ſuprema crepidine collocatum erat hoſtias foculo ſuperimponerent, ad altare per gradus aſcendiſſe proprie dicebantur, aut contra legem datam his aliquid egiſſe. verum hæc ratio non euacuat difficultatem, nam licet gradus non attingant, ſed ſolum ſubſtructiones & crepidines, ſuper quas altare collocatum erat, tamen ratio à lege allata, cur fieri gradus non debeant, ſemper ſubſiſtet, ſcilicet ne appareat turpitudo tua, nam in aſcenſione horum graduum appareret turpitudo.

Noſter Lyranus concedit quidem gradus altari, prohibitionem vero aſcenſus ad illud, ad rationem hic poſitam reuocat, nimirum ne reueletur turpitudo tua, dicitque hac lege nequaquam prohiberi aſcenſum ad altare, ſed genus ſacrorum idololatrarum vetari, qui turpitudinem religionis obtentu in ſacris ſectari conſueuerant. hanc ſententiam ſecutus eſt Villalpandus in c. 43. Ezech. cuius verba ſubiicio, Nõ gradus fieri prohibentur, ſed eorum aſcenſus in eum finem perueſiſſimus, quippe cum immanes publicæ honeſtatis hoſtes abſolutis nefandis aſinorum hoſtiis ac malis artibus, & è mortuis imaginibus turpitudinum obiectis, non ſatis incitato ad libidinem populo, viuo exemplo propoſito, ſuper ipſo altari, verbis & geſtis populum ad omnem turpitudinis actum excitabant, quæ omnia inhoneſta ſcelera, honeſtiſſima dicendi ratione prohibuit Dominus, dicens, non aſcendes per gradus ad altare, ne

N. Lyranus. Villalp.

reueletur turpitudo tua.] Verum licet certum eſſet, ita in verecundos fuiſſe buiuſmodi ſacerdotes, vt verenda oſtenderent ad libidinem populi excitandi gratia, qood tamen Villalpandus non probat, tamen non probo futuros aliquando ita impios ſacerdotes Aaronis, vt propalam ſe denudarent, & ſuperioti loco genitalia ſua proponerent, vt ob hanc caoſam Dei lege cauendum hic fuerit.

Arbitror ego ſic propoſitam difficultatem ſoluendam eſſe, nempe prohiberi aſcenſum per gradus, ne pedes ab vno gradu ad alterum transferendo, quoquo modo pudenda, ſiue po-A ſteriora, ſiue anteriora contra honeſtatem præſentibus appareteent: ſuppono autem altare erectum ſuper crepidines, aliàs minime neceſſarij eſſent gradus, cum altare tres cubitos non excederet, tamen non prohiberi ne per planitiem aliquo modo eleuatam leui aſcenſu ad illas ſubſtructiones & crepidines, ſuper quas altare collocatum erat, iretur, quemquidem leuem aſcenſum potuiſſe vocari gradus perſpicuum eſt, vt ſic Ezech. auctotitas enucleata maneret, voluit igitur hic Deus tantum fortuitæ denudationi cauere, quæ in illo leui aſcenſu cauebatur.

CONCEPTVS.

Eccleſiaſtici, ne ſublimiores iis quas poſſident, meditentur dignitates.

250. *Si altare lapideum feceris mihi, ad illud non aſcendes per gradus, ne reueletur turpitudo tua,* noone facilius aliter caueretut turpitudinis reuelatio, etiam ſi per gradus aſcenderent ſacerdotes altare? nam fæmoralia poterant deferre, quibus etiam ſi in aſcenſu caderent obtegi turpitudo potuit: cur ergo maluit Deus hoc iubere, ne per gradus aſcenderent? ait Lipp. in cat. arrogantia & ambitio Domino non placet. quid ais Lippomane? hæc oe ratio ſufficiens cur à Deo cauetur ſacerdotibus ne aſcendant ad altare per gradus? equidem ioter alias hæc non inſufficiens, nam etiam taxabatur aliorum ambitio, qui perpetuas in Eccleſia Dei meditantur aſcenſiones, vt ad celſiores & ſublimiores ſemper dignitates, & præſulatus aſcendere poſſint, in quo maxima reuelatut abſurditas, & eorum turpitudo. quod docte expendit S. Bernard. Epiſt. 42. *O infinita ſemper ambitio, cum primos gradus meruerint in Eccleſia, non ideo corda quieſcunt, duplici ſemper æſtuantia deſiderio, quæ vtique magis ac magis dilatentur in plura, & ad celſiora ſublimentur; factus Epiſcopus, Archiepiſcopus eſſe deſiderat, quo forte adepto, neſcio quid altius rurſus ſomnians, laborioſis itineribus & ſumptuoſis familiaritatibus ſtatuit frequentare palatium, quæſtuoſas ſibi quaſdam exinde comparans amicitias.* S. Bernard.

Vt Deum in vota trahas, compta & polita oratio non requiritur.

251. *Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus, ſi enim leuaueris cultrum ſuper eo, polluetur.* cur ex rudibus lapidibus ſibi Dominus mandat altare erigi? nonne politi decentiores ſunt tantæ maieſtati? per illud altare noo pauci orationem intelligunt, quo poſito: recte iubetur à Deo, vt altare lapideum ſibi fiat ex impolitis lapidibus, non enim neceſſe eſt polire nrationem & comere, vt Deus in vota noſtra trahatur, nam rudis etiam oratio & incompta, Deum ad dandum ſollicitat: etenim qui ad homines dicturi ſunt, multa cura orationem coocinnaot, nullum non mouent lapidem, rhetorum canones aptant, vt audientiom animos ſollicitent, Deus autem his noo indiget, ſed quacumque oratione permouetur, ve-B rum cur præcipit cultrum in huiuſmodi lapidibus non adhiberi? quia res orationis non vi peragenda, ſed ſermone etiam ioteriori, non enim in armis & in ferro, ſed in deuotione cōſiſtit, hac Deum vincimus, hoſtes ſuperamus: qui ſic deprecantur, incompti & non dolati lapides viui dicuntur, phraſi Hebræâ, quam videtur redolere verba illa 1. Petri 2. ad quē accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem, reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini. præmiſerat autem, ſicut modo geniti infantes, rationabile ſine dolo lac concupiſcite, ideſt etiam ſi infantes ſitis, & elingues, neque noueritis voces in verba formare, nihilominus Deum pulſate precibus, amat enim Deus rudem etiam orationem, & incomptam, qui ex impolitis lapidibus erigi ſibi iuſſit altaC re, hæc eſt mens Adamantij hom. 9 in Ioſue. *In hoc ædificio Eccleſiæ oportet eſſe altare, vnde ego arbitror quod quicumque ex vobis lapidibus viuis apti ſunt, in hoc & prompti, vt orationibus vacent, & in die noctuque obſecrationes offerant Deo, & ſupplicationum victimas immolent: ipſi ſunt ex quibus Ieſus ædificat altare.* deinde concludit, *Si ergo orationes noſtras adiuuet Spiritus & offerat eas Patri omnium Deo gemitibus quibus nos explicare non poſſumus, certum eſt quia & altaris conſtructionem ſollicite requirat à nobis.* 1. Petr. 2. Origen.

Veri lapides, ex quibus cælum conſtruitur, integri ſunt mente & corpore.

Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis 252.
D *illud de ſectis lapidibus,* Orig. ædificabis altare ex lapidibus integris; quinā ſunt illi lapides integri ſuper quos ferrum non aſcendit: reſpōdet Origenes.
cit. Orig. *Nouit vniuſcuiuſque conſcientia, quis ſit integer, quis incorruptus, impollutus, immaculatus in carne & in ſpiritu. quis ſit ille cui ferrū iniectū non eſt, qui iacula maligni ignita concupiſcētiæ nō recepit, ſed ſemper pacificus fuit, ſemper quietus & mitis, & Chriſti humilitati conformatus. iſti ergo ſunt lapides viui ex quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus altare conſtruxit, ex lapidibus integris, quibus ferrum non eſt iniectum, vt offerat ſuper eos holocauſta & ſacrificium ſalutis.*

Deus non vult inſtrumenta violanda charitatis gratiâ.

Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis 253.
illud

illud de ſectis lapidibus, ſi enim leuaueris cultrum ſuper eo, pollutur, Aquila, *non eleuabis gladium*, Symm. *romphæam*, cur arcet inſtrumenta bellica à lapidibus altaris ſui? quid enim refert ad integritatem altaris & illius ornatum, vt ab eo cultri amoueantur & gladij? ſane hæc inſtrumenta ſunt quibus charitas ſoluitur & violatur: dic ergo vt omnimoda pax & concordia inter miniſtros ſuos illæſa permaneret, ſicut ab altari, ita & ab eis inſtrumenta violandæ charitatis pacis infringendæ prohibuit. mens eſt Diuduri. *Quid prohibebat lapides ad extruendum altare ferro cædi atque expoliri? ſed nimirum ea ratione qua & Dauid prohibitus eſt ne templũ ædificaret, propterea quod copioſum ſanguinem in bello effuderat, eadem ratione lapides ferro cædi prohibebat hoc eſt cædem, & ſanguinis effuſionem humani, hoc exemplo vitandam fugiendamque docebat.*

Diodor. in Caten.

Idololatriæ occaſio amouetur.

254. *Si altare feceris mihi, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus*, ne, inquit Theod. Iudæis cum in terram promiſſionis perueniſſent, altaria ex ſectis lapidibus conſtruentibus gentes illis vicinæ ſuper Iſraelitarum altaria ſacrificarent, quæ facile diruti poſſent altaria fieri mãdat,] verum D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 4. ad 7. credit ideo altare, non ex quibuſcunque lapidibus ſed natiuis, ſed impolitis vt fiat, iubere Deum, ne Iudæi in idololatriam propenſi, altaris fabricã magnificã & opulentã ad idolorum cultum prouocarentur: verum ſi hæc ratio ſtaret, cur deinde præcepit Deus fieri altare holocauſtomatum ex ære, & altare thymiamatis ex auro? reſpondet cit. Angel. Doct. *Quia facto tabernaculo ad honorem Dei non erant timendæ huiuſmodi occaſiones idololatriæ, ideo Dominus mandauit, quod fieret altare holocauſtorum de ære, quod eſſet omni populo conſpicuum, & altare thymiamatis de auro, quod ſoli ſacerdotes videbant, nec erat tanta pretioſitas æris, vt per huius copiam populus ad aliquam idololatriam prouocaretur.*

S. Thomas.

Reſpuit Deus ab aliis diuiſos.

255. *Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus*, cur non ex ſectis cum ſectione poliuntur? quod autem politum magis acceptum & gratum, optime Iſid. Hiſpal. *Secti lapides hi ſunt, qui vnitatem ſcindunt ac diuidunt ſemetipſos à ſocietate fraterna per odium vel ſchiſmata, tales in corpore ſuo non recipit Chriſtus, cuius corporis figuram altaris illius conſtructio obumbrabat*, nequaquam Deus admittit eos qui inter ſe inimicitiis ſcinduntur.

S Iſidorus.

In virtutum profectu non extollaris.

256. *Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus, ſi enim leuaueris cultrũ ſuper eo polluetur*, non ſolum hoc prohibet, ſed etiam vt ad illud per gradus non aſcendatur, nonne ſatius eſſet cauere, ne vllo modo altare lapideum erigeretur, cum tot in eius ſtructura ſint cauenda? tum ſi ſecti non debent eſſe lapides, non erat neceſſe ſubiungere, vt culter non adhiberetur, ſcindi enim non poſſunt nec poliri, non adhibito inſtrumento ferreo vel æneo.

A audiamus Rupert. hæc enucleantem: *Lapides virtutes animi ſunt, de quibus tunc altare Domino facimus, dum fidem habentes incarnationis huius, ſuper hoc fundamentum illas ſuperædificamus: ferrum autem ſiue culter arrogantia eſt, quo maxime vitio mens à creatore ſuo præcinditur, virtutum ergo altare ſi ſuper eo cultrum leuaueris, id eſt ſi tibi virtutes eas arrogaueris polluetur, non aſcendes per gradus ad altare meum, id eſt non extolleris de tuis profectibus, propter quod vitium, turpitudo reuelatur, quia profecto contumelia carnis ſuperbiam mentis comitatur.*

Rupert.

Deum verũ non fucatis cogitationibus colamus.

B

Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus, non arte politis, aliquo inſtrumento ferreo, cur natiuos lapides ad altaris ſui conſtructionẽ ſolũ requirit, cum quilibet plebeius habitaculum non ex rudi lapide, ſed polito ſibi fieri curaret? Græcus Anonymus apud Lipp. *Ideo Deus vniuerſorum etiam ex impolitis lapidibus altare conſtrui iubet, ſpiritualiter nos docens Deum cogitationibus affectionibuſque ſimplicibus, minimeque arte compoſitis delectari*. idẽ fere habet Gre Niſſ. de vita Moyſi *Magnum atque amplum altare erat, quod ſuper ipſum nec ſecuris aſcendiſſet, nec viſa aut audita aſcia eſſet, quo nimirum ſublimius aliquid ſignificabatur, nempe natiuum & ſimplex artiſque ac fuci expers eſſe debere quicquid Deo conſecratur.* 257.

Græcus Anonymus.

S. Greg. Niſſ.

C

Dei miniſtros maximè decet honeſtos eſſe.

Si altare lapideum feceris mihi, non aſcendes ad illud per gradus, nonne quo eminentius fuerit altare, maieſtati decentius, & omnes etiam remoti deuotionis gratiã, illud conſpicient, victimas Deo oblatas inſpecturi: ſi autem in eminenti loco conſiſtit, quid vetat quod per gradus ad illud aſcendatur? rationem aſſignat ſacer contextus, ne reueletur turpitudo eius: ita zelat Deus ſuorum honeſtatem, vt nec dari fortuitæ turpitudini, ex caſu aſcenſionis per gradum, velit occaſionem. *Summam in ſacris honeſtatem* (inquit Oleaſt.) *commendare videtur locus iſte, quam diſcere debent qui altari miniſtrant, maxime in aſcenſu & deſcenſu altaris.* 258.

Oleaſt.

D

Nequaquam in diuinis conſtituenda eſt inæqualitas.

Si altare lapideum feceris mihi, non aſcendes ad illud per gradus, altare Deum repræſentat, in quo altari ſacrificia offerimus, proteſtantes quod quæ ab eo accepimus reſtituimus, quodque Deo id eſt diuinæ miſericordiæ innitimur: altare igitur figura eſt diuinitatis, diuinitas vero res figurata. ſed cur per gradus illud altare non eſt conſcendendum? quia in diuinitate nullomodo ponenda eſt inæqualitas, neque ab vna perſona tanquam imperfectior, ad aliam perfectiorem progrediendũ. obſeruatu eſt Gloſſæ interlin. *Qui enim gradus in Trinitate faciunt, & maiorem Patrem, minorem Filium, minimũ Spiritum ſanctum docent, hi per gradus ad altare Domini aſcendunt quod Deo maximo abominabile.* & Bruno apud Tilm. *Hoc altare fides eſt Trinita-* 259.

Gloſſa inte.

Bruno.

rit, ad quam ille quidem gradus aſcendit, qui maius & minus in Trinitate credit & intelligit: plane igitur & non per gradus ad hoc altare aſcendamus, & Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, æquales eſſe credamus, per gradus enim ad hoc altare Arrius aſcendit, ideoque eius turpitudo ſtulta, eius nefanda hæreſis cunctis gentibus eſt reuelata; aſcendens enim cecidit, fuſiſque viſceribus turpiter, & inaudita morte interiit.

Opera conſpectui hominum celanda.

260. *Si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud ex ſectis lapidibus*, ſed natiuis & impolitis, *nam ſi cultrum eleuaueris ſuper eo, polluetur.* An culter impollutus, vt ex tactu illius ſacrum altare polluatur? ædificium, quod ex lapidibus politis conſtruitur ideo eſt, vt ab omnibus laudetur, ab omnibus videatur, lapides enim qui in fundamento ponuntur, cum videri non debeant rudes ſunt & impoliti: en cur altare lapideum prohibet fieri ex lapidibus ſectis? non enim vult opera noſtra, quibus ædificium ſpiritale erigitur, eo fiant, vt videantur, ne inani gloria polluantur, mens eſt Steph. Cantu. apud Tilm. *Altare eſt mens hominis, vbi conſtruendum non eſt ædificium de ſectis vel politis lapidibus, lapis enim non politur niſi vt videatur, vnde lapis* A *qui in fundamento ponitur, non politur, quia videri non poteſt: ille ergo conſtruit altare de ſectis lapidibus, qui ideo facit opera ſua vt videantur, & vt fauorem acquirat humanum: ſed abſcondendum eſt opus, quia vt ait Salomon, iuſtus quaſi fundamentum ſubſiſtit; ſi ergo eleuaueris cultrum, id eſt opus tuum, cura & arte humana polire volueris: polluetur.*

Steph. Cantu.

Non amicitiæ nec ſanguini dandæ dignitates Eccleſiaſticæ, ſed meritis.

Si altare lapideum feceris mihi, non aſcendes illud per gradus, ſi timetur reuelatio turpitudinis miniſtrorum in aſcenſu, ſumant fœmoralia, ſicque ſine impudicitiæ periculo, gradus conſcendere poterunt: cur ergo hoc à Deo prohibetur? merito, nam ad regimen altaris, ad Ec- B cleſiæ dignitatem non per gradus conſanguinitatis, ſed per merita perueniendum eſt. fauet cit. Steph. *Non aſcendes per gradus ad altare meum, id eſt ad regimen Eccleſiæ, per gradus conſanguinitatis, vel dignitatis temporalis, a Deo enim eſſe debet quod prælatus erigitur ad culmen, & regimen Eccleſiæ, vnde attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus regere Eccleſiam Dei.* 261.

Steph.

SYNOPSIS
CAPITIS XXI.

Imponuntur populo Iſrael præcepta aliqua iudicialia, ad directionem & conſeruationem illius Reipublicæ maxime conuenientia, quibus docentur, qualirer ſe gerere debeanr quoad ſeruos, ancillas, homicidas, parricidas, plagiarios, quod ſtatuere teneantur de vulnere in rixa inflicto, non læthali, de percuſſione ſerui, vel ancillæ, ex qua mors ſtatim, vel poſt aliquot dierum moram ſequitur, de percuſſione ex qua abortus, de pœna talionis, de ſerui ſeruæue mutilatione, de boue cornupeta, de ciſterna aperta, non obſtructa.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

Vlg. Hæc ſunt iudicia quæ propones eis.

Sept. Et hæ ſunt iuſtificationes quas appones coram eis.

A *Arias.* Hæc ſunt iudicia quæ appones ad faciem eorum.

Procop, Hæc ſunt iura.

CONCORDIA.

Legimus iudicia, Sept. Δικαιώματα iuſtificationes, & bene, quia ſunt regulæ ſecundum quas homines inter ſe iuſtitiam ſeruara debent & renentur.

EXPOSITIO.

Hæc *ſunt iudicia*, nempe præcepta iudicialia, quorum ratio præcipuè conſiſtit in duobus, nempe vt pertineant ad ordinationem hominum ad inuicem, ſcilicet ad populum iuſte & pacifice gubernandum, atque ad lites illius dirimendas: ſecundo, vt non habeant vim obligandi ex ſola ratione, ſed non ex inſtitutione, non loquor de omnibus, nam etiam quædam ſunt moralia, quæ ſunt iuris naturæ, B maxime quæ ad iudices ſpectant, quæ idcirco etiam recte iudicia vocanr, tale eſt illud c. 23. Exod c, 23
non ſuſcipies vxorem mendacij, & illud, non ſequeris turbam ad faciendum malum, & illud, mendacium fugies: alia autem ſunt præcepta quæ populo ad Deum rite colendum per ſacrificia alioſque ſacros ritus, & cæremonias à Deo præſcripta ſunt.

CONCEPTVS.

Diſtinctio præceptorum in lege maximam conciliat vtilitatem. A

1. *Hæc ſunt iudicia*, nempe præcepta *quæ propones eis*, deinde ea enumerat, licet non ordine ſuperioris ad inferiores: tamen quadruplex ordo in his ſeruatur, vnus quidem principum populi ad ſubditos, alius ſubditorum ad inuicem, tertius eorum, qui ſunt de populo ad extraneos, quartus ad domeſticos, ſiue patris ad filium, vxoris ad virum, domini ad ſeruum: nam ſecundum hunc quadruplicem ordinem diſtingui poſſunt iudicialia præcepta veteris legis, nam dantur quædam ex inſtitutione principum, & officio eorum de reuerentia eis exhibẽda, dantur quædam pertinentia ad conciues ad inuicẽ, puta circa emptiones, vẽditiones iudicia & pœnas, dantur etiam quædam quæ ſpectant ad extraneos, puta de bellis cõtra hoſtes, & de ſuſceptione peregrinorũ, & aduenarum, dantur etiam quæ reſpiciunt domeſticam conuerſationem, ſicut de ſeruis, vxoribus, ancillis, & filiis. ſed cur hic ordo in præceptis iudicialibus ſtatuitur? quia diſtinctio præceptorum in lege maximam conciliat vtilitatem. *Sciendum*, inquit Angel. Doctor 1.2.q.104.art.4.in corp. (Ang. Doct.) *quod enim lex ſit quaſi quædam ars humanæ vitæ inſtituendæ vel ordinandæ, ſicut in vnaquaque arte eſt diſtinctio regularum artis, ita oportet in qualibet lege, eſſe certam diſtinctionem præceptorum: aliter enim ipſa confuſio vtilitatem legis auferret, & ideo dicendum eſt, quod præcepta iudicialia veteris legis, per quæ homines ad inuicem ordinabantur, diſtinctionem habent ſecundum diſtinctionem ordinationis humanæ.*

Maxima Dei ſapientia & æquitas etiam in minimis eluceſcit.

2. *Hæc ſunt iudicia quæ propones eis*, inter hæc autem video diuinam maieſtatem ita demitti, vt etiam aliquid ſtatuat, circa animalium animaduerſionem, & punitionem: ſi bos percuſſerit virum, & mortuus fuerit, lapidibus obruetur; quid tibi curæ eſt de bobus, vt in eos ſententiam feras, ſi aliquem lethaliter percuſſerint? in hoc maxima Dei ſapientia & æqualitas eluceſcit, qui de minimis etiam curat, & ſi ea deliquerint, animaduertat. fauet Rupert. (Repert.) *Res quidem obſcura & exiles, ſed iudicia ſplendida & iuſtitiæ illuſtres, ſed noli hic attendere quantitatem peculij, ſed æquitatem iudicii; quid enim de bobus curare tantæ maieſtati? ſed vere laudabilis ſapientia iudicantis de bobus cornupetis, ſicut & mirabilis fortitudo præliantis contra Pharaonem, in ranis & muſcis. hæc igitur iudicia Domini vera iuſtificata in ſemetipſis.* D

Qui æquitatem exercet erga homines non ideo erga Deum iuſtus cenſetur.

3. *Hæc ſunt iudicia quæ propones eis*, Sept. hæ ſunt iuſtificationes, quid? an iudices ea populo proponentes, & ſecundum regulas à Moyſe datas, cuſtodientes, iuſtificabuntur, cum Sept. verterint hæ ſunt iuſtificationes? iuſtificabuntur quidem coram hominibus, ſed non coram Deo, ſi alia quæ ad iuſtificationem requiruntur, eis defuerint. *Hic non dicuntur*, ait Lipp. (Lippom) *iudicia iſta, Dei iudicia, ſed abſolute iudicia, quod qui talia ſeruat adhuc iuſtus coram Deo non eſt, licet coram hominibus iuſtus habeatur.*

Variæ leges inſtituendæ.

4. *Hæc ſunt iudicia, quæ propones eis*, nonne ô Moyſes leges alias, Deus, quæ ſuum honorem & cultum ſpectabant, ediderat? nonne propoſuerat decem præcepta cuſtodienda? cur nunc alia ſtatuit iudicia ſeruanda? nonne tot legum diuerſitate nauſeam faſtidiumque pariet? B nequaquam ſi iuſtæ fuerint, & neceſſariæ, non ſolum ad Dei cultum, ſed ad optimum Reip. regimen. *Aduerte principem*, inquit Oleaſt. (Oleaſt) *non ſolum leges condere debere, quæ ad Dei cultum pertinere debeant, & ad ſe, ſed etiam quæ ad pacificum pertineant reipublicæ conuictum, vnde dicit, hæc ſunt iudicia quæ pones coram eis.*

In bono opere perſeuera, vt dignus vita contemplatiua habearis.

5. *Hæc ſunt iudicia quæ propones eis*, deinde de his quæ obſeruari debent circa ſeruorum libertatem, inſtruit eum; quali veſte intrauerit, cum tali exeat, Si per ſex annos ſeruituti addictus fuit. quomodo cum eadem veſte, qua Domino ſeruire incepit, cum eadem liber diſcedere poterit? C nonne per ſeruitutem ſex annorum bonarum actionum exercitium intelligimus? merito igitur quod cum eadem veſte, qua quis ſeruus factus eſt, cum eadẽ abeat liber, quia in eodem opere bono perſeuerandum, vt dignus vita contemplatiua habearis: mens eſt S. Greg. (Sam. Pont. hom. 3. in Ezech.) Summi Pontificis. *Cum quali veſte intrauit cum tali exeat, quia omnino neceſſe eſt, vt vnuſquiſque noſtrum in hoc quod incipit, perſeueret, atque vſque in finem operis in ea quam inchoauit, intentione perduret, ille quippe ad contemplatiuam tranſit, qui in actiua vita intentionis ſuæ veſtem ad deteriora non mutauerit.*

Ne vi detineas quod alius legitime diligit.

6. *Hæc ſunt iudicia, quæ propones eis*, ſeruo poſt ſex annos libertatem conſequenti, vxor ſimiliter eius eodem gaudeat priuilegio. ſic enim ait textus, ſi vxorem habeat ſimul cum eo egrediatur, iuſtiſſimum hoc præcipit Deus, cum videatur hoc in maximum Domini detrimentum cedere, quod duobus ſimul mancipiis fruſtretur, quidni? *Nouit enim Dominus* (inquit Olea.) (Oleaſt.) *mariti erga coniugem affectum, ideo noluit facere ſeparari, vbi ſimiliter docet non detinere alicui, eo inuito, quod maxime diligit.*

Ne coniugij iugũ & vſum mancipiis prohibeas.

7. *Hæc ſunt iudicia quæ propones eis*, de ſeruo libertate donando poſt ſex annos, nec non de vxore eius è ſeruitutis egreſſu: ſi autem Dominus dederit illi vxorem, nequaquam vxor, li-

bertatem conſeqoetur, quid curæ eſt Domino, A vt mancipium matrimonio iungatur, cum in iis quæ ſunt ſui officij, pluries ratione illius delioquet? nihilominus non improbatur, quod Dominus ſua matrimonio mancipia coniungat, imo laudari debet, quod ſic eis conſulat, ne peccaminoſis concubitibus indulgeant. *Quid illi faciunt* (inquit cit. Luſit.) *qui non ſinunt ſuos ſeruos vti libertate coniugij: deberes ſeruo tuo vxorem dare ſi non habeat, & tu prohibes eum habere voluntatem, vnde ſerui in vagos concubitus & peccaminoſos frequentiſſime ruunt, quorum tu cauſam eſſe dignoſceris, qui coniugium prohibes.*

VARIET. LECT. Verſ. 2. ad 4.

VVlg. Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur liber gratis.

Pag. Si acquiſieris ſeruom Hebræum.

Cald. Quando emeris ſeruum filium Iſrael. B

Montan. In ſeptimo egredietur in liberum gratis.

Vulg. Com quali veſte intraoerit, cum tali exeat, ſi habeat vxorem, & vxor egrediatur ſimul.

Sept. Si ipſe ſolus intrauerit, & ſolus exibit, ſin autem ſimul intrauerit cum vxore, exibit & vxor eius.

Pag. Si cum corpore ſoo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur, ſi maritus mulieris erat, egredietur vxor eius ſecum.

Lyran. Si in panno ſuo venit ipſe, in panno ſuo exeat.

Aly. In ala ſua intraoit, in ala ſua egredietur.

Arias. Si Dominus mulieris.

Vulg. Si autem Dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt Domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo.

ept. Vxor & paruuli eront Domino eius, ipſe autem ſolus exibit. *ſic Onk.*

Mont. Vxor & nati eius erunt Domino eius, & ipſe egredietur in corpore ſuo.

CONCORDIA.

VErbom קנה kanah & acquirere, & emere ſignificat, Vulg. habet cum quali veſte intraoerit, Hebraiſantes ſi cum corpore ſuo, alij ſi ſolus, Eugubinus ſuſtinere nõ poteſt vulgatum vertiſſe veſtem, nec Lyranum tranſtuliſſe pannum, accuſatque eos ineruditionis & falſitatis dicitque hic nullam mentionem fieri veſtimenti, verum longe eruditior eo B. Hieronym. oec non Lyran. qui propriè & verè reddiderunt dictionem בג gaph, veſtem, non enim in Hebræo eſt גו guph, id eſt corpus, ſed gaph, id eſt ala, hoc eſt veſtis, quia inſtar C alæ corpus tegit, & licet gaph & guph, eſſent ex eadem radice guph, quod eſt claudere, non minustamen congrueret veſti quam corpori, vt enim corpus animam quaſi intra ſe claudet, ita & veſtis corpus, tum etiam verius reddiderunt; non enim vnum hic, ſed duo præcipiuntur, ſcilicet ſeruum, non lacerum, aut nudum, nec ſine vxore dimitti debere, ita vt & vxor cum eo fiat libera, & veſtis ipſi exeunti tum honeſta detur quam habuit dum intraret; hoc enim plane decens erat & congruum.

EXPOSITIO.

SI *emis ſeruum Hebræum*, ſeruum Hebræum dicit, etenim aliarum nationum ſeruos in perpetuom habere licebat, Hebræum D autem non ſolum quem gentilis in ſeruum prius haboerit, & à Iudæo emptum intelligit, etiamſi immediate in alterius Hebræi ſeruitutem iuxta legis diſpoſitionem, quocumque modo venerit: vt cum fur non habeat, vnde reſtituat ex iudicis mandato, ad reſtitutionem faciendam venditur in ſeruitutem, fuerit reductus, vel cum Hebræus paupertate conſtrictus, ſe alteri Hebræo in ſeruum vendiderit, *ſex annis ſeruiet tib, & ſeptimo egredietur liber*, in ſeptimo ab inchoata ſeruitute, non autem in ſeptimo illo anno publico, qui ex parte ſacer erat, & ceſſationem ab aratione, ſatione, plantatione adferebat. nam tam hic quam Deut. 5. & Ierem. 34. dicitur, ſeruiet tibi ſex annis, vel com ſeruient tibi ſex annis; ſi autem ab inchoata ſeruitote, annus ſeptimus non eſſet numerandus, non diceretur ſeruiet tibi ſex annis, ſed ſeruiet tibi vſque ad vnom ſeptimum: quod hic annus computandus eſſet ab inchoata ſeruitute, conſtat, nam potuit contingere, vt ſeruitus illa pauciſſi ne duraret, non autem per ſex annos, vt ait ſacer textus, ſi ille ſeptimus annus, quo exire debet liber, eſſet ille publicus, contingere potuit, vt ſi quis ſeruus emeretur, anno vel menſe ante ſeptimum annum, quod eſſet maximum inconueniens, nam Dominus fraudaretur maxima parte pretij dati pro ſerui emptione: nec obſtat quod pro ratiooe minoris temporis minus pretium daretur, nam hæc ratio non currit in omnibus, nam v. g. ſi quis aliquid maximi pretij furatus foerit, nec habens vnde reſtitueret, in ſeruom ad faciendam reſtitutionem venderetur, ſane ſi ſolum vno anno vel aliquibus menſibus, ante ſeptimum annom venderetor, nequaquam ſatisfaceret, ſuppono enim quod per illum anoum, ſeruitutis compenſare non poſſet, qood furto abſtulerat, ſicque Dominos rei furto

ablatæ nõ leue damnom incurreret, *ingredietur liber gratis*, his quæ ſua erant ante ſeruitutem nullatenos in deterius mutatis.

Cum quali veſte intrauerit, ſeu qoauis alia re temporali, *cum tali exibit*, vel cum alia æque bona ac meliori, indecens enim vt ſeruus nudus, & cum veſte lacera dimitteretur, *ſi habens vxorem*, & eam etiam alienigenam, *vxor egredietur ſimul*, ſi enim cum eadem veſte, vel æquali cum qua intrauit exiret, à fortiori cum vxore egredi debet, *ſi autem Dominus dederit illi vxorem gentilem*, & *pepererit filios & filias*, A mulier & liberi eius erunt domini ſui: hoc inquam intellige ſi mulier data à Domino gentilis eſſet, nam ſi eſſet Hebræa, etiam libera exiret cum viro. quod autem aſſero de vxore gentili, aſſero etiam de ea qoæ gentilis eſſe deſierit & ad Iudaiſmum conuerſa fuerit, *ipſe vero ſolus exibit cum veſtitu ſuo*, ſcilicet vxore gentili, vel ad Iudaiſmum conuerſa manente ſerua cum liberis, non enim æquali obligatione ſeruiebant Iudæi & alij, & aliæ exterarum nationum in Iudæorum ſeruitutem redactæ.

CONCEPTVS.

Qui ſeruus Dei eſt, indecens vt ſemper ab hominibus ſeruitute prematur.

Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur liber, non pauci exiſtimant huiuc annũ ſeptimũ non eſſe ab inchoata ſeruitute, ſed ſeptimum publicum, quandoquidem & eo anno cæterorum debitorum, & obligationum realium fieret remiſſio: & ita potuit contingere, vt ſeruitus aliquando breuiſſima foret, cur terminũ poſuit ſeruituti? quid refert vtrum ſerui per plurimos annos ei ſubiiciantur? inſpice de quibus ſermo ſit, ſane de Hebræis, ait enim Moyſes ſi ſeruum emeris Hebræum, omnes autem Hebræi duplici titulo creationis & redemptionis, cum à ſeruitute Ægyptiaca, Dei beneficio liberi euaſerunt, ſerui Dei erant: en cur vult vt perpetua noo detineaotur ſeruitute! nam qui ſeruus Dei eſt, indecens eſt D vt ſit ſemper hominum mancipium. annuit B.
S. Thomas. Thom. 2.2. q. 101. art. 4. ad 1. *Ratio huius legis fuit, quia filij Iſrael erant à ſeruitute liberati, & per hoc diuinæ ſeruituti addicti, ideo noluit Dominus, vt in perpetuum ſerui eſſent, vnde dicitur*
Leuit. 25. *Leuit. 25. ſi paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum, ſed quaſi mercenarius & colonus erit, mei enim ſunt ſerui, & ego eduxi eos de ſeruitute Ægypti, vt non veneant conditione ſeruorum, & ideo quia ſimpliciter ſerui non erant, ſed ſecundum quid finito tempore dimittebantur liberi.*

Diuitum cupiditati modus imponendus.

Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet C
9. *tibi, in ſeptimo egredietur liber*, ſi mancipia ſunt legitime acquiſita, cur non toto tempore vitæ ſeruient? cur decernis vt ſeptimo anno libertatem cunſequantur? vt diuitum & dominorum cupiditati modum imponat, qui ita aliqoando ab omni humanitate alieni, vt erga homines ſicut erga animalia ſe haberent. ſuffragatur
Auctor Catenæ aureæ. Epiſcop. Metonenſ. *Differentiam videmus in legibus etiam diuinitus præſcriptis hominibus; quædam enim innocentiam & puritatem, quam Deus à nobis poſtulat, oſtendunt ac indicant; quædam his qui innocentes non ſunt tribuunt aliquid ac donãt: quædam vero carnis audaciæ modũ ponũt ac pœnã, præſens ergo præceptum non datum eſt, vt ſi quis* B *illud ſeruet innocens & iuſtus ſit apud Deum, ſed vt cupiditati & affectui diuitum & potentum huius mundi, in quorum poteſtatem aliquando pauperes rediguntur, modum imponat, ne putent ſibi quod libeat licere.*

Qui voluntariè & impudenter peccat, in peccatis ſuis pluries relinquitur.

Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet 10.
tibi, in ſeptimo liber egredietur, cur apponit Hebræum? cur ad eum reſtringit tempua ſeruitutis? nam cum ad miſerias ſubleuandas ſit propenſiſſimus, cur hoc beneficium & ad ſeruum, Hebræũ & alienigenam non extẽdit? Orig. ait ſeruo alienigena iotelligitur ille, qui voluntarie ſe peccatis immiſcet, ſeruo autem Hebræo, qui quoquo modo inuoluntarie trahitur, & renitens ad peccandum] quid mirum igitur ſi ſeruus Hebræus abſoluto aliquo tempore, à ſeruitute eruitur, alienigena autem nequaquam? quia qui nolens quodammodo inuitus, & cum verecundia ad peccatum trahitur, in perpetuum peccatis non ſubiacebit: at vero qui per impudentiam peccat, io peccatis ſuis vſque ad finem pluries à Deo derelinquetur. ſubſcribit Origenes.
Origenes hic. *Diuinis legibus cauetur, vt ſi forte quis emerit ſeruum Hebræum, non enim perpetua ſeruitute poſſideat, ſed ſex annis ſeruiat, ſeptimo autem exeat liber: de Ægyptiis vero nihil tale cenſetur, procliues enim Ægyptij, & cito ad eum famulatum decidunt vitioſum; Hebræi vero, etiamſi in ſeruitutem redigantur etiamſi tyrannidem patiantur, ab Ægyptiis tamen violenter, & neceſſitate patiuntur.*

Qui diuitiis acquirendis modum ponunt, à Deo magno habentur in preſſo.

Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſer- 11.
uiet tibi, in ſeptimo egredietur liber, noo omnes vult ſeruos donari ſeptimo anno, ſed Hebræos, cur potiùs hos quam alios? nonne omnes in ordine mancipiorum cenſentur? Ruper. hoc beneficium refert in Iacob, Hebræi populi parentem, qui ſex annis ſeruiuit ſocero ſuo Laban pro gregibus variis, ſeptimo autem anno modum poſuit diuitiis acquirendis, reuerſuſque eſt in patriam ſuam, tanti

autem facit Deus eum qui ponit modum acquiſitioni pecuniarum, vt in eius memoriam omnes poſteros ſuos eodem ſeptimo anno libertate donet. Subijcin verba Ruperti lib. 3. c. 32. *Quare ergo hæc Hebræorum eſſe propria voluit? quia pater eorum Iacob ſex annis pro gregibus Laban ſeruiuit, & ſeptimo dignitate ſua ſeruata liber exiuit.*

Rupertus.

Nec viles in conditione dedignemur.

12. *Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi*, incipit in ſeruis, primo ei occurrunt mancipia, de quibus ſtatuit legem, vt qui ex Hebræis ſeruierint, ſeptimo anno libertatem conſequantur: cur poſt præcepta decalogi, illico ſeruos memorat? nonne alias leges circa principes vel parentes hic ſtatuere antea potuit? potuit ſed noluit, vt doceret viliores in ſtatu non parui faciendos, aut contemnendos. *Obſerua* (ait Auct. Caten.) *vt poſt decalogi & diuini cultus præcepta, ſtatim leges de iudicijs ferat, quæ erga ſeruos ſeruanda ſunt, contra miſeram mortalium arrogantiam, qui nunquam naturam ipſam ſciunt contemplari in exteriori dumtaxat ornatu, & ſpecie occupati.*

Lippom.

B

Inhumani qui à ſeruis pro ſanitate recuperanda, datum exigunt.

13. *Si emeris ſeruum Hebræum, ſeruiet tibi ſex annis, & ſeptimo egredietur liber & gratis*, quod liber egrediatur non miror, ſed quod gratis, nonne in damnum domini cedet? ſi enim ſeruus tempore ſuæ ſeruitutis, aliqua duriori detinetur infirmitate, cuius reſtituendæ gratia plura conſumpſerit herus: nonne ſeruus antequam anno ſeptimo egrediatur liber, ei ſatisfacere debet? nequaquam, inhumani enim ſunt qui à ſeruis pro ſanitate recuperanda, aliquid datum exigunt: fauet Abulenſ. *Si forte ſeruus infirmatus fuiſſet apud Dominum ſuum & non ſeruiuiſſet toto tempore quo ſeruiturus erat, non tenebatur dare pretium pro labore illius temporis: vel ſi forte Dominus expendiſſet aliquid in medicos, vel in medicinas, non tenebatur ſeruus cum exiret, impenſas reddere; ſicut ſi teneretur, ſi mercenarius eſſet conductus pro vno anno vel maiori tempore, & in illo ægrotaret totum tempus quo infirmus eſſet, ſubſtrahi deberet ab illo anno, vel tempore conuento, ita vt tanto tempore ſeruiat vltra tempus conuentionis, quanto manſit non laborans ex cauſa ægritudinis.*

Abulenſ.

C

A Deo ſcripturæ intelligentia petenda.

14. *Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis, ſeruiet tibi, in ſeptimo egredietur liber*, quis ille ſeptimus annus? quomodo intelligenda eſt hæc ſerui manumiſſio? licet hoc tibi facile videatur intellectu, tamen huius difficultatis intelligentia à Deo poſtulanda eſt: annuit Ambroſ. in Pſal. 118. Octon. 2. in illa verba, Benedictus es Domine, doce me iuſtificationes tuas, *An deſiderat ipſum Doctorem habere, cupiens cognoſcere ſecreta legis, & quomodo interpretationem habeat ſi emeris Hebræum puerum, & ſeruierit tibi annis ſex, quibus præmiſſum has iuſtitias diſcere quas proponis in conſpectu filiorum Iſrael, A hæc à Domino quæris diſcere, quæ homines docere non poteram, niſi Dominus antea docuiſſet.*

Ambroſ. Pſalm. 118.

D

Hebræus ſis in ſeruitute, libertatem æternam conſequêris.

Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi, & in ſeptimo egredietur liber: Cur nominatim dicit Hebræum? abſolute loquatur de quolibet ſeruo: per Hebræum verus Iſraelita intelligitur, ſicut per ſex annos, totum vitæ curriculum, & per ſeptimum requies æterna. Ne mireris ergo dictum fuiſſe Hebræum, ſi in ſeruitute fuerit, ſeptimo anno liberum euaſurum, qui enim verus Iſraelita eſt, depoſita huius corporis, & vitæ ſeruitute, æternam conſequetur requiem: Subſcribit cit. Ambroſ. cit. Pſalm. Octon. 3. *Quid dicam de Hebræo quem lex tantummodo ſex iubet ſeruire annis, & ſeptimo anno exire à ſeruitio? quis iſte ſeruus Hebræus? quis Hebræus liber poterat intelligi, quis tantus vt annos æternos in mente habens? videat verum Hebræum qui non in perpetuum manet ſeruus, ſed ſex annis ſeruili functus obſequio, ſeptimo anno gratiam libertatis adipiſcitur, cuius videtur Iſaac Patriarcha ſeruitutis, & libertatis non ignoraſſe myſterium: qui vt Geneſ. 27. Seruies fratri tuo, & erit cum depoſueris & ſolueris iugum eius à collo tuo, ſignificans fore tempus quo & ſi quis ſeruierit hic poſitus fratri ſuo, poſtea tamen exactis annis, qui ſex iſtis diebus atque iſtis quos hic exegimus menſibus colliguntur, ſoluat iugum à ceruice ſua, quod ſit ſeptimo anno remiſſionis conijcere poſſumus, verum Hebræi typum in Ioſeph qui portauit ſeruitutis iugum, ſed eum culpa non cæpit, non Ægyptus decolorauit.* 15.

S. Doctor cit.

B

Geneſ. 27.

C

A vita actiua ad contemplatiuam tranſeamus.

Si emeris ſeruum Hebræum ſex annis ſeruiet tibi, & in ſeptimo liber exibit: Hebræus tranſiens interpretatur, & ſeruus Hebræus emitur, quando vnuſquiſque qui iam ab hoc ſæculo tranſit, ſeruitio omnipotentis Dei ſubditur, ille enim vere ſeruire Deo appetit, qui ab hoc ſæculo mente tranſire didicerit. Sic Moyſes tranſiuit, vt videret viſum: ſic Dauid cum videret impium ſuperexaltatum, & exaltatum ſuper Cedros Libani, tranſiui & ecce non erat, quia iniquorum potentias eſſe magnum aliquid fortaſſe credimus, niſi ad permanens ſæculum mente tranſeamus: verum cur ſeruus Hebræus emptus ſex annis ſeruire præcipitur, vt tandem ſeptimo egrediatur liber? B. Greg. Rom. hom. 3. in Ezech. reſpondet, *Quid per ſenarium numerum, niſi actiuæ vitæ perfectio deſignatur? quid per ſeptenarium, niſi contemplatiua exprimitur? ſex ergo annis ſeruit, & ſeptimo egreditur liber, qui per actiuam vitam quam perfecte exhibuerit, ad contemplatiuæ vitæ libertatem tranſit.* 16.

D

S. Gregor. Magn.

Licet ad contemplationem tranſieris, actionem ne deſeras.

Si ſeruum Hebræum emeris, ſeptimo anno à te dimittetur liber, & ſi vxorem habuerit, vxor cum eo libertate donabitur, qua de cauſa? ſi 17.

vxorem antequam ſeruituti traderetur habuerit, eam ſeruitute completa retinebit? cur non erit Domini? cur illius? nonne ſufficit ei libertatem reſtitui, & ouduun non abiret ſatisfacientem accipiamus præf. Summum Pontificem, *Sunt nonnulli qui priuſquam omnipotentis Dei ſeruitio in ſancta conſideratione ſocientur, iam bona operà operari diligunt: ſunt autem alij qui bona opera poſtquam ad ſeruitium omnipotentis Dei venerint, diſcunt: qui ergo operationem bonam, & priuſquam ad Dei ſeruitium veniret habere ſtuduit, Hebræus factus cum vxore emptus eſt, & plerumque is qui talis eſt, poteſt ad contemplatiuam vitam tranſire, & tamen actiuam non deſerere: vnde ei illic ſubditur, ſi habes vxorem, & vxor egrediatur ſimul, cum eo enim ad libertatem vxor egreditur, quando is qui ad contempla-* A *tionem peruenit etiam foris actionem boni operis, qua prodeſſe poſſit alijs non reliquit.* B

Humanos nos vult eſſe Deus.

5. *Si emeris ſeruum Hebræum, & ſeruierit tibi ſex annis in ſeptimo liber exibit:* nonne ſatis erat ſalutis animæ eorum curam gerere, in præceptorum moralium propoſitione? cur & iudicialia ſeruanda obijcis, & primo circa ſeruorum libertatem? quia non ſolum rectos nos vult eſſe Deus, ſed & erga alios, humanos. Ita ſenſit Tertull. lib. 2. contra Marcionem c. 18. Tertull.
Non à Deo tuo didicit creator meus præſcribere non occides, non adulterabis, ad hæc innocentiæ, & pudicitiæ, & iuſtitiæ, & pietatis principalia conſulta accedunt, etiā humanitatis præſcripta, cum ſeptimo quoque anno ſeruitia libertate ſoluuntur.

VARIET. LECT. Verſ. 5. & 6.

Vulg. Quod ſi dixerit ſeruus, diligo Dominum meum, & vxorem, & liberos, non egrediar liber.

Pag. Et ſi dicendo dixerit ſeruus dilexi Dominum meum.

Vulg. Offeret eum Dominus dijs, & applicabitur ad oſtium, & poſtes, perforabitque aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſæculum.

Sept. Adducet eum Dominus eius ad tribunal Dei.

Aquil. Sym. Ad Deos.

Aug. Offerat eum Dominus dijs.

Cald. Applicabitque eum Dominus eius coram iudicibus, & applicabit eum ad oſtium, & ad poſtem, & erit ſeruus ſeruiens ei in ſæculum.

Pag. Adducere faciet eum Dominus ſuus ad iudices, & accedere eum faciet ad oſtium.

Aug. Pertundet ei Dominus auriculam de ſubula, & ſeruiet in æternum.

Rabbi Salom. Siſtet eum ad forum iudicis.

CONCORDIA.

Hebraice eſt אלהים quæ vox hîc vt nonnunquam aliàs, pro iudicibus ſumitur, prout expreſſe habet Cald. Sept. habent, adducet eum ad tribunal Dei, vbi dubium eſſe poteſt an Deum propriè capiant, an analogice, pro eo qui Deus ſit quadam ſimilitudine, aut participatione, ſeu iudice, ſed ſiue vno ſiue alte- C ro modo capiatur, poſſent verſiones omnes concordari, maxime ſi elohim, & Deos non pro iudicibus quibuſcumque, ſed pro iudicibus, & ſacerdotibus ſacris ſomamus, quorum tribunal etiam apte à Sept. iudicium ſumitur, licet etiam quanquam minus apte, iudicum ciuilium tribunal Dei appellari potuerit.

EXPOSITIO.

Quod ſi dixerit ſeruus, diligo Dominum meum, cuius ſocietatem libertati præfero, *& vxorem & liberos*, quorum ſeruilem conditionem vna cum illis ſubire volo, *non egrediar liber*, ſed cedo iuri meo, *offeret eum Dominus dijs*, non inſolitum ſcripturæ quodvis excellens diuinum appellare, atius in homines habere, diuinum quid eſt: hinc fit quod per Deos, iudices aut gubernatores intelligere poteris, *& applicabatur ad oſtium*, portæ vrbis, vel domus publicæ, vel domus herilis, in hac enim deinceps operam & ſeruitutem deuouebat.

Perforabitque aurem eius ſubula, licet aliqui teneant hanc auris terebrationem in dedecus, & pœnam eius cedere, qui propoſita libertate, qua nihil in hac vita præſtantius eſſe poteſt, ſeruitutem amplecteretur, & in organo D quo imperij verba percipiuntur, vt ad omnem obedientiam ſeruum ſe eſſe profiteretur: alij non in pœnam & confuſionem id factum eſſe volunt, ſed in ſignum ſeruitutis, & renunciationis ſui iuris, vt perforare aures, idem ſit ac aperire, & facere, vt arrectas quis ad audiendum & obſequendum aures habeat: *Et erit ſeruus in ſæculum*, id eſt longo tempore, vſque ad annum generalis remiſſionis, ſiue iubilæũ, tunc enim exibat liber vt patet 25. Leuit. Serui- Exod. 21.
tuti itaque addictus erat, vſque ad iubilei annũ ſiue parum ſiue multum diſtaret, eo ſiquidem anno à ſeruitute liberabitur; exibat tunc cum vxore & liberis, vt patet ex Leuit. cit. cap. vbi perpetua ſeruitus ſpeciatim ad ſolos ſeruos & ſeruas alienigenas reſtringere, & in his ad poſteros, etiam hæreditario onere tranſmittitur.

CONCEPTVS.

Sacerdotes ratione dignitatis dij cenſendi.

19. Rupertus. *Offeret eum Dominus dijs*, quinam ſunt hi dij, quibus offerendus erat ſeruus? Cald. legit applicabit eum coram iudicibus, verum Rupertus Sacerdotes intelligit, nec immerito, ratione enim officij tales æſtimandi ſunt: vnde proſequitur cit. Abbas, *Hoc intellige ſecundum quod dictum eſt ad Moyſen, ecce conſtitui te Deum Pharaonis, videlicet ſecundum dignitatẽ diuini officij.*

Iudices in ius dicendo, ita ſint conſtantes, vt Deus.

20. Cajet. *Offeret eum Dominus dijs*, Cajet. hoc eſt iudicibus gubernatoribus ciuitatis, ſed quo titulo iudices dij cenſebantur? nonne ſatis erat dixiſ- B ſe offeres eum iudicibus? in quo ergo deorum appellationem merentur? ſi in iure dicendo, in ferenda ſententia contra noxios fuerint conſtantes, *Vocantur iudices dij*, inquit Oleaſt. Oleaſt. *quod debent ita eſſe conſtantes, & inflexibiles in ius dicendo, ſicut eſt Deus quibus præcipit, pauperum in iudicio non miſereri.*

Pœnitentiæ tempus ne differas.

21. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem eius ſubula, eritque ſeruus in ſæculum*, libertati enim ſeruitutem prætulit: quis ille ita inſanus, qui abiecta ſpe libertatis, vltro ſe tradit domino ſuo in æternum ſeruiturus? ille ſane qui oblatam occaſionem à ſeruitute peccati exeundi, & libertatem Spiritus media pœnitentia C conſequendi, eam reijcit, & detrectat: ſed cur & auris perforatur? quia ille qui pœnitentiam in futurum tempus diſtrahit, aures perdit, & iure auditum amittit, qui audire Deum noluit: ſæpe enim fit, vt qui oblatas occaſiones pœnitendi renuit, vix poſſit in fine pœnitere, id eſt difficile adeo vt nunquam pœnitentiam conſequatur; huius ſententiæ eſt Philo lib. de Cherubim, Philo. *Si reſpondeat contentus ſum domino meo, & vxore ſua omnibuſque liberis nolo poſthac eſſe liber, adductus ad tribunal Dei, iudicante ipſo ferenteque ſententiam, habebit quod poſtulabit, perforata primum auricula, ne exaudiat Dei verba de libertate animæ, hic enim eſt veluti reiectus à ſacro certamine reprobatuſque.* D

Qui libertatem ſpiritus contempſit, dignus eſt perpetua notari infamia.

22. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem eius ſubula, eritque ſeruus in ſæculum*, quia noluit ſexto anno ſeruitutis reuoluto liber egredi: quid abiectius ſeruitute? quis ignominioſam captiuitatem præferet ſuauiſſimæ libertati? ſane peccator, qui ſub miſera peccati ſeruitute poſitus, ad beatam Chriſti libertatem inuitatus, & nihilominus ea contempta, ſuam retinet & amplectitur captiuitatem: ſed cur auris ei perforatur? in ignominiam, & dedecus libertatis perditæ: fauet Theod. q. 45. Theodor. *In dedecus*, inquit, *eius, qui poſtpoſita libertate ſeruitutem amplectitur, ſignum hoc accipere iuſ-*

A *ſit*: cui ſubſcribit noſter Lyran. Noſter Lyranus. *Hæc pœna & verecundia ſit ei, eo quod non vult vti libertate à Deo data*, æquum eſt enim vt in pudore viuat, qui in honore viuere recuſauit: verum cum per alterius partis corporis mutilationem ignominia illius potuit deſignari: cur potius auris debuit perforari? quia auris eſt ſenſus diſciplinæ, quam qui non recipit, ſed potius libertati ſeruitutem anteponit, non immerito aure punitur, vt rudis & ignarus, ac totius diſciplinæ expers in poſterum cenſeatur.

Iudæus ita obſtructas aures habet, vt ferro ad eas aperiendas opus eſſet.

23. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem illius ſubula, & erit ei ſeruus in ſæculum*, populũ Iſraeliticũ hic ſeruus deſignabat. Sed cur aures ſerui ſubula aperiũtur? quia populi Iſrael aures ferrum non verbum aperire debuit, hoc eſt, qui tam obſtructas aures gerere debebat ad oracula Prophetarum, vt ad audiendum oporteret prius illas ferro, hoc eſt multis ſupplicijs reſerari, imo ne vulneratus quidem & flagellatus audiebat: vnde D. Ambr. ſer. 15. in Pſ. 118. S. Ambroſ. *Dum aurem ſuam ſubula pertundit, audire non potuit, vulneratam aurem gerens, non legis ſed ſtultitiæ ſubula cruentauit aurem ſuam, maluit in ferrum quam in verbum credere.*

Qui beneficium legis non admittit, eo in perpetuum priuari debet.

C

24. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſæculum*, cur in ſæculum, cum lex permittit vt peracto in ſeruitute ſexennio liber exiret? & ideo quia lex hoc decreuit, & nihilominus tali beneficio gaudere noluit, merito eo in perpetuum priuari debuit: Ita cẽſet B. Thomas Angel. 1. 2. q. 105. ar- S. Thomas tic. 2. ad 10. *Pœnam indixit in duobus caſibus, in vno quidem quando ſeptimo anno remiſſionis, ille qui erat ſeruus nolebat beneficio legis vti, vt liber exiret, vnde pro pœnã ei infligebatur, vt in perpetuum ſeruus maneret, &c.*

Occaſio idololatriæ adimitur.

25. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem* D *eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſæculum*, pœna perpetuæ ſeruitutis imponitur ſecũdum Aquinatem ei, qui beneficium libertatis cõtemptui habuit, imo non ſolum in hoc, ſed & in grauioribus criminibus lex vetus pœnam mortis impoſuit, ſcilicet in quibus contra Deum delinquitur, & in homicidio, & in furto hominum, & in irreuerentia erga patrem & matrem, in furto aliarum rerum adhibuit pœnam damni in percuſſione, & mutilatione induxit pœnam tallionis, & ſimiliter in crimine falſi teſtimonij: in leuioribus autem alijs delictis induxit pœnam flagellationis, vel ignominiæ. Sed cur pœnam exilij vniuerſaliter non lex ſtatuit, cum apud alias nationes non ſit inſolita? optime citato loco præfat. Ang. Doct. Angelicus *Qui ab illo populo vniuerſaliter excluſus eſſet, daretur ei occaſio ido-* Doctor,

1. Reg. 16. *lolatriæ. Et ideo 1. Reg. 16. dicitur quod Dauid dixit ad Saul, Maledicti ſunt qui eiecerunt me hod.e, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, vade ſerui dijs alienis: erat tamen aliquod particulare exilium, dicitur enim Deut. 9.* Deuter. 9 *Quod qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui nullum odium contra ipſum habuiſſet, comprobatur, ad vnam vrbium refugij confugiebat, & ibi manebat vſque ad mortem ſummi ſacerdotis, tunc enim ei licebat ad domum ſuam redire, quia in vniuerſali damno populi conſueuerant particulares iræ ſedari, & ita proximi defuncti non ſic proni erant ad eius occiſionem.*

Maximus amor viri in coniugem, & in liberos.

26. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem illius ſ bula, & erit ei ſeruus in ſæculum,* cur perpetuæ ſeruituti, qua nihil grauius, & ignominioſius te ſubijcis, cum libertatem poſſes adipiſci? diligo, inquit, vxorem, & liberos, non ero liber, nonne omnibus libertas præferenda? neſcit amori cõiugis & liberorũ eã anteponere,

Oleaſter. *Quas anguſtias,* inquit Luſit. *vir ſubeat ob coniugis & liberorum amorem pulchre ſubindicat locus iſte, vt ſcilicet ſeruituti perpetuæ, carceri, & ei multis alijs locis ſe adijci patiatur propter eos, mauult enim eorum cauſa perpetuo ſeruus eſſe, quam ad horam ſine illis libertate frui.*

Ignominia præ omnibus fugienda.

27. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem illius ſubula,* cur ſiſtere eum debet coram ciuitatis gubernatoribus, vt ei ſubula perforetur auris? nonne ſatis vt in oſtio domus, nullo præſente iudice ei aperiretur? nonne hâc notâ manebit ſeruus in perpetuum? vult vt coram iudicibus & gubernatoribus ciuitatis, ſerui auris perforetur, vt ſi non timeret ſeruitutem, ſaltem ignominiã horreret: annuit Card. Cajet.

Cajet. *Fiebat huiuſmodi perforatio publice, & auctoritate publica à Domino, tamen illius ſerui petentes manere in ſeruitute, ad hoc vt rari inuenirentur Hebræi appetitores huiuſmodi ſeruitutis, vt ſi non horrerent ſeruitutem, ſaltem ignominiam publicam.*

In bonis operibus Regni cæleſtis ingreſſum ſemper attendamus.

28. *Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem illius ſubula, & erit ſeruus in ſæculum,* hac autem ſeruitute ſe obſtringit, quia Dominum, ſuam coniugem & liberos diligit. B. Gregor. Rom. hom. 3. in Ezech. ait, [Seruus Dominum ſuum diligit, quādo prædicatoris verba ſollicita mente cuſtodit, vxorem quoque amans & liberos liber egredi recuſat: quando actiuam vitam eiuſque fructus diligens, tranſire ad contemplatiuam non vult, quia bona ſe opera habere in miniſterij ſui ſeruitute conſiderans, ad libertatis quietem recuſat ſecedere: ſed offerat eum Dominus dijs, & applicetur ad oſtium, & poſtea perforet aurem eius ſubula, vt ſit ei ſeruus in ſæculum, etenim qui in vita actiua, diſpoſuit perdurare à Domino dijs offertur, quando à prædicatore ſuo antiquorum patrum dictis imbuitur, qui nobis in via omnipotentis Domini ſacerdotes fuerunt.] Verum cur ad oſtium & poſtes tabernaculi ſecundum aliquos, ducitur, & tunc auris eius perforatur ſubula, vt hac nota ſit ſeruus in ſæculum? reſpondet præf. S. Doctor, Ducitur ad oſtium, vt de ingreſſu cœleſtis habitaculi aliquid altius audiat, & tremendi iudicij diem ſubtiliter agnoſcat, ne per bona opera quæ facit placere hominibus appetat; ſicque auris eius ſubulâ perforatur, dum mens illius timoris Dei ſubtilitate percutitur, & verbi acumine transfixa per omne quod agit, nouerit ingreſſum regni ſemper attendere, ea quaſi ab oſtio, & poſte tabernaculi perforatam aurem portare qui erit ſeruus in ſæculo, vt eſſe poſſit liber per ſæculum: in ſæculo enim ſeruus eſt qui per actiuam vitam hominibus ſeruire diſpoſuit, vt poſt præſens ſæculum ad libertatem veram valeat peruenire.]

S Gregorius Mag.

Fraudis ſuſpicio vitanda.

Offeret eum Dominus dijs, perforabitque aurem eius ſubula, perforet quidem Dominus eius aurem, vt hac perforatione intelligat ſe perpetuæ addictum ſeruituti, verum cur adducet Dominus ad iudices ciuitatis? cur coram magiſtratibus hanc ſubire debet notam, quæ in maximũ cedet dedecus? ne vlla ſuſpicio fraudis daretur, quod ſeruum qui ſeptimo anno libertate gaudere deberet, eum inuitum detineret vltra tempus à lege ſtatutum: mens eſt Lippom. 29.

Lippom. *Auris illi perfoditur ad oſtium domus à Domino non ſine arbitris, ne dolus & fraus interueniat, & ſe conqueri ſeruus poſſit vim paſſum,* ſubiungit, *iubentur pariter adire iudices, remque cum auctoritate tranſigere, nemo enim in propria cauſa ſui ipſius iudex eſt.*

VARIET. LECT. à Verſ. 7.

VVlg. Si quis vendiderit filiam ſuam vt famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt.

Sept. Si quis autem vendiderit filiam famulam, non abibit ita vt recedunt ancillæ.

Cald. & Hebr. Quemadmodum egrediuntur ſerui.

Vulg. Si diſplicuerit oculis Domini ſui, cui tradita fuerat, dimittat eam: populo autem alieno vendendi non habeat poteſtatem, ſi ſpreuerit eam.

Sept. Si non placuerit Domino ſuo quam adnominauit ſibi, redimet eam, genti autem exteræ vendere illam non eſt Dominus, quoniam ſpreuit in ea.

Cald. Si diſplicuerit in oculis Domini ſui, quam deſponderat, liberam faciet eam, non habebit facultatem, vt vendat eam viro, *alij*, cum dominatus fuerit eius.

Pag. Quia non deſponſauit eam, redimere faciat eam, populo alieno non erit poteſtas vendendi eam, quia ſpreuerit eam.

Oleaſt. Populo alieno non habebit dominium vendendi eam, quoniam operuit eam.

Symmach. Non adibit aditum ſeruilem, ſi A
non placeat in oculis Domino ſuo, quia admonita non eſt.

Vatab. Si mala fuerit in oculis heri ſui, qui non deſpondit eam, &c: cum præuaricatus fuerit eam.

Arias, Non dominabitur ad vendendum eam, in præuaricando ipſum ad eam.

Vulg. Sin autem filio ſuo deſponderit eam, iuxta morem filiarum faciet ei.

Sept. Quod ſi filio adnominauerit eam, ſecundum iuſtificationem filiarum, faciet ei.

Cald. Iuxta conſuetudinem filiarum faciet ei.

Oleaſt. Si filio ſuo conſtituerit eam, faciet illi ſecundum iudicium puellarum.

Symm. Secundum ius nobilium. B

Vulg. Quod ſi alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit ei.

A *Sept.* Quod ſi aliam acceperit ſibi, quæ opus ſunt, & veſtem, & conuerſationem eius non fraudabit.

Onkel. Si etiam quoque acceperit illi, victum eius, veſtimentum eius, & concubitum eius non prohibeat.

Targ. Si alteram acceperit ſibi, alimentum eius, operimentum eius, & tempus eius non diminuet.

Arias Mont Si alteram acceperit ſibi carnem eius, operimentum eius, & habitationem eius, non diminuet.

Oleaſt. Si alteram acceperit reſiduum eius, operimentum eius, habitaculum eius non diminuet, ius coniugale habet.

B *Vulg.* Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis abſque pecunia.

Sept. Si autem tria hæc non fecerit ei, exibit gratis, ſine argento.

C O N C O R D I A.

HAbet Vulg. non egredietur ſicut ancillæ, ſed in Hebræo eſt עבדים abadim quod vertitur ſerui, ſed eodem redit vtraque lectio, ſi comparatio ſit cum ancillis & ſeruis, qui non erant ex gente Iudaica, ſenſus erit non debere puellas Iudæas à parentibus in ſeruiturem venditas, eaſdem habere conditiones quas vel ſerui vel ancillæ extraneæ ſubeunt: nam ſi ſerui vel ancillæ non poſſunt aliter à ſeruitute eximi, quã ſi ſe redimãt, vel à parentibus alijſque redimãtur: non ita illæ ancillæ Hebreæ: & hic ſenſus C forte eo magis probari debet, quod ſerui Iudæi genere minus proprie ſerui dici poſſunt, quandoquidem non ſubirent conditiones proprie ſeruorum, & potius mercenarij dicendi eſſent quam ſerui.

Habet Vulg. cui tradita fuerat, alij vero vel ſine negatione, quam ſibi deſponderat, alij autem cum negatione, quia non deſponſauit eam, ſed harum verſionum diuerſitas naſcitur ex Hebraica dictione לא quæ ſumpta, provt hîc repetitur ſignificat non, Hebræi vero volũt aliquot locis in ſcriptura poni illud לא lo pro לו cum vau, quod eſt pronomen ſignificans ſibi vel ei: hunc vnum ex illis locis eſſe qui negatiue legunt, difficilem locum obſcuriorem reddunt, ſed noſter Vulgatus & Sept. ſcientes litteras י.ו.ה.א. aleph, he, vau, iod, ſæpiſſime pro ſe mutuo poni: ac ſæpiſſime vocem לא in ſcriptura pro לו ſubſtitui, optime verterunt pro ſibi vel D ei, ſciẽtes ſenſum clariorem ex hoc pronomine effici: item habet Vulg. dimitte eam, quamuis in Hebræo ſit והפדה & redimere faciet eam, imo & Sept eodẽ modo legunt, quæ verſio mira viſa eſt B. Auguſtino, quaſi Dominus ſit daturus pecuniã pro re ſua, quam pretio emerit. Verum eſt quod Sept. debuiſſent vertere redimere faciet eam, vel reddito pretio dimittere: vox enim Hebræa non tantum redimere, ſed etiam dato pretio dimittere. Iuxta hanc interpretationem explicanda eſt noſtri interpretis verſio de dimiſſione, non quæ abſque pretio fiat, ſed in qua reddatur pretium emptionis, legit Vulg. ſi ſpreuit eam, alij quoniam operuit eam, alij cum præuaricatus fuerit eam; ideoque eſt quia verbum בגד begad ſignificat etiam præuaricari, tranſgredi, fallere, decipere, fraudibus, aut dolo vti, qui autem vertit operuit, non diſſonat à ſignificatione begad, quod ſignificat operte vel doloſe agere, aut tegere. Vnde beged, id eſt, veſtis, quod ea quis tegatur aut operiatur: legit item Vulgatus quod ſi alteram ei acceperit, aliqui autem quod ſi ſibi acceperit, verum לו ambiguum eſt, vt tam ei quam ſibi verti poſſit.

Vulg. habet, quod ſi alteram ei acceperit prouidebit puellæ nuptias, veſtimenta, pretium C pudicitiæ non negabit, quæ verſio diuortium ſonare videtur, cum tamen aliæ verſiones, vt videre eſt, non illud inſinuent: & tota difficultas naſcitur ex ſignificatione vocum Hebraicarum quas noſter interpres vertit, nuptias, veſtimenta, & pretium pudicitiæ: Sept. veſtimenta eius neceſſaria, & conuerſationem eius non defraudabit: Cald. nutrimentum eius, & veſtimentum, ſed tertia vox apud ipſum æque ambigua eſt, ac in Hebræo, cum vocem Hebræam retinuerit. Latinus tamen paraphraſeos interpres reddidit concubitum eius, & Græca vox apud Septuag. ὁμιλία reddi poteſt, Oleaſt. & Mont. habitationem vel habitaculum vertunt, Tigurina verſio ius coniugale, alij tempus vel horam reddunt, quod non pauci ſic explicant. Vt licet maritus aliam ſuperinduxerit, tempus tamen maritalis copulæ priori illi non deneget, D ſed obligationi quam erga ipſam habet, ſatisfaciat; ex quo patet hos fere omnes de conuerſatione, cohabitatione, copula hunc locum intellexiſſe, atque adeo iuxta illos, nullum hic de diuortio ſermonem eſſe, ſicut etiam nec in Vulgato intelligitur, ita vt altera vxore ſuperinducta, alia etiam retineatur, ita vt nuptias, hoc eſt debitam ſuo tempore copulam, & veſtimenta & pretium pudicitiæ ablatæ, hoc eſt honeſtam tractationem illi non deneget. Nec diſſentit Oleaſt. qui primam vocem שאר reſiduum vertit, explicatque reſiduum, vel cibi, vel temporis congreſſus maritalis, quod ſupererat, poſtquam iam ſatisfactum erit primariæ vxori, id enim reſiduum ſecundariæ vxori, & concubinæ debebatur.

Vulg. legit iuxta morem filiarum faciet ei,

Sept. ſecundum iuſtificationem, Oleaſt. ſecundum iudicium, Symm. ſecũdum ius nobilium: nec mirum quia in Hebræo eſt משפט miſphat, quod vocabulum plerumque ſignificat iudicium, à verbo שפט ſaphat, id eſt iudicare, & concinit Græca dictio δικαίωμα, hoc eſt iuſtificatio, aliquando etiam ſignificat morem, & A conſuetudinem, vt patet ex illis verbis Ioſeph ad Pincernam Pharaonis, Geneſ. 40. dabis ei calicem iuxta officium tuum, ſicut facere ante conſueueras Hoc eſt iuxta conſuetudinẽ tuam, in Hebræo eſt כמשפט camiſphat, ſignificat etiam ius, vt habetur lib. 1. Reg. c. 8. n. 9. hoc eſt ius regis, in Hebræo miſphat. Geneſ. 40. 1. Reg. 8.

EXPOSITIO.

SI *quis neceſſitate compulſus vendiderit filiam ſuam*, ex quo loco S. Thomas 1. 2. q. 105. art. 4. ad 4. infert parentes ſicut ſe ipſos vrgente neceſſitate, in ſeruos ſe poſſe vendere: ſi quis igitur vendiderit filiam ſuam in famulam, vel in concubinam. Sed ſi obijciatur venditionem in concubinam fuiſſe illicitam, cum omnis B concubitus non coniugalis, ſit in lege prohibitus; reſponderi poteſt quod hæc fuerit permiſſio non licentia, ita vt eis propter libidinem eorum frænandam, hoc eis permiſſum fuerit, quemadmodum date extraneis ad vſuram, vt cupiditas circa proprium populum coerceretur, nec ait contextus, vt fiat venditio, ſed quid agendum ſit, ſi fuerit, *Non egredietur ſicut ancillæ*, non cognitæ à dominis ſuis, & prout ſunt illæ, quæ tantum ſunt ancillæ.

Sed ſi diſplicuerit oculis domini ſui, volueritque habere in vxorem, ſeu concubinam, *ille cui tradita fuerat*, per commixtionem carnalem, *dimittet eam* nempe liberam; etiam ante ſexennium, quia non erat ei tradita præcipue propter ſeruitutem, ſed propter coniugium, *populo autem alieno vendendi non habeat poteſta-* C *tem*, licet per populum alienum, quidam alienam familiam intelligant: probabilius tamen eſt per populum alienum à Iudaica ſtirpe diuerſum intelligi, cuius prohibitionis videtur hæc ratio, tum propter periculum lapſus in idololatriam, tum quod longe eſſet eorum conditio deterior apud alienigenas, quàm apud Iudæos, *ſin autem filio ſuo deſponderit*, eam tradendo illi in vxorem, *iuxta morem filiarum faciet illi*, & tradet illam tanquam filiam, dotem ſcilicet ei conſtituens: *quod ſi alteram ei acceperit*, id eſt, ſi filio ſuo alteram dederit coniugem, quoniam vir vnus plures coniuges poterat habere, *prouidebit puellæ nuptias*; hoc eſt thori conuerſationem, *& veſtimenta, & pretium pudicitiæ*, hoc eſt honeſtam tractationem non neget illi: *ſi tria iſta non fecerit*, ita quod nec ipſe eam accepit in coniugem, nec tradidit filio ſuo in vxorem, nec ſponte eam voluit dimittere, ſiue in aliquo iſtorum defecerit, *egredietur gratis* abſque pecunia, liberum erit ancillæ recedere, nullo dato ad ſe redimendum pretio.

CONCEPTVS.

Mulieris prudentis eſt ſuo viro ſubijci.

30. *Si diſplicuerit oculis Domini ſui*, cui tradita fuit in minus præcipuam vxorem, licet hic verbo domini ſui reſpondeat ארניה, tamen ſuperius verſ. 3. vbi Vulg. legit ſi habens vxorem, & Pag. ſi maritus vxoris, erat in Hebræo בעל à verbo בעל, quod eſt dominari: cur & eadem dictio, & maritum, & dominum denotat? quia maritus dominus eſt, & ſic prudentis vxoris eſt marito ſuo tanquam domino ſe ſubijcere: ad hanc ſubiectionem vxores vocat S. Ambroſ. palmarum exemplo, fœminæ D

S. Ambroſ. enim in ſubiectionis ſignum maribus inclinantur. Huius patris verba lib. 5. Exam. c. 13. hæc ſunt, *Videas palmam quæ dactylos generat, plerumque inclinantem ramos ſuos, & ſubijcientem ei arbori quem marem arborem appellant pueri ruſticorum: illa ergo palma fœmina eſt, & ſexum ſuum ſubiectionis ſpecie confitetur.* Vnde antiquitus ſponſa velamen geſtabat ſubiectio-

Tertull. nis ſignum, cui rei ſuccinit Tertull. lib. de Virg. velandis cap. 17.

Mulier facilis conuerſationi, & colloquijs, non aliena ab illicito concubitu.

31. *Si diſplicuerit oculis domini ſui, &c.* Prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit, Onk. victum & veſtitum, & concubitum eius non prohibebit; hoc eſt ne iuuenis ab alimentis, & debito reddendo ancillæ ſponſæ abſtineat: ſed Septuag. loco concubitus reddiderunt, & conuerſationem eius non fraudabit: alij aſſerunt locutionem aliquos reddidiſſe: ſed cur vbi dicitur concubitus, à Sept. redditur conuerſatio, ab alijs locutio? quia vt de fœmina crederetur humiliatio, defloratio, vel concubitus, ſufficit quaſi, quod dicatur conuerſata, vel locuta fuiſſe, quia pœne idem eſt in fœminis, & in colloquia, & in concupiſcentiam ire: de quo D. Gregor. Nazianz. ad Virgines ſic fatur. S. Greg. Nazian.

Virgo ſis oculis, ſis ore, atque auribus iſtis,
Virgo nam tribus his facile eſt decedere recto,
Vtque latet roſa verna ſuo putamine clauſa,
Sicos vincla ferat, validiſque arctetur habenis,
Indicatque ſuis prolixa ſilentia labris.

Ecce tibi tota fœminea errandi facilitas, ex oculis, ex ore, ex auribus: colloquia fuge, ſecuta eris ab impudicitijs.

Ad quid neceſſitas non impellit!

Si diſplicuerit oculis Domini ſui, nempe filia quæ à patre ei vendita fuerat: quid? itane naturæ ſuæ oblitus pater, & ab humanitate alienus, vt propriam pretio accepto vendat filiam, tanquam vile mancipium? ne mireris ſi paupertate fuerit oppreſſus, ad quid 32.

non

non enim impellit neceſſitas? vide Angel... Doctor 1. 2 quæſt. 105. art. 4. ad 4. ait. *Nullus* S. Thom. *Iudæus poterat poſſidere Iudæum quaſi ſimpliciter ſeruum, ſed erat ſeruus ſecundum quid, & per hunc modum permittebat lex quod paupertate cogente, aliquis vel filiam venderet.*

Periculo idololatriæ occurrendum.

53. *Si diſplicuerit oculis Domini ſui, populo autem alieno vendendi non habeat poteſtatem*, cur populum alienum præcipue excipit? quid curæ Deo eſt de non vendenda famula à Domino genti alienigenæ? imo maximæ, periculo enim lapſus in idololatriam ſcit occurrere: ſuffragatur Luſit. *Periculo idololatriæ obuiam ire voluit* Luſit. *Dominus, quoniam nouerat quam facile fœmina ſequantur mores, imo & fidem coniugum, & populi apud quem morantur.*

Viri erga vxorem diſplicentia, malum immedicabile.

54. *Si diſplicuerit oculis Domini ſui cui tradita* A *fuerat*, Cald. quam ſibi deſponderat, dimittet eam licet ei diſpliceat, nonne ſibi deſponſata? cur Deus ergo ſua lege ſtatuit, vt eam liberam dimittat? ſecum habeat: nequaquam ita decernit, quia fere inſanabile vulnus eſt diſplicentia viri erga cõiugem, cui tunc remedium, medio diuortio adhibebatur, *Oſtendit locus iſte* (inquit Hyeroo ab Oleaſt.) *quam magnum* Oleaſt. *malum ſit diſplicentia viri erga vxorem, vt maluerit inter eos facere diuortium, quam in perpetua inimicitia viuere.*

Nurus benigne tractanda.

Si diſplicuerit oculis Domini ſui, cui tradita fuerat &c. verum ſi filio ſuo deſponderit eã iuxta morem filiarum faciet ei, cur ſi ancilla ſibi vendita 35. fuerat, more filiarum tractanda eſt? vel vt habet Symma. ſecundum ius nobilium? nonne de B ea loquitur tanquam de eius filia deſponſata? bene igitur erga eam tanquam erga filiam ſe gerere debet; benigne enim nurus tractandæ, ſubit enim vxor licet vilis, viri nobilis conditionem & nobilitatem.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

V*Ulg.* Qui percuſſerit hominem nolens occidere, morte moriatur.

Sep. Si quis percuſſerit aliquem & mortuus fuerit, morte moriatur.

Cald. Occiſione occidatur.

CONCORDIA.

NOſter interpres addidit volens, vt eluci- C di, omiſit autem Hebraicum verbum ומת vamet & mortuus eſt. daret quando percutiens eſſet interficiendus, cum percutit ſcilicet animo occiden-

EXPOSITIO.

P*Ercuſſerit hominem volens occidere*, ex qua percuſſione mortis effectus ſequatur, nam ſi effectus non ſequeretur, non erat vltimo afficiendus ſupplicio. Rabbi Salomon inepte hãc legem reſtringit ad eos ſolum qui voluntarie Iudæum occiderent, quaſi gentilem occidere licuiſſet.

CONCEPTVS.

Non ſolum intentio prauæ actionis conſideretur à nobis vt puniatur, ſed etiam prauus illius effectus.

36. Q*Vi percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur*, addunt cum Hebræo Sept. & mortuus fuerit, quid? nonne ſatis vt vltimo plectatur ſupplicio, quod voluerit hominem interficere? quod prauæ fuerit intentionis in percuſſione illa? maxime erga Deum, non autem apud homines, non enim ſolum intentio prauæ actionis conſideratur vt puniatur, ſed etiam peruerſus illius effectus, *Penſat lex effectum*, inquit Cajet. *ſecuta mortis* Cajet. *ex percuſſione non curando an ille percuſſerit animo occidendi, vel duntaxat animo percutiendi*: & merito, quia percuſſiones non menſurantur.

D *In quo aliquando homo peccat, in eo laudatur Deus.*

Si quis percuſſerit hominem volẽs occidere morte 57. *moriatur*, mortẽ enim alteri inferens ex malitia lethaliter delinquit, qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus tradidit illum in manus eius, Pag. ſed Deus fuit cauſa vt veniret ad manum eius, tanquam non reo mortis datur locus refugij: ſi quis peccat grauiter, alteri vitam adimens, cur Deus ergo in manus alicuius tradit hominem interficiendũ, & iniuſtitiæ non accuſatur? quia aliquando in quo homo peccat, in eo laudibus effertur Deus: ſi ſte odus eſt pro nobis B. Aug q. S. Aug. 39 in Exod, *Quæritur* (inquit) *quomodo dictũ ſit, ſi autẽ nolens ſed Deus tradidit illũ in manus eius, quaſi & ſi volens occiderit poſſet occidere, niſi traderet in manus eius: intelligitur ergo Deũ tantũmodo feciſſe, cum quiſquis occiditur à nolente & pro*

hoc tantūmodo quia id Deus fecit, dictum eſt. ſed A *Deus tradidit eum in manus eius, cum vero nolens & ipſe occidit, & Deus tradidit in manus eius: hoc ergo intereſt quod illic tantum Deus facit hic autem & Deus & homo propter voluntatem facientis, ſed non fecit Deus vt homo, Deus enim nonniſi iuſte, homo autem dignus pœna; non quia illum occidit quem Deus nollet occidi, ſed quia per iniquitatem, non enim miniſterium Deo iubenti præbuit. ſed ſuæ malignæ cupiditati ſeruiuit: in vno igitur eodemque facto, & Deus de occulta æquitate laudatur, & homo de propria iniquitate punitur, non enim quia Deus proprio filio non pepercit ſed pro nobis omnibus tradidit illum, ideo Iudas excuſatus qui eumdem ad mortem tradidit Chriſtum.*

Patentiſſimus Dei ſpiritus eſt, quod in primis B
damna innocentum caueantur etiam cum
noxiorum impunitate.

38. *Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur, etſi ad altare meum confugerit ab eo auellatur; ſed ſi quis nolens, alium occiderit, locus refugij ei conſtituatur,* non ſolum hic Deus ſed pluribus in locis, totus eſt in aſylorum cōſtitutione, in tollenda occaſione innocentis caſtigandi, 8. Deut. 19. num. & Ioſue c. 20. ait, loquere filijs Iſrael & dices, ſeparate vrbes fugitiuorum, vt confugiat ad eas quicumque animam percuſſerit neſcius, & poſſit euadere iram proximi, qui vltor eſt ſanguinis: qui ſic acer fuerat in homicidas, vt nulla illis aſyla permitteret, nec ipſum ſuum altare, ab eo enim auelli, cum vi, & extrahi præcipit: cur ergo alibi tātus C eſt in parandis aſylis pro homicidis inuoluntarijs? cur non potius omni homicidæ ſpem tollit immunitatis, vt ſic magis homicidia caueātur? cur mauult inter leges de homicidis perdendis, prouidere refugia, quibus ſaluentur homicidæ inuoluntarij? rum, nonne in his qui vidētur voluntarij interfectores, aliquis poterit eſſe non cognitus homicida voluntarius, qui tamen tanquam innocens iudicabitur, & azylorum priuilegio gaudebit immerito? ita ſane, ſed patentiſſimus Dei ſpiritus eſt, quod in primis damna innocentum caueantur, etiam cum nocentum impunitate: id meditatus auctor imperf. hom. 13. explicans hæc verba Matth. 5. pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, *Contentus eſt*, inquit, *magis vt peccatores contra meritum ſuum bonis Dei fruantur, quam vt iuſti contra meritum ſuum bonis eius fraudentur.* expende ab illis, contentus eſt magis &c. quippe diuinus ſpiritus contentus eſt magis, vt euadant nocentes, quam quod innocentes perimantur.

Ioſue 20. (margin, beside "ſtigandi, 8. Deut. 19.")

Auctor operis imperf. Matth. 5. (margin, beside "imperf. hom. 13.")

Ad ſedandam Dei iram, non tam aſſumenda
innocentiæ teſtatio, quam culpa-
rum confeſſio.

39. *Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur*, ſi vero inuoluntarie illum occiderit, Deus inquit, dabo illi locum quo fugiat, id eſt aliquam ciuitatem ad quam confugere poſſit, & hoc modo valeat iram proximi euadere, qui vltor eſt ſanguinis: verum, cum ad eam aſyli ciuitatem confugerit, quid ei tunc agendum? ſtabit inquit Ioſue 20. ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus vrbis illius, ea quæ comprobent innocentiam, ſicque ſuſcipiant eum: ecce vt iubetur homicida inuoluntarius ſtare pro foribus ciuitatis refugij, ibique coram ſenioribus loqui, & quibus comprobetur innocens. ſed cur Deus iubet quod homo ſe innocentem probet, cum ſanctiſſimus iuuenis in flamis Babylonis ſic clamet, Dan. 3. *In veritate & iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra, peccauimus enim, & inique egimus,* quando iuſtus ſe reum clamat, cur homicida inuoluntarius ad ſalutem cogitur ſe probare innocentem? inſinuant verba Ioſue cauſam, vt poſſit euadere iram proximi, qui eſt vltor ſanguinis: merito cum res cum hominibus eſt, vt liber quis euadat, cogitur ſe probare innocentem, cum autem res eſt cum Deo, tum ſecurius agit, qui ſe reum & peccatorem fatetur, reſpectu hominum ille tutior qui ſe probat innocentem, ſed reſpectu Dei tutior eſt, qui ſe innocentem non probat, ſed qui fatetur ſe reum.

Ioſue. 20. (margin, beside "portam ciuitatis")

Daniel 3. (margin, beside "Dan. 3.")

Deo maxime eſt cordi pacis ſtudium.

Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur, at ſi quis inuoluntarie alteri vitam ademerit, quid de eo agendum? cōſtituam ei locum, inquit Deus, quo fugere poſſit: cur illa vrbs refugij, ad quam confugiens ſuā comprobata innocentia, in ea manebit, vſquequo ſacerdos magnus vita fungeretur? quod equidem durum videtur, nam ſi innocens iudicatus eſt, & dignus omni indemnitate, cur exul à patria detinetur? cur non magis permittitur liber redire ad propria? dices quia præſcripto illo termino, tempus interpoſitū ſatis eſſe videbatur ad mitigandū dolorem vindicis ſanguinis, permiſerat namque Deus propter duritiem iudaici cordis, ſicut vſuras & libellum repudij, ſic impunitatem cognato occiſi hominis, ſi dolore ſtimulatus occiſorem, qualiſcumque ille eſſet, perimeret: lapſus vero ille temporis illâ morte magni ſacerdotis quæ omnibus ob dignitatem perſonæ, erat manifeſta, ad appetitum vindictæ coercēdū idoneus eſt iudicatus: non decuit autem minorum ſacerdotum morte, tēpus commorandi in aſylo definiri, tum quia innumeri erant, tum quia mors vnius priuati hominis, ſi ad vnum terminus eſſet præſcriptus, vix in vna aut altera vrbe euulgatur. vel forte ſicut exilium ipſum, ita etiam lex de expectāda pontificis morte ad homicidij atrocitatem declarandā pertinet, vt homicida tāquam impurus, & humano pollutus eruore, intra aſylum quaſi D intra exiguum latibulum concludi, aliquanto tempore debuit, ne inter alios homines libere ad cœlum caput poſſit attollere, dum is viuit, qui in terris Dei interpres cenſetur, & diuinam maieſtatem quodammodo adumbrat, contuens ſcilicet è ſublimi ſacerdotalis dignitatis veſtigio, quæ pie aut impie geruntur, hunc enim occiſor hominis, facinoris ſui diritate, omnino videtur læſiſſe: ſed ad inſtitutum arridet reſponſio Moſis Maiomonis in lib. qui dicitur Motech Neuochim, hoc eſt doctor eorum qui dubij hærent. Sic autem ait, *Quod is qui imprudens fecit homicidium exulat, propterea fit, vt vindicis ſanguinis animus mitigetur, dum eius conſpectu caret qui facinus admiſit, pendet autem eius in patriam reuerſio ex eius viri morte, qui cum cæteros homines dignitate antecellit, atque ab Hebræis omnibus*

40. (margin, beside "Si quis percuſſerit hominem volens")

Moſes Maiomon. (margin, beside "tum arridet reſponſio Moſis Maiomonis")

valde diligatur, par eſt illius morte tranquillari dolorem, quem ex cognati ſui cæde ſanguinis vindex conceperat. ſic enim affecti ſumus vt quiſquis infortunio vexatur, ſi æquale aut magis alteri viderit accidiſſe, minus de ſuo doleat, nullius autem omnium mortalium calamitas grauior eſt apud nos ſaltem quam ſummi pontificis: vel innocentem Deus exilio damnat ſtudens paci, vt interea, dum ille abeſt, pacificentur vltorum animi.

Maxima templis debita reuerentia.

41. *Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur*, ſi autem neſcius aliquē interficerit, *locum refugij conſtituam ei*, ait Dominus, ſex autem vrbes conſtitutæ ſunt in aſylum eorum qui nolentes alteri vitam ademerant, tres vltra Iordanem, & totidem citra Iordanem, B qui autem ad eas ſe recepiſſet à pœna homicidis debita eximebatur: ſed cur non potius tabernaculum ſiue templum deſignatum fuit à Deo in homicidarum aſylum? nam cum hæc tota indulgentia à diuina miſericordia proceſſerit, nullus videbatur locus aptior in quo panderetur, quam templum miſericordiæ diuinæ & petendæ & accipiendæ deſtinatum, reſpondet optime Philo cit. in Gloſſa Numer. 35. Ver. 6. *Non*, inquit, *in templis ſacriſque aperuit aſyla, ne ab immundis inficerentur*: adeo mundum voluit Deus eſſe templum, in quo ſedem delegiſſet, vt omnem ab eius aditu immundum ablegaret. ſed obiicies, videtur templum locus refugij fuiſſe, cum hic dicatur ſi quis per induſtriam & inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euellas eum, vt moriatur: quibus verbis ſignificari videtur, in C cæteris caſibus aſyli ſiue perfugij ius eſſe ad ſanctuarium confugientibus: non tamen ea eſt prædictorum verborum ſententia, ſolum ſignificaut tantam fore ſanctuarij ſanctitatem & reuerentiam in Iſrael propter altare, vt multi homicidæ & facinoroſi confugituri ſperare poſſent, ne inde ad mortem educerentur, etiam ſi per induſtriam proximum ſuum occiderent, quod Deus proſpiciens lege cauit,

Philo.

A ne propter loci religionem, huiuſcemodi hominibus parceretur, expertus Ioab 3. Reg. c. 2. ſeueritatem huius legis, in ipſo ſanctuario, prehenſo cornu altaris, interfici iuſſus initio regni ſui à Salomone, quo tempore illum Deo placuiſſe nemo dubitat.

Homini humanitatem violanti, diuinitas prodeſſe non debet.

42. *Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur*, imo ſi confugerit ad altare meum, ab eo auellatur, ſi ſacer locus eſt, cur non ei proderit, vt incolumis euadat pœnas homicidis debitas? quia homini humanitatem violanti, diuinitas prodeſſe non debet. non obeſt Abbas Tuic. *Si ad altare meum cōfugerit illuc vſque perſequeriseum, auulſumque interficies, quia videlicet ei nihil debet fides altaris qui per dolum occidendo proximum omnem fidem perdidit. iure ergo nemo vel Salomonis iudicium vel Banaiæ manum reprehendit, quia Ioab profugum in tabernaculum Domini tenentemque cornu altaris & dicentem non ingrediar ſed hic moriar, ibidem aggreſſus interfecit*, & Lippomanus, *locus pius non patrocinabatur impietati & crudelitati, ſed magis accuſabat & damnabat.*

Abbas Tuicen.

Quam inuiſum ſit Deo homicidium declaratur.

43. *Si quis percuſſerit hominem volens eum occidere morte moriatur*, deinde hoc reſtringens, *ſi autem non eſt inſidiatus, ſed Deus tradidit illum in manus eius, conſtituam tibi locum in quem fugere debes*, Sept. *qui autem nolens*, ſi noluit interficere, cur tanquam reus mortis fuga ſibi ſalutem quærere tenetur? cur fugit, ſi innocens eſt à crimine? recte Theod. quæſt. 49. in Exod. *Aſſignat rationem quia mederi voluit*, inquit, *eorum animis ad cædem propenſis, inſtruens illos quod ſi ſcelus præter voluntatem admiſſum quempiam reum conſtituit, multo magis ille ſupplicio dignus eſt, qui dedita opera cædem admiſerit, fuga quoque eius qui interfecit, mitigat iram cognatorum occiſi viri.*

Theod.

VARIET. LECT. Verſ. 13. & 14.

V*Vlg*. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, conſtituam tibi locum, in quem fugere debeat.

Sept. Qui autem nolens, ſed Deus tradidit in manus eius, dabo tibi locum quo fugiar illuc qui interfecit.

Cald. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed à facie Dei traditus eſt manui eius.

Pag. Sed ſi non eſt inſidiatus, ſed Deus fuit cauſa vt veniret in manum eius.

Vulg. Si quis per induſtriam occiderit proximum, & per inſidias, ab altari meo euelles, vt moriatur.

D

Sept. Si quis autem inſidiatus fuerit proximo ad occidendum eum dolo, & confugerit ab altari meo, capies eum vt tradatur morti.

Cajet. Et quando impie egerit vim contra proximum ſuum, vt interficiat eum per inſidias, de conſpectu altaris mei tolles eum, vt interficiatur.

Oleaſt. Et cum ſuperbe.

Pag. Voluntarie egerit vir contra proximum ſuum, vt occidat eum in dolo.

Mont. In aſtutia, eum ab altari meo capies ad moriendum.

CONCORDIA.

VErbum illud Hebraicum אנה ana hîc poſitum eſt, cauſate, præbere occaſionem fortuito occurrere euenire: vnde aliqui vertunt, Deus fuit cauſa, vel occurrere

fecit ad manum eius, verbum זיד zud licet Hebræis non ſit planè cognitum, intumeſcere & Pſalm 124. ſuperbire aliquando, ſignificat, vt in Pſal. 124. vbi dicitur, aquæ azedomni, id eſt intumeſ- A centes, & ſuperbæ: dictio ערמה ormah eſt ab atum, quod inuolutum eſſe ortum habet, & ſignificat aſtutiam, dolum, calliditatem maxime ad malum.

EXPOSITIO.

QVi autem non eſt inſidiatus, qui non eſt machinatus mortem illius: putant aliqui hic ſolum ſermonem eſſe de homicidio plane caſuali, quod ſcilicet ſine vlla occiſoris culpa euenit, verū etiam hîc agitur de homicidio caſuali, in quo aliqua culpa aut imprudentiæ, aut negligentiæ vel etiam alicuius vindictæ interuenit, hoic enim dabatur etiam ius azyli, *Sed* B *Deus tradidit eum in manus eius*, exponens eum periculo mortis fortuitæ & caſualis ob latentem aliquam cauſam, *conſtituam tibi locum, in quem fugere debeat, Deut* 9. tres iubentur vrbes Aſyli ſeu refugij conſtitui, deinde aliæ tres additæ ſunt, pro iis qui non ex induſtria, ſed caſu alterum interfecerint, in quibus tuti eſſe deberent à pœna mortis; *ſi quis per induſtriam*, data opera, *occiderit proximū ſuū, & per inſidias*, cōtra iuſtitiam & ordinē iuris, *ab altari meo euelles eū*, quia licet locus aſyli cōſtituatur pro eis qui nō data opera aliquem occideſint, tamen nullus debet eſſe pro homicidis voluntarijs, ſed à loco ſacro euelli debent, & extra ſepta illius interfici, quod ſi euelli minus poſſint, Iudæi in ipſo templo eos occidebāt, ſicut factum eſt in Ioab.

CONCEPTVS.

Nihil caſui aut fortunæ tribuendum, ſed diuinæ prudentiæ.

44. *Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius*, minime reus mortis cenſebitur, cur non ait textus, ſi quis caſu, vel fortuna hominem occiderit? cur dicitur, tradidit eum in manus eius? vel vt habet Pagnin. Deus fuit cauſa vt veniret ad manum eius? quia nihil cáſui aut fortunæ tribuendum, ſed C
Cajet. Cardinal. ſoli diuinæ prouidentiæ, ſubſcribit Cajet. Card. *Homicidium repentinum iuſto Dei iudicio ſcriptura attribuit, vt quamuis percutiens, non parauerit occiſionem illius, tamen iuſto Dei iudicio, parauit illum occidendum inopinate, ob hoc & hoc ſcribitur, vt diſcamus non caſui vel fortunæ iſtos occurſus attribuere, ſed prouidentiæ ſupremi & occulti nobis iudicij.*

Innocens iudicandus alterius homicida, qui nolens & debite omnibus conſideratis eum occiderit.

45. *Qui autem non eſt inſidiatus, ſed tradidit eum Deus in manus eius* Septuag. *qui autem volens*, ille pœnam mortis minime luet: nonne hominem interfecit? cur ſupplicio homicidis debito, non punietur? quia innocens iudicandus alterius homicida, qui nolens, & debite omnibus penſatus interfecerit alterum, in medium adduco canonem Concilij Triburienſis
Concil. Triburienſ. c. 36. ſic ſtatuentis, *ſi contingat*, inquit, *duos fratres ſimul arborem ſuccidere, ſiue in ſylua ſiue in quocumque loco, & cadente arbore, alter alteri fuge vel caue dixerit, & ipſe ſtans ſiue fugiens ſubtus ipſam arborem deuenerit & mortuus fuerit, ſuperſtes frater innocens de morte defuncti diiudicetur, quia non voluntate, non iniuria illius, non denique conſenſu nec vllo ſuo mortem incurrit reatu, ſed dum ambo inſiſterent operi neceſſario, incautus & inſperatus, caſu arboris depreſſus eſt nemine pœnitus adiuuare valente: hanc eamdem ſtatuimus definitionem* (ſubdunt patres Concilij) *de cæteris ſimilibus ſine cognitis ſiue nulla proximitate coniunctis, iſtam tenuerunt definitionem patres noſtri Apoſtolici viri, ideo eorum exempla ſequentes, per futura tempora inuiolabilem eam cuſtodimus & poſteris ſequendam tranſmittimus, quia graue peccatum & noſtro miniſterio contrarium innocentem opprimere, & ſecurum crimine, criminoſum habere.*

In lege gratiæ ius perfugij extenſius quam in lege ſcripta.

Qui autem non eſt inſidiatus, ſed caſu & 46.
ignorans aliquem occiderit, *conſtituam ei locum ad quem confugere poſſit*, ſolum autem ſex vrbes deſtinatæ ſunt ad aſylum, non autem pro omnibus homicidis, ſed ſolum inuoluntariis, an in lege gratiæ amplior facta eſt extenſio immunitatis & refugij? quis dubitat? legat Concil. Aurel. 1.
Concilia, præſertim Aurel. 1. c. 3. 4. & 5. vbi inter alia, *de homicidis* (inquit) *adulteris & furibus ſi ad Eccleſiā confugerint, id conſtituimus obſeruandum, quod Eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab Eccleſiæ atrijs, vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omnino non liceat*, fuit hoc concilium tēpore Horſmidæ Papæ, hoc eſt ante centum & mille annos celebratum, quod ius vt exactius obſeruaretor, acceſſit decretum iuris ciuilis, toto titulo codic. de his qui ad Eccleſiam confugiunt, D voluerunt enim principes, vt ad Eccleſiaſticam ſanctionem pro locorum religioſorum reuerentia tuenda à Concilijs latam, ipſorum accederet auctoritas: vnde Conc. Tolet. 12. cap. 10. *Probis*, (inquit) *qui quolibet* Concil. Tolet.
motu vel terrore Eccleſiam appetunt, conſentiente pariter glorioſiſſimo Domino noſtro Arengio rege hoc ſacroſanctum Concilium definiuit, vt nullus audeat confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes inde vi abſtrahere, hæc autem immunitas antiquiſſima in Eccleſia fuit, cœpit enim cum ipſa templorum ædificatione, hoc eſt, ab ætate Conſtantini, quo regnante ædes ſacræ à
Chriſtianis publice ædificatæ ſunt, fauet Naz. S. Greg. Nazianz.
oratione 20 & D. Amb. l. 2. Epiſt. 14. videtur D. Ambr.
agnouiſſe & D. Chryſ. vt refert Nicep. l. 13. c. 4. S. Chryſ.
hanc immunitatis Eccleſiaſticæ legem obſer-

Auguſt. uati ſuo tempore non dubitat, D. Auguſtin. Epiſt. 181. ad Bonifacium, tamen nunc in aliquibus locis non ſeruatur hæc immunitas, quia complures ad delinquendum & creditores fraudandos alliciebat & inuitabat, ne Eccleſia quæ domus orationis & ſanctitatis, ſpelunca latronum & incitamentum maleficiorum fieret, ne etiam ſacrorum locorum immunitas, à lege iniuria affectis conceſſa, iniuriantibus proficiat.

Morte Domini obiecta, omnis rancor & ira ſopiri deberet.

47. *Qui autem non eſt inſidiatus*, ſed inuoluntarie homicidium perpetrauerit, ad aliquam refugij ciuitatem confugiens, liber erit à pœna, & ſi innocens iudicatus fuerit à iudicibus, in vrbem admittetur, in qua tamen manebit vſque ad mortem ſacerdotis magni, ſic enim Ioſ. 20. habetur, donec moriatur ſacerdos magnus tūc reuertetur homicida: verū enim tota ratio exilij eo ſpectaſſe videtur quod vltoris ira ſopiretur, cur etiam in ſacerdotis morte id ipſum nō ſpectatur? vnde enim conſtabat quod in morte ſacerdotis magni iam eſſet vltoris ira ſopita? aduerte morte in ſummi ſacerdotis pace inter homines ob homicidium diſſidentes, cōciliata & redeundi in patriam exulibus facta copia typum fuiſſe mortis illius ſummi pontificis & maximi nempe Chriſti, qui pro omnium hominum ſanguinibus litauit, effecitque moriens vt ad cœleſtia regni iura, à quibus, lapſu Adami excideramus, à flagitijs expiati noſtris reduceremur: hæc præfiguratio ex Spiritus S. intentione, ad liberationem ab exilio huius vitæ in quo genus humanum propter ſcelus incurrit, apte refertur, Chriſtus enim ſacerdos magnus ſecundū ordinē Melchiſedech, vnctus oleo exultationis præ conſortibus ſuis introiuit ſemel in ſancta, per proprium ſanguinem, æterna redemptione inuenta, Heb. 6. idcirco ſicut in Aſylo commorabantur homicidæ inſontes vſque ad mortem Pontificis, ita licet per circumciſionem primigeniæ noxæ reatus tolleretur, & per contritionem alia peccata, tamdiu tamen detinebantur in limbo, ſiue Abrahæ ſinu, tāquam in exilio animæ iuſtorum, quamdiu Chriſti D. mors differebatur: quo poſito, cur non dicemus reſpectum fuiſſe myſterium ſacerdotis diuiniſſimi pro nobis occiſi, ad cuius mortis præſentiam vel feriſſimæ debent iræ ſopiri? ſic cecinit Prudentius in carmine contra Iudæos.

Hebr. 6.

Prudentius.

Vox Euangelica Hyrcanas quoque feruida brumas.
Soluit, vt exutus glacie iam mollior amnis.
Caucaſea de cote fluat Rhodopeius Hebrus.
At anſueuerę Geta, feritaſque cruenta Geloni
Lacte mero ſitiens, exanguia pocula miſcet
Libatura ſacros Chriſti de ſanguine potus.

Ecce tibi crudelium nationum & hominum cruenta feritas māſueſcit, & vnde hoc? ait Prudentius, libatura ſacros de ſanguine potus, vbi Chriſti ſanguinem & mortem ob oculos poſuit flammantium irarum extincti ſunt ignes, ſopiti rancores.

In pœnitentia vita tranſigenda.

48. *Qui autem non eſt inſidiatus*, & qui non ſponte, ſed inuoluntarie vitam homini ademerit, conſtituitur ei locus refugij, qui quidem locus, erat ex ſex ciuitatibus, in quarū vna manere tenebatur, donec ſummus pontifex vitam cum morte mutaret: aduerte quod licet quis maliţioſe ſed occulte hominem interfeciſſet, nec poſſet conuinci homicidij, à iudicibus admittebatur, tāquam innocens intra ciuitates Aſyli: verum, quid per ſex ciuitates intelligere debemus, in quibus refuga manere tenetur, vſquequo ſummus Pontifex è viuis excedat? reſpondeat Bruno in alleg. Tilm. *Per ſex ciuitates ſex dies in quibus operari licet intelliguntur, quid vero per maximum Pontificem, niſi Chriſtum intelligimus? fugiant igitur homicidæ ad has ciuitates, vt quamdiu in hac vita conſiſtant non otioſe in his ciuitatibus, ideſt in his diebus vitam ducant, ſed dura pœnitentia carnem domantes, mortis periculum deſudent euadere: vnde etiam extra eas inuenti impune occidebantur. quoniam & peccatores ſine pœnitentia reperti dānabuntur: manebāt autē in ciuitate, donec ſummus Pontifex moreretur: quoniam ante Chriſti paſſionem etiam peracta pœnitentia ad cœleſtem patriam redire non concedebatur.*

Bruno.

Mors ſacerdotum efficaciſſima ad commouendos animos.

Qui autem non eſt inſidiatus, ſed qui inuoluntarie homicidium perpetrauerit, locum refugij cōſtitutum habebat & quò fugere poſſit, aſſignatur autem tēpus, quo inuoluntarius homicida ibi manere debeat Ioſue 20. donec moriatur ſacerdos magnus, qui fuerit illo tempore: & cur tūc ſolum permittitur exire homicida ille inuoluntarius ab aſylo, cum mortuus fuerit ſummus ſacerdos? aliquas iam in medium adduximus rationes, hāc & addam præſenti inſtituto cōſentaneam, nempe, quod quia lex volens ſic liberare peccatores, vt correcti viuant, homicidas illos non ante in libertatem emittit, quam ſummi ſacerdotis mortem videant, ſola enim ſacerdotis mors efficaciter poterit continere in virtute eos, qui inter gladios cadere homines videre aſſueuerunt. à noſtra ſententia ſtat B. Damian. Opuſc. 23. c. 1. qui inquiens, cur Romanorum Pontificum vita ſit breuis, reſpondet inquam, *Tum mortalibus diuina diſpenſationi reuelatur arcanum, videtur nobis, quia idcirco hoc in die cœleſtis ordo diſponit, vt humano generi metum mortis incutiat, & quam deſpicienda ſit temporalis vita gloria in ipſo gloriæ principatu euidenter oſtendat, quatenus dum præcipuus hominum tam anguſti temporis compendio moritur tremefactus quiſque ad præſtolandi ſui obitus cuſtodiam prouocetur, & arbor humani generis dum cacumen ad verticem ſuum tam facile corruiſſe conſiderat, flatu concuſſa formidinis in ſuis vndique ramuſculis contremiſcat*, deinde ſibi obiiciens, cur & regibus hæc eadem viuendi breuitas, non occurrit, adhibitis quibuſdam rationibus ſubiicit, *Sæculares principes quia diuerſa mortis caſibus exponuntur, cor audientium eorum exitu non atteritur, Papa vero vita quia ſola naturalis obitus lege concluditur, eius ex hac vita tranſitus ſine graui formidine non auditur*; eo vt mors ſummorum Pōtificum efficaciſſima eſt. vt audientium videntiumque animos in virtute contineat.

49.

Ioſue 20.

S. Petrus Damian.

VARIET. LECT. Verſ. 15.16. & 17.

Vulg Qui percuſſerit patrem ſuum, & matrem ſuam, morte moriatur.

Sept. Qui verberat patrem ſuum.

Vulg Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum conuictus noxæ, morte moriatur.

Sept Quicumque furatus fuerit quempiam filiorum Iſrael, & opprimens eum vendiderit, A & inuentus fuerit in eo, morte pereat.

Cald. Qui furatus fuerit animam de filijs Iſrael, & vendiderit eam, inuentaque fuerit in manu eius.

Vulg Qui maledixerit patri ſuo, vel matri, morte moriatur.

Sept. Qui maledicit patrem ſuum vel matrem ſuam, morte peribit.

CONCORDIA.

Licet vt eſt in Hebræo abſolutè reddiderit interpres, ſi quis furatus fuerit hominem, tamen aliquid amplius addiderũt Septuag. reſtringẽtes hoc furtum hominis ad filios Iſrael, hæc verba Hebraica ונמצא בידו venimza bieado inuentus ſiue deprehenſus fuerit in eo, rectè tranſferuntur ab interprete ſi conuictus noxæ, nempe ſi cõuincatur reus illius criminis.

EXPOSITIO.

QVI percuſſerit patrem vel matrem ſuam, licet hîc ſit idem verbum percuſſerit, quod verſu duodecimo denotans percuſſionem ex qua mortis effectus ſequeretur, tamen hic non hanc percuſſionem letiferam denotat, ſed de quacũque graui etiam ſine vulnere: imo aliqui interpretantur de quacumque etiam non graui, hanc enim impietatem omnes gentes deteſtatæ ſunt, *morte moriatur*, ſicut enim parentum honor vitam meretur diuturnam, ſic inuerecunda percuſſio immatura morte & contemptibili puniri debet. *Qui furatus fuerit*, poſt legem præcedentem de percuſſione patris, nõnulli codices & interpretes ſubdunt immediate legem de maledicente parentibus: nec mirum in hiſce legibus non tam congruum ſeruari ordinem, id enim multis in locis fieri videmus, ſcriptæ enim ſunt leges miſcellaneè, & quaſi ſtylo caſtrenſi tamen Hebræa Cald. & Latina Complutenſ. & Romana anteponunt legem de plagis, alteri de maledictione patris, *qui furatus fuerit hominem*, ſcilicet Iſraelitam, eum fraude aliqua in ſeruitutem pertrahens, vel gentili diuendens, hoc autem potuit habere locum in infantibus Iudæorum quos Iudæus aliquis rapere poſſet, & poſtmodum B vendere, fingendo eum genere eſſe alienigenam, *conuinctus noxa*, imo & immaniſſimæ crudelitatis, qualis eſt, iniuſta ablatione, ſeu etiam venditione imaginis Dei & proximi ſui velle ditari, *morte moriatur*, id eſt, vt Hebræi exponunt, ſtrangulationis pœna afficiatur: annotat enim Rabbi Salomon hîc ſemper ſtrangulationem in ſcripturis intelligi, vbi quis ſimpliciter interfici iubetur, non addita ſpecie mortis, aut ſupplicii; hæc autem in hunc modum fiebat, immergebant eum qui ſtrangulatione puniendus erat, ſtercori ad genua vſque, cuius collum duæ mappæ vtrimque cõſtringebant, donec animam efflaret, *qui maledixerit patri ſuo vel matri*, malum malitioſe imprecando, de huiuſmodi maledictione ſicut de percuſſione, ratiocinandum exiſtimo, C vt niſi verbi leuitas aut actus imperfectio excuſent, ſi malitioſe proferatur, morte plectendus filius: puto tamen ſermonem fieri de maledictione per modum contumeliæ ipſis ſcilicet præſentibus, nam ſi per modum detractionis eſſet, in abſentia ſcilicet parentum, neſcio quid reuerentiæ præferret, dum non audet palam maledicere, & ſic non tantam pœnam ſubire deberet.

CONCEPTVS.

Atrocitas iniuriæ etiam ex perſona attendenda.

51. *Qui percuſſerit patrem morte moriatur*, an percuſſione lethifera? nequaquam: ſed ſi quis interfeciſſet hominem etiam cum intẽtione eum occidendi, & tamen mors ſecuta non fuiſſet, pœnam mortis non ſubibat, cur non vſque ad mortem patrem aut matrem percutiens vltimo datur ſupplicio? quia atrocitas iniuriæ ex perſona etiam attendenda, cumque pluribus titulis teneamur patribus honorem & reuerentiam exhibere, hinc eſt quod qui eum offendit grauius delinquit quam ſi alium iniu- D ria affecerit, *Non dicitur*, inquit Cajetan. *qui percuſſeris & morte moriatur, ſed ſola percuſſio patris aut matris pœna mortis punitur, & merito propter atrocitatem iniuriæ, ex parte perſonæ percuſſa relatiue ad percutientem.* Cajetan.

Corruptiſſimi animi indicium, in patrem contumelia.

Qui percuſſerit patrem, morte moriatur. ſi ei mortem ademerit verum eſt vltimo debere plecti ſupplicio, an ſi ſolum ſine ſanguinis effuſione percuſſerit, cur capitalem luet pœnam? quia corruptiſſimi animi indicium eſt in pa- 52.

triem contumelia, & ſic dignus morte, qui manus in eum iniecerit violentas. annuit Lippom. *Infame crimen eſt* (inquit) *apud Deum & homines percutere parentes, quibus nunquam gratiæ condignæ pro beneficijs rependi poterunt, quibus debetur à prole, honor, charitas, officium, defenſio, ac in neceſſitate alimentum, & ſeruitus fideliſſima: furor autem contra parentes indicium corruptiſſimi animi qui nihil non audeat irritatus.* Lippom.

Suauiora effecta ſunt eloquia legis & Prophetarum, rore legis gratiæ temperata.

53. *Qui percuſſerit patrem morte moriatur*, deinde, qui maledixerit patri morte moriatur, & ſic pluribus delictis, mortis pœna aſſignatur & capitale ſuppliciũ: quid vero lex gratiæ enuntiat? ſi quis peccauerit, confiteatur, pœnitentiam agat, & non moriatur, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. quid hoc eſt, quod lex antiqua mortem minatur, lex gratiæ vitam pollicetur delinquentibus, dummodo pœnitentiæ indulgeant? niſi quod ſuauiora effecta ſunt eloquia legis & Prophetarum, rore legis gratiæ temperata eadem ſunt fere verba Philippi Abb. tom. 2. in cant. in illa verba, meliora ſunt vbera tua vino, *id eſt legis & Prophetarum eloquia Euangelicæ prædicationis gratia temperata & rorata valde ſunt meliorata, ideſt dulciora & meliora effecta, nam lex dicebat, ſi quis peccauerit, hoc aut illud peccatum fecerit moriatur; Euangelium vero clamat, ſi quis peccauerit pœnitentiam agat & non morietur, valde ergo ſunt meliorata, id eſt dulciora effecta vbera tua.* Philipp. Abbas. Cant. 1.

Maledicentia in patrem eius percuſſioni æquiualet.

54. *Qui percuſſerit patrem morte moriatur*, eamdem deinde ſtatuit pœnam ipſum maledicenti, ait enim, qui patrem maledixerit morte moriatur, cur male dicenti ita graue ſtatuitur ſupplicium? nam quod dignus vltimo ſupplicio cenſeatur à Deo patrem percutiens, non miror; nam qui percutit eum à quo vitam accepit, meretur vt ei vita adimatur, ſed vt vltimum maledicenti infligatur ſupplicium, mihi nimis ſeuerum videtur: ſed falleris, ita enim graue delictum in patrem maledicentia, vt non leuiorem morte pœnam mereatur, *Hæc lex ſancita eſt* (inquit Oleaſt.) *vt ſcires quanti facienda ſit patris aut matris percuſſio, quæ non ſolam occiſorem vel percuſſorem eorum occidi mandat, ſed maledicentem. & ſi quis ſolum mala parentibus imprecatur tales dat pœnas, quales dabit qui percuſſerit aut maledixerit?* Oleaſt.

Nihil grauius lingua maledica.

55. *Qui percuſſerit patrem morte moriatur*, idem etiam imponitur maledicenti ſupplicium, cur propter verbum quod leuiter volat, quod leuiter animum penetrat, quod leuiter ab ore labitur, capitali pœna quis plectendus? quia nihil grauius ſentitur, quam verbum ore maledico prolatum, quod obſeruat B. Ambroſ. lib. 2. de interpell. in Iob cap. 4. *Amiſerat Iob omnia ſua, patiebatur vulnera caro eius manebat vt tentationes verborum vinceret, nihil enim ſic* D. Ambr.

A *penetrat animam ſicut ſermo ſucatus, nihil iterum ſic mordet vt durior ſermo, multi, cum vicerint adhibita tormenta, ſermonum duritiem non ſuſtinuerunt.*

Qui maledicit patri, parricida cenſetur.

56. *Qui percuſſerit patrem morte moriatur* hoc qui percuſſerit patrem, ita grauiter vt ex eo vulnere mors ſequatur, parricida nominandus & eſt, & vt talis pœnam luit: ſed cur qui etiam illi maledictiones imprecatur, eodem genere mortis puniendus? quia qui patri maledicit parricida cenſendus, non abeſt ab hoc ſenſu B. Ephrem. lib. de virtutib. & vitijs. *Vere beatus iterumque beatus ille, qui à detrimo maledicendi genere ſe integrum cuſtodierit, quoniam* B *Spiritus ſanctus in eo penetrabit: homo maledicus vtroque & odij & ſuſurrationis morbo laborat, & qui talis eſt, fratricida, & crudelis atque immitis cenſetur, quid hoc ſcelere grauius? vnde quoque S. Apoſtolus nefaria impiorum opera prohibens, etiam maledicos eis annumera, neque maledici inquiens 1. Corint. 6. neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* pende, *qui talis eſt nempe maledicus fratricida eſt & crudelis*, ſi ergo qui maledicit proximo fratricida, à fortiori qui maledixerit patri, parricida cenſebitur. S. Ephrem. 1. Cor. 6.

Plus & prius vulnerantur, qui in aliòs maledictionis tela iaciunt.

57. *Qui percuſſerit patrem & matrem morte moriatur*, ſed etiam qui patrem maledixerit, ecce C plus vulneratur maledicus quam qui maledictionem imprecatus eſt, ecce enim morte afficiendus, à qua liber pater manebat: quod autem prius, quis hoc affirmat? nam prius maledictum ab ore procedit, quam eum in quem torquetur, vulnerat, ſed falleris, iam enim vulnus in mente accepit, quo lethaliter ſauciatur, ita ſcribit Claudius Mamerius lib. 1. c. 1. *Et ſi maleuolentia in alios tela moliuntur, ipſi magis proprijs transfixi ictibus vulnera quæ inferre conantur, excipiunt, & ſui hoſtes ſunt, antequam ſuos hoſtes feriant.* Claudius Mamer.

Filius erga patrem maledicus, non ſolum hic meretur vltimo plecti ſupplicio, ſed & æterno.

58. *Qui percuſſerit patrem vel matrem morte moriatur.* D idem decernit ſupplicium ipſos maledicenti: Salomon Prouerb. 3. aliud minatur, ait enim oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij Aquilæ: qui nam ſunt huiuſmodi Aquilæ, qui nam ſunt corui effodientes oculos hominis patrem ſubſannantis, & aquilæ eum comedentes? quid coruo & aquila denotetur videamus, dæmonem cum coruo quondam compoſuit Hyeron. 1. contra Lucifer, & Chryſoſt. in hom. de Spiritu ſancto de coruo ab arca emiſſo ſic ſcribit: *hic coruus diabolus eſt, qui ex arca Eccleſiæ eliminatus verè niger & tenebroſus eſt, ſuffocatus in aquis baptiſmatis*, imo dæmones ſæpiſſime corui ſpeciem formamque induunt, vt Prouerb. 30 S. Hieron. S. Chryſ.

Vlyſſes Aldobran.

multis exemplis probat Vlyſſes Aldobran. lib. A 12. ornitholog. rurſus aquilæ dæmones etiam denotare poſſunt, ob rapacitatem, ea Clement. Aleaand. cæterom tam coruus quam aquila vel ex eo maaime dæmones adumbtare dicentur quia ad cadauera & morticinia confeſtim aduolant, & ea his paſtum quærunt: adeo vt interneciones, aut etiam mortes longe ante præſentiſcere dicuntur, vnde fit vt paulo poſt morituris ſiue animantibus ſiue hominibus adſint, prædæ futuræ auidi: quo ſuppoſito, die filium erga patrem maledicum aut ſubſannautem & irridentem, non ſolum hic mereri vltimum ſupplicium, ſed & in futuro ſæculo ætetnum ſpirituumque malignorum cibum eſſe. ſed aliquid aliud addamus, huiuſmodi maledicos filios dæmonibus tanquã coruis & aquilis diſcerpendos tradi, quia tam coruus quam aquila cognationum iura legeſque à natuta inditas non ſetuant: qua in re dæmonum mores & ingenium adumbrant. accipe Auctor. imperf. ad illa Chriſti, Tradet autẽ frater fratrem ad mottem, vbi rationem affert propter quam diabolus ad iuta propinquitatis violanda tantopere inſtigat, *Non eſt fides*, inquit, *in ſeruis diaboli, diabolus nec generat nec generatur, & ideu neſcit iura ſeruare propinquitatis, quia nullum habet propinquum*, ergo iure optimo, filios parentum ſuorum violatores, dæmonibus tanquam coruis aquiliſque lauiandos, Salomon committit, vt ab his peteant, quorum mores imitantur.

Auctor operis imperf.

Blaſphemus in Deum, & in patrem maledicus, quaſi æqualiter res eodem plectuntur ſupplicio. C

58. *Qui percuſſerit patrem vel matrem, morte moriatur*, ſimilis pœna vtrumque maledicenti indicitur, ſed ſupplicium in Dei nomen blaſphemantem, ſtatutum obſeruemus; eodem modo loquendi comprehenditur, ſic enim lea cauet, ſi quis nomen Domini blaſphemauit morte moriatur, 2. Reg. 12. & Leuit. 24. quid? nonne grauiſſimum crimen eſt in Deum blaſphemia? quod ponderans B. Aug. l. contra mend. c. 19. ait, *Peius eſt blaſphemare quam peierare, quoniam peierãdo falſæ rei teſtis adhibetur Deus, blaſphemando autem de ipſo falſa dicuntur*, cur ergo non grauiori pœna plectitur, quam in patrem maledicentia? niſi quod ita graue ſcelus videtur vt blaſphemia, & ideo vtraque eo- D dem ſupplicio comprehenditur. audiamus Cyrill. Aleaand. lib. 12. in Ioann. cap. 34. ſic loqoentem, *Ait Euangeliſta Ioannes, cum vidiſſet Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat, matri ſuæ dicit, mulier ecce filius tuus, deinde diſcipulo, ecce mater tua, & ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam. prouidit matri, quaſi parum de magnitudine doloris curaret, nam & ſi acriter patiebatur, erat tamen etiam impaſſibilis: commendauit autem eam diſcipulo Ioanni huic qui Euangelium ſcripſit, vt officium filij in eam ſeruaret, matrem ſimiliter admonuit, vt parentis in diſcipulum auctoritatem haberet: amore videlicet atque charitate non minus illos coniungi voluit quam ſi natura maxima propinquitate coniuncti eſſent: ſunt autem qui dicant carnis coniunctione cõmotum*

Leuit. 24.
2. Reg. 12.
S. Auguſt.

S. Cyrill. Alexand. Ioan. 34.

Chriſtum fuiſſe, at ita locum in ipſo affectus habuiſſe contendunt, ad quam quidem opinionem nonniſi mente capti dilabuntur, non enim hac ratione id factum à Domino eſt ſed reipſa honorandos parentes eſſe nos docere voluit, æquali enim vere ſupplicio in Deum blaſphemantes & parentes paruipendentes puniri lex ſtatuit, morte moriatur, qui nomen Domini nominauit id eſt in Dominum blaſphemauit, & ſimiliter qui patri & matri maledicit morte moriatur.

Non condemnetur niſi qui legitime conuictus vel confeſſus.

Qui percuſſerit patrem vel matrem morte moriatur, deinde ſubiungit legem de plagiario, qui 59. B furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, & conuictus noaæ, morte moriatur, cur hæc vltima verba ſubiiciuntur? nonne ſatis erat crimen obſeruaſſe, vt pœna condigna imponeretur? recte additum, & noaæ conuictus, quia non condemnandus, niſi qui legitime conuictus de crimine, vel illud confeſſus fuerit, *Hoc generale eſt* (inquit Epiſc. Abulenſ. *quod ſi aliquis debeat puniri de aliquo crimine, oportet vt ſit conuictus de illo, vel per notorietatem, quod nulla poteſt tergi verſatione celari, vel per confeſſionem ſuam; vel per teſtes, vel per quemcumque alium modum probationis, dum tamen ſufficienter probetur, nam in criminalibus debent teſtes eſſe luce clariores.*

Abulenſ.

Longe in maiori pretio debet haberi homo, quam quodcumque aliud.

Qui percuſſerit patrem morte moriatur, deinde 60 ad aliud tranſit, qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, morte moriatur? ſi in alijs rebus furto ablatis, pœna mortis non imponebatur, ſed interdum quintupli, interdum quadrupli, interdum dupli, cur in hominis furto & venditione, non reſtitutio, ſed mortis pœna imponitur? quia in longe majori pretio debet homo cenſeri, quam quodlibet aliud ſublunare, hæc ratio R. Salom. quæ arridet, *Homo ſolus ad imaginem Dei factus ideo maioris dignitatis & debet eſſe diſſimilis rebus cæteris, qui ergo furatus fuerit hominem*, adde & vendiderit, *mortem merebatur.*

In legis tranſgreſſione conſiſtit iniuſtitia, non in ea re de qua lex fertur.

Qui percuſſerit patrem morte moriatur, non ſo- 61 lum percuſſionem, ſed etiam maledicentiam prohibet, *qui maledixerit patrem morte moriatur*, an maledicentia mortem maledicenti inferet? an contumelia patri illata vitam contumelioſo adimet? non hoc aſſeres, ſed legis prohibitio: in huius enim tranſgreſſione conſiſtit iniuſtitia, non in ea re de qua lex fertur. conſentit Moſes Barcepha Epiſcop. Syrus 1. p. comment. de Paradiſo c. 19. *In lege ſcribitur, qui maledictis vſus fuerit in patrem morte morietur, nemo tamen dixerit, ipſa maledicta ei qui ipſam parentem inſectatur, mortẽ infligere, animamque eius à corpore diuellere, ſed impietatem illo eſſe mortis cauſam*, deinde id pluribus alijs probat eaempbs.

Moſes Barcep.

VARIET. LECT. à Verſ. 18. ad 21.

V*Vlg.* Si rixati fuerint viri, ac percuſſerit A alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo.

Cald. Sed iacuerit in lectulo & fuerit otioſus.

Onk. Sed lecto decubuerit, vt non poſſit laborare.

Oleaſt. Percutiens ſocium ſuum lapide vel gleba.

Vulg. Si ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit, ita tamen vt operas & impenſas in medicos reſtituat.

Sept. Si exurgens homo ambulauerit foras ſuper virgam, inſons erit qui percuſſerit, tantum ceſſationem ſoluet & medicationes.

Cald. Reſtituet quod fuit otioſus ab opere, & mercedem medici ſoluet.

Pag. Tantum damnum ceſſationis eius dabit, & medendo mederi faciet.

Ar. Mont. Si ambulauerit in platea ſuper fulcro ſuo, innocens erit qui percuſſit, tantum ceſſationem eius dabit, & medendo ſanabit.

Vulg. Qui percuſſerit ſeruum ſuum, vel ancillam virgâ, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit.

Sept. Pœna punietur.

Cald. Iudicio iudicabitur.

Arias & Pag. Vindicando vindicabitur.

Vulg. Sin autem vno die vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt.

Pag. Verumtamen ſiper diem vel per duos ſteterit, non vindicabitur quia argentum eius eſt.

CONCORDIA.

CErta non eſt ſignificatio nominis אגרף egroph quod pugnum vertit interpres, ſignificare enim etiam inuenitur glebam, nam verbum גרף garaph à quo egroph, ſignificat reuoluere, vt patet Iud. 5. torrens Chiſon geraphan ideſt reuoluit ſeu deuoluit eos, vnde migraphal id eſt gleba, ſic dicta forte quod in aratione reuoluatur, vnde qui vertit percutiens gleba, non alienus à legitima tranſlatione; neſcio autem cur Oleaſt. non ita cenſet bene red- B ditum pugnum, nam Cald. Sept. & omnes Hebraizantes ſic reddiderunt: hæc verba operas & impenſas in medicos reſtituet. Hebraice ſic habentur rak ſibto ilten verappó ierape, verum ceſſationem ſeu vacationem eius dabit, & ſanitate ſanabitur, vel medendo, mederi faciet; ſed Hebraiſmus recte redditus à vulg. ſignificatque tantummodo iacturam temporis, quam fecit ceſſando ab opere, ſoluet & curabit eum, curandum ſubaudi impenſis ſuis.

EXPOSITIO.

SI *rixati fuerint viri*, ex ira in inuicem pugnantes, *ac percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugno*, ſub his omne genus inſtrumenti & teli intellige, hæc enim exempli dumtaxat apponuntur, *& mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo*, propter vulnus ab alio acceptum, vel percuſſionem ſine vulnere, ita tamen vt detinea tur in lecto, *ſi ſurrexerit*, extra periculum mortis factus, & aliquo modo ſanitati reſtitutus, *& ambulauerit foris ſuper baculum ſuum*, innitendo cuidam ſuſtentaculo, ob debilitatem ex ægritudine contractam, *innocens erit qui percuſſerit*, non cenſebitur homicida, nec vt talis punietur, *ita tamen vt operas & impenſas in medicos reſtituat*, duo ſoluet nempe lucrum ceſſans operis, quod feciſſet ſi minime vulneratus vel grauiter percuſſus fuiſſet, & damnum C emergens, impenſarum in medico & medicinis, & alijs ad ſalutem conſequendam.

Qui percuſſerit ſeruum vel ancillam, virga, baculo aut alio quouis inſtrumento ex quo mors ſecuta fuerit, *criminis reus erit*, homicidij ſcilicet, atq; adeo vt homicida puniendus, *ſin autē vno die vel duobus ſuperuixeris*, ita vt percuſſio illius mortis cauſa non fuerit, *non ſubiacebit pœnæ homicidarum*, nec alteri, imo nec quantum ad reſtitutionem operarum & impenſarum, *quia pecunia illius*, quia mancipium illius eſt pecunia emptum: ob eam enim cauſam ius habet caſtigandi ſeruum, & quamuis in D puniendo exceſſerit, exceſſus tamen ille non fuit vſque adeo immoderatus, nec certum an ex illa percuſſione ſecuta mors ſit.

CONCEPTVS.

Iniuriam tibi illatam condona.

61. *Si rixati fuerint viri, & vnus percuſſus lapide vel pugno non moriatur, operas & impenſas in medicos reſtituat*, quid? nonne grauiter percuſſus? quid? nonne etiam propter dolorem toleratum aliqua ſatisfactio ei debet fieri? cur ſolum damnum emergens & ceſſans lucrum reſtituetur? cur pro iniuria accepta nil capit emolumenti? quia Deus vult à nobis iniuriam

Oleaſt. condonati, *Aduerte*, (inquit Oleaſter) *Deum voluiſſe hominem ſocio ſuo iniuriam gratis condonare, modo exolueret quod vacando amiſerat, & quod medendo ſibi expoſuerat*, deinde ſubiungit in expoſitione morali, *Quamobrem non ſint præcipientes confeſſores vt præter hæc ſemper iniuriam exoluant, ſed quoad poſſunt ſuadeant læſum gratis iniuriam condonare.*

Ne dixeris rixam contentioſam, peccatum non eſſe.

62\. *Si rixati fuerint viri*, quorum vnus licet non leuiter percuſſus, tamen non moriatur, ſed ceſſationem ab opere illius qui vulneratus fuerit, ſoluet, nec non ea quæ in remediis valetudinis recuperandæ gratia, adhibitis reſtituet: verum cur non ait contextus vtrumque peccaſſe? quia illud ſupponit tanquam veriſſimum: quis enim dicet rixam contentioſam, peccatum non eſſe? nam vt optime B. Thom. 2. 2. quæſt. 42. art. 1. *Sicut contentio importat quandam contentionem verborum, ita etiam rixa importat quandam contradictionem in factis ſuper illud, vnde Gal. 5. dicit gloſſa, quod rixæ ſunt, quando ex ira ſe inuicem percutiunt, & ideo rixa videtur eſſe quoddam priuatum bellum, quod inter priuatas perſonas agitur, non ex aliqua publica auctoritate ſed magis inordinata voluntate: & ideo rixa ſemper importat peccatum, & in eo quidem qui alterum inuadit iniuſte, eſt peccatum mortale, inferre enim proximo nocumentum etiam opere manuali non eſt abſque peccato mortali, in eo autem qui ſe deffendit poteſt eſſe ſine peccato, & quandoque cum peccato veniali, & quandoque cum peccato mortali ſecundum diuerſum motum animi, & ſecundum diuerſum modum ſe deffendendi, nam ſi ſolo animo repellendi iniuriam illatam & cum debita mod ratione ſe defendat, non eſt peccatum, nec proprie dici poteſt rixa ex parte eius, ſi vero cum animo vindictæ, vel odij vel cum exceſſu debita moderationis ſe defendat, ſemper eſt peccatum, ſed veniale quidem, quando aliquis leuis motus odij vel vindicta ſe immiſcet vt cum non multum excedat moderatum defenſionem, mortale autem quando obſirmato animo in impugnantem inſurgit ad occidendum, vel grauiter ad eum lædendum.*

S. Thomas. ad Gal. 5.

Qui apud homines innocens iudicatur, plurics apud Deum criminis reus eſt.

63\. *Si rixati fuerint viri, ac percuſſerit alter proximum ſuum*, dummodo non moriatur ex illa percuſſione, percutiens innocens erit, Septuag. inſons erit, quid? nonne lethali culpa coinquinatur? quomodo innocens? innocentia enim reatum culpæ excludit: innocens quidem erit, ſed apud homines, non autem apud Deũ; qui enim apud homines iudicatur innocens, aliquando apud Deũ criminis reus eſt. ſic autem ait Abulenſ. *Innocens erit in foro exteriori à pœna mortis, veruntamen apud Deum reus erit homicidij & mortis æterna ſi intendebat illum occidere, vel ſi ille poſt ambulationem præfatam rurſus in lectum decidat, & ex percuſſione illa decedat: verum cur apud hominum tribunal innocens talis percuſſor cenſetur? dicendum quod ex duplici coniectura, prima, quoniam percuſſus partim conualuit, & ita incertum videtur an poſtea ex percuſſione illa obierit, partim enim ex malo regimine, aut ſeruorum incuria relapſus eſt in languorem, & ita defunctus eſt: ſecundo quia percuſſor læſit eum pugno aut lapide, non gladio aut ſimili inſtrumento lethifero, probabile eſt quod noluerit eum interficere.*

Auarus non minus plectitur vita, quam cum pecunia plectitur.

Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum, dummodo à lecto ſurrexerit, non pœna plectetur, ſed ſolum operas & impenſas in medicos reſtituet: ſi autem quis ſeruum ſuum ita percuſſerit, vt vno die vel duobus diebus ſuperuixerit, liber erit à pœna homicidis debita; quia inquit textus, pecunia illius eſt: nonne homicidis capitale ſupplicium in lege ſtatuebatur vt mortem morte expiarent, & qui ferro perimerent, ferro perirent? nihilominus cum domino ſeruum occidente; (nam licet vno vel duobus diebus percuſſus ſuperuixerit, nihilominus mihi videtur dominus cenſendus homicida cum proximam mortis occaſionem dederit) mitius agebatur, neque enim ſic capite plectebatur; cur tanta indulgentia in dominos? Oleaſter hanc præbet rationem, *Fuit hæc lex tam mitis, quia raro quis ſeruũ ſpõte occidit.* ſed ſubiiciamus, non priuari vita talem percuſſorem, quia priuabatur pecunia, quam ille ſua vita habebat chariorem, ac ſi non minus plecteretur, qui ſua pecunia quam ſua vita plectebatur. vnde illa aſina Balaami, audiens illas minas à ſeſſore ſuo dicente, vtinam haberem gladium, vt te percuterem, aptiſſime aſina homini reſpondit, *Nonne animal tuum ſum, cui ſemper ſedere ſoles?* Num 22. quaſi diceret, vide quid feceris, nam ſi me occides, te ipſum occidis, dum enim meam mihi vitam eripis tuam tibi pecuniam perdis, quam pro anima geris, & fortaſſia maius tibi moliris malum, quia gratior tibi tua eſt pecunia quam mea vita mihi. 64.

Oleaſt. Num. 22.

Subditus edoceatur à prælato, de modo ſubueniendi proximo.

Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter ſuum proximum, lapide vel pugno, Guillel. Cailleius in alleg. Tilm. ſic ait, rixantur homines, cum prælatus ſubditum arguit, percutitur alter pugno vel lapide cum de auaritia, quæ contractione manus ſignificatur, vel de duritia quæ ſignatur in lapide, ſubditus increpatur: in pugno, verbi gratia digiti contrahuntur, & palmam tegunt, in quinque digitis contractis & palma inuoluta ſex opera miſericordiæ contracta intelligo, quæ magis ad compaſſionem proximi deberent extendi] ait textus & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto, ſi ſurrexerit & ambulauerit ſuper baculum ſuum: quid hoc denotat? non mortuum percuſſum, ſed iacentem in lecto 65.

Guillel. Cailleius.

deinde ſuperuixiſſe? niſi quod præuaricator A ad cor rediens, conſcientiam ſuam ægram, & ream, vnde accuſatur, attendit, & innixus baculo charitatis, vel conſolationis, à prædicta duritia conualeſcat: verum cur ambulare debet foris? nonne ſ tis vt baculo innixus ambulet? nequaquam, per opera enim miſericordiæ foris egredi debet, vt aliorum neceſſitatibus opituletur, ſed quid eſt quod operas & impenſas in medicos reſtituere debet percuſſo percuſſor? *Niſi quod modus ſubueniendi*, inquit præfatus Auctor, *edocetur ſubditus à prælato.*

Viri mulieribus temperantiores debe-rent eſſe.

Si rixati fuerint viri, & alter proximum ſuum percuſſerit pugno vel lapide, cur cum pluries rixari ſoleant mulieres, non æque lex fertur de fœminis ac de viris rixantibus? dicea mulieres nomine virorum comprehendi: ſed cur non dicemus ideo legem hanc rigidiorem eſſe viris quam fœminis rixantibus? quia cum viri debeant eſſe mulieribus temperantiores, minus ſubiici deberent rixis & percuſſionibus.

VARIET. LECT. Verſ. 21.

V*Vlg.* Si rixati fuerint viri, & percuſſerit B quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed vixerit, ſubiacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint.

Sept. Et percuſſerint mulierem in vtero habentem, & exierit infans eius non formatus, mulcta mulctabitur prout iudixerit vir mulieris, dabit.

Cald. Et egreſſus fuerit fœtus eius, & non fuerit mors, condemnatione condemnabitur, ſicut poſuerit ſuper eum maritus mulieris, & dabit per ſententiam iudicum.

Arias Mont. Et egreſſi fuerint nati eius, & mors non fuerit, puniendo punietur, & dabit in iudicibus.

Oleaſt. Cum eleuati fuerint viri in inuicem, & non fuerit, condemnando condemnabitur, ſicut poſuerit ſuper illos maritus mulieris, & dabit vt ſtatuerint iudices.

Cajet. Et exibunt infantuli eius.

Auguſt. Si autem litigabunt duo viri &c. detrimentum patietur, quantum iudixerit vir mulieris, dabit cum poſtulatione.

Orig. Dabit cum honore.

Procop. Dabit cum dignitate.

CONCORDIA.

FAtetur Oleaſter ſe diſceſſiſſe à verſione C omnium interpretum, qui reddiderunt cum rixati fuerint viri, reddit rationem, quoniam verbum naſal potius eleuari & eleuare ſe ſignificat quam rixari, verum neſcio cur accuſat de imperitia linguæ Hebreæ non ſolum Vulgatum interpretem, ſed Cald. Septuag. ſed omnes etiam alios, vt ipſe fatetur, qui omnes reddiderunt ſi rixati fuerint: in Hebræo עיצאו ילדיה & egreſſus fuerit fœtus, Septuaginta & exierit infans, alij egreſſi ſunt autem pueruli vel nati; verum eumdem ſenſum habent, ac vulgatus reddens ſi abortiuum fecerit, ſequitur ſi autem ſuperuixerit in Hebræo ולא יהיה אסון ſi non fuerit mors, ſubſecuta ſubaudiendum ſcilicet matris vel patris.

EXPOSITIO.

S*I rixati fuerint*, inter ſe pugnantes, & vnus eorum percuſſerit mulierem prægnantem, D ferentem auxilium viro rixanti, vel alio modo, *& abortiuum quidem fecerit*, nondum plene formatum & animatum, ſed ipſa vixerit ſuperſtes poſt percuſſionem, *Subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit*, non abſolute, nullus eſt enim iudex in propria cauſa: vnde ſubditur, *& alteri iudicauerint*, qui perpenſis rationibus, & damno taxabunt pretium ſoluendum.

CONCEPTVS.

Nihil temere iudicandum.

67. *Si quis mulierem percuſſerit prægnantem, & abortiuum fecerit, ſubiacebit damno quantum maritus expetierit*, cur non ait textus, quod pœnæ homicidij ſubiicietur? cur ſolum hoc arbitris reliquit? aduerte quod abortiuum poteſt eſſe informe, vel iam præditum vita: ne ergo quis temere, tanquam homicida cenſeretur & puniretur, hoc non proprio læſi iudicio, ſed arbitrorum cenſuræ ſtatuit ſubiiciendum, fauet B. Auguſt. quæſt. 80. in Exod. S. Auguſt. *Si illud informe puerperium iam quidem fecerit, ſed adhuc quodam modo informiter animatum, quoniã magna de anima quæſtio nõ eſt præcipitãda indiſcuſſa temeritate ſententia, ideo lex voluit*

ad homicidium pertinere, quia nondum poteſt dici anima viua in eo corpore quod ſenſu caret ſi talis eſt in carne nondum formata, & ideo nondum ſenſibus prædita. A

In virtute incæpta, ne deſiſtas.

68. *Si quis mulierem percuſſerit prægnantem, & abortiuum fecerit, ſubiacebit damno &c.* illa mulier quæ fœtu grauida, eſt anima quæ virtutem colit: ſed quid eſt, quod percuſſa pugno vel lapide abortiuum fecit? niſi quod percuſſa metu perſecutionis, vel alterius infælicis euentus, à virtutis tramite defecit, & quam iam conceperat, ad perfectum non perduxit, audiamus Ambroſium hac in re loquẽtem lib. 10. in Lucam; ſic autem ait. *Docuit etiam Moyſes eſſe prægnantem, quam ſi duo concul cauerint* B

D. Amb. *litigantes, abortiuum cito inducant, & ideo bona fœmina litem fugiat, pacem ſequatur, vt partum poſſit abſoluere, neque nouem menſium tempus expectet vbi partus non in tempore ſed diligentiæ plenitudine eſt conſummatus, in breui explenit tempora multa,* expende illud, *neque nouem menſium &c.* id eſt vt proles ad perfectionem peruenire poſſit, opus eſt vt nouem menſium ſpatium in ventre matris abſoluat: neque ſtatim ac prodit, perfecta euadit, ſed omnes percurrere debet ætates, & ad perfectum vſque peruenire: at in proſecutione virtutis non eſt tempus expectandum, ſed breui tempore res abſoluitur, ſi multa diligentia & animi feruore res fiat, & à quo, nullo caſu ſuccedente deficiendum.

Facilè ſcandalum patitur vir in virtute infirmus.

69. *Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit ex occaſione eorum qui inter ſe rixabantur,* quinam rixantes cauſa aborſus dici poſſunt? illi ſunt qui aliquo crimine commiſſo, ſunt cauſa ruinæ ſpiritualis: verum dices, fœmina ſuperuixit, ita equidem, ſed fœtus virtutis periit, & ideo grauiſſimi criminis rei iudicandi, quas ergo pœnas luent? quas arbiter humani generis Chriſtus illis impoſuerit, ſcilicet grauiſſimos inferni cruciatus, mens eſt Orig. homil. 10. in Exod. qui ſubtiliter notat, de muliere prægnante fieri mentionem, quia mulier prægnans anima imperfecta eſt, quæ nondum ſpirituales fœtus edidit, neque ad perfectum perduxit & aluit, hæc inquam rixantium iræ cedit, & propter illam aborſum fecit, quia perfectiores facilius ſuperant mala, quæ ex aliorum peccatis, infirmiores frequenter ſubeunt, ergo mulier prægnans aborſum facit, quia in virtute facilius ſcandalum imperfectior patitur, ſubiicio Origen. verba. *Hæc*

Origen. *anima quæ nunc pro infirmitate ſui mulier appellatur, duobus inter ſe litigantibus viris & in certamine ſcandala proferentibus, percutitur & ſcandalizatur.*

In propria cauſa nullus iudex conſtituendus.

Si quis mulierem percuſſerit prægnantem, & abortiuum fecerit, ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicabunt, quid? nonne graue damnum maritus incurrit? nonne prole propria priuatur? cur ergo ſatisfactio illius arbitrio non relinquitur? cur iudices ſtatuent quid percuſſor ſoluere debeat? quia in propria cauſa nullus iudex conſtituẽdus, *Non eſſe* (inquit Oleaſt.) *relinquendam peccati pœnam in partis arbitrio demonſtrat hæc lex, quoniam cæcus eſt homo in æſtimatione cauſæ ſuæ.* 60. Oleaſt.

Maxima pœna dignus, qui fidei aborſum procurauerit.

Si quis mulierem percuſſerit prægnantem, & abortiuum fecerit, ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, cur lex non decernit qua pœna mulctabitur? mulier grauida illa eſt quæ Chriſtum per fidem concepit, qui eam percuſſit, ille eſt qui falſis dogmatibus eam peruertit, ſicque aborſum fidei procurat: quid mirum igitur ſi lex pœnam tali percutienti non aſſignat, ſed arbitrio mariti eam relinquit? quia ſicut maritus in iactura prolis magnam imponet, ſic etiam Chriſtus Dominus ſponſus animæ, ſubſcribit Procopius. *Significatur hoc loco anima quæ Chriſtum per fidem concepit, & diuinum intra* 61. Procop.

C *ſe format ſermonem, ſecundum hoc proloquium, propter metum tuum Domine in vtero concepimus & parturiimus: fides igitur eſt fœtus qui diuinos in nobis caracteres exarat, proinde ad Galatas, qui defecerant à fidei ſoliditate, vociferatur Paulus, filioli quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis, ſi quis igitur fraudulento ſermone iſtum partum ex alicuius animo eiecerit, & fidei in eius animo aborſum procurauerit, in Chriſto ſitum erit vt ſponſo, vt ſtatuat qua pœna, quanc mulcta, ſit inferiendus.*

Mulierum petitiones immenſæ.

Si quis percuſſerit mulierem prægnantem, & abortiuum fecerit ſubiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, cur non ait lex 62.

D quantum mulier, quæ percuſſa & aborſum paſſa, petierit? dices quia cum vir ſit caput mulieris, vt ait Apoſtolus Epheſior. 5. nihil conſideratione dignum debet petere, aut recipere, præſertim in hac materia niſi viro volente & exigente: ſed addamus cum Patriarcha Paludano ideo nõ in arbitrio mulieris ſed viri hoc poſitum fuiſſe. *Quia perſona læſa & præcipue mulier immoderate petere conſueuit.* Paludan.

VARIET. LECT. à Verſ. 22. ad 27.

A

Vulg. Sin autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima.

Sept. Si autem formatus fuerit.

Theod. Si effigiatus infans egrediatur.

Nobilius, In quo eſt expreſſa imago & effigies hominis.

Cald. Si autem mortua fuerit, reddet animam pro anima.

Vulg. Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

Vulg. Aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Orig. Combuſturam pro combuſtura.

Oleaſt. Fractionem pro fractione.

Vulg. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem eruit.

Sept. Et excæcauerit.

Cald. Et corruperit eum.

Vulg. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo ſuo vel ancillæ, dimittet ſimiliter eos liberos.

Onk. Si dentem ſerui ſui vel famulæ ſuæ cadere fecerit, liberum dimittet eum pro dente eius.

CONCORDIA.

Habet Vulg. Sin autem mors eius fuerit ſubſecuta, an fœtus vel matris non dixit, ſed Cald. ad ſolam matrem retulit, ſi autem B mortua fuerit: Septuag. autem referunt ad ſolum fœtum, ſiquidem hîc nihil aliud habent, quam ſi infans non fuerit formatus.

EXPOSITIO.

Sin autem mors eius fuerit ſubſecuta, licet Cald. intellexerit de morte matris, tamen ex antecedentibus hoc debet intelligi de morte fœtus: tum ſic habent Septuag. ſi figuratus fuerit conſequenter & animatus, nulla de matris vita vel morte facta mentione, *reddet animam pro anima*, ſeu vitam corporalem pro vita corporali, pœna enim talionis à iudicibus puniendus erat, non priuata eios qui læſus fuit, vindicta, hanc autem legem in ſe alioqui iuſtiſſimam, & ab omni pœnè republ. obſeruatam, non tam correxit Chriſtus Matth. 5. (Matth. 5.) C quam addidit, quod conſilij & perfectionis fuit, maxime quod periculoſum etiam per iudices vindictam expetere, dum quis nimium iræ & otio indulget, *oculum pro oculo, dentem pro dente*, habent hæc verba aliquam antitheſim, cum membro præcedenti, & ſuppleri debent hoc modo; ſi mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, id eſt vitam ſuam amittet pro vita quam eripuit alteri, & ſimiliter ſi mors non ſequatur, ſed tantũ mutilatio, ſi oculo alium mutilauit, oculo mutiletur, ſi dente, &c. *Si læſerit quiſpiam oculum ſerui ſui*, & ex conſequenti luſcos eos fecerit, non iſte ſubiacebit pœnæ talionis, *ſed dimittet eos liberos*, qua libertate legi & ſaluti ſerui conſulitur, & Domini peccatum rationabili pœna punitur, *dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo ſuo*, quod de oculo & dente hic dicitur, quidam non improbabiliter eamdem rationem putant fuiſſe cuiuſuis mutilationis, vt non mirum ſit dentis excuſſionem, cum oculi exceptione comparari.

CONCEPTVS.

Lex Euangelica ſuauiſſima, vetus oneroſa.

73. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, dentem pro dente*, ecce quod D præcipit lex antiqua, noua autem quid conſulit? ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe ei & alteram, quid hoc eſt? (Matth. 5.) ecce lex vetus decernit, vt dens pro dente, oculus pro oculo detur: lex gratiæ autem, vt ſi quis te percuſſerit in dextera maxilla, vt præbeas illi & alteram: ne mireris, prima enim oneroſa, terribilis, ſecunda autem ſuauiſſima: quod præclare Andronicus Conſtant. dialogo (Andronicus.) contra Iudæos c. 48. confirmat. dicens, *Illa antiqua dicens non occides, Chriſtiana etiam genas volentibus ferire porrigit, illa non mœchaberis, hæc non concupiſces quidem, illa non furaberis, hæc litigare & tunicam auferre volenti etiam togam permittit; illa, non concupiſces aliena, hæc etiam iuſte partes dimittes, &c.*

Flammam odij & vindictæ reprimit Deus.

Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, dentem pro dente, &c. cur hanc 74. legem ſtatuit? cur pœnam talionis inſtituit? nonne minus ſeuerum eſt, vt dens excutiatur pro dente excuſſo, & oculus pro oculo? aduerte propenſiſſimos nos eſſe ad maiorem iniuriam referendam, quam acceperimus pro colapho accepto, nihil aliud meditari niſi ſanguinẽ, & cædem proximi: merito igitur vt coerceret hanc vindictæ flammam, pœnam talionis inſtituit, vt ne odium quod iam ardebat vlterius extenderetur. Doctiſſime rem explicat Beatus Auguſtinus libro 19. contra (S. Auguſt.) Fauſtum c. 25. non remoteà principio, *Audiens*

quia dictum eſt oculum pro oculo, dentem pro dente, quod quidem ad reprimendas flammas odiorum inſe inuicem ſæuientium, & immoderatos animos refrænandos., ita præceptum eſt: quis enim facile contentus eſt tantum rependere vindictæ, quantum accepit iniuriæ? nonne videmus leuiter læſos homines moliri cædem, ſitire ſanguinem, vixque inuenire in malis inimicis vnde ſatientur? huic igitur immoderatæ ac iniuſtæ vltioni lex iuſtum modum ſugiens pœnam talionis inſtituit, hoc eſt vt qualem quiſque intulit iniuriam, tale ſupplicium rependat, quod non fomes, ſed limes furoris eſt, non vt id quod ſopitum erat hinc accenderetur, ſed ne id quod ardebat vltra extenderetur, impoſita eſt enim iuſta vindicta; quia iuſte debetur ei qui paſſus fuerit iniuriam; quod autem debetur, & ſi benigne remittitur, non tamen inique repetitur. B *Itaque cum peccet qui immoderate vult vindicari non peccet autem qui iuſte vult vindicari, remotior autem eſt qui non vult omnino vindicari.*

Eſt æſtimanda quæuis in malis remiſſio.

75. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, dentem pro dente, oculum pro oculo*: an non contemnenda lex vetus, quæ permittebat oculum pro oculo, & dentem pro dente requiri? nonne potius debuit condonationem iniuriæ conſulere ſicut lex gratiæ? ne dicas legem veterem in hoc contemnendam, imo laudandam aſſeras, nam in diris hominum moribus, ferocientibuſque iris terminum nouit ſtabilire, vltra quem minime proſilirent, vt diximus ex Beato Auguſtino, cui & addemus S. Chryſol. ſerm. 38. ſic dicentem, *Iudæos furor vindictæ cupidos ſic tenebat, vt pro oculo caput, pro dente animam poſtularent, hinc eſt quod eos lex ad vindictæ neceſſitudinem refrænabat, vt qui veniam culpæ ſapere non volebant, vel modum ſuperent vltionis, & tantum vindictæ exigerent, quantum læſsouis intulerat vis furentis*: Sic paulatim ferocientes animos edomabat, cur paulatim? quia non paruum exiſtimabat profectum ad ſalutem, ſi vel exceſſus in vindicta remitterentur, & quidem in morbis, tunc primum incipit ſalus ſperari, cum intenſi ardores vel paululum remittuntur, quæuis enim mali remiſſio à prudentibus æſtimatur, pro quo dicebat Nazianzenus in Iambico de ira.

S. Auguſt. S. Petrus Chryſol.

S. Gregor. Nazian.

Non parua porro, nec leuis eſt mihi,
Vel parua vitij maximi remiſſio,
Velut his grauis quos obſedet morbi dolor.

Quis non æſtimet in intenſiſſimo febris calore aliquam remiſſionem? ſic in maximis vitijs quæuis etiam pœnæ remiſſio, æſtimanda & procuranda.

In virtutum exercitio, ille triumphat qui ſupra debitum aliquid de ſuo addit.

76. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente*, æquiſſima ſane lex, quæ pœnas culpis æquat, A cur addit Chriſtus D. Matth. quinto, ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram? quia ille illiberalis & parcus eſt qui intra anguſtos iuſtitiæ carceres, ſe continens, vltra debitum neſcit de ſuo vnquam addere, contentus, ſi percuſſus conticeſcat, ſi offenſus taceat, ſi in omnibus reddat debitum, & extra id aliquid de ſuo addere renuit: hinc monebat Dominus Eccleſiaſt. 7. Noli eſſe iuſtus multum, hoc eſt, ne tam anxius ſis de ſeruando iure, vt neſcias vltra debitum aliquid præſtare, imo ſemper ſtricti debiti terminos per noua facinora, extende: D. Iſidor. Peluſ. lib. 3. epiſt. 13. ait, *Noli ius tuum ſeuere ac rigide perſequi, verum per bonitatem expura*: periculoſe viuit, illiberaliter & ſordide, B qui ſolum ſtudet ius non frangere, ſed integrum ſeruare, verum extra id nihil vnquam efficit, ille ſecurus & triumphator & hoſtium debellator incurſuum, qui debita ſtudet addito ſuperare facinore.

Matth. 5.

Eccleſ. 7.

Iſid. Peluſ.

Accipe tolerantiæ virtutem, & omnium victor euades.

Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, 77.
hæc autem lex talionis naturalis ex omnium gentium opinione iuſtiſſima, vt quod quiſque feciſſet, idem pateretur, & ita inter leges duodecim tabularum quæ naturæ quaſi erant documenta, vna huic erat ſimilis his concepta verbis, membrum rupit meum, ex pacto talio iſto: C cur ergo Chriſtus D. ait, Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in maxillam tuam præbe illi, & alteram? ecce ſuadet vt toleremus, quæ in nos commiſſa fuerunt, nec pro colapho accepto, alterum reddamus: cur ita vt tolerantiæ virtutem doceret, ſicque omnium victores euaderemus: annuit B. Athanaſ. homil. in Euangelium de Paſſ. *Primo quidem docuit verberanti maxillam alteram eſſe obuertendam, neque metuendo eos qui corpus occiderent, & tunicam auferenti, non eſſe eam repoſcendam, & perſecutoribus benedicendum, ſic enim facinus de diabolo, omnique malitia, victoria obrueretur, quam ſi nos ipſi vindicemus.*

S. Athanaſ.

Improbitatem noſtram compeſcit Deus, metu D *ſeueræ punitionis.*

Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, 78.
dices hoc inhumanitatem ſapere, vt quis pro excuſſo dente, aut oculo erepto, excuſſionem dentis aut oculi ereptionem patiatur. Sed falleris, nam hæc lex humanitatem ſapit, vt pote quæ te ab improbo animo reuocat, metu punitionis accipiendæ. Fatetur Diuus Iſidorus Peluſianus lib. 4. epiſt. 86. *Turpe eſt vt ignores etiam illa legis capita, quæ crudelitatis plena videntur humanitatem atque manſuetudinem ſpirare: nam quod lege cautum eſt, vt oculus pro oculo excludatur, non eſt crudele nec immane, ſed ſiquidem is ſenſus qui prima*

Iſid. Peluſ.

fronte apparet accipiatur, iuſtitia plenum eſt: ſi vero interior ſenſus expendatur, etiam vt aiebam humanitate repletum eſt, nam vt eum qui alteri quid iniquè facere meditatur compeſcat, metu ſimilis percuſſionis, & ita improbitatem reprimat, ideo iure meritoque ita ſanciuit.

Perfectioribus leges perfectiores ſtatuendæ.

78 *Sin autem mors fuerit ſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,* nihilominus rempublicam Chriſtianam confirmaturus Chriſtus D. ait, ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, ſed ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: nonne idem legiſlator? nonne vterque populus fidelis, & vnius Dei cultor? cur igitur diuerſæ leges ſeruandæ vtrique decernuntur? quia populus Chriſtianus perfectior, Iudæus autem rudior, & ideo illi perfectiores dandæ leges. Mentem noſtram firmat auctoritate ſua cit. Peluſiota lib. 4. epiſt. 209. *Eſt quidem vnus vtriuſque teſtamenti, tam veteris quam noui legiſlator, ſed lex Iudæis, vt hominibus ad regendum difficilibus atque contumacibus actiones ſolas prohibuit: Euangelium autem vt quod perfectioribus atque ad philoſophandum aptioribus decreta tradat, etiam cogitationes à quibus actiones enaſcuntur, tanquam fontes malorum prius obſtruit, quam illæ ſcaturiant, non ſolum peccata cum admittuntur ſeuere puniens, ſed etiam ne admittantur diligenter prohibens: quod ſi vis etiam ipſa explicemus verba, optimum eſt ipſam audire ſcripturam: Dictum eſt inquit antiquis oculum pro oculo, & dentem pro dente: ego autem dico vobis, ne reſiſtite malo, &c. Lex quidem pœnæ menſuram definit æqualitate perpeſſionis, dum iniuria affectis permittit facere quantum perpeſſi fuerint, metu ſcilicet ne quis ſimilia patiatur ijs quæ fecit, cohibens malum antequam fiat, Euangelium vero manſuetudine lenitateque eius qui malum patiatur, ſiſtit atque inhibuit improbitatem, ne ad deteriora progrediatur, &c.*

Iſidorus Peluſ.

Non cito quis anathemati ſubijciendus.

80. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,* cur nec in his præcedentibus, nec in ſubſequentibus iudicialibus præceptis additur, qui tale vel tale admiſerit, à Synagoga ſeparatus, ſit apud omnes tanquam anathema? quia non facile, aut cito Deo omnium bonorum auctore priuandus, & ab Eccleſia omnium bonorum communi parente ſeparandus, quod late reprehendit B. Petrus Damianus lib. 1. epiſt. 12. ſcribens ad Alex. 2. ſummum Pontificem, oſtenditque periculoſum opus, & alea plenum, vt ita dicam opus, quibuſcumque decretis anathematis pœnam in fine apponi, ad hanc enim pœnam tanquam ad ſcopulum leuiſſimis de cauſis offendentes homines ſæpiſſime naufragium facturos: ſic autem deſcribit, Cunctis fere decretalibus paginis anathema ſubiungitur, quod quam ſit humanæ ſalutis immane periculum, & infinite

Petrus Damianus.

A pateus vorago labentium, ac pernicies animarum, clementiæ veſtræ pietas non ignorat: dicitur enim quiſquis hæc vel illa non fecerit, ſiue quiſquis hoc irritum duxerit, vel in aliquo violauerit, anathema ſit: vbi notandum quam lubrica, quamque præceps ſubito ruendi illic procuretur occaſio, vt ante quis in æternæ mortis barathrum corruat, quam ſe leuiter impegiſſe cognoſcat: & ſubſtractæ quodammodo tendiculæ iam pes eius innectitur, dum ſe liberis adhuc greſſibus incedere arbitratur: delinquit igitur quiſquis ille eſt in illud Apoſtolicæ conſtitutionis edictum, & aliquando leui quadam ac perexigua offenſione tranſgreditur, & continuo veluti hæreticus, & tanquam cunctis criminibus teneatur obnoxius, anathematis ſententia condemnatur, & cum di-
B ctante iuſtitia alia ſit vltione plectendus, qui plus delinquit, alia qui minus excedit: hic grauiter, leuiterque peccantibus æqua cunctis, & indifferens pœna, ſolius ſcilicet anathematis irrogatur, non tribunalium more vel forenſis examinis, aut libertas ceditur, aut poſſeſſio confiſcatur, nec pecuniariæ mulctæ reus addicitur, ſed Deo potius omnium ſcilicet bonorum auctore priuatur. Hanc itaque homo de homine pœnam ſumit, quam de ſui tranſgreſſione mandati ipſe quoque Deus omnipotens non præſumit. Qui amat (inquit) patrem aut matrem pluſquam me, non continuo addidit ſit anathematizatus, vel maledictus, ſed tantum ait: non eſt me dignus: & in lege, oculus pro oculo, dens pro dente, percuſſura pro percuſſura, aduſtio pro aduſtione, dumtaxat
C exigitur, nec continuo quirens eſt de Synagoga proijcitur, vel maledictione damnatur, non enim ſecundum Stoicos omnia peccata ſunt paria, atque idcirco indifferenti ſunt vltione plectenda, ſed iuxta modum culpæ temperanda ſemper eſt menſura vindictæ.

Qui alios virtutem docet, ipſe eam exerceat.

Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, 81 verum hanc legem perficiens Chriſtus D. ſic conſulit, ſi quis percuſſerit te in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: hanc virtutem tolerantiæ docet, verum accuſandus ne eſt,
D quod de quibus alios inſtruit ipſe negligat, & nõ exequatur? quis hoc aſſeret, cum ſciſſo dorſo verberibus, vellicatis genis, facie ſputis illita, puncto capite, vepribus latere ſaucio, terebratis palmis, pedibus confoſſis, tanquam malleorum ictibus ſe patiẽter ſuppoſuit? Vnde optime Arnoldus Abbas Bonæ vallis in tract. de Verbo illo Domini in cruce, pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt, ait, *Oculum pro oculo, dentem pro dente euelli lex præcipit, nemini parcit Moyſes, omnes iniurias ſuas perſequitur & vlciſcitur, & abſque vlla miſeratione decretorum eius contemptor occiditur: tempore gratiæ temperantur edicta, & Euangelica manſuetudo à populo acquiſitionis iram, & conuicium, & contemptum excludit:* deinde, *poterat Chriſtus D. accitis multis millibus Angelorum agere pro ſe, & de tantis ludibrijs erui, ſed qui præceperat*

Arnoldus Abbas.

percuſſori ſiniſtra maxillæ porrigi dexteram & auferenti pallium præberi, & tunicam, e ppra regulas ſuas concludens voluit, vt a capite patientiæ forma prodiret in membra, & in hoc æmulatio filiorum probaretur, ſi non ſe degeneres exhiberent.

Non ſolum peccata, ſed & affectus ad ea præſcindit Deus.

82. *Sin autem mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente*, verum Chriſtus D. aliud addit, ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe & illi alteram: quid? cum lex Chriſti Domini ſuauior ſit lege Moſaica, cur ſuper eam aliquid aliud addit? ne dicas grauiorem, eo quod aliquid aliud ſuper eam addat, non enim graue tibi eſſe debet, non ſolum peccata præcindi, ſed & affectus: mens eſt S. Dorothei Doctr. 1. *Lex ait oculum pro oculo, dentem pro dente, & quæ ſequuntur, Ie autem nos admonet non ſolum ſuſcipere patienter plagam cædentis, ſed etiam alteram cum humilitate maxillam porrigere: is enim finis legis tunc erat erudire nos, alteri non facere quod pati ipſi ab altero nollemus, ſicque a nobis malitiam abſcidit metu talionis; hæc nunc quæſtio eſt abſcindere ipſum odium, ipſam voluptatem, ipſam ambitionem, & inanem gloriam cæteraſque omnes paſſiones.*

S. Dorotheus.

Maxima auari mulcta eſt, aliquid quod ſuum eſt, perdere.

Sin autem mors fuerit ſubſecuta reddet animam pro anima, ſi autem quis percuſſerit oculum ſerui ſui, vel ancillæ, & luſcos fecerit, dimittet eos liberos: cur in Dominum percutientem ſeruum, pœna talionis non exercetur? cur oculum pro oculo non reddet? cur ſeruum, cuius oculum eruerit, libertate donabit? hæc eſt maxima auari mulcta, præeligeret enim potius alicuius membri iacturam facere, quam aliquid quod ſuum erat perdere: ſic Oleaſt. *Magna auari mulcta eſt, ſeruum perdere, ſi membrum aliquod mutilaret, aut perderet ſerui ſui, & vt abſtinerent ab huiuſmodi percuſſionibus noluit ſeruos perdere, qui membra abſcinderent.* 83.

Oleaſt.

Indignus imperio qui crudelis eſt.

Sin autem mors fuerit ſubſecuta reddet animam pro anima, ſi autem quiſpiam percuſſerit oculum ſerui aut famulæ ſuæ, & eos fecerit luſcos, qua pœna mulctabitur? dimittet eos liberos, cur hac pœna potius quam alia plectitur? prudens ſane æquumque in Dominum atrociter ſeruum percutientem ſupplicium, ferox in ſeruos fuit: dominium non habeat, indignus enim eſt eo, qui cum crudelitate gubernat. 84.

VARIET. LECT. à Verſ. 28. ad 32.

VVlg. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius, Dominus quoque bouis innocens erit.

Sept. Si autem cornu percuſſerit taurus virum.

Vulg. Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, & conteſtati ſunt Dominum eius, nec recluſerit eum, occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur, & Dominum eius occident.

Sept. Si autem taurus cornupeta fuerit ante heſternam & nudius tertianam, lapidationibus lapidabitur, nec ſeruauerit eum.

Vulg. Quod ſi pretium fuerit impoſitum ei, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatum.

Sept. Sin autem pretia redemptionis indicta fuerint ei, dabit pretia redemptionis ſuæ, quæcumque indixerint ei.

Cald. Si pecuniam impoſuerint ſuper eum, dabit redemptionem animæ ſuæ, iuxta omnia quæ impoſuerint ſuper eum.

Oleaſt. Si expiatio impoſita fuerit ſuper eum.

Vulg. Filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit.

Sept. Secundum iuſtificationem hanc facient ei.

Cald. Si autem filium Iſrael cornu percuſſerit bos, aut filiam Iſrael cornu percuſſerit iuxta iudicium hoc fiet ei.

Arias Mont. Si filium coniſcauerit, vel filiam coniſcauerit.

Vulg. Si ſeruum ancillamque inuaſerit, triginta ſiclos argenti dabit, bos vero lapidibus opprimetur.

Sept. Si autem ſeruum cornu percuſſerit taurus, argenti triginta didragma dabit Domino.

CONCORDIA.

VVlg. habet lapidibus obruetur, in Hebræo סקל יסקל השור ſakol iſſakel haſor, lapidatione vel lapidando lapidabitur, verum eſt Hebraiſmus quem rectè reddidit interpres, cum poteſt ne lapidari bos niſi lapidibus? verbum ישמרנו iſmerennu, & non cuſtodierit vel ſeruauerit, redditur communiter, ſed interpres reddit recluſerit, reſpectum habuit ad modum cuſtodiæ, ſcilicet per recluſionem, verbum כפר chapar æquiuocum eſt ad plura, ſed hîc pro expiare, redimere, placare, ſumitur.

EXPOSITIO.

SI *bos percuſſerit virum aut mulierem*, ita vt mors inde ſequatur, *lapidibus obruatur*, ad iuſtitiam enim pertinet, vt animal hominibus noxium perimatur, & quod de tauro poſitum eſt, à parte totum intelligendum venit, quicquid de pecoribus vſui humano ſubditũ, infeſtum eſt hominibus, *& non comedentur carnes eius*, in deteſtationem & horrorem facti, *Dominus quoque bouis innocens erit*, nec veniet iure damnandus, vel accuſandus, ad reſtitutionem damni illati: *quodſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius*, voces hæ non præcisè accipiuntur pro biduo vel triduo, ſed etiam inconfuſo, vt idem ſit quod ſi bos ante cornupeta fuerit, *& conteſtati ſint Dominum eius*, teſtibus admonitis, vt recludat bouem, *nec recluſerit eum*, ne alijs damno ſit, & tamen in hoc negligens fuerit, *occideritque virum aut mulierem, & bos lapidibus obruetur*, & cuius carnes etiam non comedentur, *& Dominum eius occident*, in pœnam ſuæ negligentiæ, cum bouem ſuum cornupetam ligare, aut recludere debuerit.

Quodſi pretium ei impoſitum fuerit, à iudicibus ſcilicet, permiſſum vt vitam redimat, *dabit pro anima ſua quidquid fuerit poſtulatum*, hoc enim caſu, vbi Domini negligentiâ, cædes acciderat, permittebat lex vitæ redemptionem, cum aliàs vbi cædes ab homine de induſtria eſſet commiſſa, non permitteretur: *filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit*, intellige ſiue cornu, ſiue calcibus, ſiue morſu interemerit, ſed lex caſum qui frequenter accidit, attendit. Per filium autem, vel filiam intellige, non eius qui bouis eſt Dominus, ſed alterius, licet huiuſmodi filius vel filia fuerint paruuli, ſimili ſentẽtiæ ſubiacebit, ac ſi percuſſiſſet eorũ parentes, *ſi ſeruum ancillamque inuaſerit*, cornu vel alio modo, non propterea venit occidendus dominus bouis etiam præmonitus, *ſed triginta ſiclos argenti Domino dabit*: hoc intellige ſi bos percutiat ſeruum gentilem, nam ſi ſeruus Hebræus eſſet percuſſus, deberet Dominus bouis puniri ſecundum legem liberorum, ſcilicet quod occidebatur, & bos lapidibus obruebatur: ſeruus enim Hebræus gaudebat liberorum priuilegio, quantum ad eiuſmodi percuſſiones; vt ſi eruatus ei oculus, quod non diſcedat ſolum liber vt ſeruus Gentilis, ſed etiam vt Dominus det ei pretium pro damno oculi ſicut & alijs liberis, & ratio huius eſt quia ſeruus Gentilis ſimpliciter ſeruus eſt, ideo vt talis in omnibus debet iudicari, ſeruus autem Hebræus non eſt ſimpliciter ſeruus, ſed ad tempus.

CONCEPTVS.

Sanctis iniuriam inferentes, graui mulctabuntur pœna.

85. *Si bos cornupeta fuerit*, & admonitus fuerit Dominus eius, vt eum cuſtodiat, & nihilominus nihili monitionem faciens occiderit virum vel mulierem, Dominum eius occident: imo ſi filium aut filiam alicuius interfecerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit; verum ſi ſolum ſeruum vel ancillam inuaſerit, triginta ſiclos argenti dabit: ecce Dominus bouis percutientis filium vel filiam alicuius capite plectitur, non autem ſi ſolum ſeruum vel ancillam percuſſerit, aliquid enim ſoluens incolumis euadet. Eſtne apud Deum diſtinctio ſerui aut filij? an quia ſeruus vilior eſt apud Deum? in ſeruum venundatus eſt Ioſeph, & quia Ioſeph ſeruus, ideo minus æſtimatur à Deo eius vita? ſane vt ſeruos Iſraelitas redimeret, occidit Dominus primogenitos Ægyptiorum: quomodo ergo ſic apud ipſum modo vilruerunt ſerui, vt occiſor eorum, parua ſolum puniatur pœna, occiſor autem filiorum capite mulctetur? dicamus etiam hîc eſſe ſermonem de filijs & ſeruis, quos deſignant vitia aut virtutes; ne miremur ergo ſic apud Deum vileſcere mancipia vitiorum, vt parua redimantur pecunia eorum occiſores; ille autem qui filios, id eſt ſanctos viros percuſſerit, longe maiorem pœnam ſuſtineat, vel priuetur vita, aiebat D. Cyrillus Alexand. de ador. in Spiritu, *Igitur quia lex vmbra eſt per filium ac filiam liberum ſanctorum genus ſignificatur, per ſeruum vero & ancillam illud adhuc ſeruile genus, & peccati iugo ſubiectum, non eſt igitur par iniuria in ſanctos atque in peccatores facta, neque eadem plectuntur menſura in vtroſque commiſſa peccata.*

Homini illatas iniurias etiam in feris vindicat Dominus.

Si bos cornupeta fuerit, occideritque virum vel mulierem, bos lapidibus obruetur, in quo deliquit taurus hominem interficiens? hominem occidit: licet interfecerit, nec reus culpæ cenſetur, ne lapidibus ergo obruatur: merito hoc præcipit Deus, quia ita hominem æſtimat, & in pretio habet, vt à feris ei inferentibus iniurias, vindictá exigat. Hinc Beatus Auguſtinus quæſt. 81. in Exod. *Ad iuſtitiam autem pertinet, vt animal hominibus noxium perimatur, & quod de tauro poſitum eſt à parte totum intelligendum, quidquid de pecoribus vſui humano ſubditum infeſtum eſt hominibus.* Sic Dei iuſtitia pro homine ſuo ſtat, vt etiam feras illi nocuas mulctet. 86.

Homicidia maxime Deo inuiſa.

Si bos cornupeta fuerit, & occiderit virum vel 87.

mulierem, lapidibus obruetur, non autem ſolum hoc punietur ſupplicio, ſed nec carnes eius comedentur; obruatur lapidibus vir hominem interficiens, ſed ratione carens animal, cur has dabit pœnas? cur carnes eius non comedentur, cum nocium nociuæ eſſe poſſint? vt ex hoc ſupplicio colligeretur, quanto proſequatur homicidas odio, cum & ipſa animalia, ipſa rationis vſu carentia, quæ hominibus vitam ademerunt, ita ſeuere puniat. Vnde Cajet. *Dicere poſſumus quod in deteſtationem & horrorem [illegible] cere hæc ſtatuantur circa animalia:* & Auctor Catenæ aureæ, *Ex hac lege videre licet, quanto odio proſequatur Deus homicidia, vt nec in brutis inultâ eſſe velit:* & Theod. q. 47. *Cur occidi iubet taurum cornupetam? vt ex animalibus irrationalibus, doceat homines rationales quam graue ſcelus habeatur homicidium.*

Cajetan. Auctor Catenæ. Theod.

Iacturâ bonorum, tanquam pœna grauiſſimâ, punitur negligens malitioſus.

88\. *Si bos cornupeta fuerit, & occiderit virum vel mulierem, lapidibus obruetur.* ecce in quo punitur Dominus bouis cornupetæ, qui monitus noluit eum cuſtodire, ne damnum vel mortem alicui inferret: an hoc ſolum accipiet Dominus bouis detrimentum? nequaquam, nec carnes bouis comedentur: nonne ſufficiebat bouem occidi? cur Dominus vtilitate carnium priuabitur? quia iactura bonorum tanquam grauiſſima puniri debet negligens malitioſus: Fauet noſter Lyran. *Cornupetæ rei prohibentur carnes, tum propter horrorem facti, tum quia per hoc damnificabatur Dominus bouis ad cautelam ſui, & aliorum circa animalia ſua periculoſa.*

Noſter Lyranus.

Quod impurum, in ſacrificium Deo non offeratur.

89\. *Si bos cornupeta fuerit, & occiderit virum vel mulierem, lapidibus obruatur,* & lapidibus obruti carnes non comedantur: nonne vtilius eſſet Domino, cum iacturam facere cornupetæ bouis debeat, vt in ſacrificium Deo offeretur? & ſi carnes eius comedi non debeant in holocauſtum præſentetur? nequaquam, quod enim impurum eſt, cæde alterius, minime in ſacrificium offerri debet, cum Deo maximè inuiſum foret. Suffragatur Philo lib. de ſpecial. legib. *Non eſt idoneus ſacrifitio, & carnibus eius veſci non eſt fas, quia non eſt purus cibus homini animal, quod interfecit hominem.*

Philo.

Nulla commutatio vitæ conſeruationi æquiualet.

90\. *Si bos cornupeta fuerit, & occiderit virum vel mulierem, lapidibus obruatur,* ſi autem Dominus bouis admonitus fuerit de ferocitate illius, & nihilominos illum non cuſtodierit incluſum, & hominem interfecerit, vltimo afficiatur ſupplicio: verum ſi pretiom fuerit ei impoſitum, pro anima ſua dabit quidquid fuerit poſtulatum: quid ſi immenſa auri & argenti copia poſtularetur? an pro anima ſua conſeruanda donabit? quidni? quæ enim

A co[illegible] commutatio[illegible]onem vitæ mercetur audit Epiſcop. Metonen. *Si pretium pro [illegible] peratione vitæ [illegible] taxatum fuerit, illud da[illegible] ſe redimere poterit, dabit [illegible] pro anima ſua quidquid fuerit poſtulatum, [illegible] ab aduerſarijs, præuia tamen non in [illegible] moderatione, qui enim morti obnoxius eſt nihil debet recuſare, nullam conditionem renuere, vt viuus maneat, quam enim commutationem dabit homo pro anima ſua?*

Ab[illegible]

Vaga mens & inconſtans niſi coerceatur, plurimorum cauſa malorum.

91 *Si bos cornupeta fuerit, & occid[illegible] virum vel mulierem, lapidibus obruatur:* Q[illegible] nonne vitulus animal vagum & incon[illegible], cui B ſi forte voluntas ſua libera concedatur, concedentibus quædam velut feſtiuitas æſtimatur, dum ille diſcurſu & agilitate ſua lætificat intuentes? quomodo ergo ad ſtatum perfectionem perueniens, iam producto c[illegible] & vngula, quant[illegible] [illegible] licentiæ habe[illegible] obtinuit laxior[illegible], ta[illegible] iam quibuſque [illegible] fert minas occur[illegible] & [illegible]petus [illegible] res, vt nulli parcat, null[illegible], nul[illegible] præſtet occurſum [illegible] tam foris quam [illegible] ſed mœr[illegible] [illegible] piam, Dominus eius [illegible] ſup[illegible] cium, ſi admonitus ſuæ ferocitatis, eum non cuſtodierit, aduerte bouem ſicut eſt animal laſciuum, inconſtans, & vagum, [illegible] vagæ mentis inconſtantiam, [illegible] in principio C coerceatur, plurimorum cauſa eſt malorum. Teſtem profero Philippum Abbatem Bonæ ſpei in vita S. Aug. cap. 114. *De eiuſmodi vitulo dicitur per Moyſem, ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudius tertius, &c. per quem rectè vagæ mentis inconſtantia deſignatur, quæ lucis refuga, neſcia diſciplinæ latitudine patula, gratulatur, quæ acta vel impacta velut ventilatio natiuæ libertatis ſtare n[illegible] tiens, gaudens motu, nihil habens maturæ grauitatis, per amœna quæque & noxia raptatur, laſciuæ motu voluntatis, non contenta vno, de multis ad plurima tranſcurrit amor [illegible]nitatis, quæ dum ſuo arbitrio co[illegible]editur, iact[illegible]ari videtur, quidam ludus, feſtiuumque ludibrium actitatis, quia [illegible] incundius, nihil f[illegible] [illegible] quam ſuos multos D appetitus [illegible] quo dum inſtar [illegible] volutatur, & ab eo nihil ſordidum [illegible] voluptu[illegible] tur, cuiuſmodi leno [illegible] popi[illegible], & [illegible] t[illegible] [illegible] incraſſatur, vt non tam [illegible] quam totus caro, vti [illegible] magis quam materialiter habeatur, &c.*

Philip. Abbas.

Sciens malum & ſuſtinens, [illegible] reus erit.

92\. *Si bos cornupeta [illegible] virum, [illegible] mulierem lapidibus obruetur* [illegible] [illegible] eident, [illegible] ſi [illegible]onitus fer[illegible] tauri eu[illegible] non [illegible] nonne a[illegible] [illegible]m fuerat, quo[illegible] virum aut mu[illegible]erem cornu [illegible],

[illegible]od [illegible] & à reatu [illegible]us Dominus, A
[illegible] pl[illegible]cium? cur [illegible]unc ergo vlti[illegible] quid in textus? ſi conteſtati ſunt D[illegible]minum [illegible]us, nec recluſerit: ne mireris er[illegible] ſi [illegible] tor pu[illegible]iatus, [illegible]uam ſciens malum & ſuſtinens, cum poſſit impedire, & teneatur, erit cædis particeps, & conſcius culpæ. ſic annotat. Cyr[illegible]l Alex. in collect. c. 3. ſed fuſius Rabanus Maurus. Bouis nomine contumax diſcipulus intelligitur, qui per faſtum ſuperbiæ laniat, & reliqua pecora gregis Domini infeſtat: talis ergo ſi [illegible]ſcio magiſtro, aliquem virum aut fœminim, hoc eſt quemlibet fortem, aut infirmum cornu proteruiæ [illegible]uæ perfoderit, & eius mortem animæ intulerit, lapidibus duræ ſententiæ obruatur, & non comedentur carnes eius, hoc eſt ne imitentur actus eius, Dominus autem bouis illius, ita innocens eſſe probatur, ſi neque conſenſu neque cõſilio fouebat actum B illius, quia dicente Domino Ezech. 18. anima quæ peccauerit ipſa morietur, & iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum erit: ſi autem magiſter & doctor talis diſcipuli mores ſciebat, & à ſcripturis ſacris ſæpe conteſtatus curam infeſti pecoris habere negligebat, iam actus illius particeps, pœna affectus illius vtique merito particeps erit, quia ſecundum Apoſtolum, non ſolum qui malefaciunt, Rom. 1. ſed etiam qui conſentiunt facientibus, digni ſunt morte.

Ezech. 18

Rom. 1

Spiritus carni non re[illegible] ſtens ſimul cum ea peribit, ſicut Prælatus cum ſubdito peruerſo, ſi eum non correxerit.

Si bos cornupeta fuerit, nec recluſit eum Dominus eius, occideritque virum vel mulierem, & bos lapidibus obruetur, & Dominum illius occident: ſane nimis ſeuera hæc lex cenſetur, nonne ſatis eſt Dominum ſui bouis iacturam facere? cur etiam & propriæ vitæ, cum à conſilio ipſe nec virum, nec mulierem interfecerit? quid dicat noſter S. Antonius Paduanus, audiamus. *Bos cornupeta eſt carnalis appetitus, qui cornu ſuperbiæ interficit virum aut mulierem, ideſt rationem, vel ipſius bonam voluntatem;* quid inde? an vterque morte punietur. quidni? ſic enim proſequitur præfatus ſanctus, *quem quia Dominus eius, ideſt ſpiritus noluit recludere, ideſt refrænare, ipſe cum boue occidetur, quia corpus cum anima æternaliter punietur:* deinde ad ſuperiores ſermonem conuertens ait. *quod ſi bouem cornupetam, ideſt Monachum vel Canonicum ſuperbum, vinolentum, vel luxurioſum habuerint, & noluerint eum recludere, ſed ſuo malo exemplo virum vel mulierem ſcandalizauerit, & bos obruetur, quia ille in iniquitate ſua morietur, & Abbas vel Prior quia noluit eum recludere, punietur.*

93.

S. Anton. in Exod.

VARIET. LECT. à Verſ. 33.

VVlg. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos aut aſinus in eam. C

Sept. Si quis autem aperuerit lacum, aut exciderit lacum, & non operuerit eum, & ceciderit illuc vitulus aut aſinus.

Vulg. Reddet Dominus ciſternæ pretium iumentorum, quod autem mortuum eſt, ipſius erit.

Sept. Dominus laci reddet argentum, dabit Domino eorum, quod autem mortuum eſt ipſi erit.

Vulg. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit, vendent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter ſe diſpertient.

Pag. Vendent bouem viuum & dimidiabunt argentum eius, & etiam mortuum dimidiabunt.

Vulg. Sin autem ſciebat, quod bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eum, Dominus ſuus reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Sept. Sin autem notus fuerit taurus, quia cornupeta eſt ante heſternam & nudiuſterrianam diem, & conteſtati fuerint Domino eius, & non clauſeri[illegible] eum, reddet taurum pro tauro, mortuus autem ipſius erit.

CONCORDIA.

VVlg. interpres, quæ prolix[illegible] oribus verbis poſita ſunt in Hebræo, ſcilicet Dominus ciſternæ reddet argentum, & reſtituet Domino eius, docte in vnum coegi[illegible], nempe reddet Do- D mino pretium iumentorum: addunt Sept. ſi conteſtati ſunt Domino eius, quæ verba ſubintelligit Vulg. vt ſupra lege cautum erat, dictio בור ciſternam, lacum, puteum ſignificat.

EXPOSITIO.

SI [illegible]uis aperuerit ciſternam, & apertam non *operuerit, cecideritque bos ſiue aſinus in eam*, [illegible] qu[illegible]mque aliud iumentum, vel pecus, *reddet D[illegible] [illegible]ciſternæ pretium iumentorum*, Domino [illegible]lis lapſi, ac perditi ſatisfaciet pr[illegible] damno accepto, diligenter enim præcauenda ſunt pericula, ne lædatur quoquomodo proximus in perſona & rebus, *quod autem mortuum eſt ipſius erit*, nempe qui ciſternam effodit, & non operuit. *ſi bos alienus*, vel aliaquæcumque beſtia, alienam beſtiam, vel bouem alterius vulnerauerit, & ex vulnere *bos mortuus fuerit*, tunc Domini vtriuſque bouis vẽdent bouem, *& diuident pretium eius*, æqualiter, *cadauer*

autem mortui inter ſe diſpertient; ſed cadauer illud talis ſit conditionis, vt carnibus eius veſci liceat, *ſi autem ſciebat quod bos cornupeta eſſet,* & monitus vt recluderet, nihilominus neglexit, non dimidium pretij ſoluet, *ſed reddet bouem pro boue,* vel pretium eiuſdem valoris ac fuit bos occiſus, *& cadauer integrum accipiet,* vt conſtet, quanta ſollicitudine ſe gerere debeat homo, ne quid damni res proximi accipiat ob alterius ignauiam.

CONCEPTVS.

Ne proximum in aliquo lædamus, aliàs ei fiat reſtitutio.

94. *Si quis aperuerit ciſternam,* & ſuper oſtium eius non poſuerit operculum, & ſic in eam inciderit aliquod animal, tenebitur Dominus ciſternæ reddere pretium peccoris occiſi: quid immoratur Deus in legibus ſtatuendis circa animalia? indignum enim videtur tanta maieſtate, ita ſe demittere vt etiam regulas decernat circa irrationalia: ne indignum hoc diuina maieſtate dixeris, nos enim edocet, non ſolum proximum in ſe, ſed nec in rebus ſuis quoquomodo lædendum, aliàs reſtitutionem debere fieri. *Datur hic* (inquit Epiſc. Metonenſ.) *ſollicita obſeruatio ne lædatur quoquomodo proximus in perſona & rebus, ideo pericula diligenter præcauenda: vndique circumſpectio, & prouidentia commendatur, in omnibus æquitas naturalis inter ciues, & curanda indemnitas proximorum, quod ſi imprudenter læſerimus, amice compenſemus damnum aliis, vti vellemus nobis fieri.* (Lippom.)

Altitudo miſteriorum Dei, coram non capientibus, tegenda, ne præcipites ruant.

95. *Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit, cecideritque bos vel aſinus in eam, dominus ciſternæ reddet pretium iumentorum,* cur tenetur reddere pretium pecoris in ciſternam cadentis? quid eſt aperire ciſternam, niſi intellectu valido ſcripturæ ſacræ arcana penetrare? quid autem per bouem & aſinum mundum ſcilicet, & immundum animal, niſi fidelis quiſque & infidelis accipitur? qui ergo ciſternam fodit, cooperiat, ne illuc bos vel aſinus ruat, *Quid hoc eſt?* ait B. Greg. ſummus Pontif. lib. 17. Moral. 13. (S.Greg.Ma.) *qui in ſacro eloquio iam alta intelligit, ſublimes ſenſus coram non capientibus per ſilentium tegat, ne per ſcandalum mentis aut fidelem paruulum, aut infidelem qui credere potuiſſet interimat, ex morte enim iumentorum debet pretium, quia illud ſcilicet admiſiſſe conuincitur, vnde ad agendam pænitentiã reus tenetur: quiſquis namque ad alta ſcientiæ fluenta perueniens, cum hæc apud bruta audientium corda non contexerit, pœnæ reus addicitur, ſi per verba eius in ſcandalum ſiue munda, ſiue immunda mente capiatur: operienda itaque eſt ciſterna, quia coram paruulis mentibus tegenda eſt alta ſcientia, ne inde cor audientium ad ſumma attollatur, vnde infirmitas auditorum ad ima dilabatur,* eadem ferè habet Bernard. Abbas Fontis callidi contra Vualdenſ. c. 5. (Bernard. Abbas Fontis callidi.) *Ciſternam aperire eſt ſcripturæ ſacræ arcana penetrare per intellectum, ille vero aperit qui ſublimes ſenſus ſcripturæ coram non capientibus per ſilentium tegit, quiſquis autem apud bruta audientium corda non contegit, pœnæ reus addicitur ſi per verba eius in ſcandalum, ſiue munda ſiue immunda mens capiatur.*

Quod aliquibus eſt in remedium, aliis eſt in ruinam.

96. *Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit, cecideritque bos vel aſinus in eam,* quid? nonne effodiebatur in remedium ſitientium, vt aquæ in ea ſeruarentur? quomodo non remedium ſed damnum; non ſ[illegible]atium ſed ruinam infert pecoribus? quia quod aliquibus eſt in ſalutem, aliis eſt in perniciem *Ciſterna,* inquit noſter Bernar. Senenſ. in quadrag. de Chriſt. relig. ſerm. 46. c. 2. art. 2. (D.Bernard. Senenſ.) *quæ a[illegible]uas habet in rem[illegible]um ſit [illegible], occaſio tamen ruinæ incautis eſſe p[illegible]t ſt:* deinde ad mulierem ſe conuertens ait, *ſic vtique tu, ô mulier vana, quæ viro tuo remedium eſſe potes [illegible]agi[illegible]tatis humanæ, alteri incauto præſtas occaſionem damnationis æternæ.*

Mulier efficacem occaſionem ruinæ præbens, grauiſſime punitur.

9 *Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit, cecideritque bos vel aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium eius,* ciſterna mulier intelligitur, iuxta illud Prouerb. 5. vbi dicitur viro matrimonio iuncto, bibe aquam de ciſterna tua, (Prouerb. 5. 1. Corinth.) matrimonium quidem eſt libidinis remedium, vt conſulit B. Paul. 1. Corinth. 7. & propter fornicationem, vnuſquiſque vxorem habeat, & vnaquæque virum ſuum: & quidem Salomon, elegantiſſimam adhibuit ſimilitudinem ad legitimi matrimonij vſum adumbrandum, bibe aquam de ciſterna tua; adoleſcens ſane libidinis æſtu vritur, ex calore autem & ardore ſitis euenit, ſcilicet veneris appetentia. Salomonis igitur ſententia erit hactenus illicitam cum meretricibus conuerſationem interdixi tibi, ſed forte cauſaberis, & libidinis ardoribus exæſtuare & ſiti omni ardentiorem libidinis, appetentiam experiri, atque ideo continere non poſſe; bibe igitur aquam de ciſterna tua, id eſt ad eam ſitim ſedandam & reſtinguendam; vtere propria & legitima coniuge, quæ ciſternæ in morem, puras & illimes præbebit aquas: & ſane ad id ſignificandum olim in nuptiarum ſolemnibus, ignem atque aquam adhiberi ſolita crediderim, igne enim ardor ſignificatur, quo vir & fœmina ſeſe inuicem ardent, & in venerem inflammantur, aquâ vero legitimi vſus coniugij, quem deinceps ad eum ardorem extinguendum adhibere licet poſt nuptias: & quidem id intereſt inter ſcorti congreſſum illicitum, & nuptiarum vſum, quod hic calorem atque ſitim libidinis refrigerat, ille vero magis ac magis acc[illegible]dit, qui enim ardet vxorem legitimam, vſu illius refrigerium accipit, qui vero ardet appetitque meretricem, vſu ipſo denuo accenditur atque inflammatur, vterque ſane ardet, ſed ignis diuerſa eſt natura,

illius enim ignis, vt ita dicam communis eſt, ex eorum ignium genere, quus aqua reſtinguit, huius vero flamma eſt ſulphurea, ex earum genere, qnas aqua non comprimit, ſed excitat magis. vnde B. Auguſt. in ſerm. de congreſſu mulierum, de his qui ſe mulieribus addixerunt. *Sulphurea*, inquit, *eſt eorum libido, ardet plurimum & extingui non poteſt*, ciſternæ ergo nomine recte mulier adumbratur, verum quando nam incaute aperitur? reſpondet noſter Bernard. vbi ſupra, *Quando mulier cultu meretricio exornatur, in illam vtique opertam bos vel aſinus cadit, quando occaſione indebitæ vanitatis, aliquis per concupiſcentiam ruit, in quo caſu eius anima de mulieris vanæ manibus requiretur, cum det ad hoc efficacem cauſam, non præcauendo ruinam.*

Auguſt.

N. Bernard. Senens.

Ex commodo proprio alteri ne incommodum inferas.

98. *Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit eam, cecideritque bos vel aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium iumentorum*, quid? nonne in propriam vtilitatem ciſternam aperuit, & effodit? nonne cum careret fonte ſcaturienti, aquam in ciſternā ſibi prouidere videbatur? cur ergo ſi bos vel aſinus in eam ceciderit, tenetur compenſare dominum pecoris occiſi? quid ait textus? & non operuerit, ſoluat ergo, quia ex commodo proprio, alteri incommodum occaſione data, inferre non debes. *Non oportet nos fratri* (inquit Procop.) *ponere offendiculum, vt nos deinde aliquam vtilitatem capiamus, ſiue vt rem apertius eloquar; non ex incommodo alterius nos noſtra comparare licet.*

Procopius.

A

Cum peccatum commiſeris, illud ne aperias omnibus.

Si quis aperuerit ciſternam, & non operuerit, cecideritque bos vel aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium iumentorum, quiſnam aperiens ciſternā, & eam inopertam relinquens, præbet occaſionem boui vel aſino lapſus, ita vt teneatur pretium ſoluere? Petrus Berchorius per aperientem ciſternam intelligit eum qui peccatum cōmiſit, ciſternam ſane pertuſam: ſed quomodo reus erit ſi eam non operuerit, cum peccatum detegendum ſit? ita ſane confeſſori? ſed non omnibus, præcipue vanitatis gratia: qui enim ſic detegit & non operit, ſcandalum præbet, & alios ad idem inducit, cuius gratiā cur non cenſebitur reus mortis? ſubiicio verba præfati Monachi Bened. Ciſterna eſt peccatum quod dato, quod nullus audeat facere, ſed cum fecerit ipſum decet abſcondere & celare, & à conſpectu hominum, nē ſcandalum vel vanum exemplum pariat, operire, qui contrarium fecerit, foueamque proprij peccati publice reuelauerit, & ciſternam alterius delicti diffamando & detrahendo aperuerit, & occaſione eius & ſui mali exempli oſtenſione, aliquis bos vel aſinus, id eſt aliquis ſimplex intus ceciderit, id eſt eius exemplo deliquerit, mortis & damnationis eius erit reus: ille enim qui foueam apertam dimittit, non ſolum tenetur de peccato quod committit, imo etiam de peccato quod exemplo & occaſione illius homo facit, vtile igitur eſt non ſolum peccata non facere, ſed etiam ſi facta ſunt, ipſa à conſpectu hominum, ne forte ſcandalum pariant, operire, vnde dicit Apoſt. Apoc. 16. beatus qui cuſtodit veſtimenta ſua ne nudus ambulet.

99.

Petr. Berch.

B

Apocal. 16.

SYNOPSIS CAPITIS XXII.

Proſequitur dominus præcepta iudicialia, quæ filij Iſrael obſeruare tenentur, vnde præſcribit pœnas furti damnique illati, ac depoſiti ſeu commodati negligenter cuſtoditi, præterea ſtupratoris, malefici, coeuntis cum iumento & idololatræ ſupplicium; qualiter quoque puniri debeant nocentes aduenæ, viduæ, pupilli, tandem lex ſtatuitur directiua mutuorum, vſurarum, pignorum, decimarum, & primogenitorum, quæ ſimul prohibet eſum carnis à beſtiis.

VARIET. LECT. Verſ: 1. ad 4.

A *Vlg.* Si quis furatus fuerit ouem & bouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue.

Sept. Si quis autem furatus fuerit vitulum vel ouem.

Alij. Agnum, & iugulauerit, reddet pro vitulo, *alij* pro pecude quinque vitulos, & quatuor oues.

Vulg. Si effringens fur domum, ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis.

Sept. Si o autem in ipſa perfoſſione inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi cædes.

Pag. Si cum perfoſſore inuentus fuerit fur, non erit percuſſor morti obnoxius.

Arias Mont. Et non ei ſanguines.

Onk. Non erit ei ſanguis.

Vulg. Quod ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur, ſi non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur.

Sept. Si autem oriatur ſol ſuper eum, reus viciſſim morietur, quod ſi non fuerit illi ſubſtantia, vendetur pro furto.

Cald. Si oculus teſtium fuerit ſuper eum, ſanguinis reus erit percuſſor, ſoluens ſoluet fur.

Onk. Si oculus teſtium ceciderit ſuper eum, ſanguis ei erit reddendo fur.

Rabi Salom. Si inuenerint eum teſtes.

Vulg. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus eſt, viuens, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis, duplum reſtituet.

Sept. Si autem deprehenſum fuerit & inuentum fuerit in manu eius furtum, ab aſino vſque ad bouem viuentia dupla reddet ei. B

Cald. Si autem inuentum fuerit in manu eius, quod furto ſublatum fuerat, à boue vſque ad aſinum, & vſque ad agnum, ſi fuerint viui, duplum reddet.

CONCORDIA.

IN Hebræo tantum vnum membrum expreſſum eſt, ſicut & apud Sept. nempe ſi in ipſa ſuffoſſione inuentus fuerit, at noſter Vulg. bene addidit particulam generalem, quæ omnium vim complectitur, quia lex particulari exemplo ſuffoſſionis intendit complecti, & prohibere omnem vim, & ſic reddidit hoc modo & effringens vir domum ſiue ſuffodiens. ſciendum verbum חתר charar ſignificare fodere, perforare, inde venit dictio מחתרת mach-

ret, quæ eſt foſſis ſiue foſſa, quam fures faciunt in pariete, ad furandum, vnde bene redditum eſt in effoſſione, vel foſſa, aut ſuffoſſione, ſiue cum perfuſſorio inſtrumento: vbi habemus, quod ſi orto ſole hoc fecerit, Cald. paraphraſtice legit, quod ſi oculus teſtium fuerit ſuper eum, qui ſic intelligendus, percutiens furem

A præſentibus teſtibus, homicida eſt, cuius forte poteſt eſſe ratio, quia dominus domus, ſi teſtes aderant potius implorare ab eis auxilium debuit, ne domus eius ſuffoderetur, quam furem interficiens: quidam iuxta Hebræum pro oue, agnum legunt, שה & pro agno, & pro oue, & pro pecude poni ſolet.

EXPOSITIO.

Si quis furatus fuerit ouem vel bouem, hæc exprimit, quorum nomine cuncta animalia intelliguntur, quæ in montibus & campis paſcuntur, *& occiderit vel vendiderit*, quia vendens vel occidens, minus præſumitur idoneus ad reſtitutionem, tum quia à ſe reſtituendi poteſtatem auferre videtur, cum occidit aut vendit ideo tunc grauius furta puniri præcipit dominus, *quinque boues pro vno reſtituet & quatuor oues pro vna oue*, lex de reſtitutione quadrupli apud alias gentes vſitata fuit, idque ad impediendа furta, quod autem hic ſpeciatim in furto boum, non quadrupli ſolum, ſed quintupli reſtitutio præcepta fuerit, Iudęis peculiare fuit, iuſtiſſimum tamen, tum vt diſcerent ex pœnarum inæqualitate, furtum quodque tanto maius, quanto eſt in maiori materia, tum quia in quotidianis vſibus, maior eſt vtilitas atque maior iactura bouis, quam ouis, nam præter omnia ouibus & bobus communia, hoc præterea bos habet, quod arationi ſeruiat, & oneribus ferendis.

Si effringens fur, nempe nocturnus, *ſiue effodiens fuerit inuentus*, ſiue igitur ad effringendas fores vel feneſtras, vel ſuffodiendos parietes inuentus fuerit fur, nocturno tempore, inſtrumenta deferens, *percuſſor non erit ſanguinis*, ſermo eſt de percuſſione occiſiua, non imputabatur igitur domino homicidium, tum quia communiter nocturno furi armis ſolet occurri, vnde eius occiſio, videtur eſſe per accidens, tum quia maxima de nocturno, fure ſic confringente & effringente poteſt eſſe ſuſpicio, ne magis ad lædendum quam ad furandum veniat, proinde lex quantum ad externa damna ſubeunda percuſſorem excuſat.

Quod ſi orto ſole hoc fecerit, quando diſcerni poterat, quod fur ad furandum, non ad occidendum veniſſet, quod ſi teſtes adeſſent vicini, à quibus dominus domus potius auxilium implorare debuiſſet, ne domus eius ſuffoderetur, quam furem interficere, tunc igitur temporis
B percuſſor latronis, homicidium perpetrauit, *& ipſe morietur*, dum tamen fur habuiſſet arma inuaſiua, quia eo caſu perforans non tam iudicaretur fur quam inuaſor ad percutiendum, qui non habuerit rem alienam furto deprehenſam, vel quod pro furto reddat, venundabitur tanquam ſeruus & pretium dabitur ei cui debet fieri reſtitutio, *ſi inuentum fuerit apud ipſum quod furatus eſt non occiſum ſed viuens*, & non venditum, quia tunc præſumptio haberi deberet, quod cogitat reddere ex quo viuum ſeruauit, vel ſaltem quod procliuis eſt ad reddendum ſi repetatur, *duplum reſtituet*, non ſupra id quod accepit, ſed alterum cum illo, licet in veteri lege furibus à Deo non eſſet conſtitutum mortis ſupplicium, tamen nunc ob bonum
C commune, & quietem publicam eo quod homines à furtis abſtineant difficillime, & ſi diſſimularetur, nimia furtorum licentia creſceret, ideo deprehenſus in furto maioris momenti, & ſuſpendio plectitur.

CONCEPTVS.

Qui in reſtituendo difficilis eſt, ſeuerè punitur.

1. *Si furatus quis fuerit bouem aut ouem, & occiderit & vendiderit, quinque boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue*, nihilominus poſtea ſtatuit, quod ſi animal furto ablatum, viuens apud furem inuentum fuerit, quod ſolũ duplũ reſtituet: nota diſcrimẽ, qui apud ſe furtum integrum conſeruabat, duplum tantum reſtituebat, at vero qui diſſipabat, aut à ſe alienabat reſtituere illud quintuplum aut certè in quadtuplum tenebatur. cur quæſo hi grauiori pœnæ ſubiicientur, cum vtrique ouem vel bouem ſurripuerint? bene Oleaſt. *Quoniam tales elongant ſe à reſtitutione, ſi enim non vendidiſſent neque mactaſſent, ſat erat reſtituere duplum*, & paulo poſt in expoſitione morali docet, ita à Deo conſtitutum eſſe, *vt ſcias*, inquit, *quod malum ſit à te abiicere facultatem reſtituendi*, nec aliter Caiet. *quia furto*, inquit, *accumulauit has impotentias, tam grandi pœna punitur.*

Oleaſt. Caiet.

Si quid furto deprehenſum eſt vtilius, maior fiat reſtitutio.

Si quis furatus fuerit ouem vel bouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue reſtituet, cur inæqualitas in reſtitutione? ſi pro boue furto ablato D mactato ſeu vendito, quinque boues reſtitui debent, cur ſimiliter pro oue mactata vel vendita, quæ furto ablata, quinque ouium non fit reſtitutio, ſed ſolum quatuor? quia longe maior vtilitas deprehenditur in bobus quam in ouibus, & ideo maiori compenſatione reſtitutio debet fieri in his quam in aliis, ſuffragium nobis affert Strabus. *Secundum litteram quinque boues pro vno boue, & quatuor oues pro vna oue redduntur, quia bos quinque vtilitates habet, ouis quatuor: bos enim immolatur, arat, paſcit, lac dat, corium diuerſis vſibus miniſtrat, ouis vero immolatur & paſcit, lac & lanam tribuit.* 2.

Strabus.

Maiora furta maiori pœna plectuntur.

5. *Si quis furatus fuerit bouē vel ouē, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro boue, & quatuor oues pro oue reſtituet*, reſtituantur vel quatuor boues pro boue ſubrepto & vendito, vel quinque oues pro oue mactata & ablata. cur hoc non præcipit Deus? quia maiora furta maiori pœna plecti merentur. conſentit Theod. *Quinque boues pro vno & quatuor oues pro vna reſtitui iubet, quia maiora peccata maiori mulcta pœnaque digniora ſunt, vnde & Dominus ait cui multum datum eſt multum requiretur ab eo.* Theodor.

Inclinatio in furtum, timore grauiſſimæ pœnæ coercetur.

4. *Si quis furatus fuerit ouem vel bouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro boue, & quatuor oues pro oue reſtituet*, cur præcipue vtriuſque huius animalis fit mentio, cum de furto agitur, cum eadem ratio aliorum videatur? nonne in paſcuis, vti plurimum reperiuntur huiuſmodi pecudes, ſicque maior occaſio ea furto auferendi occurrit, & propenſiori inclinatione prauus animus fertur in furtum eorum, quæ ſibi obuiam de facili habentur? ne mireris igitur, ſi ita grauis reſtitutio decernatur pro vnius bouis furto, inclinatio enim in furtum, in alienæ rei ſubreptione, timore grauiſſimæ pœnæ coercenda. *Quia nihil fere* (inquit Lipp.) *non prodeſt hominibus eorum quæ duo hæc proferunt animalia propter magnitudinem damni, magna etiam taxatur pœna, at quia animalia hæc paſſim in campis paſcuntur, facilis eſt eorum ablatio, vt ergo facilitatem & pronitatem reprimat animalia proximi furto auferendi, ſeueram taxat pro huiuſmodi furtis pœnam.* Lippom.

Quæ à legibus conſtituta, in foro conſcientiæ regulariter ſoluenda.

5. *Si quis furatus fuerit bouem vel ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro boue reſtituet*, ſed ſi in occulto & nullo ſciente, ablatum furto bouem mactauerit & vendiderit, an quinque pro eo reſtituere tenebitur? nam videmus pœnas aliquando à legibus ſtatutas, minime ab earum transgreſſore obſeruari, vt Exod. 21. dicitur, cuſtodite ſabbatum meum ſanctum enim eſt vobis, qui polluerit illud, morte moriatur, nihilominus ſenſus non eſt, quemlibet huius legis transgreſſorem, ſibi ipſi mortem inferre debere; præcipitio ſe collidere, cum alium præcipitem dediſſet: aqua ſe præfocare, ſi quando contigiſſet alium quempiam irato animo, aquis demerſiſſe ac præfocaſſe, oculum ſibi eruere, dentem ſibi euellere, vel alia huius generis facere, quæ diuino iure in transgreſſores huius, vel illius legis ſtatuuntur: cur ergo ſi quis furatus fuerit bouem, nemine ſciente, reddere tenebitur? quia in lege præfata eius transgreſſoribus pœna corporalis decernitur: at Deus voluit hominem, vitæ vel mortis atque propriorum membrorum dominum eſſe, & ideo huiuſmodi pœnæ taxatio à iudicibus, & magiſtratibus inferri debet at hæc de qua agimus, pecuniaria eſt & ideo in Exod c. 21

A foro conſcientiæ obligatoria, vnuſquiſque enim ſuorum bonorum eſt dominus. ſenſus ergo erit præfatæ legis, ipſummet transgreſſorem in foro conſcientiæ, illam ſoluere pœnam teneri, atque ſi in obſeruanda lege negligens fuiſſet, iudex ipſe de cuius munere erat, iuſtitiam & æquitatem, in ſubditos cuſtodire, ac diuinarum legum obſeruantiam pro viribus curare, executioni legis in ſubditum transgreſſorem ſtudere tenebatur, atque ad ſolutionem pœnæ à lege impoſitæ furem cogere, & quamuis furtum occultum eſſet, tamen fur in foro conſcientiæ quinque boues reſtituere tenebatur, vel pretium illorum: quamobrem ſi aliquando furti reus manifeſtaretur, atque legi & conſcientiæ ſatis minime feciſſet, eidem reſtitutionem iudex mandare cogebatur. B

Iudicialia legis præcepta, authoritate principum legitimi de cauſa poſſunt in pœnis aggrauari.

Si quis furatus fuerit bouem vel ouem, & occiderit, quinque boues pro boue reſtituet, nihilominus Prouerb. aliquid amplius ſtatuitur, dicitur Prouerb. 6 enim, deprehenſus ſcilicet in furto ſeptuplum reddet: ſi lex furti non præſcribat ſolutionem ſeptupli, ſed dupli, quadrupli, aut plurimum quintupli. cur Salomon iubet pro re furto ablata, ſeptuplum reſtitui? aliqui reſpondent per ſeptuplum notari perfectam abſolutamque ſolutionem furti, quemadmodum Pſal. 11. Pſal. 11. C argentum dicitur purgatū ſeptuplū: aliam adhibet doctus Prouerbiorum enucleator Ferdinandus Salazarius, nempe Salomonē duas rei Salazar. ablatæ compenſationes copulaſſe, ſupremam infimamque, dupli ſcilicet, atque quintupli, quaſi dicat pro furto quod apud ipſum adhuc perſtat, reddet duplum, pro illo vero quod iam expendit aut conſumpſit, quintuplum, ex hac vero dupli & quintupli proportione euadit ſeptuplum: ſed non diſplicet Diony. Chart. hic Carthuſ. reſpōſio, nēpe. *Quod iudicialia legis præcepta ex rationabilibus occurrentibus cauſis, principis authoritate poterant aggrauari, & eis aliqua adijci.*

Adulterium longe ſuperat grauitate furtum.

D *Si quis furatus fuerit bouem vel ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro boue reſtituet*, deinde ſtatim, at ſi quis nocturno tempore inuentus fuerit domum effringens, furandi gratia, poſſit interfici: graue ergo delictum, quod equidem miror, nam Salomon ait Prouerb. 6. verſ. 30. non grandis eſt culpa, cum quis furatus fuerit, Cald. non vitio vertitur fur qui furatur, Tigurina, non reputant probro furi, Symmachus & Aquila, non ſpernunt furem: quomodo Salomon ait furtum non eſſe grauem culpam, & ſecundum Cald. non vitio verti furi, qui rem alienam abſtulit; cum hic ſub grauibus pœnis prohibeatur? aduerte non abſolute locutum Salomonem, ſed comparatiue ad adulterium, illud enim componit cum furto, atque luculenta vtriuſque collatione, longe maiora ſecum damna afferre contendit; quod diligenter expendit B. Chryſoſt. hom. in Pſalm. 49. vbi ex ipſiuſmet Pſalmi verbis colligit adulterium furto præferri, ait enim, Tigur. Symmach. Aquila. S. Chry.

enim. *Si videbas furem currebas cum eo, ſed illud deterius, cum adulterii portionem tuam ponebas,* ideo enim poſteriori loco ceſetur, quia grauius, ſed elegantiſſime hom. 3. de verbis Iſaiæ, huius ſubiecto verba, nam ita hoc loco videtur mihi omne tuliſſe punctum, *vtrumque* (inquit Salomon) *ſcilicet furtum & adulterium peccatum eſſe, ſed alterum minus, alterum maius, quod alteri quidem præbuerit occaſionem peccandi fomes, alteri omnis ſit adepta excuſatio, verum hic quoque dicet aliquis, compellitur naturali concupiſcentia: at non permittit elabi eum vxor, quæ ei forte obtigit, ſed iuſte potius eripiens illi veniam: ob id enim matrimonium, & vxoris legitimus vſus conceditur, ne quid horum excuſare poſſit maritum, hanc ob cauſam data eſt ei mulier adiutrix, vt efferueſcentem naturam coerceat, & concupiſcentiæ fluctus ſedet. Itaque quemadmodum gubernator in portu faciens naufragium, haudquaquam [illegible] impetraret veniam, ſic nec is cui per co[illegible] concesſum ſit, quo lapſum effugiat, tamen aliena perfodit matrimonia, habere quidquam poteſt, quo ſemet excuſet, nec apud homines, nec apud Deum, etiamſi decies milli s allegarit naturæ voluptatem, vt vere adulter per inopiam ſenſus, exitium ſuæ ipſius animæ conciliat:* pende per inopiam ſenſus, in adultera rationis & conſilij defectus eſt, quid enim aliud adulterium eſt, niſi quædam ſui ipſius impos veſania, vel cæcitas tenebroſa: vnde idem Chryſoſt. hom. 8. de pœnit. inquit, *cæcitas mala eſt adulterium oculorum, eſt morbus, non corporis, ſed animæ prius.*

Chryſ.

Tanquam reus non eſt damnandus, qui pœnitentiæ ſole illuminatur.

Si quis furatus fuerit bouem vel ouem, & vendiderit vel occiderit, quinque boues pro vno reſtituet, deinde ſubiicit legem de diurno & nocturno latrone, nempe quod ſi quis inuentus fuerit effringens ſiue effodiens domum, nempe per noctem, & accepto vulnere, mortuus fuerit, percuſſor non erit reus ſanguinis: verum ſi orto ſole, hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur. an huiuſmodi legem ad peccatorem pœnitentem flectere poſſumus? non equidem videtur, quid enim commune inter furem diurnum & nocturnum, & pœnitentem? verum non extra inſtitutum ſic flectetur, nempe ſi quis tanquam reum eum damnet, orto iam in eius anima pœnitentiæ ſole, quo peccati tenebræ fugantur, illuminatur mens, veræ cognitionis lumine perfunditur, hic reus fit, & homicidij crimine tenetur, ſi linguæ occidat gladio, vt qui pium interficiat: vt præſtet à cæde abſtinere, cum nobis non conſtet, an in delinquentis cuiuſlibet anima pœnitentiæ, ſol ortus fuerit: & ne longius hic ſenſus petitus videatur, & [illegible] quam volontarie excogitatus, & omni proli [illegible]is munimine viduus [illegible]ucietur. probandus nobis eſt in collectaneis [illegible] Cyrill. Alex. c. 6. in Exod vbi hæc habet: *[illegible] autem ſuper eum ortus erit ſol, reus erit cædi, qui eum interfecerit: nam ſi ſuper eum, qui vt dictum, furatur, oriatur ſol pœnitentiæ & pietatis, reus erit qui interfecerit, vt qui pium occiderit, & qui eſt eiuſdem fidei:* quam ſplendidus, quam rutilus hic ſol, qui peccati tenebras diſcutit, gratiæ lumine mentem illuſtrat, virtutum ſplendore veſtit. idem habet Radulph. in alleg apud Tilm. *Si peccatori ſol iuſtitiæ ortus fuerit, & affectum veræ pœnitentiæ ei infuderit, quiſquis abs ſpe veniæ eum excluſerit, deſperationis mucrone furem perſodiens, homicidium perpetrauit, ideoque & ipſe mortis ſententia dignus erit.*

Cyrill.

Radolph.

Quiſquis vere peccatorem dignum morte æterna iudicauerit, non peccat.

Si quis furatus fuerit bouē vel ouem, & vendiderit vel occiderit, quinque boues pro boue reſtituet, verum ſi nocturnos fuerit fur domum effringens, percuſſus mortuus fuerit, percuſſor innocens erit à ſanguine eius. cur innocens, cum diurno tempore eum interficiens homicidium perpetret per furem nocturnum pe[illegible]rem intellige ſpiſſiſſima delictorum caligine velatum: ne miteris ergo ſi in tali furto deprehenſus, interfici poſſit, & percuſſor innocens iudicetur, quia quiſquis vere cognitum peccatorem morte æterna dignum iudicauerit, peccati non eſt reus. teſtis eſt eit. Radulph. *Fur qui domum alienam confringit, aut ſuffodit, ille eſt qui proximi ſui conſcientiam, aut in aliqua aut praua ſuaſione corrumpens, innocentiæ theſaurum conatur ſubſtrahere, ex iis ſunt, ait Apoſt. qui penetrant domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: hunc furem & quiſquis ſub noctis tenebris percuſſerit, innocens erit, quia quamdiu prauitatis ſuæ cæcatur caligine, quiſquis eum morte dignum pronuntiauerit, non peccabit, hoc eſt enim occidere eum, quomodo Iob Deo dicit, ſordibus intinges me, id eſt intinctum monſtrabit.*

Radulph.

Iob.

Qui pios fideles ab Eccleſiæ terminis reuocat, pœna graui mulctandus.

Si quis furatus fuerit bouem vel ouem, & occiderit vel vendiderit, quinque boues pro vno reſtituet, quinam denotantur bobus vel ouibus? animalia cum ſint munda, denotare pios & ſimplices fideles poſſunt: qui ergo eos occiderit falſis dogmatibus, vel vendiderit aliis ſectis & falſis ritibus, quinque boues pro vno reſtituet, id eſt non leui mulcta punietur, ſed graues dabit pœnas. annuit Procop. *Animantia hæc ſecundum legem ambo cenſentur munda, ſolaque quantitate inter ſe differunt, bos quidem agriculturæ dicatus eſt, at ouis plurima commoda de ſuo corpore dat homini & inter fructifera computatur. ambo autem ſignificationem habent piorum, qui incumbunt & incubuerunt ſacræ ſcripturæ caulis & ſtabulis, plurimi ſunt fures & plagiarij, qui obambulant inſidiantes Eccleſiis, perfodientes eius muros & tacite penetrantes variis illuſionibus & fraudibus cupientes, & de Eccleſiæ ſoliditate trahentes ſimpliciorum animos, ſecundum proportionem igitur ſpiritualis quantitatis & ſecundum fidei magnitudinem, hi in quinque, alii in quatuor damnantur, non enim omnes ſumus æquales religionis*

Procopius.

irtuitu,vnuſquiſque enim noſtrum habet peculiare donum ex Deo,hic quidem ſic,alius vero ſic.

Quid non efficit Deus,vt a furto reuocet?

Si quis furatus fuerit bouem vel ouem , & occiderit vel vendiderit , quinque boues pro vno boue reſtituet , verum ſi non habuerit, quod pro re furto ablata reſtituet, quid agendum ? pro ea

A ipſe,inquit textus,ve ıundabitur ,non [illegible] tas omnibus bonis anteponend[illegible] go ipſius iac ura facienda pro re [illegible] furto ablata?vt hac grauiſſima pœna ſaltem ſeu caret Deus à deprædatione. *Conſtat ex hoc loco* (inquit Oleaſt.,*ſubſtantiam libertate compenſari,quamſi principes inſt tuerent legem ,non eſſent homines tam faciles ad furta , pluris enim multi faciunt libertatem quam vitam.*

VARIET. LECT. à Verſ. 6. & 7.

V*Vlg.* Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam,& dimiſerit iumentum ſuum , vt depaſcatur aliena, quidquid optimum habuerit in agro ſuo,vel vinea,pro damni æſtimatione reſtituet.

Sept. Si autem depauerit quis agrum &c. reddet de agro iuxta furtum eius,ſi autem omnem agrum depauerit,optima agri ſui,& optima vineæ ſuæ reddet.

Pag. Et paſtum fuerit in agro alterius bonitatem agri ſui,& bonitatem vineæ ſuæ,reddet.

Vulg. Si egreſſus ignis inuenerit ſpinas,& comprehenderit aceruos frugum , ſiue ſtantes ſegetes in agris,reddet damnum qui ignem accenderit.

Sept. Et [illegible]buſſerit areas,vel ſpicas,vel campum,reddet ille qui ignem acce[illegible]dit.

Oleaſt. Et comeſtus fuerit aceruus, vel ſeges, vel ager,reſtituendo reſtituet comburens combuſtionem.

Biblia .Ant. Si egreſſus inuenerit ſpicas.

Pag. Succendens ſucceſſionem.

CONCORDIA

EGregie hic locus reſtitutus eſt , egreſſus ignis inuenerit ſpinas,cum antea in plerisque codicibus mendoſe legeretur , *ſpicas*,in Hebræo enim קצים koſthim , in Caldæo כבן chubin,in Septuaginta ἀκάνθας, legimus, quæ omnia ſpinas ſignificant,illa verba, *pro damni reſtitutione* , non habentur in Hebræo, nec in Sept.ſed addidit Vulg.& recte,vt reſtitutionis quantitas fieret nota iuxta arbitrum , ſcilicet ſententiam,quantum ab illo æſtimabitur damnum reſtituet, erudite Hebraiſmum reddendo reddit, qui incendit incenſionem vel comburens combuſtionem , erudite inquam reddidit B Vulg. per hæc verba, reddet damnum, qui ignem accenderit.

EXPOSITIO.

S*I læſerit quiſpiam agrum vel vineam* , vel per induſtriam,vel per negligentiam,*& dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena* , immittendo ipſum ad depaſcendum , ſiue non prohibendo [illegible] illius in agrum proximi,cum prohibere potuiſſet,*quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel vinea* , dictio illa *optimum*,ad aliena paſcua referri videtur,& ita iumentum ſuum dimiſerit , vel non prohibuerit C cum poſſet,vt quæque bona agri vel vineæ depaſcatur, *pro damni æſtimatione reſtituet* , reddendum eſt enim proximo , quicquid noſtra vel noſtrorum opera minus habet , quod de agro & vinea expreſſit , idem intelligi voluit de olıueto, vel de quolibet alio prædio.

Si egreſſus ignis inuenerit ſpinas,per quas paulatim ſerpat , præter ipſius accendentis intentionem, modo incuria aliqua, & negligentia aliqua interuenerit , aceruos fru[illegible]ans de meſſorum , qui ex manipuli[illegible]nt , *ſiue ſtantes ſegetes in agris*,quæ vel [illegible]unt demeſſæ,vel demeſſæ quidem [illegible]unt,[illegible] adhuc in agro diſperſæ iacent , *reddet damnum qui ignem accenderit*,non enim negligentia noſtra damnum inferre proximo debemus.

CONCEPTVS.

Reſtitutio fiat ex melioribus.

Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam,& dimi-
12. *ſerit iumentum vt depaſcatur aliena, quidquid optimum habuerit,pro damni æſtimatione reſtituet.* An immiſſum iumentum optima quæque alterius agri vel vineæ comedit ? ſic intelleximus in expoſitione,verum nonne poſſumus per *optimum* , vel meliora quæque intelligere quæ reſtituere teneb[illegible]ur, qui alterius a[illegible]tum vel vineam læſerit · quandi: reſtitutio en[illegible] fieri debet ex melioribus:ſic L[illegible] , *quod in damno dato in parte agri,* [illegible] *damnum iuxta æſtimati*[illegible] *gro , ſi vineæ damnificatis optima* [illegible]*orum ,* [illegible] *vineæ pro æſtimatione . ſtatuitur autem* [illegible] *& optimum reſtituendum, vt tam ipſe qu*[illegible]*libus in poſterum committendis abſtineant* Lippom.

In quo quis læſit vt plurimum in eo puniendus.

Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, vel dimiſerit iumentum vt depaſcatur aliena, quidquid optimum habuerit, ſiue in agro ſiue in vinea reſtituet, pecunia ſoluat damni æſtimationem, vel alia quauis mulcta. cur iubetur vt de vinea, vel agro ſuo reſtituat damnum in aliena vinea vel agro illatum? quia in quo quis læſit ſi fieri poteſt, vt inplurimum in eo puniendus. annuit Oleaſt.
Oleaſt. *Conſidera*, inquit, *hic ſummam Dei æquitatem, voluit enim vt in plurimum vnumquemque in ea re puniri in qua proximum læſit, vt qui in agro læſerit bonum agri ſui reddat, qui in oculo oculum, & qui in dente dentem dare cogatur.*

Peſſima voluntas ſeueriſſime punienda.

14. *Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit iumentum*, qua intentione? vt depaſca- B rur aliena, qua mulctabitur pœna? quidquid optimum habuerit pro damni æſtimatione reſtituet: hæc lex nimis ſeuera eſſe videtur, imo iniuſta, nam pœna grauior eſt culpa: poteſt enim fieri, vt iumentum depaſcens aliena nonniſi in deterioribus damnum inferat. cur ergo reſtitutio fieri iubetur de melioribus? ratione A iniuriæ proximo illatæ, vel peruerſæ voluntatis, qua cogitauit vt iumentum meliora agri vel vineæ depaſceretur, *Abhorret enim*, inquit Oleaſt. *ab his qui ſponte mala operantur & nocent proximis ſuis.* Luſitanus.

Qui per voluptatem abuſus eſt alienis, diſcat propria expendere per eleemoſynas.

Si laſerit quiſpiam agrum vel vineam proximi 15.
ſui, vel immiſerit iumentum vt depaſcatur aliena, quid cum eo agendum? quidquid optimum habuerit pro damni æſtimatione, reſtituet. Epiſc. Mogunt. Hac ſententia inquit cupiditas humana conſtringitur, quorumnam præcipue? ſacerdotum inquit & eorum, qui alienas parochias inuadere quærunt: verum quodnam iumentum immittere poſſunt, aliena depaſcens? appetitum carnalem, quem irrationale iumentum ſignificat, vt plebem ad ſe non pertinentem auaritiæ cauſa ſollicitet, vt eius obſequia in quæſtum proprium conuertat, verum pro damni æſtimatione quid reſtituere tenebitur? reſpondet cit. Epiſc. *Agrum corporis ſui, vel vineam cordis ſui caſtigare cogetur, vt qui per voluptatem abuſus eſt alienis, per ieiunium & eleemoſynas diſcat expendere propria.* Rabb Moſ. ſus.

VARIET. LECT. *à Verſ. 7. ad 9.*

V*Vlg*. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat furto ablata fuerint, ſi inuenitur fur, duplum reddet.

Sept. Si quis dederit proximo.

Oleaſt. Cum dederit vir ſocio ſuo.

Vulg. Si latet fur, Dominus domus applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi ſui.

Sept. Si autem inuentus non fuerit is qui furatus eſt, accedet Dominus domus coram Deo, & iurabit omnino ſe non eſſe malignatum, in toto depoſito proximi ſui.

Cald. Accedet Dominus domus in conſpectu iudicum, ſi non extendit manum ſuam in illud, quod tradidit illi proximus ſuus.

Vulg. Ad perpetrandam fraudem tam in boue, quam in aſino & oue, ac veſtimento, ac quidquid damnum inferre poteſt, ad Deos vtriuſque cauſa perueniet, & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo

Sept. Secundum omnem dictam iniuſtitiam, & de vitulo, & de ſubiugali, & oue, & veſtimento, & omni iactura accuſata, quidquid C igitur illud ſit, coram Deo veniet iudicium vtrumque, & qui deprehenſus fuerit per Deum, reddet duplum proximo.

Cald. Super omnem rem delicti, ſuper omnem rem perditam, qui dixerit quod hæc eſt in conſpectu iudicum, veniat cauſa amborum.

Onk. De omni negotio tranſgreſſionis.

Oleaſt. Super omnem rem præuaricationis, ſeu infidelitatis, ſuper omne perditum quod dixerit, quoniam ipſe hoc ad iudices veniet cauſa amborum, quem impium fecerint iudices, ſeu præuaricatorem, duplum reſtituet Domino ſuo.

Arias Mont. Super omni verbo præuaricationis, ſuper omni amiſſione, qui dixerit quod illud hoc vſque ad deos veniet, verbum amborum, quem condemnauerint Dij.

D

CONCORDIA.

SEpt. & Cald. legunt argentum, & tranſtulit interpres pecuniam, quod nomen latiſſime patet, & certe כסף cheſeph hic poſitum argentum, pecuniam, & monetam ſignificat, ſicut vas omnem ſupellectilem, legimus applicabitur ad deos, alij ad iudices, ſed Sept. habent ἐναντίον τοῦ θεοῦ coram Deo, nempe vt coram iudicibus ſub atteſtatione Dei, iuret ſe neque auctorem eſſe furti, nec conſcium, nec participem, nam qui iurat, non tantum coram iudicibus, ſed & coram Deo iurat, ſecundum omnem dictam iniuſtitiam, ſuper omnem rem delicti, ſuper omnem rem malitiæ, eumdem ſenſum habent, nempe quod iurabit, quod nullo iniuſtitiæ genere ad crimen concurrerit, addit aliquid Hebræus codex, quod non habet Vulg.

interpres nempe אשר יאמר כי הוא זה aſe iomar, ki huſa, qui dixerit quod hoc iſtud, nempe ſit, quibus verbis videtur tangere eum caſum, quo depoſitarius ſubſtituit, vel à deponente accuſatur, tanquam ſubſtituens depoſito rem peiorem. vnde & ſtatim pro eo quod noſter habet, A duplum reſtituet, in Hebræo ſubditur, quem condemnauerint Dii vel iudices, duplum reſtituet: quibus verbis ſignificatur, quod non tantum depoſitarius ſi reus ſit, ſed & deponens, ſi depoſitarium falſo accuſaret, tantundem reddere debebere, quantū depoſitarius, ſi fuiſſet reus.

EXPOSITIO.

SI *quis commendauerit amico pecuniam aut vas*, incipit hic lex depoſiti, per vas autem quamlibet ſupellectilem intellige, ſicut per pecuniam, quamlibet monetam, *in cuſtodiam depoſitum & ab eo qui ſuſceperit furto ablata fuerint*, licet ea debite ſeruauerit, *ſi inuenitur, fur duplum reddet*, ſi furto ablatum conſtiterit, cuſtos ſiue depoſitarius nihil reddet, *ſi latet fur*, fuga vel aliomodo ſalutem quærens, vel ſi latet fur, ſi non conſtet certo furto depoſitum ablatum fuiſſe, *Dominus domus*, qui depoſitum ad ſeruandum ſuſceperat, *applicabitur ad Deos*, vocabitur in ius coram magiſtratibus, ſi ſuſpectum illum habuerit Dominus vaſis, aut pecuniæ, *& iurabit quod non extenderit manum in rem proximi ſui*, illam damnificando per fraudem, vel negligentiam, ſequitur enim, *ad perpetraudam fraudem tam in boue*, nempe vt depoſitum ſibi acciperet, fraudulenter mentiens illud ab alio ſublatum, *quidquid damnum inferre poteſt*, iurabit quod ipſe nullius damni occaſionem dederit, *ad Deos vtriuſque cauſa deueniet*, videlicet iſtius contradictoris, & ipſius depoſita- B rij, vt de controuerſia vtriuſque iudices populo ſententiam proferant, & litem abſoluant, *& ſi illi iudicauerint*, nempe Dominum domus reum, qui non fideliter depoſitum ſeruauit, *duplum reſtituet proximo ſuo*, qui illi cuſtodiendum dederat.

CONCEPTVS.

Non quilibet coram iudicibus ſiſtendus, ſed ei aliquando credendum.

16. *Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam, & hac ei furto ablata fuerint*, ſiſtetur coram iudicibus, & iuramento ſe obſtringet ſe nihil ex iis, quæ ſibi depoſita ſunt, ſurripuiſſe? quid? nonne ſatis, hanc gratiam deponenti exhibuiſſe, vt ſua cuſtodiret? cur ob tanti beneficij compenſationem ad iudices trahitur quaſi reus furti, & iuramento ſuam purgare fidelitatem tenetur? cur ſimpliciter dicenti ſe nullam ei iniuriam feciſſe non creditur? quia ſuſpectus habetur, quod ſi depoſitarius fuerit vir magnæ auctoritatis & probatæ cōſcientiæ, nequaquam ad iudicium cauſam dicturus trahetur. fauet Caiet. *Significatur quod ſi ſuſpectus fuerit Dominus domus citabitur ad iudices, poſſet enim vir eſſe omni exceptione maior, cuius ſupplicij verbo communiter crederetur.* Caiet.

Non facile diffidendum de iis quibus noſtra credimus.

17. *Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam*, & depoſitario nullomodo cooperante, furto hæc ſublata fuere, quomodo deponens cum eo ſe gerere debet? an eum illico carceri mancipare? an gehennæ vt conſtringatur fateri ſe ea ſurripuiſſe? non equidem, ſed applicabitur ad Deos, & iurabit quod non extenderit manum, in rem proximi ſui, iuramento ſuo ſtandum, non enim facile diffidendum de iis quibus noſtra credimus, *Exiget hæc lex*, inquit Oleaſt. *in depoſitariis fidelitatem, in Dominis vero non male præſumere de cuſtodibus, & quia cuſtos ad Domini vtilitatem negotium geſſit, noluit cauſam eius ad iuramentum remittere.* Oleaſt.

Maxima iudicum maieſtas.

Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam, & ab eo qui ſuſceperat furto ſublata fuerant, ſi forte fur inueniatur, qui ea ſurripuerit, duplum reſtituet, verum ſi eius notitia non habeatur, depoſitarius applicabitur ad C deos, & iurabit ſe proximum in nullo defraudaſſe: quinam ſint dij coram quibus ſiſti debet? Cald. explicat accedat Dominus domus in conſpectu iudicum: verum ſi hi Dij ſunt iudices, cur non ſubdit Vulg. applicabitur ad iudices, non autem ad Deos? Deos dixit non iudices vt eorum maieſtatem denotaret: annotat Agellius in illa verba Pſal. 81. ego dixi dij eſtis, *Nobilitatem*, inquit, *& maieſtatem iudicum quanta ſit quantaque apud ſe de illis æſtimatio fuerit*, *his verbis oſtendit.* 18. Agellius. Pſalm. 81.

Licet iudices Dij ſint, ſciant tamen ſe morituros.

Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam, &c. is cui hæc credita fuerant, ſi ablata fuerint furto, applicabitur ad Deos, id D eſt iudices, vt diximus, qui ſic etiam Pſal. præf. nominantur. ego dixi Dij eſtis, verū licet Deos dixiſſet, ſubiūgit, vos autem ſicut homines moriemini. cur ſi nobilitas & maieſtas iudicum expreſſa eſt nomine Deorum, eos deprimit vſque ad hominum mortalitatem, vos autem ſicut homines moriemini? vt ſciant iudices quod licet Dij, tamen vt quoſcumque alios viles & infimos morituros, & omnium rationem reddituros. ſic habet Euthymius. *Videtur mihi, quod iudices Dij appellati ſunt in lib Exod, verum tametſi tanto donati nomine, vt Dij apellemini: licet etiam plerique ob principatum honoratiores ſitis, moriemini tamen vt ſimplices*, Ludolphus, *Dij eſtis participatiue ex eo quod habetis poteſtatem iudicandi à Deo, & eſtis* 19. Euthym. Ludolf.

eſtis diuinæ iuſtitiæ executores ex officio, vos autem ſicut homines cæteri moriemini per infirmitatem carnis, quia poteſtas veſtra non præſeruabit vos à morte.

Iudex ſit qui tanquam Deus pollet ſagaci ingenio, ſed ab omni paſſione libero.

Si quis commendauerit amico pecuniam aut vas
10. ad cuſtodiam, quæ tamen ſibi ablata furto duxerit, *applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui*, deos diximus iudices, licet Greg. Mag. in Ezech. dixerat ſacerdotes, ſed in quo ſimilitudinem Dei referunt? quod ſicut ſummus Deus, ſummus omnium iudex pollet ſagaciſſima mente, verũ ab omni paſſione libera, ſic iudices, vt dij cenſeantur, ſagaciſſimo ingenio ad diſcutienda negotia debent eſſe præditi, & hoc ab omni affectu libero ferendæ ſententiæ gratiâ. ad hunc fere modũ deſcribit Iſid. Pelu. Iudices lib. 3. Epiſ. S. Iſidorus.
175. *Sunt homines qui ob ingenij tarditatem cauſarum iura conſequi nequeunt: ſunt rurſus qui pro ingenij quidem celeritate conſequuntur, verum ob pecuniæ ſtudium cauponariam exercent, auro calculum ſuum prodentes, & iuſtitiæ lancea muneribus labefactantes: ſunt denique qui cum pudore blanditiiſque, ac terrore corrumpunt, quocirca iudicem opus eſt & ſagacem, & integrum eſſe, pudoreque ac blanditiis & metu ſuperiorem; nam cuiuis horum affectuum ſuccumbat, totam iudicij religionem obteret.*

Prelatus negligens, ſubditorum qui ſibi commiſſi ſunt, reddet rationem.

12. *Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas ad cuſtodiam, & ablata fuerint*, non tenebitur ea reſtituere, verum ſi ex deſidiâ vel negligentiâ, ſibi commiſſa auferuntur, duplum reddet deponenti. quis ille qui amico commendat A vel vas, vel pecuniam, niſi Chriſtus Dominus, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens, in ſimilitudinẽ hominũ factus & habitu inuentus vt homo? quis eſt amicus, cui hæc committũtur niſi prædicator vel ſuperior, cui dantur animalia in cuſtodiam, hoc eſt cuiuſcumque generis homines: ſi ergo his animalibus cuſtos gregis domini ſollicitudinem impendit omnem, & peruigili cuſtodia curam illorum habuerit, nullum damnum accipiet: ſi horum quoddam à malignis ſpiritibus ſeductum, aut proprio vitio mortuum fuerit, ſufficiet paſtori conſcientia pura, fides non ficta, quæ per dilectionem operans pro ſalute illius deuote laborabat. B ſuſcipiet ergo Dominus optimum eius deſiderium, nec irremuneratum relinquet; inde Apoſt. 2. Corint. 2. Deo autẽ gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per vos, in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs quidem odor vitæ in vitam. verum ſi negligens fuerit depoſitarius, nempe cuſtos dominici gregis, & aliqua ſibi eripiatur ouis, an liber à delicto renſebitur? imo eius rationem redditurus eſt. bene Rabb. Maurus. *Si dormierit paterfamilias & furem venturum non obſeruauerit, & per deſidiam illius horum quiddam perierit, damnum Domino ſuo reſtituet, qui per negligentiam Dominicum pecus cu-* C *ſtodire non curauit, huic Dominus ad prophetam ait, ſi me dicente ad impium, morte morieris, non fueris locutus, vt ſe cuſtodiat impius à via ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur* Ezech. 18. *ſanguinem autem eius de manu tua requiram: ſi autem annuntiante te ad impium, vt à vitiis ſuis conuertatur, ipſe in iniquitate ſua morietur, porro tu liberaſti animam tuam.*

ad Philip. 2 — 2. Corinth, 2 — Rabb. Maurus. — Ezech 18

VARIET. LECT. à Verſ. 10. ad 15.

Vulg. Si quis commendauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſque viderit.

Sept. Si quis autem dederit proximo ſubiugale, vel vitulum, vel ouem, vel quodcumque pecus ad cuſtodiendum, & contritum fuerit, vel captiuum factum fuerit.

Cald. Aut confractus, aut ductus in prædam nullo vidente.

Vulg. Iuſiurandum erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi ſui, ſuſcipietque Dominus iuramentum, & illi reddere non cogetur.

Sept. Iuramentum Dei erit inter vtroſque omnino ſe non eſſe malignatum de toto depoſito proximi, & ſic admittet Dominus eius & non reddet.

Pag. Si non miſit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui.

Vulg. Quod ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum proximo.

Vulg. Si comeſtum à beſtia, deferat ad eum quod occiſum eſt, ei non reſtituet.

Sept. Si autem à beſtia captum fuerit, ducet illud ad oſtium, & non reddet, *ita etiam Flaminius Nobilius.*

Cald. Si dilaceratum fuerit, afferat id quod dilaceratum eſt in teſtimonium.

D *Oleaſt.* Si diſcerpendo diſcerptum fuerit, adducet cuſtos teſtem, & diſcerptum nõ reſtituet.

Alij. Adducet ipſe teſtem.

Vulg. Qui à proximo ſuo quidquam horum mutuo poſtulauerit, & debilitatum, aut mortuum fuerit Domino non præſente, reddere compelletur.

Sept. Si quis vero petierit à proximo, & contritum vel mortuum fuerit, vel captiuum factum, Dominus autem non fuerit cum eo, reddet.

Pag. Et ſi accommodatum acceperit quiſpiam à proximo ſuo, & confractum fuerit, vel mortuum, Domino eius non exiſtente ſecum, reddendo reddet

Vulg. Quod ſi impræſentiarum dominus fuerit, non reſtituet, maxime ſi conductum ve-

nerat pro mercede operis ſui.

Sept. Si autem dominus fuerit cum eo, non reddet, ſi autem mercenarius fuerit ei, erit pro mercede eius.

A *Arias Mont*. Si mercenarius ipſe venit in mercede ſua.

Pag. Si mercenarius eſt, venit propter mercedem ſuam.

CONCORDIA.

VBi habemus, adducat ad eum quod occiſum eſt, nempe ſi quæ pars animalis manſerit, in Hebræo eſt עד יבאהו adducet cum teſtem, ipſum ſcilicet animal, vel partem eius relictam: non autem rectè vertunt, qui ſic reddunt, adducet ipſe teſtem, neque enim per nominatiuum reddi poteſt, illud הו affixũ verbi: Sept. interpretum verſio varia eſt, nam Regius codex, ſicut & Nobilius ducet illud ad ianuam, ſiue ad oſtium, ita vt illud αὐτὸ referatur ad θηριαλώτου, quod præceſſit, quæ lectio ſi de ianua domini intelligatur, plane quoad ſenſum verſionis noſtræ reſpõdebit, de ianua tamẽ nulla eſt in Hebræo mentio, vt proinde hæc lectio poſſit eſſe ſuſpecta, Eugub. mendoſum hunc eſſe locum ſuſpicatur, apud Sept. cenſetque reponendum ἄξει ἐπὶ αὐτὸν τὴν θήραν ducet ad ipſum capturam, ego tamẽ nihil immutandum cenſeo, ſed illud affixum הו in Hebræo, quod Vulg. retulit ad animal occiſum & deuoratum Sept. retulerunt ad dominum animalis occiſi.

Vulg. legens qui à proximo ſuo quidquid horum mutuo poſtulauerit, rectè ſenſum reddidit ex Hebræo habente, & cum quis mutuum poſtulauerit, & mutuatus fuerit à proximo, eſt enim ſaal verbum quod vtrumque ſignificat, in Septuag. autem ſubintellige commodatum: B Vulg. & ſi impræſentiarum Dominus fuerit, id eſt præſens, eſt enim עמו himmo cum eo, Vulg. maxime ſi conductum venerat pro mercede operis ſui, id eſt, quod Hebraicè legitur, ſi conductum fuerit veniens pro mercede ſua Hebraiſmus eſt, ſignificans ſi pecunia conduxerit eum: qui vertunt, ſi mercenarius, ſubintelligunt, mulus vel equus, venit propter mercedem ſuam.

EXPOSITIO.

SI quis *commendauerit proximo aſinum &c.* ad cuſtodiã, quemadmodum paſtori committuntur greges, cuſtodiendi pro mercede tamen danda, *mortuum fuerit*, vel in prædam hoſtium ceſſerat, *nulluſque hoc viderit*, nam ſi fuerint teſtes eorum teſtimonio ſtandum eſt, iuſiurandum erit adhibendum, *in medio eorum* nempe actoris, & rei, & præſtabit illud cuſtos ſeu paſtor rei deperditæ, affirmans, *quod non extenderit manum ad rem proximi ſui*, illam damnificando per fraudem, neque per negligentiam, *ſuſcipietque Dominus iuramentum*, verbum ſuſcipere ſumitur hic pro ratum habere: Domini autem nomine non intelligitur Deus, ſed poſſeſſor & Dominus rei, de qua eſt difficultas, *& illi reddere non cogetur*, ſtandum enim erit iuramento illius, qui in cuſtodiam accepit animal, *quod ſi furto ablatum fuerit*, etiam neſciente cuſtode, *reſtituet damnum proximo*, cum enim accipiat mercedem à domino pecorum, pro eorum cuſtodia, tenetur ea diligenter cuſtodire, vnde ſi furto auferatur, ſuſpicio eſt quod ex negligentia ſua acciderit, & quamuis hoc poſſit aliter euenire, tamen ſuo non defertur iuramento depoſitarij, qui gratis ſeruiuit, quia tenetur maiori cum diligentia ſeruare, eo quod mercedem pro pecorum cuſtodia accipiat.

Si comeſtum à beſtia, cui paſtor reſiſtere non potuit, *perferat ad eum, quod occiſum eſt*, id eſt cadauer pecoris ſic occiſi, ſeu partem pecoris non comeſtam, deferat ad dominum pecoris *& non reſtituet*, non enim ad reſtitutionem tenebi- C tur, verum ſi nihil omnino remãſit de cadauere probet vel per teſtes vel per aliquod ſignum, videlicet ſi aſperſa fuerit terra cruore animalis à beſtia comeſti, *qui à proximo ſuo quicquam borum mutuum acceperit*, illudque gratis accommodatum acceperit, & debilitatum fuerit, aut mortuum, domino nõ præſente pecoris accommodati reddere compelletur pretium ſeu valorem illius, quia in fauorem tantum vtentis conceſſum eſt, & ipſi ſoli incumbebat cura animalis abſente Domino, *quod ſi impræſentiarum Dominus fuerit non reſtituet*, tum quia Dominus præſens teſtis eſt innocentiæ vtentis animali, tum quia ipſe Dominus poterat & debebat inhibere periculum caſus aut mortis, ſi periculũ tale erat, quod poterat ei obuiam iri, vnde vtẽs illo animali, non tenetur illud reſtituere, *maxi-* D *me ſi conductum venerit*, in poſſeſſionem illo vtentis, & pro mercede operis ſui, dando pecuniam pro vſu illius animalis, eo enim in caſu, ſiue præſens, ſiue abſens fuerit Dominus, non tenebitur conductor ad ſoluendum animal, abſque culpa ſua confractum, aut mortuum, quia non in fauorem vtentis, ſed pro mercede ſua dedit illud conductor.

CONCEPTVS.

Iuramento depoſitarij ſtandum eſt.

22. *Si quis commendauerit proximo ſuo aſinum &c.* quomodocumque perierit, iuret ipſe, cui in cuſtodiam datum eſt iumentũ, & ſuſcipiet Dominus iuramẽtum, ratũ illud habens: cur ſuſcipiet, cum cõmendati animalis ſui iacturam nõ leuem fecerit? quia iuramento depoſitarij ſtandum eſt. *Statuit* (inquit Caiet.) *lex quod in his caſibus, videlicet ſi depoſitum animal mortuum*

fuerit, vel fractum vel prædatum, nemine vidente, ſtatuit inquam quod in his caſibus ſtetur iuramento depoſitarÿ, ita quod Dominus rei depoſitæ teneatur acquieſcere iuramento.

Depoſitarius minori lege tenetur, quam qui mutuo accipit.

11. *Qui commendauerit proximo ſuo aſinum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit, iurabit quod non extenderit manum ad rem proximi*, admittetur iuramentum eius, nec ad reſtitutionem tenebitur: alia autem lex ſic ſtatuit, qui proximo ſuo quidquam horum mutuo poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum fuerit, reddere compelletur: cur reddere tenebitur, cum perierit ipſo forte inſcio, cum lex prior non conſtringat eum, qui ad cuſtodiā aliquid acceperit, & B mortuū fuerit illud reddere? quia depoſitarius minori obligatione tenetur, quam qui mutuo accipit. Vnde rectè Angel. Doctor 1. 2. q. 105. art. 2. ad 5. *Inter mutuum & depoſitum hæc eſt differentia, quod mutuum traditur in vtilitatem eius cui traditur, ſed depoſitum traditur in vtilitatem deponentis, & ideo magis arctabatur aliquis in aliquibus caſibus ad reſtituendum mutuum, quam ad reſtituendum depoſitum: depoſitum enim poterat perdi dupliciter, vno modo ex cauſa ineuitabili, vel naturali, puta ſi eſſet mortuum vel debilitatum animal depoſitum; vel extrinſecum, puta ſi eſſet captum ab hoſtibus, vel ſi eſſet comeſtum à beſtia: in quo tamen caſu tenebatur deferre ad Dominum animalis, id quod de animali occiſo ſupererat: in alÿs autem caſibus nihil reddere tenebatur,* C *ſed ſolum ad expurgandam ſuſpicionem fraudis, tenebatur iuramentum præſtare: alio modo poterat perdi ex cauſa euitabili mutuo per furtum, & tunc propter negligentiam cuſtodis reddere tenebatur, ſed qui mutuo accipiebat animal, tenebatur reddere, etiam ſi debilitatum & mortuum fuiſſet in eius abſentia, de minori enim negligentia tenebatur quam depoſitarius, qui non tenebatur, niſi de furto.*

Angelicus Doctor.

Nullus ſocordiæ locus, in præſentia Domini præſumitur.

13. *Qui commendauerit aſinum, proximo ſuo ad cuſtodiam*, ſi debilitatur, aut moriatur, aut ab hoſtibus capiatur, dummodo iuret ſe non extendiſſe manum in rem proximi ſui, liber D erit ab omni debito: verum qui à proximo ſuo quidquam horum mutuo poſtulauerit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, Domino non præſente, reddere compellitur. Quid ſi impræſentiarum Dominus fuerit? non reſtituet: verum ſtatuamus poſſeſſore abſente, omnem adhibitam induſtriam, ne pecus aut debilitaretur, aut moreretur, quamobrem rependere cogatur, qui mutuauit, cum ex negligentia malum non acceſſerit? præbeamus quoque hero coram adſtante ſocordem extitiſſe in tuendo pecore, cui commodatum eſt, cur non ignauiæ pœnas luet reſtituendo? vtrobique enim conſiderandum potiſſime videbatur, an ex torpore & neglectu mutilatum ſit animal: concipe legis ſubtilitatem, Domino adſtante, quaſi impoſſibile iudicabatur, ſocordiæ locum datum eſſe, ſi enim ante ipſius multum A indiligens fuiſſet, cui pecus ad tempus conceſſum, nunquam illi commendaret, hanc ob rationem, qui commodato accepit, omne ſtudium adhiberet: deinde ſi quidquam detrimenti, non ob incuriam accidiſſet, in poſſeſſoris autem abſentia, ſuſpicio eſt plurima de neglectu, & ad excuſandam culpam mille finguntur commenta, ingenioſe itaque à reſtituendo liberatur, cui ante Dominorum oculos pecus amori contigit, quod ſupino otio tribuatur coram poſſeſſore non fuiſſe induſtrium, & vigilantem. Sed numquid non tu Domine Sabaoth vbique præſens, vniuerſa adimplens, quomodo coram te Paſtores gregem deſeruere, & oues emoriuntur, & debilitati ſunt arietes, & claudicauerunt agni? vſquequo taces, & ſuſtines mercenarios infidos? an B magis iſti ſunt de eorum numero, qui locuti ſunt in cordibus ſuis, non eſt Deus? Rabanus Maurus ſic loquitur, Semper autem debet eſſe cautus Paſtor, & peruigil in cuſtodia ſua, & ſi aliquem ſuorum per beſtiam diabolicam laniatum conſpexerit, ſtatim pro eo Domino preces fundat, eumque admoneat, & curare feſtinet, ne eius interitus in ſuæ animæ perniciem perueniat, qui à proximo ſuo quicquam horum mutuum poſtulauerit, aut debilitatum, aut mortuum fuerit, &c. à proximo noſtro mutuum poſtulamus, cum pro æterna remuneratione curam gregis Dominici ſuſcipimus. Sed ſi timorem Dei ſemper ante oculos cordis noſtri ponimus, & aduentum eius, quaſi exigentem pecuniam nobis commiſſam formidamus, quaſi in præſentia ipſius ſemper ſumus: C vnde & Iacob ad Laban ait, niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac mihi affuiſſet, forſitan modo nudum me dimiſiſſes, & Apoſt. Dicit ſcientes timorem Domini hominibus ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus, & item de Deo inquit, quaſi coram Deo in Chriſto loquimur. Interitus ergo debilitati, aut mortui pecoris, Paſtori non reputatur, ſi eius curam ſtrenuè geſſit, & quaſi coram Deo præſenti, redditurus rationem ſtudioſiſſime laborauit, ſi autem Domino non præſente damni quicquam factum fuerit, reddere compelletur; quia qui negligens eſt in cura Paſtorali, & ſecundum illam ſententiam ſerui nequam, dixerit in corde ſuo moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere pueros & ancillas, & edere & bibere, & inebriari, veniet D Dominus ſerui illius in die quam non ſperat, & hora quam neſcit, & diuidet eum, partéque eius cum infidelibus ponet, & in carcerem miſſus non exiet inde, donec reddat nouiſſimum quadrantem.

Rabanus Maurus.

Amicus definit aliquando eſſe talis, ſi ei quidpiam dederis.

Qui commendauerit proximo ſuo aſinum vel bouem, &c. ad cuſtodiam, aduerte dictionem Hebraicam רעהו non ſolum proximum, ſocium, ſed etiam amicum ſignificare: verum ſi quidpiam horum mortuum fuerit, aut debilitatum, aut ab hoſtibus captum, iurabit ſe non extendiſſe manum in rem proximi ſui, & tunc innocens iudicabitur, cur iurare tenetur? nonne tenemur fidem amicis adhibere? cui autem 14.

commendatus erat bos vel aſinus, amicus dice- A
batur: non eſt autem veriſimile, quod in re commendata fraudulenter agere voluiſſet. Dices quod licet amicus dicatur, potuit eſſe fictus, ſed demus vere amicum fuiſſe tempore commendationis, habita re commendata, vt eam ſibi retineat, veram potuit amicitiam deponere,
S. Hieron. *Vera enim*, inquit Hieronym. lib. 7. c. 7. in Micheam, *rara eſt in rebus humanis amicitia.*

Vero amico omnia confidere debemus.

Qui commendauerit proximo ſuo, alij, amico,
25. *aſinum, vel bouem, & omne iumentum ad cuſto-*
diam, hîc loquitur de rebus animatis commẽdatis, verũ antea ſermonẽ inſtituerat de inanimatis, vt de pecunia, cũ nihil ita ſollicitet animum quam pecunia, cur amicis eam commendamus in cuſtodiam? cur non commendaremus, cum vero amico omnia noſtra confidere debeamus? *Re vera enim*, inquit B. Chryſoſt. S. Chryſoſt.
hom. 2. in priorem ad Theſſal. *vita pharmacum eſt fidus amicus, re vera protectio eſt fidus amicus, quid enim non efficeret germanus amicus? quantam voluptatem non generaret? quantam vtilitatem? quantam ſecuritatem?* pende quantam non generaret ſecuritatem, nihil enim de eius fide dubitare debemus.

VARIET. LECT. Verſ. 16. 17. & 18.

V*Vlg.* Si ſeduxerit quis virginem, necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem. B

Sept. Dote dotabit eam in vxorem.

Pag. Et coierit cum ea, dotando dotabit eam ſibi in vxorem.

Oleaſt. Si declinare fecerit quis virginem, & coierit cum ea, feſtinando feſtinabit ſibi eam in vxorem.

Arias Mont. Cum pellexerit quiſpiam virginem, quæ non eſt deſponſata, & cubuerit cum ea, accelerando accelerabit eam ſibi in vxorem.

Cajet. Si allexerit vir virginem.

Vulg. Si pater virgines dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt.

Sept. Si autem renuens renuerit, & noluerit pater eius dare eam ipſi vxorem, argentum ſoluet patri ſuo pro eo, quantã eſt dos virginis.

Cald. Argentum in pondere reddet iuxta dotem virginis.

Pag. Argentum appendet iuxta dotem virginum.

Oleaſt. Argentum appendet juxta feſtinationem virginum.

Vulg. Maleficos non patieris viuere.

Sept. Veneficos non ſines incolumes.

Cald. Malefica non viuet.

Mont Præſtigiatricem non viuificabis, *alij* magam.

Pag. Maleficam non ſines viuere.

Lyran. Sortilegam non patieris viuere.

CONCORDIA.

VVlg. habet, ſi ſeduxerit quis virginem, C
Sept. vero ἐὰν δὲ ἀπατήσῃ ſi deceperit ἀπατᾶν, ſiquidem proprie eſt à via aliquem deducere: Hebraice autem eſt verbum פתה phata, quod obſcuræ eſt ſignificationis, dicunt enim Hebræi, quod inclinare & declinare cor ad ea quæ ſunt præter rationem & veritatem, iraſci, perſuadere ſignificat: denique variam eius ſignificationem prout vident, loco quo verbum ponitur, congruere, apponunt: tamen expẽſis etiam locis quibus hoc verbum in ſcriptura ponitur, ſignificat declinare à recto, aut ab aliqua parte, inclinando ſe ad alteram, & ſic Oleaſt. reddidit, ſi declinare fecerit quis virginem. Vulg. dotabit eam, & habebit eam in vxorem, in Hebræo eſt mahor inharenua lo D
leiſſa, contendit autem Oleaſt. ſignificationem propriam verbi מהר mahar eſſe feſtinare, & omnibus fere locia, quibus ponitur quadrare poſſe, vt 1. Samuel. 4. & vir michar, id
1. Reg. 4. eſt feſtinauit: at cum noſtro interprete faciunt Sept. eodem modo, & Vatablus in notis ſimiliter, & Pag. dotando dotabit eam in vxorem, item Forſterus, qui licet vertat feſtinando feſtinet eam ſibi in vxorem, tamen explicat, hoc eſt dotando dotabit eam, quia inquit quod Latini dotare, ſeu dotem dare dicunt, id Hebræi hoc verbo feſtinandi efferunt: Pag. etiam in dictionario ait, hoc verbum in cal ſignificare dotare, vnde & מהר mohar dos.

Vulg. maleficos non patieris viuere, Hebraicè eſt מכשפה לא תחיה mechaſſepha lo thecaie, maleficam non viuifices, vel ſortilegam, aut magam: poſuerunt autem Hebræi in genere fœminino, quia dicũt illud genus maleficij crebrius reperiri in fœmina, quam in viro; non deſunt qui vt ſtrygibus, & magis aduerſus tribunalia, & iudices rerum capitalium patrocinentur: hac voce, eos ſolum putant ſignificari, qui alios veneno lædũt, & occidunt, non vero generatim omnes qui diabolo fœderantur, dummodo id faciant citra aliorum noxam, quaſi non contra hos poſteriores, ſed illos priores, tantum Deus hic capitalem ſententiam promulgarit: idque probant tum ex Septuag. qui hic vertunt φαρμάκους, id eſt veneficos φάρμακον, enim Græcis etiam venenum ſignificat, tum ex eo quod Ieſabel, 4. Regum 9. כשפים cheſchaphim tribuantur, vbi noſter Vulg. tranſtulit veneficia, quaſi veneno potius quam gladio contra Prophetas vti ſoleat. Sed quod ad vocem Hebræam attinet, reperitur cum ſuis deriuatis plures in ea ſignificatione, qua pro maleficis ſumitur, vt 2. Paralip. 33. verſ. 6. de Manaſſe dicitur, obſeruabat omnia, ſectabatur auguria, maleficis artibus inſeruiebat, habebat ſecum magos, & incantatores in Hebræo eſt וכשף vekiceph, in 2. Paral. 33.

Deuter. 18. 10. recenſentur octo magorum genera, nempe Ariolus qui obſeruat ſomnia, qui obſeruat auguria; deinde מכשף mecaſſeph, vulg. maleficus, Septuag. *φάρμακο* incantans incantationem, &c. quod vero ſpectat ad vſum ſcripturæ, ſatis conſtat ex Ieremia per maleficos, ſeu מכשפים mecapſim, intelligi eos, quos populus habet pro maleficis, & qui alios lædant, cum agat Propheta de ijs quos populus in honore habere poterat, & tanquam Prophetas recipere. Idem colligi poteſt ex Michea, Nahum, & Malachia, quibus locis malefici, vel maleficia cum idololatria ſemper A coniunguntur, adeoque pro quolibet pacto cum malis ſpiritibus poſiti ſunt, atque eodem ſenſu Ieſabel dici potuit, tanquam proprie maga, Samariam enim incantationibus, & pactis dæmoniacis, etiam poſtea obnoxiam fuiſſe, ex Simone Mago, & integris Simonianorũ, & Menandrianorũ ſcholis videri poteſt, vox *φάρμακος*, quamuis mediæ ſit ſignificationis, tamen communiter in malam partem ſumitur, & licet proprie eos ſignificet, qui potione, vel rerum medicatarum applicatione lædunt, inde tamen extenditur ad omne veneficium etiam diabolicum.

EXPOSITIO.

S*I ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam*, hanc ſeductionem intellige ſiue promiſſis, ſiue fraude, ſiue blanditijs facta fuerit, ſiue quocumque alio modo, eam ad copulam induxerit, *dormieritque cum ea*, cum violatione clauſtri virginalis, *dotabit eam, & habebit eam vxorem*, id eſt aſſignata dote, accipiet eam in coniugem: verum quia conſenſus parentum ad matrimonium filiarum ſuo modo eſt neceſſarius, ſi pater *virginis dare noluerit*, ſiue quod ex nobiliori ſanguine filia genita ſit, vel quacumque alia de cauſa, *reddet pecuniam*, nempe qui illam ſtuprauit, *iuxta modum dotis quam virgines accipere conſueuerunt:* dos non erat vna communis omnibus, ſed cuique conſtituenda erat iuxta conditionem ſui ſtatus. Nec valet aliquorum ſententia, dicen- B tium dotem definiri quinquaginta ſiclis, quia id ſtatuitur Deuteron. 29. verum ille caſus Deut. eſt de eo qui vi opprimit virginem, & illi 50. ſicli, non virgini, ſed virginis parenti dantur, vt apparet mulctæ nomine ob iniuriam in parentem commiſſam per oppreſſionem violentam filiæ illatam, in Deuteron. enim agitur de corruptione virginis, non per blanditias, aut promiſſa, ſed per vim. *Maleficos non patieris viuere*, eos videlicet qui præſtigijs magicæ artis, ac diabolicis figmentis cauſas agunt, & ab vno Deo qui verus eſt auctor bonorum omnium auertere ſatagunt, lege concordiam, cur autem poſt deflorationem virgineam legem ſtatuit de maleficis, dicemus in conceptibus. C

CONCEPTVS.

Virginem ſacram corrumpens, flammis deuouetur.

26. *Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea dotabit eam, & habebit eam vxorem:* Quid? virgo illa, quæ virginitatis iacturam paſſa eſt, nullas luet pœnas? nec qui illam ſeduxit nullam aliam, niſi dotis dandæ obligationem, & eam in vxorem du-
Leuit. 21. cendam? cur igitur Leuit. 21. verſ. 4. dicitur quod ſacerdotis filia, ſi depreheſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur, & per conſequens qui eam ſeduxerat, aut ad copulam pellexerat? quia non ſolum virgo ſacra, quæ volens ſtuprum patitur, flammis deuoueri, ſed etiam qui eam cor-
Abulenſ. rupcrit, meretur: audite Epiſc. Abul. q. 9. in c. 22. Exod. *Licet virgines nondum deſponſatæ, ſicut deflorari ſe permittant, nulla pœna eis imponitur à lege, niſi filia ſit ſacerdotis ſummi, quæ fornicari incipit exiſtens in domo paterna, nam hæc flammis comburitur pro ſimplici fornicatione, vt patet Leuit. 21. cum dicitur filia ſacerdotis ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, &c. cum ergo iſta virgo pateretur magis quam aliæ virgines cum fornicabatur, ita ille qui ſollicitabat eam ad ſtuprum, videbatur magis puniendus, & rationabile eſſet qui cum ea dormiret, moreretur flammis exuſtus: quia tangebat virginem ſacram, nam hoc generale eſt in quocumque caſu fornicationis, qualiſcumque illa ſit, ſiue ſtuprum, ſiue inceſtus, ſiue adulterium, & ſic de cæteris, quod ſi fœmina punitur, eadem pœna puniatur vir, dum tamen vterque ſciens egerit: cum ergo lex mandaret comburi filiam ſacerdotis fornicantem, & lex iſta erat nota cunctis, ille, qui contra legem eam ſollicitabat, eamque poſtea deflorabat, pœna exuſtionis cum ipſa dignus erat.*

D *Perſuaſiones ad malum, non leui pœna mulctantur.*

Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, verbum Hebraicum פתה phata, non ſolum ſeducere, decipere, lactare, ſed ſuadere ſignificat. Quid ſi ſolum ſuaſit virgini, vt ſecum dormiret, teneturne illi dotem præbere, & ſibi eam matrimonio copulare? quidni? perſuaſores enim ad malum non leui pœna mulctari deberent. *Collige ex hoc loco*, ait Luſit. *perſuaſionis cauſam malis dans, eoſque malorum actores eſſe qui ſola perſuaſione egerunt ad damnum proximorum.* 27.

Parentum conſenſus, ſuo modo in filiorum connubio neceſſarius eſt.

27. *Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorem*, verum ſi noluerit pater virginis corruptæ matrimonio conſentire, vel quia nobilioris conditionis quam ſeductor filiæ, vel alia de cauſa, dotabit eam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Verum ſi ille petat eam in vxorem, & illa voluerit eum habere in virum, quid refert vtrum pater conſenſum præbuerit, vel renuerit? id refert vt ſecundum hanc legem conſenſo parentum non interueniente, matrimonium non conſiſteret: *Conſidera quanti faciendi ſunt parentes*, inquit Oleaſt. (Oleaſter.) *ſine quorum conſenſu noluit Deus in hoc caſu firmum fore matrimonium, eſtque hîc non paruum argumentum ad probandam libertatem ad coniugium, non omnino naturæ lege filio conuenire, hominem non ſemper ſui iuris eſſe ad matrimonium contrahendum, lege tamen Pontificia poſt legitimam, & lege ſtatutam ætatem liberum hoc eſſe conſtat*: & Lippom. (Lippom.) *Vides etiam hac lege quod parentum conſenſus ad coniugium ſuo modo neceſſarius ſit, dixit enim lex ſi pater virginis dare noluerit.*

Frequens vſus maleficarum circa venerea.

28. *Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, & dormierit cum illa, dotabit eam*; deinde immediate poſt illam legem hanc ſubiungit, *maleficos non patieris viuere*, quæ connexio vnius cum alio? nam ſeductor virginis non maleficus aut incantator fuit, ſed ſolum eam promiſſis, vel muneribus, ad ſui voluntatem allexit: cur ergo abſoluta lege de ſeductione virginis, aliam inſtituit de maleficis, qui viuere permitti non debent? Rectè Card. Cajet. (Cajet.) Fortè adiecta eſt lex iſta ſtupro virginis ad inſinuandum frequentem vſum artis maleficarum circa venerea promouenda: & Abul. (Abulenſ.) Promptum eſt de beata Iuſtina virgine, atque martyre Chriſti, quam Cyprianus tunc iuuenis maleficus atque hæreticus: poſtea autem fidelis, atque zelo Chriſtianitatis ardentiſſimus, & pro Chriſto vltima ſupplicia paſſus, ſupra modum adamauit: quam cum precibus, aut quibuſlibet humanis fallacijs ſuperare deſperaſſet: ad maleficia ſolita conuerſus dæmones conuocauit, eis imperans vt Iuſtinam virginem ad ſe ducerent: qui protinus iuſſis parere volentes Iuſtinæ virgini aſtiterunt, ſi quo pacto eam ad Cyprianum deportare valerent; quæ in fide Chriſti fundata obſcænum Cypriani amorem paruipendens atque penitus abhorrens inuocato Chriſti nomine dæmones effugauit. De his in vitâ beatæ Iuſtinæ, & in vita S. Cypriani, aliud quoque ſcribit Hieronymus (S. Hieron.) in libris de vitis patrum, in vita B. Hilarionis, Fuiſſe quemdam iuuenem, qui in amorem cuiuſdam virginis in Gazenſi territorio deperiret, cumque tactu, & iocis, atque amatorijs nutibus, vocibus, ſibiliſque, quæ perituræ virginitatis ſolent eſſe principia, nihil in huiuſcemodi profeciſſet, pertexit Memphim ciuitatem ſtudiorũ vbertimam: vt confeſſo vulnere ſuo, magicis artibus veniret ad virginem. Igitur poſt annum edoctus à Scolapij vatibus, non remediantibus animas, ſed perdentibus præſumpto animo ſtuprum geſtiens, & ſubter limine domus puellæ quædam tormenta verborum, & portentoſas figuras ſculptas in æris lamina defodit: illico inſanire virgo cæpit, & amictu capitis abiecto carpere crinem, ſtridere dentibus, inclamare nomen adoleſcentis, magnitudo quippe amoris eam in furorem verterat. Perducta ergo à parentibus ad monaſterium Hylarioni traditur, vlulante ſtatim puella, & confitente dæmone, vim ſuſtinui, inuitus adductus ſum, quam bene Memphim omnes homines deludebam: O cruces, ô tormenta quæ patior, exire me cogis, ligatus ſubter limen teneor, non exeo, niſi me adoleſcens, qui tenet, dimiſerit. Tunc Beatus Hylarion, grandis, ait, fortitudo tua, qui luto, & laminis ſtrictus teneris, dic miſer, quare auſus es ingredi puellam Dei? vt ſeruarem eam, inquit, virginem: tu ſeruares perditor caſtitatis, cur non potius in eum qui te mittebat ingreſſus es? vt quid, reſpondit, intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris dæmonem? voluit ſanctus vir antequam purgaret virginem à dæmone, & iuuenem ab amore, ſignata maleficia ſub limine domus iubere perquiri, ne abſolutus incantationibus receſſiſſe dæmon videretur, aut ipſe videretur ſermonibus accommodaſſe fidem, aſſerens ſemper fallaces eſſe dæmones, & ad ſimulandum callidos: conſtat ergo ſupradicta claris teſtimonijs, quæ adhuc magis conſtant eis quæ experimentis prauorum, multoties comprobantur, vt ſatis nobis auditu notum eſt.

Incantatio ſeu maleficium furtum animarum à Deo.

Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, & dormierit cum ea, dotabit illam, ſequitur hæc lex aliam quâ furtum cauebatur, nec mirum, *Quia*, vt bene Cajet. (Cajet.) *hæc ſeductio tanquam effectus virginitatis eſt, & ideo hic inſeritur*: verum cur ſtuprum virginitatis lex ſequitur, cauens maleficos, ſeu incantatores? quia vt bene idem Card. *Præceptum hoc inſeritur, pro quanto lædit diuinum cultum incantatio, & eſt quaſi furtum animarum à Deo ad dæmones.* 29.

Licet viri maleficia exerceant. verum magis his mulieres deditæ ſunt.

Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, &c. cui legi hanc ſubiungit, maleficos non patieris viuere. In Hebræo eſt maleficam, Montan. præſtigiatricem non viuificabis: cur in originali textu in fœminino eſt malefica, ſeu præſtigiatrix? quia licet viri maleficia exerceant, tamen mulieres his peſſimis artibus magis ſunt deditæ: Conſule noſtrum Lyran. (Lyran.) ſic dicentem, *Licet in He-* 30.

bræo exprimat mu[illegible]em tantum, tamen intelligit de homine [illegible] exprimit tranſlatio noſtra, ſed [illegible] exprimit illud quod communiter acci[illegible], [illegible] quod mulieres ſint ſortilegæ: Abulenſ. ſubſcribit Abulenſ. *Licet omnes tam viros quam mulieres ab hac ſuperſtitione lex deterrere velit, tamen loquitur de mulieribus, quia præcipue hæc maleficia in mulieribus reperiuntur: & ſic conſuetum fuerat ab antiquo; ideo Saul cum vellet conſilium accipere à mortuis, Deo nihil reſpondente, & quæſiuit à ſuis, vbi inuenire poſſet aliquam Pythoniſſam, & non quæſiuit vbi reperiret aliquem virum maleficum, aut habentem ſpiritum Pythonicum, vt patet 1.Reg 18.* 1. Reg. 18. *Cum dicitur dixit Saul ſeruis ſuis, quærite mihi mulierem pythonem habentem, vt vadam ad illam, & ſciſcitabor per illam, qui dixerunt, eſt mulier habens pythonem in Endor.*

Mulieres facilius à dæmonibus in maleficijs exercendis decipiuntur quam viri.

30. *Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, & dormierit cum illa dotabit eam*, deinde quaſi vnum cum alio coniungeretur, addit, maleficos non patieris viuere: Hebr. maleficam non viuificabis; noſter Lyran. ſortilegam: cur potius in fœminino, textus originalis, qui maleficijs dediti ſunt, nominat? dices, quia licet viri ea exerceant, verum his mulieres magis ſunt deditæ. At cur ad hæc mulieres promiores ſunt quam viri? quia facilius à dæmonibus in ijs exercendis maleficijs decipiuntur quam viri. Nicolaus Remigius. Legatur Nicolaus Remigius ſuæ Dæmonolatr. c.15. cuius titulus eſt, *Frequentes ex omni genere homines, ad nocturnos dæmonum cœtus conuenire, ſed maiori ex parte fœminas, vt eſt is ſexus prauis conſilijs magis obnoxius.* Torquemadius. Sic & Torquemadius in Hexamer. ſuo obſeruauit, *Certe multo plura in fœminis exempla edi memini, quam in viris, nec adeo eſt ſine ratione, quod hæc colluuies frequentius in genere effertur fœminino γόητες φάρμακις, ſagæ, lamiæ, ſtriges, vnde veneficium facilius in fœminis credatur*

Non eſſe ſortilegas neque maleficas, quis aſſeret niſi demens?

31. *Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, & dormierit cum illa, dotabit eam, at maleficos non patieris viuere:* Ex Hebr. maleficam, ſortilegam, magam; verum apud Septuag. habetur veneficos non ſines incolumes, licet ex his verbis meridiana luce clarius conſtet, ſtriges, magas, & ſortilegas eſſe, tamen non deſunt, qui aſſerant hoc figmentitium eſſe, & ſolum hæc omnia in imaginatione fi[illegible], verum demens eſt qui ſortilegos, & alios huiuſmodi maleficos eſſe negauerit. Legatur Remigius, qui refert ex iudicijs capitalibus nongentos plu[illegible] m[illegible] homines, qui ſortilegij crimen, in[illegible] annos quindecim in Lotharingi[illegible] capite luerunt, le[illegible]tur cap. vltimum ſui libri [illegible] nonne Concilia huiuſmodi maleficos eſſe ſupponunt, cum in eos velint animaduerti? ſic enim Concilium Anc[illegible]r. ſub S. Syluestro, cap.23. Conc Anc. ſecundum edition. Dionyſij Exigui, *Qui diuinationes expetunt, & morem Gentilium ſubſequuntur, aut in domos ſuas huiuſcemodi homines introducunt exquirendi aliquid malefica arte, ſub regula quinquenni iaceant ſecundum gradus pœnitentiæ definitos.* & ſecundum editionem Iſidori Mercatoris, *Qui auguria vel auſpicia, ſiue ſomnia, ſiue diuinationes quaſlibet ſecundum morem Gentilium obſeruant, aut in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt, in exquirendis aliquibus arte maleſica, &c.* & Concilium Lindouienſ. ſub Honori[illegible] 2. Conc. Liod. *Sortilegos, & ariolos, & auguria quæque ſectantes eiſque conſentientes, excommunicati præcipimus, perpetuaque notamus infamia.*

Malefici difficillime reuocantur ad pœnitentiam, & ideo deprehenſi iuſtiſſime puniuntur.

32. *Si quis ſeduxerit virginem nondum deſponſatam, & dormierit cum illa, dotabit eam:* verum ſeuerius agitur cum maleficis, dicitur enim, maleficos non patieris viuere, cur non viuent, cum Deus nolit mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat? quia cum difficillime reuocentur ad pœnitentiam, ſed obſtinati in impietate ſua maneant, ideo deprehenſi iuſtiſſime vltimo puniuntur ſupplicio. Hinc recte Remigius qui poſtquam contendit lib.2. Remigius. cap.2. nequaquam parcendum infectis hac lue etiam ſi pueri fuerint, dummodo ſint Dei capaces, tandem concludit, *Certe ex eo qui adhuc extitit ſortilegorum numero, nemo quod ſciam, auditus eſt qui ad bonam frugem ſe recepiſſet, ſed contra, vno ore fere omnes autumant, ſibi poſtquam ſemel fidem dæmoni ſuam obſtrinxerunt, non licere impune eam vnquam fallere, & ſi quando id faciendi ſubeat libido, aut illius aliquid eos capiat forte quod promiſſa non perficiat, quod intolerabiliter ſæuiat, quod inſtet vbique importunus, non licere tamen id facere propter eius iuges aſſiduaſque i[illegible]ationes, minas, verbera.*

VARIET. LECT. Verſ. 19. & 20.

VVlg. Qui coierit cum iumento, morte moriatur.

Sept. Omnem dormientem cum pecore, morte interficite eos.

Cald. Omnis qui concubuerit cum iumento, morte morietur.

Oleaſt. Iaceus cum iumento.

Vulg. Qui immolat Dijs, morte moriatur præterquam Domino ſoli.

Sept. Sacrificans Dijs, morte eradicabitur.

Cald. Qui immolauerit Dijs populorum, occidatur præter nomini Domini ſolius.

Mont. Immolans Dijs excludetur.

Oleaſt. Succidatur.

CONCORDIA.

A Septuag. reddiderunt πᾶν κοιμώμενον μετὰ κτήνους omne dormiens cum iumento, verum duo in hac verſione reprehendit Eugub. primum quod neutro genere dixerint, omne dormiens, quaſi res cæteræ præter hominem comprehenderentur, alterum quod κοιμώμενον dixerunt, quod dormientem ſignificat, non coeuntem, non ſolere autem Græcos ita loqui dormire cum altero, pro coire, ſed Hebræorum hanc eſſe locutionem; verum quod ad primum attinet, dico primo in nonnullis codicibus, vt in regio, haberi πάντα. Secundo Græcos ſolere nonnunquam neutro genere vti pro maſculino, aut etiam fœminino. Tertio ex materia ipſa & pœna, quæ ſtatuitur legis violatoribus, ſatis patere hæc tantum ad homines pertinere, non ad res cæteras: addo ſatis reſtringi ad homines, ex eo quod in fine ſententiæ addatur αὐτοῖς in codice Romano, & Regio: ad alterum dico Eugubinum eſſe in locutionibus nimis ſeuerum. eſto vero non reperiatur forte κοιμᾶσθαι pro coire vt inuenitur παρακοιμᾶσθαι compoſitum, quod coire notat Heſichius, ſic, & συγκοίμημα pro concubitu ſumptum reperitur, quod ſi vero συγκοιμᾶσθαι concumbere ſignificat, quidni diuiſa voce liceat dicere κοιμᾶσθαι: cubare ſcilicet cum aliquo, ſiue coire? verbum שכב reddidit Oleaſt. iacens, rationem reddit, quia Hebraiſmus vocat congreſſum iacentiam, quod iacentibus mare & fœmina fieri ſoleat. B Verbi חרם charam, non plene nota eſt Hebræis ſignificatio; nam licet ſuccidere, excindere interpretetur, tamen aſſerunt etiam quod occidere, & corrumpere ſignificet.

EXPOSITIO.

Qvi coierit cum iumento, tam naturæ quam auctori eius contumeliam faciens, *morte moriatur*, abſque ulla diſpenſatione, & cum contumelia, *qui immolat Dijs*, ſiue alium quemcumque cultum ſoli Deo debitum exhibet, vt oblationē, libamina, thurificationem, & ſimilia quæ exhibētur externe Deo, ſicut principio ſuæ creationis, & ſuæ fœlicitatis termino, & obiecto, *morte moriatur*, licet morale ſit hoc præceptum, hic tamen apponitur quod pœna etiam temporalis adiuncta, & decreta nunc ex lege fuerit.

CONCEPTVS.

Peccatum beſtialitatis inter omnia grauiſſimum.

33. *Qui coierit cum iumento morte moriatur*, neſcio cur hanc ſpeciem luxuriæ nominat, præcipue cum iam omnis immunditia cap. 20. ſit prohibita? quia huiuſmodi beſtialitatis peccatum, inter omnia venerea grauiſſimum, ideoque ſpeciali prohibitione indiget: *Grauitas in peccato*, ait Angelicus Doctor 2. 2. S. Thomas. quæſt. 154. artic. 12. ad 4. *magis attenditur ex abuſu alicuius rei, quam ex omiſſione debiti vſus, & ideo inter vitia quæ ſunt contra naturam, infimum locum tenet peccatum immunditiæ, quod conſiſtit in ſola omiſſione concubitus ad alterum: grauiſſimum autem peccatum eſt beſtialitatis, quia non ſeruatur ſpecies: vnde ſuper illud Geneſ. 37. Accuſauit fratres ſuos crimine peſſimo dicit Gloſſa, quod cum pecoribus miſcebantur, poſt hoc autem eſt vitium Sodomiticum, cum ibi non ſeruetur debitus ſexus: poſt hoc autem eſt peccatum, ex eo quod non ſeruatur debitus modus concumbendo, magis autem ſi non ſit debitum vas, quam ſi ſit inordinatio ſecundum aliqua alia pertinentia ad modum concubitus.*

Qui iniurius eſt vitæ auctori, omnino indignus eſt vita.

34. *Qui coierit cum iumento morte moriatur*, cum ſolius fragilitatis videatur peccatum, cur pœnâ C mortis mulctabitur? nonne cum iumento ſe commiſcens, Deo & naturæ, & vitæ auctori iniurius eſt? cur ergo non morietur? indignus enim omnino vitæ beneficio, qui vitæ datori & conſeruatori infert iniuriam. *Horribile hoc exprimitur opus* (inquit Auctor Catenæ) *horribili iudicio puniendum, vt vitetur diligentius, quia naturæ & naturarum auctori infame eſt, & vehementiſſime inuiſum, ſine enim miſericordia occidatur.* Lipp.

Ferè exprimi pœna non poteſt, quæ ſimulachrorum cultoribus debetur.

Qui immolat Dijs morte moriatur, quid ſimplici verbo pœnam mortis exprimit? nonne 35 D grauiſſimum eſt inter omnia peccata, ſcelus, cultum ſoli Deo debitum, falſis exhibere ſimulachris? cur certam & determinatam pœnā ergo non ſtatuit? quia fere non poteſt exprimi ſupplicium, quod deorum cultoribus debetur: Quod latè expendit B. Cyprianus de exhortatione Martyrij, *Quæ comminatio Dei ſit aduerſus eos qui idolis ſacrificant in Exodo oſtenditur, ſacrificans Dijs eradicabitur, niſi Deo ſoli*. item B. Cyprian. in Deuteron. *Sacrificauerunt dæmoniis & non Deo*: item apud Eſaiam 2. *adorauerunt eos quos* Eſai. 2. *fecerunt digiti eorum, & incuruatus eſt homo & humiliatus eſt vir, & non dimittes illis*: item Ieremias 7. *Nolite ambulare poſt Deos alienos, ne* Ierem. *ſeruiatis illis, & ne adoraueritis eos, ne incitetis*

tetis me in operibus manuum veſtrarum ad per- A dendos vos: item Apocal. 14. Si quis adorat beſtiam & imaginem eius, & accipiet notam in fronte ſua, aut in manu bibet ipſe, & de vino iræ Dei mixto in poculo iræ eius, & punietur igne, & ſulphure ſub oculis ſanctorum Angelorum, & ſub oculis agni, & fumus de tormentis eorum aſcendet in ſæcula ſæculorum, nec habebunt requiem die, ac nocte quicumque adorauerint beſtiam, & imaginem eius. — Apoc. 14

Simulachrorum cultor de terra eradicandus.

36. *Qui immolat Dijs morte moriatur:* Sept. ſacrificans Dijs morte eradicabitur, quam lectionem ſecuti ſunt Cyprian. & Auguſt. cur B pœnam mortis cultoribus ſimulachrorum debitam eradicationis nomine reddiderunt? Bene Iulius Firmicus de erroribus profanæ religionis cap. 29. reſpondet, *Hoc egit Deus ne qua pars nequiſſimi ſeminis relinquatur, ne quod profani generis veſtigium maneat.* — Iulius Firmicus.

Non vero Deo meliora, Dijs vero bona offerenda ſacrificia.

37. *Qui immolat Dijs morte moriatur, præterquam Domino ſoli*, Deo vero ſacrifica ex melioribus, non autem alijs dijs, ſed ſolum aliqua quæ ſuam teſtentur diminutam diuinitatem: verum toto aberrant cœlo, qui ſic cum Deo partiuntur ſacrificia; ſoli enim & non alteri, quodcumque ſacrificium offerri debet, C ſiue ex bonis, ſiue ex melioribus: legendus eſt B. Auguſt. lib. 10. de Dei ciuit. c. 4. 5. 6. 7. qui eruditiſſime docet, vni Deo, & ſoli ſeruitutem, quæ latria Græcè dicitur, ſiue quibuſcumque Sacramentis, ſiue in nobis ipſis deberi: verum verba Angelici Doctoris 2. 2. quæſt. 94. art. 2. in corpore audiamus, *Quidam putauerunt offerre ſacrificium, & alia ad latriam pertinentia, non ſolum ſummo Deo, ſed etiam ſculptilibus & imaginibus eſſe debitum, & per ſe bonum, eo quod cuilibet ſuperiori naturæ diuinam reuerentiam exhibendam putant, quaſi Deo propinquiori: ſed hoc irrationabiliter dicitur, nam & ſi omnes ſuperiores reuereri debeamus, tamen non eadem reuerentia omnibus debetur, ſed aliquid ſpeciale ſummo Deo qui ſingulari ratione omnes excellit: & hoc eſt latriæ cultus: nec poteſt dici, ſicut quidam putauerunt, hæc viſibilia ſacrificia Dijs alijs congruere, illi vero ſummo Deo tanquam meliori, meliora ſcilicet puræ mentis ſacrificia, quia exteriora ſacrificia, ita ſunt ſigna interiorum, ſicut verba ſonantia ſigna interiorum ſunt rerum: quocirca ſicut orantes & laudantes ad eum dirigamus, ſignificantes voces, cuius res ipſas in corde quas ſignificamus, offerimus, ita ſacrificantes non alteri viſibile ſacrificium offerendum eſſe nouerimus quam ei, cuius in cordibus noſtris inuiſibile ſacrificium nos ipſi eſſe debemus.* — S. Auguſt.

Saltem à ſacrificio deorum nos reuocet, non pœna noſtra, ſed noſtrorum.

Qui immolat Dijs morte moriatur, alij *ſacrificans Dijs eradicabitur*; cum arbor eradicatur, non ſolum truncus & rami, ſed etiam radix ipſa auellitur: an hoc modo cum eo, qui derelicto veri Dei cultu, Dijs immolat ita agendum? quis dubitat? vt ſi propriæ pœnæ metus non reuocet eos ab idololatria, ſaltem ſuorum timor ſupplicij. Suffragatur Iulius Firmicus Matern. lib. de errore profanæ relig. cap. 29. *Si ſolum ſacrilegum hominem metuenda pœna percuteret, ſi ſoli peccanti minaretur ſeueritas legis, bene ſe ad ſacrilegium obſtinati furoris temeritate formaret: nunc ergo etiam ſtirpi minatur & ſoboli, conſidera quid agas, miſera & luctuoſa perſuaſio facinus tuum plurimos perdit, & per omnem ſubſtantiam generis tui ſecunda pœna diuidetur.* 38. — Iulius Firmicus.

VARIET. LECT. Verſ. 21. ad 24.

VVlg. Aduenam non contriſtabis, neque affliges illum, aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Ægypti.

Sept. Et aduenam non vexabitis, neque tribulabitis eum. D

Cald. Aduenam autem non decipietis.

Onk. Peregrinum non vexetis.

Pag. Peregrino non inferes vim.

Oleaſt. Peregrinum non arctabis, *alij*, non oppilabis.

Vulg. Viduæ & pupillo non nocebitis.

Oleaſt. Omnem viduam & pupillum non humiliabis.

Sept. Omnem viduam & pupillum non vexabitis, *alij* affligetis.

Vulg. Si læſeritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum.

Sept. Si autem vexatione vexaueritis eos, & vociferati clamauerint ad me, auditione exaudiam vocem eorum.

Pag. Si affligendo afflixeris eum, quia ſi clamando clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius.

Vulg. Et indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri, & pupilli.

Onk. Et excandeſcet ira mea.

Mont. Et iraſcetur naſus meus.

Pag. Iraſcetur furor meus.

CONCORDIA.

DVo verba ſunt poſita, quæ idem ferè ſignificant, nam ינה iana eſt contriſtare, affligere, decipere, ſpoliare לחץ lachax ſignificat arctare, coarctare, opprimere, affligere, atterere tribulare, vnde diuerſimode locus ab interpretibus redditur, ſed ſemper in eumdem ſenſum cum Latina litera.

EXPOSITIO.

A *Duenam non contriſtabis, neque affliges illum*, ſeilicet ex eo ſolum quod aduena eſt, alioquin ſi iuſta ſit cauſa contra eum, quod iuſtum eſt iudicate: aduenæ ergo aut peregrino, vt talis eſt, nulla vis aut iniuria inferenda, *aduenæ ipſi fuiſtis in terra Ægypti*, reuocar in memoriam eorum ſecuitutem & peregrinationem, vt afflictis & peregrinis commiſereri diſcerent, idque cum ipſis facerent, quod ſibi fieri voluiſſent, *viduæ & pupillo non nocebitis*, ſingularis numerus pro plurali poſitus, nemo eos liberius contemnat, aut eis iniuriam inferat, quod videantur protectore orbari, vidua marito, pupillus parentibus; quin A potius cogitet, me illis daturum protectorem, *ſi læſeritis eos vociferabuntur ad me*, non tantum ſono vocis, quantum affectu, & intentione cordis, & *ego exaudiam clamorem eorum*, meipſum illis vindicem exhibendo, & *indignabitur furor meus*. Hebraiſmus, id eſt valde iraſcar, eſtque ira Dei eius vindicta, ad ſimilitudinem irati hominis, qui vindictam quærit, tamen Deus ex animi tranquillitate: *percutiamque vos gladio*, Hebraiſmus, id eſt inimicorum veſtrorum gladio moriemini, *& erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli*, vt ſit proportio inter culpam veſtram, & pœnam.

CONCEPTVS.

Compaſſione in alios ducamur, ex miſeria à nobis tolerata.

39. *Aduenam non contriſtabis*, rationem ſubiungit, *aduenæ enim, & ipſi fuiſtis in terra Ægypti*: Nonne à natura nobis inditum eſſe debet, vt neminem contriſtemus, vel vt habent Septuag. vexemus? quanto minus nec aduenam vel peregrinum? cur ergo ne aliqua aduenæ infetatur iniuria, à Deo ſubijcitur ratio, quia aduenæ, & vos fuiſtis in terra Ægypti? vt in aduenas compaſſione ferrentur, ex miſeria in peregrinatione tolerata, cui ſubueniri ſummo deſiderabant affectu. Annuit Raban. Maur. *Dilectionem proximi per miſericordiæ compaſſionem commendat, ne forte furore iracundiæ percit*i, *aut auaritia ſtimulo imitati, ſeruare ius naturæ negligant: ſed ſemper illius veritatis ſententia reminiſcentes quæ dicit, omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem facite illis: & vt alibi dictum, quod ſibi quis fieri non vult, alteri ne faciat, vrinſquiſque ergo indigenti proximo ſuo in neceſſitate conſulat, nec vnquam noceat.*

Rabanus Maurus.

Superborum arrogantia deprimenda, per ſua vilitatis abiectionem.

40. *Aduenam non contriſtabis, neque affliges illum*: An ita immiſericordes in peregrinos, vt neceſſè fuerit eos admonere de non inferenda eis iniuria? tanta intumeſcebant arrogantia Iudæi, vt quicumque alias nationes contemptui haberent. Verum cur ſubijcit, aduenæ enim, & ipſi fuiſtis in terra Ægypti? vt ex obiectione ſuæ quondam ſeruitutis, & vilitatis, ſuperbia eorum frænaretur. Suffragatur Card. Cajet. *Quod nulli eſt faciendum, ſpecialiter inhibetur faciendum peregrinis, tum quia facilius decipi & opprimi peregrinus poteſt; tum quia Hebræi deſpiciebant reliquas gentes, & propterea exemplum à ſeipſis olim peregrinis in Ægypto adiungit.*

Cajetan.

Optima miſericordiæ exhibendæ magiſtra, experta neceſſitas.

41. *Aduenam non cõtriſtabis, neque affliges illum*: B Nonne ſatis eſt hoc præcepiſſe? cur igitur vt erga peregrinos & aduenas commiſerationem eorum prouoces, ſubiungis, aduenæ enim & ipſi in terra Ægypti fuiſtis? *Quia optima*, inquit Hieron. ab Oleaſt. *pietatis magiſtra experta indigentia, inde cum te ad miſericordiam prouocare volueris, cogita an ſimile aliquando malum ſis paſſus.*

Oleaſt.

Qui viduas & pupillos ſpoliat, eius non differetur graue ſupplicium.

Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo non nocebitis: Verum ſi quis ei nocuerit, qua pœna plectetur? *Indignabitur*, inquit Deus, *furor meus* 42.
C *percutiãq; vos gladio*, an in plures annos differetur viduæ & pupillo iniuriã inferẽtis ſupplicium? ait enim Deus de futuro, percutiam gladio: licet de futuro inloquatur, plures tamen in propinquum iuſtum Dei iudicium eſt, in viduarum pupillorumque oppreſſores. Teſtis eſt B. Petr. Damian. lib. 7. epiſt. 18. quæ eſt ad Guillelmam Comitiſſam, Raimeris Marchionis vxorem, ſic autem loquitur, citata auctoritate Exod. Si vos, virili ſolatio deſtitutos, & orbatos parentibus, & vxores quoque veſtras ac liberos digna mei furoris vltione percutiam, viduas ſimiliter, & pupillos in proximo relinquitis: vt eos quiſpiam impune valeat lædere, ſicut & vos ſecurè confiditis, hos quaſi ſine talione poſſe D vexare. Vt autem hanc Domini ſententiam non longinquo, ſed ex domeſtico potius aſtruamus exẽplo ſoceri tui Vguzonis ſcilicet Marchionis, vterinus frater olim fuit Coneertubertus cuius vxor, cum in caſtro quod in Seiffena dicitur, habitaret, cuidam viduæ porcum tulit, eoque per coquorum induſtrias ad edulium præparato, pranſura diſcubuit, vidua vero, quia victimam ſibi reddi iam ſæpe rogauerat, ſed ne hoc quidem, vt patienter audiretur obtinere potuerat, mulieri ſolemniter conuiuanti, dolore transfixa ſe mulier obtulit: & vt tenue ſaltem fruſtulum de ſuo ſibi nutrimento porrigeret, poſtulauit: quia non metueram, inquit, de nutricio ſpei meæ conſueto more gaudere, liceat ſaltem extremi guſtum ſaporis attingere, quam petitionem æſtuans atque ſuperbiens matrona

Petrus Damianus.

deſpexit: eique quia nunquam ea illo manducaret, nou ſine contumeliæ iurgio denunciauit. Sed ô diuina iuſtitia ad plectendam impietaté, atque ſuperbiá, gladio ſéper vltionis accincta! eodem plane die poſt prandium, dum præfata comes, in caſtrêſis valle ſederet ſecura ctepidine, & ſaginatis ex aliena calamitate viſceribus, nullius ruinæ periculum formidaret, repentino moa ſubſcidio munitionis ager obruitur, & ſuper infœlicem mulierem immenſa ruentis promonitorij congeries cumulatur, perſtrepentes vndique phalanges hominum confluunt, foſſores accedunt, terræ viſcera perſcrutantur, dum diuerſis ferramentorum generibus collapſa terræ moles hinc inde perfoditur, via tenue contriti cadaueris veſtigium repetitur. Oſſium ergo, artuumque particulas, quas non ſine magni laboris inſtantia, vt ita loquar exculpere potuerunt, ſepulturæ tradiderunt: ſic ſic diuidi per fruſta ſui corporis meruit, qui fruſtum ſuinæ carnis petenti viduæ denegauit.

Viduarum & pupillarum miſereamur, vt Deus noſtri miſereatur.

43. *Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo non nocebitis*: An tantum eorum iniuria nobis interdicitur? an iubetur ſolum, vt nullum à nobis inferatur nocumentum? imo pluties alibi vt eis beneficium impendatur, iubetur, vt à Deo miſericordiam conſequamur, quod etiam edocet B. Chryſoſt. hom. 69. in Ioan. Fiamus & nos, inquit mundi & diſcamus benefácere, & quomodo poſſumus iuſtificate pupillo, ait Dominus per Prophetam, iuſtificate viduam, frequenter in ſacris ſcripturis fit mentio viduarum, & orphanorum, ſed nobis nulla eorum ratio, verumtamen audi quantum illic mercedis, ſi fuerint peccata veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt: neque enim habet defenſorem vidua, ideo multa de ea ratio habetur, quæ cum ſecundis nuptijs coniungi liceret, Dei timore in viduitate nulla perpetitur, ijs igitur manus porrigamus, omnes viri & mulieres, ne quando viduitatis moleſtias ſubeamus, & ſi ſubiecimus benignitatum in nos materiam benignitate noſtra comparemus: non parua vis lachrymarum viduæ eſt, ſed ipſum cœlum poſſunt aperire, nolimus eis inſultare, ne augeamus calamitaté, ſed pro viribus opitulemur, ita nos & in hoc, & in futuro ſæculo mundemus, neque in hac dumtaxat vita, ſed in illa quoque nobis aderunt, & ob noſtra in ſe officia maximam peccatorum noſtrorum partem præcident atque delebunt, & fidenter facient, nos ante iudicis tribunal comparere. S. Ioannes Chryſoſt.

Viduarum & pupillarum clamor non parui faciendus.

44. *Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego exaudiam eos*: Inquo exaudies? indignabitur furor meus, & percutiam eos gladio: an aliqua clamoris viduarum fit mentio? nonne ob iniurias ſibi illatas ad Dominum vo- A ciferantur? an clamoribus eis iniurias inferentes mouentur? nequaquam: verum, ne vllo poſſint ſe munire excuſationis velamine, ſciant Dominum earum clamorem ilico exaudire, & earum iudicem iamjam adfuturum. *Pluris faciendi ſunt*, inquit Luſit. *viduarum & pupillorum clamores, quorum ſe vindicem Dominus exhibiturum pollicetur.* Oltaſter.

Viduarum & pupillorum iniuriæ inter alias grauiſſimæ.

Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo non nocebitis: deinde pulſantibus ſuis cœlum clamoribus, dicit eis ſe affuturum, necnon graué ſupplicium de iniuriam eis inferentibus ſumpturum: tamen cum de aduenis, & pere- B grinis ſermonem prius inſtituit, ſolum ait, aduenam non contriſtabis, neque affliges illum, tamen pœnam non indicit afflictionem eis aliquam inferentibus: cur eodem modo erga viduarum pupillorumque oppreſſores non ſe habet? quia iniuriæ inter alias eis illatæ, ſunt grauiſſimæ. Fauet B. Thom. 2. 2. quæſt. 65. artic. 4. ad 3. *Iniuriæ illatæ in viduas, & pupillos magis exaggerantur, tum quia magis opponuntur miſericordiæ, tum quia idem nocumentum huiuſmodi perſonis inflictum eſt eis grauius, quia non habent releuantem.* 45. S. Thomas.

Vidua, quæ humano caret auxilio, diuinum ſortitur.

Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo 46.
C *non nocebitis, nam ſi læſeritis eos vociferabuntur, & ego exaudiam eos*: cur tantum polliceris auxilium viduis? quia quæ humano caret vt vidua, viro orbata, diuinum ſpetare debet: doctrina eſt Philonis lib. de Victimis, *Viduarum pupillorumque tutelam profitetur, quia hæ maritis, illi parentibus orbati ſunt, quibus humana ope deſtitutis, nullum præterea relinquitur auxilium, ideo maxima in Domino ſpes ſupereſt, quia propitium numen non aduerſatur huius generis patrocinium.* Philo Iudæus.

Quanto ab hominibus vidua deſpicitur, tanto à Deo honoratur.

Aduenam non contriſtabis, viduæ & pupillo 47.
non nocebitis: ſed per Prophetam dicit, iuſte D facite viduæ, & pupillo, & venite, diſputemus dicit Dominus. Cur pro viduis diſputationem aggredi, & in palæſtram deſcendere in earum defenſionem polliceris? aduerte viduas, quia maritis deſtituuntur, deſpectui habentur, omnium iniurijs expoſitæ: quid mirum igitur, ſi cum ab hominibus ita deſpiciantur, ita à Deo honorentur, vt publicè ſe earum protectorem eſſe proclamet? Pulchrè Tertull. lib. 1. ad Vxorem c. 8. *De viduitatum honoribus apud Dominum vno dicto eius per Prophetam expeditum iuſte facite viduæ, & pupillo, & venite, diſputemus, dicit Dominus: duo iſta nomina in quantum deſpectui humano, in tantum diuinæ miſericordiæ expoſita, ſuſcepit tueri pater omnium; vide quam ex æquo habetur, qui viduæ benefecerit, quanti eſt vidua ipſa cuius aſſertor Dominus diſputabit.* Tertull.

VARIET. LECT. Verſ. 25.

V*Vlg.* Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.

Sept. Si autem argentum mutuum dederis fratri proximo apud te, non eris eum vrgens, non impones ei vſuram.

Cald. Non eris ei quaſi fœnerator.

A *Pag.* Non eris ei ſicut vſurarius, non ponetis ſuper eum.

Oleaſt. Si argentum mutuaueris populo meo humili.

Noſter Lyr. Non impones ſuper eum morſum.

Ambroſ. Si pecuniam fœneraueris, non ſuffocabis eum.

Cajet. Non eris ei ſicut mutuator.

CONCORDIA.

NOn vrgebis eum quaſi exactor, Caldæus habet, quaſi fœnerator, quia dictio נשה noſe, vtrumque ſignificat, dictio etiam נשך neſech, & vſuram & morſum ſignificat, quia verbum naſſah à quo neſech, interpretatur proprie mordere: nam Num. 21. habet, Num. 21. naſſach aoacas, id eſt mordeat ſerpens virum: cur autem vſura ſit idem quod morſus, aperiemus in conceptibus, ſed hoc pro ſtudio linguæ ſanctæ annotare libeat, nempe quod vocabulum ooſech fœnerator & actiue, & paſſiue ab Hebræis accipitur, hoc eſt pro eo qui mutuum dat, ei qui mutuum accipit, conſtructio autem diſcernit, nam cum adſtruitur ad præpoſitionem beth, actiue ſignificat eum qui mutuum dat, ſine præpoſitione vero paſſiue, B hoc eſt eum qui mutuum accipit, vt Eſaiæ 24. ſicut debitor ita ei creditor, id eſt Eſaiæ 24. fœnerator Hebraicè כנשך cheooſeh, quando autem caret conſtructione beth, tunc circumſtantia ſenſum oſtendit, quomodo accipiendum ſit.

EXPOSITIO.

SI *pecuniam mutuam dederis*, ſi alicui indigenti mutuo conceſſeris pecuniam, hinc ſubditur, populum meum pauperi, id eſt alicui pauperi qui ſit de populo meo, *qui habitat tecum*, qui ſit conciuis tuus: & licet non excludat gentes, & exteros, qui in alienis locis habitant, nec diuites, ſi forte ex caſu indiguerint, noluit tamẽ inſinuare, prius & maiori titulo, Iudæo conciui C & pauperi mutuandum, *non vrgebis eum quaſi exactor*, non ad præcipitem debiti ſolutionem pauperem conſtringes, & præcipue cum quis non ſua culpa factus eſt impotens ad reddendum debitum, *nec vſuris opprimes eum*, quaſi diceret, neque ſi conſenſeris in dilationem ſolutionis, propterea aliquid ab eo ſuper ſortem exigere debes.

CONCEPTVS.

Pauperi in neceſſitate exiſtenti pecuniam debes mutuare.

48. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi*: Non pauci aſſerunt dictionem *ſi* eandem eſſe cum *quia*, & pro ea hic poſitam eſſe, quaſi hunc ſenſum haberet, quia pecuniam mutuam dare debes populo meo pauperi. Hic ne legitimus poteſt eſſe ſenſus? quidni? debet enim quis proximo ſuo in neceſſitate exiſtenti, libentiſſime pecuniam ſuam mutuare. Id habet Abul. Abulenſ. *Licet hic non mandetur quod pauperibus pecunia* D *mutua detur expreſſè, intelligitur tamen tacitè, quod eis miſericordiæ viſcera non claudenda, nam qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis,* Deut. 15. *ipſe clamabit & non exaudietur: ſed Deuter. 15. c. ponitur expreſſe quod debeant mutuare, nam ſi erat pauper potens reddere mutuatum debebat, & mutuare, ſi autem non poſſet reddere, debebat eis gratis dari.*

Pauper ſtudioſus multorum ad inſtar, & apud Deum pro ingenti multitudine eſt.

49. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi*, illud pauperi per expoſitionem additum eſt, vt explicet, quem vocat Dominus populum ſuum, & merito pauper quilibet, qui nobiſcum habitat velut populus Dei habendus eſt, quando vel vnus ſtudioſus virtutum ingentem refert Deo multitudinem, ſtudioſorum pauperum gloriam, quid ait homo pauper? putas ne te ſolitarium, & ab omnibus derelictum, & deſpectum? eris fœlix homo, habes vnde ſolitudinem tuam conſoleris, virtuti habendæ da operam, & non es ſolitarius, ſed innumerabile vulgus Deo venıet. Non longe abeſt Salomon Prouerb. 11. dicens, *Vbi non eſt* Prou. 11. *gubernator populus corruet, ſalus autem, vbi multa conſilia*: in Hebræo & Græco habetur, ſalus autem in multitudine conſiliarij, quaſi vnus ſapiens & conſiliarius, pro multitudine ſit, & multorum inſtar.

Nexus vſuræ & morſus.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes: Lyran. *Non impones ſuper eum morſum.* 50. Quid commune vſuræ cum morſu, vt vbi legimus vſuram, alij eandem Hebræam dictionem, morſum reddant? merito quidem, & quia

apud Hebræos נשך neſech, vſuta dicitur à verbo נשך naſah, quod mordere ſignificat, & quia ad modum ſerpentis mordeat. Prima pars habetur apud Agellium in Pſal. 13. verſ. 5. ad illud, (Agellius. Pſal. 13.) qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, ſic autem ait, *In Hebræo ad morſum, & non ad vſuram dans eo pacto, dat aliquid de bonis eius cui dat tanquam morſu auferat.* Secundum partem habet Rabi Salomon, (Rabi Salomon.) *Vſura ſe habet inſtar morſus ſerpentis, qui mordet & vulnus paruum facit in pede alicuius, ita vt non ſentiat, mox autem ſerpit & diffundit ſe venenum donec perueniat ad verticem eius: ſic quoque incrementum vſuræ ſe habet, non enim ſentitur, neque cognoſcitur, donec ita augeatur, vt totam ſubſtantiam alicui exhauriat.*

Aſpidis morſus leuior eſt quam vſura.

51\. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes.* Lyran. non impones ſuper eum morſum, diximus ideo vſuram morſum dici, quia ad modom ſerpentis mordet, ſed addere liceat, imo ad inſtar aſpidis, imo leuiorem aſpidem eſſe præ vſura, amplius enim ſæuit vſura, quam aſpis, qui mordet, inficitque quod inuadit: at necat vſura quodammodo eum qui ad vſuram accipit. Præclate Auctor operis imperſ. (Auctor operis imperf.) hom. 12. in Matth. vbi ita in fœnetatores inuehitur, *Similis eſt pecunia vſuraria aſpidis morſui, ſicut enim qui ab aſpide percutitur, quaſi delectatus vadit in ſomnũ, & ſic per ſuauitatem ſoporis moritur. Sic & qui accipit pro vſuris pro tempore delectatur, quaſi qui beneficium accipit, & ſic per ſuauitatem beneficij non ſentit, quomodo captiuus efficitur, nam ſicut venenum aſpidis latenter per omnia membra diſcurrit, ſic vſura per totas facultates eius diſcurrit, & conuertit eas in debitum.*

Fœnoris vſurarij, & funeris cohærentia.

52\. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo, non vrgebis eum quaſi exactor.* Cald. quaſi fœnerator, qui fœnus exercet, verum inter fœnus & funus aliquane eſt cohærentia? tanta, vt exigua mutatione vnum in aliud migret, vt vel in ipſo ſonitu nominis in fœnore, foneris & mortis moueremur. Feſtiuè rem premit S. Ambr. lib (S. Ambroſ.) de Tobia c. 10. dom ait, *Nihil intereſt inter fœnus, & funus, nihil inter mortem diſtat, & ſortem; perſonat funebrem vlulatum fœnoris vſura.* Magna nominum cognatio, magna & rei. Iſtud idem vrget S. Leo ſerm. 6. de Ieiunio ſeptimi menſis his verbis, Multiplicatur quidem facultas in iniuſtis & triſtibus incrementis, ſed mentis ſubſtantia contabeſcit, quoniam fœnus pecuniæ funus eſt animæ.]

Fœnerator vſurarius hominum oppreſſor & ſuffocator.

53\. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo, non vrgebis eum quaſi exactor.* Cald. quaſi fœnerator, Ambr. non ſtrangulabis eum, an vrget vel opprimit qui fœneratur? nonne fœnerator iuuare videtur pecuniæ oblatione? nonne ei propitius in ſua neceſſitate? quomodo ergo poteſt dici, quod eum vrget? quod eũ opprimit? quia cum ſubuenire videatur exigendo vltra ſortem

A aliquid, vere pauperem expoliat, cruciat, & ſuffocat. Huc ſpectauit S. Ambroſ. de Tobia cap. cit. (Citatus Doctor.) *Vſuram petere ſuffocare eſt, hoc quoque foris ſero eſt dictum a quibuſdam eorum prudentibus; quid eſt inquis fœnerare hominem, niſi occidere?* imo pleriqne fœneratores in tantam deuenere inhumanitatem, vt mortuorum cadauera pro pignore tenerent, impedientes corpus tumulari, donec debita ſoluerentur, *Quoties vidi*, inquit præfatus Doctor, *à fœneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulum dum fœnus expoſcitur, carnificibus duriores: quia quem vos tenetis, carcer non ſuſcipit exactor, abſoluit peccatorum reos poſt mortem carcer emittit, vos clauditis, legum ſeueritate defunctus abſoluitur, à vobis tenetur.* Sed expreſſiſſime c. 14. cit. lib. de Tobia, fœneratorem debitoris ſtrangulatorem & ſuffocatorem nominat, *Habes in Exodo, quod ſi pecuniam fœneraueris pupillo, orphano, pauperi apud te non ſuffocabis eum, non impones illi vſuram: oſtendit quid ſit ſuffocare, ideſt vſuram imponere; ſtrangulat enim, & quod peius eſt animam laqueat creditoris; quo ſermone, & prædonis violentiam & deformem modum mortis expreſſit.*

B

Vſura mærorũ & curarum parturigo.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes, 54.
Cald. non eris fœnerator, Pag. non eris ſicut vſurarius, fœnerator ergo & vſurarius idem ſunt, etiam vſura, & fœnus: ſed quid fœnus importat? ſane nudum nomen eius fœturam indicat, & partum; fœnus quippe ab eo quippe dictum cenſent, quod pecuniam pariat increſcenti tempore, quaſi fœtus aut fœtura, nam & Græcè τόκος, dicitur ἀπὸ τῦ τίκτειν, quod eſt parere, parit pecuniam fœtos, parit & multa mala, quorum fœcundus pater eſt, gignit multas curas, & ſollicitudines quibus corripiuntur, qui ære grauãtur alieno. Occurrit Baſil. ho. 2. in Pſal. 14. *Quamobrem genus hoc auaritiæ hac appellatione τόκος, id eſt partus, vt exiſtimo, ob multiplex germen, ſiue fœcundiatem nominatur: vnde enim aliunde, aut forte ob parturiginem, aut mærores anxios qui in eorum mentibus gignuntur, qui grauati ſunt fœnore,* accumulet auarus opes, curas accumulabit, quæ fœcundo fœnore cum fœnore pullulant & germinant.

C

D *Non à proximo, ſed potius à Deo vſuram exigis.*

Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, non vrgebis, cur alia phraſi non vtitur dicens, ſi pecuniam motuo dederis proximo tuo, non autem populo meo? populum ſuum dixit Deus, vt intelligeret fœnerator, nõ à proximo, ſed potius à Deo vſuram exigi. Hoc expendit ſubtiliter Luſit. *Non dicit tuo, ſed meo, vt conſideres cum ab eo vſuram exegeris, quam à paupere, verum nec miror, tanta enim eſt immanitas & impudentia fœneratitia, vt in ipſum Deum, ſi poſſet ab eo vſuram extorquens ſæuiret.* (Luſitan.) 55.

In vſura non vnus peccas, ſed plures.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo, non 56.

vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Pagn. ex Hebr. non vſurarius: cur in plurali ait non ponetis ſuper eam vſuram? vt ſignificet non vnum in contractu vſurario delinquere, ſed plures? Obſeruatio eſt Aben Eſra, *In plurali numero dicitur non ponetis, ad innuendum, quod non vnus tantum, ſed plures peccent, & tranſgrediantur, ſcilicet ipſe creditor, ſcriba, & teſtes.* Aben Eſra.

Ab vſura homines Dei exemplo reuocantur.

57. *Si pecuniam mutuam dederis populo meo, non vrgebis eum, nec impones ſuper eum vſuram.* Lyran. an merito id præcepit Deus, qui alijs aliquid difficile imperat? nonne prius illud adimplere debuit? ita equidem, & ideo vt prohiberet vſuram à nobis, licet plura mutuo dederit, eorum nullam exigit, *Conſidera Deum,* A loquit Oleaſt. *tibi cuncta bona ſua ſine vſura dediſſe, quid enim à te petis pro vſu ſolis & lunæ? quid pro ſtella, & ſplendore? quid pro cunctis alijs bonis? pudeat ergo te ab eo vſuram expetere, qui tibi cuncta gratis, & ſine vſura largitur.* Oleaſt.

Vſura ex ſe illicita.

Si pecuniam mutuam dederis populo meo non 58.
vrgebis, nec impones ſuper eum vſuram. Cajet. Cajetan. cum noſtro Lyr. non ponetis ſuper eum morſum: cur vſura morſus nuncupatur? nonne morſus ex ſe nociuus? vt ergo denotet Deus ex ſe vſuram illicitam, eam morſum nominauit. Annuit cit. Card. *Appellatione morſus vſura ſignificatur, vt ex ipſo nomine manifeſtaret Deus loquens vſuram eſſe illicitam, vt pote è ſuo genere* B *nociuam, ſiue læſiuam, quemadmodum morſus ſua natura læſiuus eſt, mordendi itaque officium exercet, ſecundum diuinum iudicium vſurarius.*

VARIET. LECT. Verſ. 27. & 28.

VVlg. Si pignus è proximo tuo acceperis, veſtimentum ante ſolis occaſum reddes illi.

Sept. Si autem pignus, vt pignus, acceperis veſtimentum proximi.

Cald. Si pro pignore acceperis coopertorium proximi tui.

Pag. Si in pignus recipiendi, in pignus receperis veſtimentum proximi tui, cum accubuerit reſtitues illud ei.

Mont. Si pignorando pignoratus fueris veſtimentum proximi tui, vſque ad ingredi ſolis conuertes illud ei.

Oleaſt. Cum abſtuleris veſtimentum proximi tui in pignus, reſtitues illud ipſi vſque ad occaſum ſolis, *ita etiam Rabbi Salomon.*

Cajet. Vſque venire ſolem, redde ipſum ei.

Vulg. Ipſum eſt enim ſolum quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat, ſi clamauerit ad me, exaudiam eum, qui miſericors ſum.

Sept. Eſto enim hoc operimentum eius, & ipſum eſt indumentum cutis eius, in quo cubabit?

C *Pag.* Quia ipſum eſt operimentum eius, tantum illud veſtimentum eſt pelli ſuæ.

Chryſ. Si tunicam tuleris fratri tuo ante ſolis occaſum reddes illi.

Ambroſ. Ne nudati appareat turpitudo.

CONCORDIA.

VEſtimenti nomine, quo Vulg. vtitur, illa tantum exprimere voluit, quibus homines nocte ſe accommodant, ſeu cooperiunt, vel quoquomodo indigent: vnde Cald. rectè reddidit, coopertorium: verum eſt quod iuxta Hebræum, Vulg. Sept. ſolum exprimit textus, reddendum operimentum ante ſolis occaſum. Sed Oleaſt. cum Rab. Salom. legunt reſtitues illi ipſum vſque ad occaſum ſolis: ita vt ſecundum ipſos, ſero licebit auferre vſque manè, ſcilicet ſi nocte illa non opus habuerit: Verum ſi nocte quoque loco tegumenti vtatur, nunquam licebit auferre. Licet autem hic ſenſus non ſit illegitimus, non eſt tamen iuxta ſenſum litteræ orig. quod Vulg. legit, affirmatiuè, *Nec habet aliud in quo dormiat*, Cald. & Septuag. legūt interrogatiuè ἐν τίνι κοιμηθήσεται, in quo dormiet? quaſi dicat ſi non reſtitu- D as ei veſtimentum, quomodo nocte dormiet?

EXPOSITIO.

SI *pignus à proximo acceperis,* pignus ab arrabone in hoc differt, quod arrabo futuræ emptioni aut contractui, quaſi quoddam teſtimonium & obligamentum datur, pignus vero pro mutuâ pecunia tribuitur, ſic vt reddendo debitum pignus à creditore reddatur: *veſtimentum* genus pro ſpecie ponitur, *proximi tui,* ſermo eſt de Iudæo paupere & indigente, *ante ſolis occaſum reddes illi*, ſeu quamprimum acceperis, non vetatur autem hac lege omnis pignoris acceptio vel retentio, ſed ſolius rei neceſſariæ pauperis, *ipſum eſt enim ſolum, quo operitur indumentum carnis eius*, indiget enim nocturno tempore, vt neceſſitati ſomni ſatisfaciat, impium eſt enim eam rem pignoris loco à paupere auferre, quæ ſibi à Deo neceſſaria eſt, vt ſine ea commode viuere non liceat, *ſi clamauerit ad me*, affectu cordis, *exaudiam eum*, vindicans duritiem ac crudelitatem hominum, qui miſerias miſerorum augent, *quia miſericors ſum*, erga eos qui miſerias patiuntur.

CONCEPTVS.

Pauperi pignus reſtituendum.

59. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimen-
tum, ante ſolis occaſum reddes illi*, hæc lex non iu-
ſta eſſe videtur, nam plures ſibi congregarent
diuitias in perniciem creditorum, ſi ſcirent ſua
pignora recepturos, debitis non reſtitutis. cur
ergo iubet Deus, cum à proximo quis pignus
acceperit, vt veſtimentum ante ſolis occaſum
reſtituat? non iubet vt cuilibet, ſed pauperi
ſuum reddas pignus: inhumanum eſt enim ne-
ceſſaria pauperibus adimere. conuenit nobiſ-
S.Hieron. cum B.Hieron. in c.18. Ezech. *Non omni debi-
tori pignus reddendum, alioqui multis occaſio re-
cipiendorum pignorum fiet diuitiarum materia,*
B *ſed ei debitori de quo in lege ſcribitur, quod pau-
per ſit, & proprium oppoſuerit veſtimentum, &
ante ſolis occaſum operimentum recipere debeat,
ne cruciatus frigore clamet ad Dominum, qui
vltor eſt eius iniuriæ, ſi enim eſurienti panem dare
debemus & nudum operire veſtimento, quanto
magis ſuum reddere?*

*Pauperi ne noceas, Deum enim habet
protectorem.*

60. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimen-
tum, ante ſolis occaſum reddes illi*, verum ſi non
reddideris, cum in neceſſitate ex ſuis bonis ei
ſubuenerit, quid damni ei poteſt contingere? *ſi
clamauerit ad me, ego exaudiā eum*, in quo exau-
C dies? in creditore vlciſcēdo, pauperi ergo ne no-
ceas, non autem pauper eſt ſed ditiſſimus, cum
habeat Deum adiutorem & vltorē. *Deus*, inquit
Caiet. Caiet. *ſubiungit ſe tutorem pauperis & miſeri-
cordem, vt illuc mutuator timeat priuare paupe-
rem neceſſario operimento, & hinc imitetur diui-
nam miſericordiam concedendo vſum pignoris.*

*Etiam inanimata apud Deum accuſant inhu-
manos in pauperes.*

61. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimen-
tum, ante ſolis occaſum reddes illi*, cur ante ſolis
occaſum? nonne ſufficiebat dixiſſe, reddes pau-
peri ſuum operimentum, quod in pignus acce-
piſti? aduerte ſolem tanquam per diem luſtran-
tem vniuerſa, noctu ad Deum videri acceden-
D tem, & ei renuntiare, ſi quid pulchrè factum
viderit apud mortales, tum etiam ſi quid ſecus
factum accuſare. ergo ait legiſlator hominum
ingenio ſe accōmodans, ſi pro pignore proximi
veſtimentum tuleris, vide vt ante ſolis occaſum
debitori pauperi reſtituas, ne ſol auctori ſuo
referat te crudelem in proximum extitiſſe, &
ob malefactum male accipiat. ſubtiliter hoc
annotat Petrus Chryſologus ſerm. 54. *Dei
Petrus Chryſolo. vox eſt, ſi tunicam tuleris fratri tuo, ante ſolis oc-
caſum reddes illi, ſicut furem lucerna prodit, ita ſol
eos qui fraudamur, accuſat.*

A *Quidam ita in pauperes immites, vt etiā quod
nuditatem eorum tegerit, adimere
vellent.*

62. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimen-
tum reſtitues*, rationem ſubiungit, ipſum eſt
enim ſolum quo operitur indumentum carnis
eius, Sept. eſt enim hoc operimentum eius ſo-
lum, hoc veſtimentum turpitudinis eius, ſcili-
cet quo turpitudo eius obtegitur, dictio eſt
כסות cheſoath. quam interpres non pro כסות
ipſemet (quam apud Ezechielem vertit c.13.
& vere ſignificat puluillum) ſumpſit. ſed pro
סותה ſoutah, à qua deriuatur quædam veſtis
B interior ſiue tunica, qua nuditas noſtra obtegi-
tur. quid? cur præcipit Deus vt reſtituant veſti-
mentum, quo nuditas eius operiebatur? an ita
inhumani, vt vellent illud auferre? ita ſane teſte
Niceta in illa Iobi verba cap. 24. verſ. 7. nudos Iob 24.
dimittunt homines, indumenta tollentes, ait
enim *Extremum veſtimentum quo corporis turpi-
tudinem contegebant ademerunt*, Pineda, *non ſo-* Pineda.
*lum in agros aut in pecora ſæuimus, ſed in ipſos
homines, vt qui ſint omnis humanitatis expertes.*

Sol non occidat ſuper iram noſtram.

63. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimen-
tum, ante ſolis occaſum reddes illi*, pignoris no-
mine, inquit Greg. Mag. 16. Moral. c.2. confeſ- S.Greg.
ſio ſolet intelligi, ſicut lege ſcriptum eſt, non
C debet tibi quippiam frater tuus, & abſtuleris
pignus ab eo, ante ſolis occaſum pignus reſti-
tue, frater etenim noſter debitor nobis efficı-
tur, cum quilibet proximus in nos aliquid de-
liquiſſe monſtratur, peccata quippe debita ap-
pellamus, vnde peccatori ſeruo dixit Matth.
18. omne debitum dimiſi tibi, & in Dominica Matt 18,
oratione, Matt. 6. quotidie precamur, & di- Matt 6
mitte nobis peccata noſtra, ſicut & nos dimit-
timus debitoribus noſtris: à debitore autem
noſtro pignus accipimus, quando ab eo qui in
nos peccaſſe cognoſcitur, peccati eius eam con-
feſſionem tenemus, per quam relaxare pecca-
tum, quod in nos perpetratum eſt, poſtulamus,
qui enim fatetur peccatum, & veniam petit,
iam quaſi pro debito pignus dedit.] verum cur
ante ſolis occaſum reddere iubetur? nonne ſatis
D erit in craſtinum, quod petit concedere? nequa-
quam, ſol enim ſuper iram noſtram non debet
occidere, præcipuè cum à nobis venia delicti
poſtulatur. ſic autem proſequitur præfatus S.
Doctor. *Priuſquam in nobis per dolorem cordis
ſol iuſtitiæ occidat, debemus ei confeſſionem veniæ
reddere, quo confeſſionem culpæ accipimus, vt qui
ſe deliquiſſe in nos meminit, à nobis mox relaxa-
tum ſentiat, quod deliquit.*

*Sol ſuper auaritiam veſtram non occidat, ne de-
bitas a vobis exigat Deus pœnas.*

64. *Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentum,
ante ſolis occaſum reddes illi*, ſuam dedit ſuo de-
bitori pecuniam, ſi illi reddiderit, reddet & ve-

ſtimentum, ſi autem diſtulerit ſimiliter, & in alium diem protrahet, & eius reſtitutionem, præcipit Deus non in alium diem differre, ſed ante ſolis occaſum veſtimentum in pignus datum reddi: ſed quid ſi non reddatur? quid aget pauper debitor? Deus eum vlciſcetur, ſi enim ſuper auaritiam tuam ſol occidat, debitas tui ſceleris dabis pœnas. audiamus B. Ambroſ. lib. de Tobia c. 14. ſic loquentem. *Vos exuitis atque nudatis & non redditis, videte ne ſol occidat ſuper auaritiam veſtram, ne ſol iuſtitiæ vobis occi-* A *dat, quia iuſtitiam non tenetis, dies quoque perit, inuito vox irruit, ſicut Iudæ qui cum diabolus miſiſſet in cor eius, ſurrexit ad proditionem, & facta eſt nox: ſol enim iuſtitiæ occiderat & recubuerat ſuper eum, qui in cor eius intrauit, fecit illi tenebras, vt lucis non videret auctorem: reddite veſtimentum debitori in quo dormiat & quietus ſit, ſi nolueritis reddere exaudiam eum, quia miſericors ſum, ſi vos non exauditis, ego exaudiam, ego miſerebor, ego non deſpiciam inopis precem.*

VARIET. LECT. Verſ. 28.

Vlg. Dijs non detrahes, & principi populi non maledices.

Sept. Deos non maledices, & principem populi tui non maledices.

Cald. Iudices non vilipendes, & principi in B populo tuo non maledices.

Oleaſt. Iudices non contemnes, & eleuatum in populo non maledices, ita *Pag.*

Onk. Principem populi tui non blaſphemabis.

CONCORDIA.

IN Hebræo eſt dictio אלהים quæ & Deos & iudices ſignificat, vnde vtraque lectio, quæ & Deos & iudices reddit, admittenda: duo verba hic poſita ſunt, quorum primum קלל kalal ſignificat maledicere, deſpicere, vilipendere, inhonorare & ex conſequenti detrahere; ſecundum ארר arar, quod item maledicere & execrari, nec non blaſphemare interpretatur, verbum נשא eleuare, dominari &c. hinc eſt quod vbi principem habemus, alij legant eleuatum.

EXPOSITIO.

D*Iis nõ detrahes*, per deos, iudices ſeu ſacros, C ſeu profanos intelligit, per detractionem autem mali imprecationem, vel aliquo modo numinis eorum læſionem, *Et principi populi non maledices*, & principi ſcilicet cuilibet ſupremo magiſtratui, vel infimo, quo nomine quilibet intelliguntur prælati & ſuperiores.

CONCEPTVS.

Iudicem ornat manſuetudo.

65. *Diis non detrahes*, Cald. *iudices non vilipendes*, quæ conuenientia Deorum cum hominibus, vt hi nomine priorum cohoneſtentur? quid commune iudices cum diis habent? Chriſtus Dominus futurus omnium iudex dicebat, diſcite à me quia mitis ſum, ſi mitis ergo fueris ô iudex, nomine Dei mereberis appellari. ſic

S. Chryſ. enim ait Chryſ. hom. 15. in Acta Apoſt. *Non vides iudices qui iudicaturi conſident in ſede, ac habitu decente, ita & tu fac, orna animam veſtitu iudiciario, illa eſt manſuetudo, & tunc in ſede iudex ſedeto.*

Deo chari, nomine Deorum inſigniuntur.

66. *Diis non detrahes*, Cald. *iudices non vilipendes*, an ſolum iudices Deorum nomine fruentur, vt ij quos Deos dixerit Vulg. à Cald. iudices nominẽtur ne credideris, Dij enim merito appellantur, qui Deo, virtutibus & bonis operibus

Dionyſ. Areop. ſunt chari. fauet Dionyſ. Areop. dicens. *Inuenies quod theologia Deos etiam vocat cæleſtes, & quæ ſupra nos ſunt ſubſtantias, & amiciſſimos Deo, ac beatiſſimos viros.*

Sacerdotes ratione præſtantiſſimæ dignitatis Dij nominandi.

Diis non detrahes, non pauci per Deos vltra 67. iudices, & Deo charos, ſacerdotes accipiunt, verum cum aliqui ſacerdotes in varia labantur crimina, legis diuinæ tranſgreſſores, cur nomẽ Deorum ſortientur? ratione eminẽtiſſimæ, qua fulgent, dignitatis: ſuffragatur Innocentius 3. Innocent. 3.

ſummus Pontifex. *Per Deos ſacerdotes intelligit,* D *qui per excellentiam ordinis & officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur.*

Iudicibus ne ſimus offenſi, quia nos recte iudicant.

Diis non detrahes, Cald. *iudices non vilipendes*, 68. verum ſi bonorũ iacturam fecimus, ſi morti adiudicati ſumus, ſi parẽtes & chariſſima pignora amiſimus, ex eorum dicta ſententia, cur eos non vilipẽdemus, aut nomini eorũ nõ detrahemus? quia nequaquam, nec in illo iudicibus offenſi eſſe debemus, cum rectam in ſontes tulere Caiet. ſententiam, Caiet. *Prohibetur ne iudicibus debitum honorem ſubſtrahamus officio linguæ contemnendo, tam coram quam in abſentia.* Et noſter N. Lyranus. Lyr. *Non detrahes iudicibus te punientibus, propter peccatum tuum, quia in hoc tenent locum Dei.*

Detractor pluribus nocivus & maiorum contemptor.

70. *Diis non detrahes*, Oleaſt. *iudices non contemnes*, Cald. non vilipendes, cur vbi legimus non detrahes, alij legunt non vilipendes, aut non contemnes? quia detractor præter damna quæ ſibi infert, maiorum contemptor eſt. ſic grauiter B. Bernard. ſerm. 24. in cant. *Omnis qui de-*
D. Bernard. *trahit primum quidem ſeipſum prodit vacuum charitate, deinde quid detrahendo intendit? niſi vt is cui detrahit, veniat in contemptum vel odium ipſis apud quos detrahit.*

Licet culpandi ſint qui detrahunt omnibus, ſed præcipue qui in principes & magiſtratus linguam acuunt.

Diis non detrahes, ſicut in lege decalogi ſim-
71. pliciter dixiſti non occides, &c. non prohibés in particulari hunc vel illum hominem; cur ſimiliter cum omnis detractio ſit illicita, non cauiſti in communi detractionem dicens, non detrahes nam rectè intelligeretur nemini detrahendum: dixit diis vel iudicibus non detrahendum, quia licet culpandi ſint, qui de omnibus murmurant, ſed præcipue qui in principes & magiſtratus linguam acuunt: res in hunc modum confirmatur in lib. præcept. negatiuorum num. 9. ait R. Eliezer. *Veni & vide, quam magna vis ſit improbæ linguæ, vnde hoc diſcimus? ex exploratoribus qui ad explorandum terrã miſſi, quod ſi illi qui male locuti ſunt de lignis & lapidibus, tot mala repererunt & paſſi ſunt, quanto maiora mala inuenient & patientur, qui perſonis detrahunt? linguam in homines armant?* inde & maximè, qui de principibus & magiſtratibus ob-
Sera. Doct. murmurant, & noſter Seraph. Doctor 3 p. hierar. Eccleſ. c. 1. *In officio prælationis conſtitutis, non eſt leuiter derogandum nec eis faciliter detrahendum, quia hoc omnino contrariatur officio principatus, ideo dicitur in Exodo diis non detrahes.*

Cum detrahitur ſacerdotibus & prælatis, ſubditi aliquando fiunt deteriores.

72. *Diis non detrahes*, quinam ſunt illi dij? ait no-
Bernard. Senenſ. ſter S. Bernard. Senenſ. tom. 1. ſerm. 20. art. 3. Dij autem ſunt ſacerdotes. his autem non detrahi præcipit Deus. verum, nonne ex hac detractione meliores euadent? cum enim delicta viderent reprehendi, pudore confunderentur, quo ſuo ſatisfacerent muneri. ſed falleris, nam detractione ſacerdotum, imo & ex eorũ in publico reprehenſione, ſubditi aliquando fiunt deteriores, quod latè oſtendit præfatus S. Doctor c. 7. *Ex hac detractione fit deterioratio populorum, prædicet quilibet gratiæ verbo Dei, redarguat ſcelera grauia peccatorum, intonet contra errantes, fulgura emittat contra grandes iniquitates, interſerit aliud quod tangit clerum, ſtatimque grauiſſime tangent peccatores ſceleratos, obliti ſunt, ſola memoria remanet eius quod tetigit ſacerdotes, illud quaſi fabula verſatur in ore vulgi, illud memoria perpetua retinetur, imo quod ridi-*

A *culoſius eſt, ſi populus in ſermone tædio aut frigore, ſeu calore cruciatur, & prædicator contra ſacerdotes & prælatos ſeu religioſos verbum proferat, aut annunciet ſe dicturum, ſtatim euigilant dormientes, affecti tædio hilareſcunt, calore inſuper æſtuantes ſeu frigore cruciati, in auditu talis oblocutionis in rorem eis vertitur calor, in temperiem æſtus, & in veris amœnitatem horridum frigus, fames quoque & ſitis & memoria euaneſcunt, & quod deterius ſceleratiſſimi peccatores reſpectu cleri coram propriis oculis fiunt iuſti & ſancti &c.*

Bonorum communione indignus, qui principibus maledixerit.

B *Diis non detrahes, & principi populi non maledices*, verum non ſatis efficax eſſe videtur hæc 73.
Dei cautio ad prohibendos in ſuos principes maledicos, quid enim eis non improperant ſubditi? quales in eos non euomunt iniurias? quæ dicteria non effutiunt? quid ergo agendum vt ab eis abſtineas? conſule quid in eos ſtatuerit Concilium Toletan. 5. ſecundum editionem Garſiæ Loayſæ numero 5. *Hoc pro peſti-* Conc. Tol. 5
lentioſis hominum moribus ſalubri ordinatione cenſemus, ne quis in principem maledicta congerat, ſcriptum eſt enim à legiſlatore, principem populi tui non maledices: quod ſi quis fecerit excommunicatione Eccleſiaſtica plectatur, nam ſi maledici regnum Dei non poßidebunt, quanto magis ta-
C *lis ab Eccleſia neceſſario pellitur, qui diuinæ violator ſententiæ inuenitur?*

Tantus eſt honor exhibendus Dei nomini, vt etiam in falſis numinibus reperto non adimenda reuerentia.

Diis non detrahes, Alij, *non vilipendes, non con-* 74.
temnes, cur falſos Ethnicorum Deos non contemnendos, cum in execratione apud omnes haberi debeant? vnus ſolus Deus colendus, ipſi non detrahendum, non contemnendus, cum omnium bonorum ſit auctor: Deus præcipit nec etiam falſis gentium diis maledicendum, non quia ipſi cultum mereantur, ſed propter nominis appellationem, id eſt tantus honor eſt
D exhibendus Dei nomini, vt etiam in falſis numinibus reperto non adimenda reuerentia: ſic habet Ioſeph. lib. 2. contra Apionem. *Neque* Ioſeph.
ridere nec blaſphemare eos debeamus, qui apud alios putantur dij, apertè nobis legiſlator interdixit propter ipſam appellationem. Idipſum indi- Philo
cat lib. 4. antiq. c. 8. idem habet Philo de Monarchia. *Non permittit effrenæ linguæ petulantia conuitiari diis creditis falſa perſuaſione aliarum gentium, ne & illæ irritæ prorumpant in voces nefarias contra Deum maximum.* His ſimilia habet lib. 3. de vita Moyſ. eamdem explicatio- Cyrill.
nem ſequitur D. Cyrill. lib. 12. in Ioannem c. 19 *Diis non maledices, Dei enim nomen etiam ſi falſo quibuſdam imponatur, honorandum tamen putauit nec creaturas colere idcirco iuſſit, ſed Deitatis nomen venerari.*

VARIET. LECT. à Verſ. 29. & 30.

V*Vlg.* Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere, primogenituin filiorum tuorum dabis mihi.

Cald. Primitias frumenti tui, & vini non tardabis reddere, primogenitum filiotum tuorum reſeruabis coram me.

Onk. Primitias tuas & lachryma mtuam non differas, primogenitum filiotum tuorum ſeparato coram me.

Sept. Primitias areæ & torcularis tui oon diff res.

Pag. Primitias ſemeotis tuæ cum fuerint maturæ, & primitias vini tui inſtar lachrymæ deſcendentis è torculari ooo tardabis.

Mont. Plenitudinem tuam, & lachrymam tuam oon tardabis.

Aly. Primitias muſti tui, & primitias olei tui, primo quoque tempore offeres.

Vatab. Abundantiam & lachrymam tuam non differes.

Vulg. De bobus quoque & ouibus ſimilitet facies, ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes, illum mihi.

Sept. Sic facies vitulum tuum, & ouem tuam, & ſubiugale tuum, ſepté diebus erit ſub matre.

Pag. Sic facies boui tuo, pecori tuo.

CONCORDIA.

Licet in Hebræo non habeatur, decimas tuas, nihilominus noſter Vulg. recte ſenſum reddidit, Hebr. antem eſt huiuſmodi מלאתך ודמעך תאחר meleatcha vedimhacha theacher, plenitudinem tuam & lachrymam tuam non tardabis, ſubaudi offerre, melea ſpica frumento plena, & dimaha lachrymæ quæ hic pro decimis & primitiis iuxta conſuetudinem linguæ Hebraicæ ponuntur, qui vertunt muſtum & lachrymã tuam, non tardabis offerre, id eſt muſti tui & olei primitias: eorum ſenſus eſt primitias muſti & olei, primo quoque tempore offeres, muſtumque dici volunt Hebraice melea, quod magna copia toreulari decidat, oleum autem vocari lachrymam, cum guttatim defluat, cum ſit in lacu, Pag. autem paraphraſi vtitur, Sept. eumdem ſenſum habent cum Vulg. R. Dauid kimhi tam de vino quam de oleo dici ſentit lachrymam, quod vtrumque guttatim è torculari defluat, idem quoque in radicibus ſuis hunc locum ita exponit, cum impletæ fuerint fruges tuæ, ſiue cum ad maturitatem peruenerint, dabis primitias, & deinde cum collectæ fuerint intra domum, dabis quoque lachrymam, hoc eſt vinum & oleum in vindemia, quæ meſſem ſequitur.

EXPOSITIO.

D*Ecimas tuas, & primitiuas tuas non tardabis reddere*, ſcilicet partes illas ſrugum & aliarum rerum tuarum, quas tam in ſuſtentationem miniſtrorum diuini cultus, quam io recognitionem beneficiorum Dei præcipietur tibi vt offeras, quæquidem per anticipationem decimæ & primitiæ vocantur, de quibus alibi commodior erit dicendi locus, *primogenitum filiorum tuorum dabis mihi*, ego quippe in terra Ægypti ſeruaui primogenita tua, primogenitis Ægyptiorum interfectis, *de bobus quoque & ouibus ſimiliter facies*, quod etiam ſimiliter ſe habuerit Dominus circa irrationalium primogenita, Exod. 13. etiam illorum primogenita ſibi dari voluit, quamuis boues & oues tantum exprimaotur, quod ſi ad ſacrificia idonea non eſſent, aliis redimi iuſſit, quæ ad litandum apta eſſent, *ſeptem diebus ſit cum matre ſua*, quod quaſi abortiuum ſit ante octauum diem, cum matre eſſe voluit, & tunc ſibi offerri, idem habetur Leuit. 22.

CONCEPTVS.

D

Nihil tam tuum quam illud quod Deo offertur.

75. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, miror ſaoe ſtylum, quo iobentur Hebræi decimas & primitias Deo offerre, debuerat enim Deus dicere, decimas meas & primitias meas non tardabis offerre, Domini enim eſt terra & pleuitudo eius, & vniuerſi qui habitant in eo. cur ergo dixit decimas tuas? quia certe nunquam tam tuæ, quam cum Deo oblata.

Quæ Deo offeruntur plena & perfecta eſſe debent.

Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre, Mont. *plenitudinem tuam*, Vatab. *abundantiam non differes & lachrymam*, plenitudinem & abuodantiam ex aridis eſſe, lachrymam in liquidis omnes explicant, ex tritico & hordeo, ex vino & oleo. ſed cur decimæ & primitiæ Deo offerendæ, plenitudo & abundantia dicuntur? quia quæ Deo offerenda, ſoluendaue deliguntur, debent eſſe vndequaque plena & perfecta, vide quæ diximus to. 1. Geneſ. fo. 401 concep. 101. 76.

Quæ Deo debentur cito ſoluenda.

77. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, præcipe Domine, vt tibi debitas offerant primitias, cur iubes vt non differant earum oblationē? tanta eſt certe ſoluendi ea quæ Deo debentur, obligatio, vt oſtendere videatur impoſſibile pœne eſſe, quin quis non ſoluat, & ideo ſolum præcipit vt ſtatim ſoluat, quæ enim Deo debeutur cito reddenda, vt ea ſint accepta, *Sacriſitium* inquit D. Amb. lib. de Abel & Caiu. c. 7. *celeritate commendatur & gratia.* S Ambr.

Quæ ab agricolis colliguntur, plena ſunt lachrymis & ideo bene tractanda.

78. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre.* Mont. *plenitudinem tuam & lachrymam tuam non tardabis*, nempe offerre: quod paraphraſtice reddens Pag. & primitias ſementis tuæ cum fuerint maturæ, & primitias vini tui inſtat lachrymæ deſcendentis è torculari, non differes: liquida ſignificantur per lachrymam, ſiue oleum, ſiue vinum, nihilominus eadem vox, quæ lachrymam in Heb. ſignificat, redditur à Vulg. primitiæ ſiue liquidorum, ſiue aridorum, vt tritiei, hordei &c. cur lachrymâ hæc omnia denotantur? hoc mibi occurrit dicendum, nullum eſſe tritici granum nec vllam vini guttulā, quæ mille non conſtet lachrymis: crudelis ergo eſt qui quæ tot ſunt curis & anxietatibus parata vult ſuę capacitatis eſſe ſpolia.

Lachrymæ noſtræ Deo debent deuoueri.

79. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, in Heb. *plenitudinem tuam & lachrymā*, vbi pro lachryma, (vt diximus) primitiæ in Vulg. reponuntur: cur quæſo lachrymæ dicuntur primitiæ? an quia ſunt primi fructus natiuitatis noſtræ? an quia ſunt inter reliquos humanæ naturæ fructus iucundiſſimæ? an quia debent ſoli Deo tanquam primitiæ conſecrati? hoc dico & aſſero, neque enim æquum, vt tam pretioſæ margaritæ, in aliud quam in obſequium diuinum deuoueantur. bene Petrus Cellenſ. lib. de panib. c. 12. *Sterilis eſt omnis effuſio lachrymarum quæ non effunditur propter regnum cælorum, inanes ſunt lachrymæ quas damnum vel incommodum extorquet temporale, flendum ſolummodo eſt pro peccato commiſſo aut pro paradiſo amiſſo.* Petrus Cellenſ.

Deus initiis peccatorum occurrit.

80. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, paululum poſt vindemiam, poſt frugum collectionem, à labore quieſcendum, nam Pag. legit. *Primitias ſementis tuæ cum fuerint maturæ, & primitias vini tui inſtar lachrymæ deſcendentis è torculari non tardabis.* & Sept. *primitias areæ & torcularis tui non differes offerre.* poſtquam ergo tanto cum labore torcular calcatum eſt, poſtquam triticum à palea in area ſeparatum, dandus requiei locus: decimas ergo & primitias differant offerre: nequaquam id permittit. *Dominus enim* (inquit Oleaſt.) *initiis peccatorum occurrere voluit, ne* Oleaſt. A *peccare grauius contingeret: ne ergo populus in ſua neceſſitate primitias Deo debitas ederet, voluit ſtatim offerri, idem de primogenitis ſtatuit tam hominum quam animalium, quo diſcimus apud nos non detinere, quæ ſumus Deo daturi, ne forte illis ita afficiamur, vt nobis Deo inuito retineamus.*

Si parua Deo dederimus, longe maiora nobis concedet.

81. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, Cald. *primitias frumenti tui, & vini non tardabis offerre*, non ait frumentum tuum, vel omne vinum, imo in tam exigua quantitate, vt ex Hebræo aliqui transferant, lachrymam tuam, & nomine lachrymæ intelligant vinum & oleum. quid autem Deus, qui tibi primitias dederint, pollicetur? honora Dominum de iuſtis B laboribus, deliba ei de fructibus iuſtitiæ, vt repleantur horrea tua frumento, vino quoque torcularia tua redundabunt, quid? ſolum exigis ab homine, vt tantillum frumenti tibi offerat, & vini pauxillum, & ei polliceris horreorum ſuorum præ nimia frumenti copia plenitudinem, & in torcularibus vini redundantiam? ita ſane, quia ſi parua Deo dederimus, longe maiora nobis concedet. ſic loquitur B. Auguſt. ſer. 219. de redden. decimis. Non præſtas hoc gratis, quod cito recipies magno cum fænore quæris, forte cui proficiat quod Deus accipiat redditurus, quæris iterum cui proficiat, quod pauperibus datur: ſi credis tibi proficit, ſi dubitas perdidiſti, decimæ fratres chariſſimi, tributa ſunt egentium animarum, redde C ergo tributa pauperibus, offer libamina ſacerdotibus, quod ſi decimas non habes terrenorum fructuum quod habet agricola, quodcumque te paſcit ingenium Dei eſt, & inde decimas expetit, vnde viuis, ecce habes in ſcripturis ſanctis cautiones Domini tui per quas tibi promiſit quod ſi decimas dederis, non ſolum abundantiam fructuum recipies, ſed etiam ſanctitatem corporis conſequeris, cum decimas dando & terrena, & cœleſtia poſſis munera promereri, quare per auaritiam duplici benedictione te fraudas. S. Auguſt.

Nihil fere ſibi reſeruat Deus, nobis omnia alia concedens.

82. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, nonne nouem partibus ſibi ſumptis ſo- D lum decimam tibi relinquere potuiſſet? potuit enim dicere, mea eſt terra quam colis, mea ſunt ſemina, quæ ſpargis, mea animalia quibus vteris, mei ſunt imbres, & pluuiæ, & ventorum flamina, mea ſunt elementa: nouem ergo partes potuit iuſtiſſime à te exigere, & ſolum tibi decimam relinquere, ita ſane, ſed Deus magnificus, vt nihil fere ſibi reſeruet, omnia alia tibi concedens. *Quia piè*, inquit cit. Auguſt. *nos paſcit omnipotens Deus, ampliſſimum tribuit munus laboranti mercedem, ſibi tantum decimam mendicans nobis omnia condonauit, audi ergo indeuota mortalitas, noſti quia Dei ſunt cuncta quæ percipis, & de ſuo non accommodas rerum omnium conditori, primitias rerum & decimas dignatur petere, & negas auare?* S. Auguſt.

Perfectio à Chriſto expectanda.

84. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, decimæ in veteri lege dabantur ad ſuſtentationem miniſtrorum Dei, vnde dicitur Malach. 3. inferte omnem decimationem in

Malach. 3

horreum meum, vt ſit cibus in domo mea: verum cum omnia in figuram contingerent illis, quid notare poteſt hæc decimarum ſolutio? quid in futurum ſignificare? aduerte quod qui decimam dat, quæ eſt perfectionis ſignum (eo quod denarius eſt quodammodo numerus perfectus, quaſi primus limes numerorum, intra quem numerũ non procedunt alij, ſed reiterantur ab vno) nouem ſibi præſentibus reſeruatis, proteſtatur quaſi in quodam ſigno ad ſe pertinere imperfectionem. cur ergo ſibi Deus decimam reſeruat?

Aug. Doct.

Vt perfectio (inquit Aug. Doctor 2.2.q.87. art. 1 in corp. & ad 2. & 3. *quæ erat futura per Chriſtum eſſet à Deo expectanda.*

Tempore proſperitatis & aduerſitatis, Deo debita ſemper exoluenda.

85. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre*, iuxta Hebræum, *plenitudinem tuam & lachrymam tuam non differes*, & ſenſus eſt, debitum ex frugibus tuis, & ex liquoribus tuis non differes offerre Deo reddere, fruges enim & liquorem vini ac olei, lachrymas à fluendo appellant, verum ſicut dixerat plenitudinem nempe frugum, tritici, &c. cur ſimiliter non loquitur de oleo, vino, &c. dicens abundantiam olei, & vini, aduorte lachrymã vini dicere paucitatẽ, vt ergo indicaret quod ſiue tẽpore proſpero, ſiue aduerſo, ſiue abundantiæ, ſiue ſterilitatis Deo ſemper grati eſſe tenemur, & quod ſibi debitum, perſoluere, ſic loquitur: mens eſt Card. Caiet.

Cajet.

Videtur hac metaphora vti ad ſignificandum, vt quantumlibet parum, quaſi ſtillantium lachrymarum vini ſeu olei collegeris, non differatur debita pars in alterum annum, ita quod vtrumque tempus vbertatis & ſterilitatis complectitur, illud ſub nomine plenitudinis, hoc ſub nomine lachrymæ, & vtroque tempore non differendum debitum præcipitur; tolleretur enim res Deo debita quoad tempus, & nulla pars quota decernitur hic à Deo, vt littera teſtatur.

Quæ defectuoſa aut imperfecta, Deo non offerenda.

86. *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre, de bobus quoque & ouibus ſimiliter facies; ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes eum mihi*, cur ilico, vt in lucem prodiit non tibi offerendum mundum animal? titulo enim creationis tibi debetur: aduerte quod ante octauum diem nondum in perfectione conſiſtens eſt, propter nimiam teneritudinem, & quaſi abortiuum eſt: en vt Deus noluerit ſibi ante octauum diem offerri? quæ enim defectuoſa ſunt & imperfecta, minimè ſunt ei præſentanda. audiamus Angel. Thomam 1. 2. q. 105. art. 3. ad 7.

S. Thomas.

Quia animalia maculoſa ſolent haberi contemptui, etiam apud homines, ideo pro-

A *hibitum eſt, ne Deo in ſacrificium offerrentur, propter quod etiam prohibitum erat, mercedem proſtibuli, aut pretium carnis in domum Dei offerrent; & eadem etiam ratione non offerebant animalia ante ſeptimum diem, quia talia animalia erant quaſi abortiua, nondum plene conſiſtentia propter teneritudinem.*

Principium & conſummationem operum tuorum Deo conſecrabis.

Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre, digniores & potiores hominis partes ſunt illæ duæ extremitates, quæ caput & pedes nuncupantur, parte altera ideſt capite ſuprema cœlum reſpicit homo, altera terram tangit, vnde ſicut in hoc mundo, omnium creaturarum amplitudinem, & innumerabilium rerum va- 87.

B riam diſtinctionem, quaſi vlnis ſuis, & gremio cõplectuntur terra & cœlũ, ſic in homine caput & pedes omnium membrorũ humanorum ſunt columnæ, & firmamentum, apta vero ſignificatione à viſibilibus ad inuiſibilia ſimilitudine deducta, anima vtramque partem in affectu poſſidet, dum in omni motu & voluntate ſua ſemper aliquid principaliter intendit, & ſemper ad aliquid finaliter tendit, caput autem voluntatis humanæ, eſt id ad quod ſpecialiter intendit, pedes finis ad quem tẽditur. hoc poſito, cur Deus iubet, vt decimæ & primitiæ noſtræ ſibi offerantur? *vt doceat hominem ſcientiam* (inquit Abbas Cellenſ. lib. de panib. c. 8.) *quid volendo intendere, & ad quid operando tendere debent:* quaſi diceret, principium & finem, inchoationem & conſummationem, tam cogitationum quam ſermonum, vel etiam operum tuorum Domino Deo tuo dedicabis, cum

Petrus Abbas.

C ergo alicuius deſiderium amplius ferueſcit in adimplendis concupiſcentiis ſuis, quam in obtemperando diuinis mandatis, huius primitiæ vel decimæ Domino nequaquam redduntur, ſed idolo libantur: cum ſtudioſius terrena quam cæleſtia, temporalia quam æterna inquiruntur, quod iuris diuini eſt poſtponendo, & quod ſui eſt præponendo, humana temeritas, ordine peruerſo in primitiis, & decimis abutitur.

Cum virgine ſanctiſſima eſt, qui à criminibus liber Deo purum offerat, ſacrificium.

D *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre, de bobus quoque & ouibus ſimiliter facies, ſeptem diebus ſit cum matre ſua:* ſeptem diebus debet eſſe, vt tandem Deo offeratur. 88.

quænam eſt omnium mater niſi virgo ſanctiſſima? quiſnam cum ea cõmorari poteſt? audiamus cit. Abbatem. *Septem diebus cum matre ſua eſt, qui nunquam errat in fide, nunquam deficit in ſpe, nunquam tepeſcit in charitate, nunquam declinat à iuſtitia, nunquam exorbitat à prudentia, nunquam ſuccumbit in fortitudine, nunquam in temperantia excedit, ſeptem diebus cum matre ſua eſt, cuius conſcientia criminalibus nunquam contaminata eſt, ſeptem diebus cum matre ſua eſt, qui obedientiæ fines nunquam egreſſus eſt.* Verum quideſt, quod poſtquam cum matre ſua fuerit

Abbas Cell.

ſeptem

ſeptem diebus, octauo die ſibi iubear offerri? quia cum à criminibus per rotum vitæ ſuæ ſpatinm liber eſt, tunc Deo mundum offertur ſacrificium. nnn diſſentit cit. Abbas. *Habeat* A *Deus pater cum primogenito ſapientiæ ſuæ primogenitum deuotionis tua, & primogenito creatoris creaturæ ſanctificetur pr mogenitum*, fœlix cuius Deus primogenitum acceptat.

VARIET. LECT. Verſ. 31.

VVlg. Viri ſancti eritis mihi, carnem quæ à beſtia fuerat prægustata, non comederis, ſed canibus proiicietis.

Sept. Carnem à beſtia captam non manducabitis.

Cald. Carnem dilaceratam à beſtia agri.

Pag. Carnem in agro raptam non comedetis. *Alij.* Dilaniatam.

CONCORDIA.

VErum eſt in Hebr. ſolum eſſe בשדה טרפה vbaſar baſade terepha, nihilominus addidit Vulg: ſequens Sept. à beſtia, nam ſic ſubintelligebat Hebræa littera.

EXPOSITIO.

V*Iri ſancti eritis mihi*, duplex huic voci (ſancti quod ad rem noſtram attiner, ſignificatio eſt, prima quia ſanctum opponitur cōmuni & profano, idemque ac diuino cultui dicatum, & ab omni vſu non tantum immundo ſed etiam profano ſequeſtratum, altera qua ſanctum ſignificat, purum, incontaminatum, & ab omni labe immune, ſub qua autem harum ſignificationum ſanctos appellet noſter contextus non conuenit inter interpretes. nam aliqui ad ſanctitatem offerentium & ad cordis B puritatem referunt, ſed ſequentia verba explicant, quam ſanctitatem ſeu munditiem poſtulet, nempe vt à ferinis carnibus, quæ ab aliis feris interfectæ fuerint abſtinerent, & nec huiuſmodi cibi legalis maculà coinquinarentur, *carnem qua tibi alias licita, qua à beſtiis fuerit prægustata*, intelligitur etiamſi partem illius comederit, ſed tanquam occiſa quaſi prægustato eius ſanguine fuerit, *non comedetis ſed proiicietis canibus*, tanquam quid profanum & immundum.

CONCEPTVS.

Si aliquid Deo offeras, ſit cum cordis puritate & munditia.

89. *Viri ſancti eritis mihi*, cur poſtquam dixit Deus de bobus quoque ſimiliter & ouibus facies, ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum mihi, primogenita boum & ouium mihi offeres ſicut & hominum primogenita conſecrabis? nonne ſatis eſt, vt tuæ ſatisfaciamus voluntati, tua exequamur iuſſa? cur addidiſti, eritis mihi ſancti? quia ſecundum aliquos, hîc fuit mens Dei, vt ſi aliquid Deo offerre debeas, ſit cum cordis puritate & munditia, non ſatis eſt primitias & primogenita obtuliſſe, niſi & ſancti ſitis, id eſt detis operam, vt mihi fidei ſanctimonia & puritate cordis placeatis: ad perſonarum iuſtitiam reſpicio, non ad munera, volo mihi præbere corda hominum, meæ alioqui ſunt feræ ſyluarum & iumenta in montibus.

Humani ſimus & non crudeles.

90. *Viri ſancti eritis mihi, carnem, quæ à beſtia fuerit prægustata, non comedetis* quid? pecudis integræ fiet iactura? occidetur à beſtia, & carnibus eius non licebit veſci, dummodo pars illa, quæ à fera prægustata fuerit, proiiciatur? nonne quod ſupereſt ex animali in cibum non cedet? id lex prohibet, ſed qua de cauſa? reſ-

Theodor. pondet Theodor. *Vt illos vitam ratione degere doceat, atque nihil feritatis præ ſe ferat, hac* C *de cauſa & inimicorum curam habere, & errantes boues reducere, & aſinum qui ceciderit ſuſcitare, aliaque id genus opera facere docet.*

Omnino alienos à furto, imo nec inquinari, eorum quæ furto ablata ſunt, tactu vult Deus.

Viri ſancti eritis mihi, carnem quæ à beſtia fuerit prægustata non comedetis, Pagn. *carnem in agro raptam non comedetis*, quod nihil furto capiamus, hoc rationi naturali conſentaneum; quod enim nobis fieri nolumus, nec aliis etiam facere debemus. Verum carnem à fera captam cur non comedet Dominus eius? quia non ſolum à furto alienos nos vult eſſe Deus, ſed nec inquinari tactu eorū, quæ furtiue ablata ſunt. 91.

ſuffragatur Card. Cajet. *Non animalis capti à* Cardin. Cajetan.

D *beſtia vult eos pollui, ad inſinuandum, quod non ſolum ipſi alieni eſſe debent à furto, ſed quod nec etiam inquinari debent comedendo animal quaſi furto à fera occiſum.*

Aliquando quod à furibus captum, inhumaniores eis iudices non reſtituunt Dominis, ſed in ſuos vſus convertunt.

Viri ſancti eritis mihi, carnem quæ à beſtia fuerit prægustata, non comedetis. B. Ambr. ſerm. 92. Ambroſ.

59. iudicum venationes aliquorum pingens, nec non eorum miniſtrorum rapinam &

atrocinia, ait. *Dicit; ſcriptura ſacra ad filios* A *Iſrael, à beſtia captum ne tetigeritis, & per hoc deterior beſtia eſt, quiſquis ſumit quod beſtia ſuperauit. dic igitur mihi Chriſtiane cur prædam relictam prædonibus præſumpſiſti? cur quod beſtilis ſuperauit beſtia, tu ſæuior beſtia deuoraſti?* quem alloqueris, ô Ambr. peſſimum iudicem, vel eo peiores miniſtros: coniice enim oculos per aliqua iudiciorum tribunalia, diligenter perquire, quid comedant turbæ illæ officialium quæ forum implent, ſane id comedunt omnes quod beſtia potentior reliquit in miſero, crudeliores inde beſtiis ipſis. hinc proſequitur

B. Amb.

cit. Doctor. *Aiunt plerumque lupos leonum ſubſequi veſtigia, & non longe ab eorum venatibus aberrare, ſcilicet ut rapina rabiem ſuam ſatient* B *aliena, & quod leonum ſaturitati remanet, id luporũ rapacitate conſumatur: ſic & iſti auaritia lupi*, nempe fori officiales, *pluries prædonum veſtigia ſubſecuti ſunt, vt quod illorum rapacitati ſupererat horum feritati cederet*, & quidem ſi notentur fori negotia, plura ibi viſentur aliquando poſita retia, à quibuſdam iuſtitiæ miniſtris, vt venentur pecunias relictas à prædonibus, quam vt vlciſcantur factas iniurias.

A conuerſatione mala fugiamus.

Viri ſancti eritis mihi, carnem quæ à beſtia fuerit prægustata, non comedetis, ſed proiicietis canibus, nunc illicitum non eſt carnem pollutam dente ſeruo comedere, nec immundam reputare: verum allegorice hac lege poſſumuſne conſtringi? nam quod inconueniens ſequitur, quod quácumque carnem à beſtia prægustatam & dilaceratam comedamus? vel ſi ea non veſcimur, cur proiicienda canibus? nonne potius in cibos pauperum diſtribuenda? conſule Archiepiſ. Mogunt. ſic dicentem, *Allegorico ſenſu carnem, conuerſationem humanam ſeu animalem doctrinam intelligere poſſumus, beſtiam vero hæreticum ſiue diabolum, carnem vero hoc eſt conuerſationem, quæ ab hæreticorum opere venenato laniatur, vel diabolica ſuggeſtione decipitur, non eſt licitum homini Chriſtiano imitari, ſed immundam proiicere canibus, hoc eſt malignis ſpiritibus ſiue paganis aptam atque conſimilem deputare, ſecundum illam veritatis vocem quæ iubet eum qui Eccleſiam non audierit pro ethnico & publicano haberi.*

53.

Rabanus Maurus.

SYNOPSIS
CAPITIS XXIII.

Propoſitis quibuſdam præceptis tam iudicialibus quam de non adhærendo falſitati, de non agendo inique, de non ſeminando ſeptimo anno, non operando ſeptima die, tres præcipuæ feſtiuitates ſubiiciuntur, Paſchatis, Pentecoſtes & Scenopegiæ; deinde agitur de azymis cum Paſchali victima edendis, de adipe eiuſdem victimæ, de primitijs de hædi carnibus in matris lacte non coquendis, de Angelo caſtrorum duce audiendo, de Chananæorum idololatria fugienda, de fœdere cum Chananæis non ineundo, deque iis exterminandis & eliminandis, additis promiſſionibus varijs quibus omnem proſperitatem & incolumitatem Deus pollicetur Iſraelitis.

VARIET. LECT. Verſ. 1.

Vulg. Non ſuſcipies vocem mendacij, nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falſum teſtimonium.

Sept. Non ſuſcipies conditionem vanam, non conſenties cum iniuſto, vt ſis teſtis iniuſtus.

Bibl regia Non ſimul ſedeas cum impio.

Onk. Non ſuſcipias famam falſam, nec po- A nas manum tuam cum impio, vt ſis ei teſtis falſus.

Pag Non ſuſcipias auditionem mendacem, vt ſis teſtis mendax.

Oleaſt. Non feres auditionem falſitatis, vt ſis teſtis conculcationis.

Mont Ad exiſtendum teſtem falſitatis.

Cajet. Vt ſis teſtis torti.

Lippom Non aſſumes rumorem falſum.

Aly. Non concipies vocem vanitatis.

CONCORDIA.

VErbum נשא naſa ſecundum Hebræos, quatuordecim habet ſignificata, ſcilicet ferre ſuſtinere, portare, leuare, eleuare, exaltare, attollere, accipere, auferre, parcere, dimittere, donare, vaticinari & cõburere, *vocẽ mendacij*, in Hebræo שמע שוא ſemaha ſau verbũ שמע ſamah audire eſt, hinc recte noſter reddidit auditionem, & non inepte, alij famam, vel rumorem, vt ſit ſenſus, ne ſis auctor falſi rumo- B ris contra proximum tuum, vel ne fingas in corde tuo vnde illius fama lædi poſſit legimus, *non iunges manum tuam cum impio*, non conſenties cum iniuſto, Biblia autẽ regia pro οὐ συγκαταθήσῃ non conſenties, habent οὐ συγκαθίζων non ſedens, ſed eodem redit ſenſus: teſtis iniquus in Hebræo eſt עד חמס hed chamas, quæ verba alij reddiderunt, teſtis mendax, conculcationis &c.

EXPOSITIO.

NOn *ſuſcipies vocem mendacij*, vt audias calumniatorem conantem te in partem & teſtem calumniæ pertrahere, vel rumorem falſum, qui ſine vllo certo auctore contra famam

proximi diſpergi ſolet, *nec iungas manum tuam cum impio*, aut pro eo falſum proferas teſtimonium, & vt cauſam eius falſo teſtimonio adiuues, vnde ſenſus huius Hebraiſmi ne iungas A manum tuã, eſt ne in re iniuſta operam tuam coniungas, ſiue iuramento poſito, vel inito pacto, vel quoquo modo.

CONCEPTVS.

Iudex non iudicet, vna ſolum parte audita, ſed vtraque.

1. *Non ſuſcipies vocem mendacij*, Abul. id eſt non audies vnam partem volentem litigare, alia non præſente: cur non audietur? nonne veritatem in accuſationem alterius, vel in ſui defenſionem proferet? imo illa vocem mendacij habebit, multa enim finget falſa, vt ſibi fides adhibeatur, & vt aduerſarius in ſuſpicionem criminis adducatur, ſicque iudex nũquam iudicet, vna ſolum parte audita, id prohibet Te- B Telesphor. leſphor. Papa Epiſ. decret. *Accuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente aduerſario cauſam ſuggerit ante vtriuſque partis iuſtã diſcuſſionem.* Callixt. papa. Callixt. Epiſt. 2. ad Galliarum Epiſc. *Quia per ſcripturã nullus accuſare vel accuſari poteſt, ſed propria voce & eo præſente quem accuſare voluerit quiſque agat accuſationẽ, nec abſente eo quẽ accuſare voluerit cuicumque accuſatori credatur*, Fabian. idem habet Fabian. Papa Epiſt. 2. ad Oriental. S. Stephan. Pont. Epiſc. Steph. Pont. Epiſt. ad Oriental. Epiſcopos, Iulius Epiſ. ad Oriẽtales in cauſa Athanaſij, quæ & habetur 2. Athanaſij Apologia, Damaſc. Papa. Dam. Papa Epiſ. 3. Nicolaus Papa. Nicolaus Papa in reſcript. Num. 8. qui ſic ait, re vera iuſtus mediator non eſt qui vno litigante, & altero abſente, amborum emergentes lites decidere non formidat, C Tribur. Concil. his cõſona in ſacrorum Cõciliorum actis Tribuienſ. c. 22. Concil. Lateran. Laterani ſub Innocentio 3. c. 8. Lyranus, verum ad mentẽ noſtri cõtextus audiatur Noſter Lyr. *Hic ordinatur rationalis lex quãtum ad iudices, & primo erga partes quæ debent in iudicio aliquid proponere, vt non audiatur vna pars ſine alia, quia quando vna auditur in abſentia alterius, ſolent multa mendacia immiſcere ad iuſtificationem ſua cauſa, & hoc eſt quod dicitur non ſuſcipies vocem mendacij*, & Paulus Burgenſis. addit, ad Burgenſ. Poſtill. *Rectus iudex non inclinabitur ad aſſentiendum donec audiat partem alteram, & hoc communiter fit in multis iudiciis, ſcilicet quod vna pars in abſentia alterius proponit multa mẽdacia, ſed poſtremum auditur pars altera aduerſa negocio diſcuſſo deuenitur ad rectitudinem iuſtitia.*

Vanum eſt in iudicio vnam partem alia inaudita audire. D

2. *Non ſuſcipies vocem mendacij*. Sept. *non ſuſcipies auditionem vanã*, vel vt alij, *vocem vanitatis*, quid? an vox vanitatis eſt alterum de ſceleribus accuſato? proferre eius delicta vt tandem ſententia lata in illum animaduertatur? non equidem ſi reus fuerit præſens, ſin minus, à iudice vox vanitatis ſuſcipitur, vanum enim & ridiculum ferre iudicium non vtraq; parte au- Abulenſ. ditã, annuit Alphonſus Toſt. *Nã audire partes eſt ad dirimẽdum litigia per ſentẽtiam deffinitiuã; ſed audiendo vnam partem nunquam poterunt dirimi litigia, quia ex illo auditu non poteſt ferri ſententia diffinitiua, nec aliqua alia, cum nondum iudicium ſit incboatum, ideo cum venerit alia pars, oportet inelpere iudicium, vanum ergo fuit audire partem vnam ſolam.*

Illicitum & barbarum, ex ſola auditione aliquem in iudicio condemnare.

Non ſuſcipies vocem mendaciũ, Sept. *non ſuſcipies auditionem vanam*, quęnam eſt illa auditio vana vt non admittatur à iudice: illa procul dubio vana putatur, quæ nulla euidenti ratione nititur, nec habet plus ſubſtantiæ quam verba, & ſermones prolatos, quibus ſemper poteſt 3. B ſubeſſe falſum, ex quo aiebat Philo lib. de iudi- Philo. ce, *Hoc legis caput mihi videtur quidam è Græcis legiſlatoribus deſumpſiſſe, è ſacratiſſimis Moyſis tabulis, & interdixiſſe ne auditis feratur teſtimoniũ, quod quæ quis vidit, certa iudicanda ſunt, quæ vero audit non proinde firma*, quod ſi audita ſolum non debent à iuſto viro, vt firma iudicari, quanto piaculo iudicantur vt firma, quæ vna ſola aure percipiuntur, altera prorſus negata proximo, ne poſſit ſi quam habet innocẽtiam, teſtatam relinquere? qui ſic in proximos ſuos agunt, hi Scythis barbariores cenſendi ſunt.

Proximorum errores ſimplicioribus verbis deferendi, ne grauiores appareant.

Non ſuſcipies vocem mendacij, Sept. *non ſuſ- 4. C cipies auditionem vanam*, vanam audicionem nõ ſuſcipiendam prohibet, ſed quænam illa auditio vana, non admittenda? ea eſt ampullata de proximi defectibus locutio quæ grandia præferens vocabula, parum aut nihil veritatis habet, ſed inſtar ampullarum turgentium ſi vel leuiter tangantur, euaneſcet: pulchre aiebat cit. loco Philo, *Ergo ante omnia præcipit lex iudici, caueat ne vanam narrationem auribus accipiat, ſed excludat vanas vulgo protritas damnata(que fabulas figmentorum poeticorum, res nihili multis verbis exaggerantium*, hoc equidem maxime cauendum iudici, ne præbeantur aures illis, qui nunquam non poetice loquuntur. res nihili multis verbis exaggerantes, vt quæ nihil in ſe nullum habent momentum, de affectis vocabulis, pompam accipiant, qua traducantur. Citat. Philo.

D *Initium iniuſtitiæ in iudiciis, eſt falſitas.*

Non ſuſcipies vocem mendacij, poſt legis circa furta, ad leges circa actiones tranſit iudiciales, verum in iudiciorum propoſitione, quo 5. modo prohibet primo ſuſceptionem vocis mendacis? quia in iudiciis peruertendis, initium ſumitur à falſitate & mendacio. ſuffragatur Cajet. *Initium iniuria in iudiciis eſt falſitas,* Cajetan. *& ſuaſio falſitatis, ideo primum præceptum datur, vt nullus admittat ſuaſionem falſitatis, non dicis non credes, nec dicit non audies, ſed non ſuſcipies auditionem falſitatis. ſic enim eſt iuxta Hebræum. hoc eſt non admittes vt ſiquidem audiat hominem.*

Non ſolum mentiri non debes, ſed nec auditum mendacium huc & illuc deferre.

6. *Non ſuſcipies vocem mendacij*, Oleaſt. non feres auditionem mendacij quid eſt non feres, idem ac non patieris? hic poteſt eſſe legitimus ſenſus, ſed alius hic poteſt eſſe, nempe non feres, id eſt non deferes mendacium auditum, quia non ſolum mentiri non debes, ſed neq; mendacium ab aliis dictum euulgare, *Poteſt hic locus reddi*, (ait Luſit. in expoſitione lit.) *non portabis hic inde mendacij auditionem, id eſt mendacium quod audieris, ac ſi dicat non multiplicabis auditum mendacium ſcilicet narrando illud aliis.* Oleaſt.

Mendacium ſemper prohibitum ſed præcipue in iudicio.

7. *Non ſuſcipies vocem mendacij*, neſcio qua de cauſa cum agitur de teſtimonio in iudicio dicendo, mendacium prohibet, cum nullo in negotio, nec ſub quocumque prætextu, licitum ſit nec cuiuſcumq; vtilitatis cauſa? teſte B. Baſilio q. 76. in Regul. Breuiorib. vt vtilitatis cauſa, inquit, aliquis mentiatur ſententia Domini S. Baſil.
A non permittit, à quo ſic præciſe dictum mendacium ex diabolo eſt, neque mendacij vlla diſtinctio adhibita: cur ergo hic ſpecialiter prohibetur? quia licet ſemper illicitum, ſed præcipue in iudicio, cui omnino aduerſatur, *Et ſi mendacium*, inquit Oleaſt. *vbique malum ſit, peſſimum tamen eſt in iudicijs, & qui alicuius cauſam ſuo falſo teſtimonio iuuat, is pernicioſior eſſe deprehenditur, quoniam illi magis quam parti in iudicio fidit.* Luſitan.

Licet qui mentitur à pœna non ſit liber, ſed periurus quam non luet?

8. *Non ſuſcipias vocem mendacij*, ſane in iudicio non purum eſt mendacium, ſed periurio immixtum, non enim veritas in eo exigitur, niſi iuramento interpoſito: qui ergo aliquid falſi B comminiſcitur, & alium in iudicio cum falſitate accuſat, an qualibet pœna dignus? ſane maxima, *Nã ſi*, vt optime Climacus Gradu 11. *perdes omnes qui loquuntur mendacium, vt Dauid Deum alloquutus teſtatur, quid fiet iis, qui periuriis mendacium confirmant?* Ioannes Climacus.

VARIET. LECT. Verſ. 2. & 3.

Vulg. Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies.

Sep. Non eris cum pluribus in malitia, non C apponens cum multitudine declinare cum pluribus vt excludas iudicium.

Cald. Non ſequeris multos ad malefaciendum, neque deſinas docere quod tibi videtur in iudicio, iuxta ſententiam plurimorum perfice iudicium.

Onk. Sequere multitudinem in ferenda ſententia in iudicio.

Pag. Non eris poſt multos ad mala, & non reſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos ad declinandum.

Mont. Non reſpondebis ſuper lite ad declinandum poſt multos ad peruertendum.

Cajet. Non teſtificaberis ſuper litam ad declinandum poſt multos, ad faciendum declinare.

Vulg. Pauperis quoque non miſereberis in iudicio.

Pag & Vatab. Pauperem non honorabis in cauſa ſua.

Mont. Et tenuem non decorabis.

Cajet. Et pauperem non pulchrefacies in lite ſua.

CONCORDIA.

Vulgatus ſenſũ horũ verbor nec in iudicio plurimorũ acquieſces ſententiæ, reddidit ex Hebræo ולאתענה על רב נטת אחרירבים רהטת velo trahane hal tib nintoth achare tabbim lethatoth, & non reſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos, ad declinandum ſubaudi iudicium, alij non teſtificaberis ſuper litem, vt declines poſt multos ad peruertendum, id eſt ne in lite ſequaris plurium ſententiam vt peruertas iudicium, Cald. neſcio quid diuerſum habet, iuxta ſententiam plurimorum, perfice iudicium quæ contraria videtur eſſe bis quæ habet Vulg. nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ſed nulla eſt cõtrarietas; nam Caldæus intelligit ſequendã eſſe D multitudinem quoad abſolutionem innocẽtis, vulg. non acquieſcendũ plurimorum ſentẽtiæ, innocẽtem condemnantium: his verbis pauperis non miſereberis in iudicio, ſenſum trãſtulit Vulg. cũ Sep. ex Hebr. ſic habẽte, גדל לא תהדר nedal lo theddar verbum הדר hadar decorare, honorare, glorificare, ſignificat, ſicut hadar honorẽ & decorem, vt patet Leuit. 23. capietis vobis die prima fructum arboris hadar, id eſt pulchræ ſeu honorificæ, ex Leuit. 19. nõ thedar id eſt honorabis faciem magni, & eſt ſenſus quod iudex non honoret pauperem in lite ſua, vt à iuſto diuertat ob illius paupertatem, ornare enim ſiue honorare aliquem in iudicio, eſt in eo reſpectum perſonæ habere.

EXPOSITIO.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum. licet hic poſſit ad quoſlibet extendi, & quiſq; moneatur ne multitudine cõſpirantium ad malum permittat ſe ab eo quod rectum eſt auocari, tamen videtur hic inſtrui iudex, vt quamuis ſint multi cuiuſcumque conditionis ſint, qui ad aliquod malum perpetrandum cõſpirent, nunquam tamen patiatur ſe multitudine abduci ad aliquid agendum contra conſcientiam ſuam, vel iniquam ſententiã ferendã

nec in iudicio plurimorum acquieſces vt à vero deuies, poſteriora hæc verba priora explicant, cum à vero deuiare cognoueris dum iudicium exercetur, nequaquam maiori parti adhærebis, ſed conſentiens minori, & ſaniori parti verum iudicium proferes, *pauperis quoque* (ſi paupertas non pertinet ad cauſam de qua agitur) *non miſereberis in iudicio*, quamuis enim optima ſit miſericordia, verum non debet eſſe contra iuſtum iudicium, non enim in ferenda ſententia iudex præciſe attendere debet paupertatem, ſed ſua & merita partium.

CONCEPTVS.

In iudicio nulla habenda eſt perſona etiam pauperis acceptio.

10. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, non in iudicio plurimorū acquieſces ſententia*, vt à vero deuies, immediate ſubiungit, pauperes quoque non miſereberis in iudicio, cur etiam *quoque* particulam poſuit? ſatis enim erat dixiſſe pauperis non miſereberis in iudicio? emphatice poſita eſt, quia cū in ſcripturis nihil aliud legamos Deo magis cordi eſſe quam defenſionem pauperiſque protectionem miſeri; tamen ne quis deciperetur, ob hoc falſoque intelligeret ipſum æquam iuſtitiam in cauſa diuitis cōtra pauperem teneri non velle, ſpecialius animaduertit, addens illud quoque, quaſi diceret, in tantum deſidero & volo te rectum exercere iudicium, vt etiam neceſſe ſit contra pauperem, quem tantopere tibi commendaui, illud proferre, nulla illius dum actum iuſtitiæ exerces, miſericordia tangaris: ſed æqua illam teneas lance, ſic contra illum, ac contra diuitē feras ſententiam, quod recte expreſſit B. Aug. q. 88. in Exod. *Bona eſt miſericordia, ſed non debet eſſe contra iudicium*, & Hieron. in Pſal. 32. ſuper illa verba, diligit miſericordiam, inquit, *ſed quomodo diligit miſericordiam, cum dicat non miſereberis pauperis in iudicio? ſed ſenſus eſt prius iudica rectū iudiciū, & poſtea ſubueniat miſericordia*, nō propter pauperē nec propter diuitē, nō propter proximū & longinquum, vel propter cognitum & incognitum declines à recto iudicio, ſed prius iudica rectum iudicium.

S. Auguſt. Hieron. Pſalm. 32.

Miſericordia non eſt animi virtus, ſed quid diuinum, tamen cum iudicium exerceri debet in pauperem nocentem exuenda.

11. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum ſcilicet in iudicio*. deinde, *pauperis non miſereberis in iudicio*, quid ô Deus optime, an in hoc conuenire debemus cum Stoicis aſſerentibus miſericordiam eſſe vitium animi, & ſic non tanquam virtutem prædicandam: & ſicut religio Deum colit, inquiunt, ſuperſtitio violat, ita clementiam manſuetudinemque omnes boni præſtabunt; alij autem miſericordiam, eſt enim vitium puſilli animi ad ſpeciem alienorum malorum ſuccedentia, & peſſimo cuique familiariſſima, eſt anus & muliercula quæ lachrymis nocentiſſimorum hominum mouentur, quæ ſi liceret carcerem infringerent, quibus etiam ſuffragari videtur è noſtris Nemeſius lib. de anima c. 19. cum ait, *Ægritudinis ſpecies ſunt quatuor, ſtupor, moleſtia, inuidia, miſericordia, inuidia ægritudo, quæ ob alterius rei ſecundas res ſuſcipitur, miſericordia quæ ob res aduerſas*, vis ergo cum eis nos conuenire, cum prohibes miſereri pauperum in iudicio? nam ſi etiam, tanquam vitium, debeat eſſe à nobis miſericordia: verum falleris, ſi miſericordiam non virtutem ſed animi ægritudinem arbitraris, nam vt optime Clemens Alexand. 4. lib. ſtrom. loquitur, *miſericordia non eſt vt quidam Philoſophi cenſent, ægritudo ex alienis malis, ſed magis diuinum quoddam, ſicut Prophetæ loquuntur, miſericordiam volo non ſacrificium*: obſerua quanto interuallo à Stoicis diſtet Clemens, dum quod ipſi ægritudinem cenſent, diuinum quid appellat: & recte quidem, cum & nihil diuinius, ſiue quod diuinam imaginem ſuis adeo coloribus depictam exprimat, quam miſericordia, imo B. Auguſt. lib. de morib. Eccleſ. c. 27. miſericordiam extollens, & Stoicos pungens, ab ea tanquam ab ægritudine diſcedentes probat, in verum ſtuporis morbum incidiſſe, ait enim, *Stoici vero cum miſericordiam quaſi vitium deuitant, quia officio ſatis moueri nequeunt ſi nec perturbatione commoueantur*, cōgelaſcunt potius rigore inhumanitatis, quam rationis tranquillitate ſerenantur, nec alio quidem ire dixeris eam Pauli increpationem Philoſophos perſtringentis ad Rom. 1 inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia, vbi ſi premas vocem Græcam, pro qua noſter poſuit incompoſitos, omnino legeris agreſtes, ſtupidos inurbanos, ruſticos, vt omnino videris hominem immiſericordem, quem humanæ calamitatis miſeratio non tangit, à ſanorum hominum numero abire, & agreſtem & ſtupidum omnino eſſe: ergo miſericordia ita extollitur, vt quid diuinum appelletur, quomodo prohibet Deus, vt ea exuamur erga pauperem? attende quando num abiicienda? in iudicio, nam tunc nulla habita ratione paupertatis, deponenda & pauper noxius, non minus ac diues puniendus.

Clemens Alexand.
S. Auguſt.
Rom. 1.

Pauper criminoſus & accuſator, non eſt miſericordia dignus.

Non ſequeris turbam ad faciendum malum &c. nec miſereberis pauperis in iudicio, ſi accuſatur pauper ſceleratus, certum eſſe quod non obſtante ſua indigentia, ſecundum exigentiam delicti, puniendus. Verum ſi accuſator eſt pauper, & aliquem criminatur ſuæ ſubleuandæ paupertatis gratia, nonne audiendus? nonne viſcera miſericordiæ ei aperienda? nec in hoc caſu eius miſereſcendum, nam vt optime Iſid. Peluſ. lib. 2. Epiſt. 269. *Paupertas cum ſupplicibus verbis contemptis ad accuſandum ſe non conuertit atque calamitate ad negotium aliis faceſſendum abutitur, aduerſariique & accuſatoris non ſupplicis, & opem implorantis ſpeciem aſſumit, miſericordia haudquaquam digna eſt, vnde ipſemet etiam iuſtitiæ fons his verbis vtitur, non mi-* 12.

Iſidorus Pelus.

ſereberis pauperis in iudicio, eius enim calamitate commoueri oportet, cum orat atque obſecrat, at cum accuſat & criminatur, non item, non enim gratiam poſtulat, ſed ſe iniuria affectum affirmat.

Non inhumanitas eſt, ſed benignitas non miſereri pauperis in iudicio.

13. *Non ſequeris turbam ad faciendum malũ &c. nec miſereberis pauperis in iudicio*, ô Domine nonne miſericordia ſuper omnia opera tua? nõne proprium diuinitatis quæ miſereri, & parcere? quomodo ab eis qui digni ſunt commiſeratione, quales ſunt pauperes, & egeni, miſericordiam remoues? nonne hoc quamdam inhumanitatem ſapit? ne Deum dixeris inhumanum, ſed benignum, benignitatis enim argumentum eſt, teſte cit. Peluſ. non miſereri pauperis ſontis in iudicio: ſic autem ait Epiſt. 171. lib. 2. *Illud quod à legiſlatore dictum eſt non miſereberis pauperis in iudicio non inhumanitatis (vt exiſtimat) ſed benignitatis & iuſtitia plenum eſt, duas enim maximas res praſtat, vnam quod pauperes ad negotium alijs faceſſendum minime acuit: alteram quod eos qui inique iudicant à diuitibus & copioſis hominibus victoria calculum porrigunt, maximopere terret, nam ſi ijs qui cum truculenta, & admonitionem ægre admittente paupertatis bellua colluctantur cum obſecrationis loco aliis litem intendant, minime gratificare atque indulgere oportet; multo profecto minus iis qui pre luxuria & delitiis contumeliam egentibus inſerunt*, idem habet Epiſt. 89. lib. 4.

S. Iſidor. Pelus.

Aliquando iuſtitia miſericordia anteponenda.

14. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, pauperis quoque non miſereberis in iudicio*, imò miſereatur, tum quia egenus miſeratione dignus, tum quia princeps & iudex populi, quia ſicut vices Dei gerit, ſic & proprietates illius habere debet; proprium autem eſt Dei miſereri & parcere, iubet tamen vt miſericordia non tangatur iudex in iudicio erga pauperem, aliquando enim iuſtitia miſericordiæ anteferenda eſt. annuit præf. Iſid. l. 2. Epiſt. 210. *Ipſius quidem nempe pauperis miſericordia affici conuenit, at non cum litigat, ſed cum obſecrat. ſi autem preces in occaſionem vertat, iuſtitia miſericordia anteponenda eſt, neque enim ius corrumpi iuſtum eſt.*

Peluſiota.

Iudices non aliorum mentem in malis ſequantur.

15. *Non ſequeris turbam ad faciendum malũ &c.* alij ex Heb. non ibis poſt multos ad mala, verum ſi plures in aliqua lite dirimenda, vel ſcelere abſoluendo ſuffragium dederint, nonne eorum opinionem ſequi tenetur? nequaquam in malo, & cum veritatis & iuſtitiæ diſpendio, *Admiranda legislatoris prudẽtia* (inquit Oleaſter) *arbitrantur multi iudices & conſiliarij ſe à peccato immunes eſſe, cum viderint alios ſeſe in malo præceſſiſſe dicentes, poſtquam res concluſa eſt, vota priora ſunt ſufficientia, quid in ea odium quæro, eo quod extrema dementia eſt, quid ſcis an alij poſtquam te audierint, ſententiam in melius mutabunt? quam ſi non mutent, tuo ſuffragio mendacium & iniuſtitia roboratur, cuius ſcumque rei ſi practicam cernere cupis, Pilatum conſidera, qui clamoribus turbarum, & principum permotus, reliquit iudicium proprium, & in crimen tranſiuit alienum, vt non auderet iudex abſoluere quem omnes cupiebant damnare.*

Oleaſt.

Prætextu pietatis malum non perpetrandum.

16. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec miſereberis pauperis in iudicio*, ſecundum deſtruere primum videtur, nam fere omnes erga pauperes nulla feruntur commiſeratione, ſicque ſequenda eſt multitudo ad malum perpetrandum, imo vnum ex alio ſequitur, nam ſi pluribus conſentiendum, non eſt in malo, nec etiam prætextu pietatis in iudicio pauperibus fauendum eſt, non enim exiguum eſt delictum, accipe Luſit. *Grauiſſima & pernicioſiſſima ſunt mala quæ prætextu pietatis fiunt, & qui ex ſuo obolum pauperi non darent, facile iniquam ferendo ſententiam tribuunt alienum, & cuius non miſeretur vt eleemoſynam porrigat, eius miſeretur in iniqua ſententia.*

Oleaſt.

Cauſæ pauperum non variis coloribus pingendæ, vt iuſtæ appareant.

17. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec miſereberis pauperis in iudicio*, Vatab. pauperem non honorificabis in cauſa ſua, Mont. tenuem non decorabis, Cajet. pauperem, non pulchrifacies in lite ſua, quid eſt pauperem non pulchrifacere? ſi enim vilis & abiectus, imo & noxius, quomodo pulcher reddetur in conſpectu iudicum? quod enim pulchrum, ſine macula eſſe debet, docte vertit Cajet. pauperem non pulchrifaciendum, non enim pauperum cauſæ variis coloribus pingendæ, vt iuſtæ & quaſi pulchræ appareant, hunc ſenſum habet Præfat. Card. *Præcipit Deus vt in iudicio non habeatur ratio pauperis ſed iuſtitia dumtaxat, & propterea prohibet blandis ſermonibus ornari cauſam pauperis, & multo magis aliorum, ô vtinam non ſæpiſſime pulchrifierent cauſa diuitum, tot enim coloribus ornantur, vt quamuis turpes, imo turpiſſime, honeſtæ appareant, & propterea Deus hoc vitium prohibet, etiam gratia miſericordia erga pauperem.*

Qui ſeuerus erit in impium pauperem, miſericordiæ dulcedinem ſentiet.

18. *Non ſequeris turbam ad faciendum malum nec miſereberis pauperis in iudicio* eũ ſeuere ſi dignus eſt ſupplicio, puniens: verum cum omni compaſſione dignus ſit egenus, iræ Dei aculeos nõne ſentiet, qui pauperi condonare neſciet? imo qui ſeuerus & quaſi immiſericors in iudicio fuerit in nocentẽ pauperẽ, miſericordiæ diuinæ dulcedinẽ ſentiet, à quo non alienus Pagn. cum hæc verba Prou. 24. verſ. 25. *Qui arguunt eum*, nempe impium, *laudabuntur, & ſuper eos veniet benedictio*, vertit, *& arguentibus impios dulceſcet Dominus*, quaſi diceret, ne quis putet futurum, vt in eos ſeueritatem adhibens, Dei numen ſeuerum, etiam in ſe experturus ſit, nam contra prorſus fit, his enim iudicibus qui in ſceleratis coercendis, etiam ſi hi pauperes fuerint, acreſſunt & ſeueri, facilem ſe, mitem

Prou. 24. Pagnin.

ac placabilem ſe præbet Deos, nam his qui iræ A ac iuſtitiæ diuinæ operas ſuas præſtant miſericordia ac benignitas ipſius Dei præſto adeſt vel luculẽtius dicam, iræ Dei abſynthium peccatoribus in iudicio propinaot miſericordiæ dulcedioem iucundiſſime hauriunt.

Multitudo populi potius ducitur impetu quam ratione.

19. *Non ſequeris turbam ad faciendũ malum*, Sept. *non eris cum multis in malitia*, Cald. *non ſequeris multos ad malefaciẽdum*, oonne à partibus multorum ſtare debemus? qoi enim cum pluribus errat minus errare videtur, pẽde illam dictionem, *turbam vel multitudinem*, quæ omnino ſequenda non eſt: illa enim potius impetu & affectu quam ratione ducitur. ſic enim monet B. Aug. 3. contra Parmen. c. 2. *Quidquid ſceleris & iniquitatis inebriat multitudinem, id amittit examinis veritatem*, quia multitudo impetu potius & affectu rapitur, quam ratione ducatur: ſapientis tamen eſt omnia expendere, & ideo ſubdit tit Doctor. *Tanquam ſinceriſſimum ſpeculum ſunt hominibus propoſita oracula cœleſtium paginarum, vt ibi quiſque videat quodlibet peccatum, quantum ſit, quod forte magnum & male viuentium cæco more contemnitur.* S. Aug.

VARIET. LECT. Verſ. 4. & 5.

VVlg. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, redue ad eum. B

Sept. Si autem obuiaueris boui inimici tui, aut ſubiugali eius errãtibus, teducẽs reddes ei.

Pag Si occurreris boui inimicantis tibi, reducendo reduces.

Vulg. Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere, non trãſibis, ſed ſubleuabis eum eo.

Sept. Si autem videris ſubiugale inimici tui prolapſum ſub onere.

Cald. Et deſieris adiouare eum, dimittens odium, quod erat in corde tuo contra eum, & ſubleuabis cum eo.

Pag Auxiliando auxiliaberis ſecum.

Mont. Et ceſſabis à deſerendo? & deſerendo deſeres cum eo? *Ita Vatab*

Oleaſt. Deſines, derelinques illi relinquendo relinquens cum eo?

Cajet. Et vetabis de auxiliari ei auxiliando auxiliaberis cum eo?

CONCORDIA.

NOſter Vulg. his verbis, ſi videris aſinum C odientis te. &c. ſenſum expreſſit, nam pro illis in Hebræo alio legitur modo ſcilicet והדלת מע זב לו עזב העזב עמו vechadalta mea zob lo ozob caazob imo; verbum aotẽ עזב azab proprie ſignificat derelinquere, deſerere, atque eo ſenſu vbiq; à Sept. accipitur, excepto vnico hoc loco, & forte illo qui eſt Prou. 16. verſ. 10. vbi tamẽ noſter vertit deſerere. particula autẽ לו qoæ hic eſt, & vſitate accipitur pro ei accipi poſſet tanquam poſita pro לו vt ſignificet pro non, iongaturque vltimo membro ſententiæ, hoc modo, cum videris aſinũ odientis te ſubonere iacentem & pro oune ceſſatis à deſerẽdo: non deſerendo deſeres eum: Pagn. tamen & aliqui alij verbo עזב azab tribuunt & alteram ſignificationem priori oppoſitam omnino, nempe vt ſignificet etiam auxiliari, & tunc optime vertitur, cum videris aſinum odientis te iacentem ſubonere, & ceſſabis auxiliando ei, id eſt ceſſare velles ab auxilio eius, ſi motum inclinatioonemque ſenſitiuam ſeqoereris, auxiliando auxiliaberis cum, eo quaſi dicat, non ceſſabis, ſed inclinationi malæ tanquam tentationi contrauenies, nota aotem Hebraicæ lectionis obſcuritatem naſci ex eo quod Hebræi, & Maſorethæ careant ſigno peculiari, vel oota interrogatioois, vt proinde ſciri facile non poſſit, ſit ne ſeotentia aliqua ad modum interrogationis, an aſſertiue legenda, qua ex re ſæpe diuerſus aut etiam plaue contrarius ſenſus naſcitur: porro Hebræam lectiooem ſi aſſertiue hic legas plane fiet ſenſus ei quẽ Sept. & Hier. expreſſerunt, at vero ſi cum interrogatione legas, is plane exurget ſenſus, qoem habent: porro non ſatis eſt ſi vuũ mẽbrum in Hebræo per interrogationẽ legas, vtriq; parti adhibẽda eſt interrogatio hoc modo: ceſſabis à deſerẽdo cũ? deſerẽdo cũ deſeres? ac ſi dicat ceſſabis, & otioſus eris, ita vt eum deſeras, ita pertranſibis vt in anguſtia conſpectum omnino deſeras, nec adioues? quaſi dicat nequaquam ita facis, poſſet quidem prius membrom legi affirmatiue, hoc modo, cauebis à deſerendo eum, ſed poſterius membrum neceſſario videtur interrogationem requirere.

EXPOSITIO.

S*I occurreris boui vicini tui, aut aſino erranti*, bouis & aſini mentio fit, qoamuis Deuteron. 2. Verſu 1. loco aſini ponatur ouis, quia frequentior horum vſus præſertim in deſerto, vbi hæc dicebantur ac cum alioquin eadem ſit ratio de mulo, equo, atqoe conſimilibos animalibus, contingit autem huiuſmodi animalia facilios errare, quam quæuis alia, *reduc ad eum*, Hebraice & Caldaie. Pleonaſmus non inefficax reducendo reduces, id eſt omnino reduces, nulla pacta mercede, pretioue, aut lucro, niſi forte in iumenti cuſtodia, ipſiuſque reductione ſumptus aliquis faciendus labore impendendus.

Si *videris aſinum odientis te iacere ſub onere* iſtius præcepti vis eadem, ſi contingat aliter cadere iumentom quam ſub ouere, vt in pu-

teum ſeu in fooeam, de quo Chriſtus Matth. 12. Luc. 14. meminit dicens, etiam die Sabbathi extrahendum, *Non pertranſibis*, caſum illius negligens vel contemnens, *ſed ſubleuabis cum eo*, pleonaſino vtuntur editiones aliæ, auxiliai do auxiliaberis ei, vel interrogatiue deſerendo deſerea? ſubleuabis cum eo, nempe A iumenti Domino, & quidem cum alio vel ſolus ſi non ſit alius, & ille forſitan non valeat, quia læſus, vel ſub ipſomet iumento, quod cecidit conſtitutus: qui exponunt cum triplici interrogatione, emphaſim maximam adhibent ne quis prætermittat huiuſmodi officium humanitatis.

CONCEPTVS.

Ne tibi perſuaſum habeas Deum immiſericordem eſſe.

21. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*, quid hoc eſt? ecce verſu antecedenti prohibet miſericordiam in paoperem, & quaſi minoris eſſet æſtimationis quam aſinus, præcipit vt erga aſinum errantem, etiamſi foerit inimici noſtri, tangamur miſeratiooe: cur ergo erga pauperem tanta ſeueritas & miſerationis prohibitio, & erga deſpectiſſimum animal tanta indignatio? vt tibi perſuaſum habeas, Deum non eſſe immiſericordem, qui licet in pauperis fauorem, nullum permiſerit iudici à iuſtitia receſſum, tamen indulgentiam exhiberi boui vel aſino inimici imperat. mens eſt B. Auguſt. quæſt. 88. in Exod. *Sed ne quis,*
S. Auguſt. *propt rpriorem ſententiam ſcilicet pauperis in iudicio non miſereberis, Deum putaret miſericordiam prohibere, ex eo ſequitur ſi occurreris boui inimici tui, vt ſcias non te prohibitum facere miſericordiam, fac eam erga inimicos tuos, cum poteſtas eſt à iudicando libera: non enim cum reducis errantem bouem inimici tui, & reddis, inter aliquos iudices reſides.*

Laborat Dominus vt inimicorum noſtrorum amorem conciliemus.

22. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*, ſi inimici eſt animal errans, cur ad eum reducam? quo enim vultu me recipiet, cum odio me proſequatur infenſo? benigne admitet, & illius gratiam conſequeris: quomodo enim ſuſtinere poterit te ei gratiam præſtitiſſe, ſuique animalis errantis curam geſſiſſe?
Iſidorus. hæc habet Iſid. teſte Lipp. *Aſinum*, inquit, *reduci debet odientis proximum ſuum, qui hac ratione*
Auctor catenæ. *odientis amicum ſibi conciliet: nã ſi omnino implacabilis atq; inexorabilis non fuerit fieri non poteſt, quin hac in illum humanitate animus illius manſueſcat.* & Auctor cat. *ex hoc quod videbat inimicus ab inimico animal reductum, compellatur quodammodo ad deponendum odium contra eum ſuſceptum.*

Ex alieno damno noli lucrum facere.

23. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*, quaſi vero reducere debeat cum
Ioſephi. aſinus inimici ſui ſit, ita equidem, imo ait Ioſeph 4. antiq. c. 8. ſi quis aurum & argentum in via inuenerit, quærat eu qui perdidit per præconem, indicato loco in quo inuenit, reddatq; cur per præconem? quærat qui auri vel argenti ſui fecit iacturam? *Quia*, inquit, *non eſt bonum*
S. Greg. Taumat. *ex alieno damno lucrum facere*, idem habet Greg. Taumat. apud Theodorum Balſamonem. *Nemo*, inquit, *reducat ſeipſum, neque ſanquam inueneris neque fas eſt, ei qui inuenit, lucrifacere, in Exodo enim ſi quis non ſolum res fratris, ſed etiam inimici inuenerit, reſtitutione, inquit reſtitues ipſi Domino ipſorum: ſi autem ab eo qui in pace viuis & in otio delicate vitam tranſigit, vel etiam ab inimico non licet lucrari, quanto ma is ab eo qui rebus aduerſis premitur, & fugit & neceſſitate coactus, propria relinquit?*

B

Aliorum odium licet patiamur, eis tamen ne ſimus infenſi.

Si occurreris boui inimici tui, reduc ad eum, ſi autem videris aſinum odientis te iacere ſub onere, ſubleuabis cum eo, cur ait odientis te, non autem, quem tu oderis? nam ex parte vtriuſque poteſt eſſe reciprocum odium: dixit odientis te, quia licet aliorum patiamur odium, non tamen eis infenſi eſſe debemus, ſed obſequiis illos deuincere, & tanquam eos fratres habere, nam hæc lex repetitur Deut. 22. verſ. 4 *Si videris aſinum fratris tui, aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo*, ecce quem inimicum dixerat, fratrem deinde nominat, nullum enim exiſtimare debet inimicum, ſed potius fratrem, vt eum amiciſſime complectaris, & ei C tanquam fratri præſtes obſequium. 24.
Deut 22.

Puſillanimi animi eſt, inimico ſuo non beneficia impendere.

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum, quid? ita ſe demittet vt aduerſarij pecudem errantem incolumem reducat? nonne argumentum erit timidi animi? nam ſi oſorem ſui non timeret, nequaquam hoc beneficium impenderet: ne dixeris puſillanimi eſſe aduerſario ſuo fauere, imo magnanimum arguit, qui beneficiom in neceſſitate ei exhibet, *Moſici animi conditio eſt*, inquit Oleaſt. *tunc maxime inimicitiæ memorari, cum proximum ſuum viderit auxilio indigere, quid tibi quæſo gloriæ aut triumphi eſt ſi inermem videris? cum enim tuo indiget* D *auxilio te inferior*, quid ergo tibi honoris accreſcit, ſi inferiorem te viceris? 25.
Oleaſt.

Inimicorum odium cauendum etiam in veteri lege adſtruitur.

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eũ, tãta ne tibi eſt cura de animalibus, vt ea ſi errauerint, reduci iubeas? quærat ea Dominus ſi velit: non ob animalia, ſed ob eorum Dominũ qui alteri offenſus eſt, hãc ſtatuit legẽ, vt ſcilicet eius animalis reductione, anſa vtriq; præbeatur reconciliationis, & odij depoſitionis. ſic animaduertit S. Iſid. Peluſ. lib. 3. Epiſtola 389. *In veteri teſtamento ſi non aperte ac diſertis verbis, at obſcure ſaltem nobis manſuetiſſima illa natura, vt cum inimico in gratiã redeamus his verbis vtens, ſi videris iumẽtum inimici tui* 26.
Iſidorus Peluſiota.

prolapſum in foueam non pertranſibis ſed er ges illud, non quod animantiũ cura tantopere tangeretur, ſed ipſorum præſertim hominum cauſa hanc legem tulit, nam inimicus. ad prolapſum animal erigendum accedens inimicum omnino alloquetur ac dicet, tu iſtinc erige, ego hinc, colloquium porro reconciliationis præludium eſt ac via ad amicitiam ducens: quamobrem diuina prouidentia tranquillitas tria pulcherrima hoc loco tibi informanda proponit, vnum quidem ne pereat animal, alterum ne tantam eius domini iacturam faciat, tertium vt inimici in gratiam redeant, id expreſſe habet B. Chromatius con. 1. in c.5. Matth. de 8. Beatitudinibus, *Hæc Euangelica gratia præcepta quæ nunc ad ſalutem hominum data ſunt, inuenimus per mandata legis in animalibus formata cum dicitur ſi videris boues inimici tui ſub onere ruiſſe, non tranſies ſed eleuabis cum eo, & vt iam nunc in lege Moyſis vnuſquiſque in animalibus diſceret, quod quandoque ſecundum Euangelium facturus eſſet in homine.* Chromat.

Cum inimico benefacis, prunas congregas ſuper caput eius, quibus accenditur ad beneuolentiam tibi rependendam.

26. *Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*, ſi diceret ſi occurreris boui erranti cuiuſpiam hominis, iubeo ad eum reduci, facile tua iuſſa executioni mandarentur. Verum ſi inimici ſunt huiuſmodi animalia errantia, ſi hominis odio infenſiſſimo me proſequentis, qui nullam mihi impendit gratiam, imo qui me multis affecit iniuriis, damnis laceſſiuit, cur hoc beneficium ei impertiar? cur ad eius ouile reducam ouem errantem? quia cum inimico benefacis, prunas congregas ſuper caput eius, quibus accenditur ad beneuolentiam tibi rependendam. ſic explicat Origenes hæc verba Pauli Rom.12. ſi eſurierit inimicus tuus ciba eum, ſi ſitit potum da ei, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius, *Sic autem videamus dignius ne aliquid mandati huius contineat intellectus, dicit enim & Hieremias Propheta ad peccatricem filiam Babylonis, habes carbones ignis, ſede ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium, fortaſſis ergo & iſti carbones ignis qui congregantur ſuper caput inimici in adiutorium ipſius congregantur. poteſt enim fieri vt amens ferus, & barbarus inimicus ſi ſentiat beneficium meum, ſi humanitatem, ſi affectum, ſi pietatem videas, compunctionem cordis capiat, commiſſi pœnitudinem agat, & ex hoc ignis in eo quidem ſuccendatur qui eum pro commiſſo conſcientiæ torqueat, & adurat, & iſti erunt carbones ignis qui ſuper caput eius ex noſtro miſericordiæ, & pietatis opere congregantur, caput vero principale cordis appellatur, & merito caput dicitur, cuius intellectu & prudentia membra reguntur vniuerſa*, ecce vt Origenes per iſtiuſmodi prunas & carbones illatæ contra proximum iniuriæ conſcientiam intelligit quæ mentem & rationem, (hæc enim eſt ſuperior hominis pars) tunc demum carbonum in morẽ adurit acrius, cum læſus iniurias officiis compenſare incipit, nam iniuria proximo illata & expetita vindicta, quæ prius propter vlciſcendi libidinem oblectabat plurimum, poſt acceptam ab hoſte gratiam eadem animum reum vehementer extorquet & carbonis in morem, acrius adurit, caput id eſt rationem, quæ in capite reſidere putatur, vrget ac pungit, ad gratiam ſcilicet charitatemque illi rependendam ſtimulat, qui de ipſo bene meritus eſt. Rom. 12. Origen.

Benefac inimico, pœnitebit tibi aduerſarium fuiſſe.

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti reduc ad eum, quid mihi vtilitatis licet ad inimicum bouem errantem reduxerim? toruis me inſpicit oculis, quaſi vellem ei adulari, ſeuere loquetur, quaſi eum irriſerim: imo congregabis ſuper caput eius carbones ignis, ſcilicet illatæ iniuriæ ſiue inimicitiæ pœnitudinem, quam in inimico excitabis, cum in ipſum beneficus fueris: ſic B. Hieron. in Epiſt. ad Hedibiam quæſt. 1. *Quando inimicis noſtris præbemus beneficium, malitiam eorum noſtra bonitate ſuperamus & mollimus duritiam, iratumque animum ad mollitiem & beneuolentiam flectimus, atque ita congregamus carbones ſuper capita eorum, de quibus ſcriptum eſt, ſagittæ potentis acutæ cum carbonibus deſolatorijs, vt quomodo Seraphim de altari carbo ſublatus, Prophetæ labia purgauit, ita & inimicorum noſtrorum peccata purgentur*, ſcilicet admiſſi pœnitentiâ. quod lib. 1. contra Pelagianos iterum apertius inſinuauit, ſic enim habet, *hoc enim faciens carbones ignis congregabis ſuper caput eius, non in maledictum & cõdemnationem, vt plerique exiſtimant, ſed in correctionem & pœnitudinem vt ſuperatus beneficiis, excoctus feruore charitatis inimicus eſſe deſiſtat.* concinit etiam D. Auguſt. lib. 3. de doctrina Chriſtiana c. 15. vbi ſic fatur, *ne igitur dubitauerit figurate dictum, & cum poſſit dupliciter interpretari, vno modo ad nocendum, altero ad præſtandum, ad beneficentiam te potius charitas reuocet, vt intelligas carbones ignis eſſe vrentes pœnitentiæ gemitus, quibus ſuperbia ſanatur eius, qui dolet ſe inimicum fuiſſe hominis, à quo eius miſeria ſubuenitur*, ſed cur iſtiuſmodi pœnitentia de illatis illi iniuriis concepta, à quo beneficia & auxilia quis reportauit, carbonibus confertur? quia ignita eſt, & charitatem & beneuolentiam extinctam iterum inflammat animumque odio ceu glacie quadam rigentem calefacit. 27. S. Hieron. S. Auguſt.

Si beneficiis acceptis inimicus non tibi reconciliatur, carbones ignis æterni ſibi congregat.

Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum, quia hoc beneficio prouocatus, amorem rependet, inimicitiam deponet. verum ſi ita humanitatis expers, vt non pœniteat, nec amet, nec erubeſcat, ſed potius credat te timore puſillanimitateue illi benefeciſſe, & ſic magis inſoleſcat? ſane ipſe ſibi prunas ardentes diabolicæ malitiæ in caput ſuum, in mentem ſuam ſibi coaceruabit. accipe noſtrum Muſſium Epiſcop. Bituntinum in c. 12. Epiſt. ad Rom. in hæc verba, ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum, ſic autem loquitur. *Tu qui iniuriam pateris malum nequaquam habes, iniuriam enim malam patiendo iam in bonum conuertiſti, verum ipſe malum habet qui iniuriam intulit, malignita-* 28. Rom. 12. Epiſcop. annot.

tem omni igne voraciorem & ardentiorem, intelligis chriſtiane, quid tibi videtur? ipſa quæſo facta perpende; num melius ſit iniuriam pati an facere vindictam? adde quod & qui facit niſi reſipiſcat, tandem carbones qui non exſtinguuntur ſibi ſuper caput animæ & corporis æternis flammis coacervabit, tu coaceruabis occaſione ab eo accepta non data, at ipſe ſibi malis ſuis meritis coaceruabit.

Inimicis inſultare neſciamus.

29. *Si occurreris boni inimici tui, aut aſino erranti reduc ad eum*, vindictam exigat de aduerſario ſuo, errantem pecudem eius in propriam adducat domum ſuam, non reſtituturus: imo iubet Deus, vt eam in domum aduerſarij ſui deducat, non enim etiam cum poſſumus, inſultate debemus inimicis. obſeruatio eſt Clementis Alex 2. ſtrom. *Iam nunc docet nos Dominus non accipere exultationem in malis, neque inimicorum inſultare miſerijs, atque lætari, vt in his exercitatos pro inimicis quoque doceat orare.* Clemens Alexand.

Omnino iniquus qui accepto beneficio ab inimico, nec ei condonat.

30. *Si occurreris boni inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum*, eximia hîc docetur clementia, ne ſcilicet noceamus inimico, imo huic totis adeſſe prodeamus viribus, ſic tollitur odium, & diſcordia, & pacis ſparguntur ſemina: beneficium ſiquidem reipſa datum, amicitias conciliare nouit, & ad referendum gratiam pellit hominem, non per omnia iniquum, cur non per omnia iniquum? ergo per omnia iniquus, qui accepto beneficio neſcit inimico reconciliari? quis dubitat? da mihi hominem alterius oſorem, à quo varia accepit beneficia, omni plenum vitio reperies, & per omnia impium.

Carnem noſtram & proximum à via errantem veritatis reducere debemus.

Si occurrerit boni inimici tui, aut aſino erranti, 31.
reduc ad eum, quiſnam eſt aduerſarius carni noſtræ? ſine dubio ſermo diuinus, qui & contraria præcipit, qui eam perſequitur & affligit: quiſnam illius aſinus aut bos quem ad eam reducere debemus? doctum vel indoctum intelligit Bruno in alleg. Tilm. & proſequitur. *Si quem eorum errare videmus ad eum reducere debemus, quatenus eius ſalutifera mandata ſuſcipiat, & ab illius plenis præſepibus non recedat, carnem quoque noſtrã quæ prius eius iugo quaſi bos ſubdita fuerat, aut quaſi aſinus eius onus portauerat, ſi iam fatigatam fugere, & errare ſenſerimus ad eum reducere debemus & quidquid nobis præceperit, ſiue ieiunare ſiue vigilare, ſiue aliquid aliud agere iuſſerit, adimplere.* Bruno.

VARIET. LECT. Verſ. 6. & 7.

Vulg. Non declinabis in iudicium pauperis.

Sept. Non peruertes iudicium pauperis in iudicio eius.

Cald. Non declinabis iudicium pauperis tui in cauſa eius.

Pag. Non peruertes iudicium mendici tui in lite eius.

Cajet. Non declinabis iudicium miſelli tui in lite ſua

Vulg. Mendacium fugies, inſontem & iuſtum non occides, quia auerſor impium.

Sept. Ab omni verbo iniuſto recedes, innocentem & iuſtum non occides, & non iuſtificabis impium propter munera.

Cald A verbis otioſis procul eris, & eum qui fuerit iuſtificatus, & exierit iuſtus à iudicio, eius non occides, quia non iuſtificabo impium.

Oak. A verbo falſo procul abſis.

Pag. A verbo mendacij elongabis te,

Cajet. A verbo falſitatis.

CONCORDIA.

HÆc verba nõ declinabis in iudicium pauperis, obſcuriora ſunt, quam quæ in originali habentur, vbi additur בריבו Beribo in cauſa vel in lite eius: quod autem vertit Vulg. non declinabis, recte Sept. οὐ διαστρέψεις non peruertes, id eſt contra pauperem non feres ſententiam iniquam: dictio שקר mendacium, falſum ſeu falſitatem indicat, aliquid amplius dicunt Sept. nempe ab omni verbo iniuſto: ſi autem Cald. reddidit à verbis otioſis, intellige in perniciem alicuius declinantibus: verba hæc quia auerſor impium, in Hebræo ſunt כי לא אצדיק רשע chi lo azdak raſaha, quia non iuſtificabo impium, Hebraiſmus pro non ſinam eum iudicem inultum, qui innocentem morti adiudicauerit, Sept. aliter reddiderunt, per ſecundam perſonam, quaſi non ad Deum, ſed ad iudicem referantur, non iuſtificabis, imo etiam hanc ſententiam magis trahunt ad ſequentia, habent enim cum addito οὐ δικαιώσεις τὸν ἄδικον ἕνεκεν δώρων, non iuſtificabis impium, propter munera, & ſaltem tanquam nouum præceptum repetunt verſu ſequenti, καὶ δῶρα οὐ λήψῃ & munera non accipiet, verum illud additum *propter munera*, in originali non habetur.

EXPOSITIO.

NOn *declinabis in iudicium pauperis*, nam quemadmodum ob eius paupertatem, non eſt pro eo ius dicendum, neq; ob eamdem iure ſuo priuandus, eſtque præceptum quo

ptohibetur pauperis contemptus, ſicut Verſ. 3. vetitus eſt nimis miſericors illius amor, & impendens, *Mendacium fugies*, ſi contextum ſpectemus, prohibet mendacium in iudicio proferri, tamen ad quodcumque aliud extendi poteſt, *inſontem & iuſtum non* A *occides*, etiam iudicialiter extra iudicium enim neque etiam iniuſtus, & immundus occidendus eſt, *quia auerſor*, & deteſtor impium, ac propterea non ſinam impium illum iudicem vel magiſtratum inultum, qui innocentem morti adiudicauerit.

CONCEPTVS.

Ne credas oppreſſum aduerſa fortuna iniuſtam defendere cauſam.

32. *Non declinabis in iudicium pauperis*, Septuag. non peruertes, ne iniuſte mendicum iudices qui in iudicio decertat cum diuite, noli fauere opulento propter diuitias, nec pauperi aduerſari, propter ſuam mendicitatem: verum nonne à Deo mendicitate afficitur? licet à Deo indigentia etiam propter peccata ſua prematur, noli tamen credere iniuſte contendere in iudicio, & ideo condemnandum: *Vbique ſanctus legiſlator* (inquit Oleaſter) *latentibus ac*
Oleaſt. *ſecretis obuiam ire cupit, putant enim iudices omnem illum iniquam fouere cauſam, qui premitur aduerſa fortuna: & quia non poteſt iniquam vindicare ſententiam aduerſum ſe latam neque recompenſare, neque opes quibus iuſtam tueatur cauſam libere aduerſus eum iniquam proferre ſententiam, quamobrem iudex iuſtam eius cauſam facile inuertet, niſi oculos in hanc coniecerit æquiſſimam in Dei legem.*

Nequaquam in iudicio perſonarum habenda eſt ratio.

33. *Non declinabis in iudicium pauperis*, ſibimet contradicere videtur legiſlator, nam ſuperius ſcilicet verſu tertio, hanc ſtatuerat legem, pauperis non miſereberis in iudicio: quomodo ergo nunc ait, non declinandum in iudicium pauperis? ſcilicet non ſtandum à partibus diuitis contra pauperem, ergo illius in iudicio miſerendum, nequaquam hoc aſſerit, nec contraria ſtatuit: ſed ſi pauper iniuſte contra diuitem in iudicio contenderit, non conſiderata pauperis indigentia, in eum feratur ſententia, ſi autem iuſte cum eo litigauerit non fauendum diuiti, ſed pro paupere ius dicendum, in iudicio enim perſonæ ſiue diuitis ſiue pau-
Abulenſ. peris non habenda eſt ratio; ſuffragatur Abul. D *Non iudicabis male in cauſa contra pauperem, quia non habet quod tibi det: nam ſicut acceptio perſonarum eſt iudicare pro paupere, ſolum quia pauper eſt, conſideratis nullatenus meritis cauſa eius: ita acceptio perſonarum eſt iudicare contra pauperem ſolum, quia pauper eſt nihil vltra conſiderando.*

Omne mendacium, iniquitas.

34. *Non declinabis in iudicium pauperis, mendacium fugies*, Sept. ab omni verbo iniuſto recedes, quod iniuſtum nonne iniquum? cur igitur vbi habemus mendacium fugies, Sept. reddidere ab omni verbo iniuſto recedendum? quia omne mendacium iniquum eſt, & è con-
S. Greg. Magnus. tra, verba ſunt Greg. Magn. 18. Moral. cap. 2. *Et omne mendacium iniquitas eſt, & omnis iniquitas mendacium. quia profecto ab æquitate diſcrepat quicquid à veritate diſcordat*, deinde ſubiungit, *ſummopere autem cauendum eſt omne mendacium, quamquam nonnunquam ſit aliquod mendacij genus leuioris culpæ, ſi quis vitã præſtando mentiatur: ſed quia ſcriptum eſt Sap. 1. os quod* Sapien. 1.
B *mentitur occidit animam, & Pſal. 5. perdes omnes* Pſalm. 5.
qui loquuntur mendacium, hoc quoque mendacij genus perfecti viri, ſummopere fugiunt, vt nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne ſuæ noceant animæ.

Non ſolum dicendum non eſt mendacium, ſed occaſio illius dicendi fugienda.

Non declinabis in iudicium pauperis, mendaciũ 35.
fugies, Pag. à verbo mendacij elõgabis te, nõne ſatis fuiſſet ſuſſiſſe, vt non diceretur mendaciũ? cur vt fugiatur? cur, vt ab eo longiſſime recedatur? quia verba mendacij non ſolum non dicenda, ſed occaſio illius proferendi omnino fugienda, annuit Card. Cajet. *Superius præ-* Cardin. Cajet.
ceperat vt non ſuſciperes additam falſitatem, modo præcipit vt nullus in iudicio dicat falſum, minus
C *dico quia præcipitur elongatio à dicendo falſum*, pende hæc verba minus dico, ac quaſi diceret, non præcipit ſolum, vt mendacium non proferatur, ſed vt omnis occaſio illius proferendi quam longiſſime vitetur.

Dum otioſa verba non fugimus, in grauiora incidimus.

Non declinabis in iudicium pauperis, menda- 36.
cium fugies, Sept. ab omni verbo iniuſto recedes, Cald. à verbis otioſis procul eris, an verbum otioſum mendacium eſt? an ſermo iniuſtus? cur ergo ibi vtrumque legimus ſecundum Vulg. & Sept. Cald. reddidit verba otioſa? quia niſi ea fugerimus, in grauiora, nempe in mendacia, in verba iniuſta prolabemur:
mens eſt B. Greg. Mag. lib. 7. Moral. cap. 7. S. Greg. Magn.
D *Dum ab otioſis verbis nequaquam lingua compeſcitur, ad temeritatem quoque ſtultæ increpationis efferatur, quibuſdam enim gradibus ſua ruina deſidioſa mens in foueæ lapſus impellitur, nam dum otioſa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus.*

Non honorandus vultus potentis in iudicio.

Non declinabis in iudicium pauperis, quid? ſi 37.
miſerendum non eſt pauperi in iudicio, cur diuiti non fauendum contra pauperem? fauendum quidem ſi id æquitas requirat, ſin minus paruipendendus quilibet diuitis præpotens in iudicio: hac laude inſignis fuit S. Hugo Epiſ. Gratianopolitanus, qui in ferendis ſententijs nullius rationem habebat, ſic enim
Guido Abbas in eius vita, *Illud ſane quo pacto* Guido Abbas.
præterire poſſumus quin vel breuiter attingamus, quod cum frequentiſſime ſuerum & alienorum

causas

cauſas mundanas & Eccleſiaſticas audiret, ventilaret, terminaret, cumque in ſubditis ſuis clericis, per tam prolixum vitæ ſpatium totties conſecrationes, degradationes, reconciliationes, pro perſonarum & Eccleſiarum competentibus cauſis, & neceſſitatibus, celebraret, manus ſuas tamen ab omni, ſecundum Propheticum præconium, excuſſit munere: eo iudice nulli vnquam perſonæ dignitas, nulli pecuniæ profuit quantitas: nullum paupertas, nullum quorumcumque officiorum ſiue natalium A *reum fecit extremitas, non mitiorem amicus, non duriorem expertus eſt inimicus, non deargentatam conuictis vel confitentibus impoſuit pœnitentiã, nõ lucroſam in placitis defendit ediditue ſententiam, non conſiderabat perſonam pauperis, non honorabat cultum potentiæ.* Preme hæc vltima verba, quibus denotatur quod nec miſerebatur pauperis in iudicio, nec declinabat in iudicium pauperis.

VARIET. LECT. Verſ. 8. & 9.

VVlg. Non accipies munera quæ excæcant etiam prudentes, & ſubuertunt verba iuſtorum.

Sept. Munera enim excæcant oculos videntium, & peruertunt verba iuſta.

Mont. Munus excæcabit apertos.

Caiet. Et torquebunt verba iuſtorum.

Oleaſt. Munus eruit oculos videntes, vel munus ſuſcitare facit ſapientes, *ita Aquila.*

Lucifer. Peſtiferant ſermones iuſtos. *alij,* non ptendes munera.

Vulg. Peregrino moleſtus non eris, ſcitis B enim aduenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

Sept. Et aduenam non tribulabitis, vos enim noſtis animam aduenæ, ipſi enim fuiſtis aduenæ in terra Ægypti.

Cald. Et aduenam non anguſtiabitis.

Pag. Et peregrinum non anguſtiis afficies.

Mont Peregrinum non opprimes.

Oleaſt. Peregrinum non coarctabis.

Aly. Non moleſtabis.

Tigur. Vos enim nouiſtis animum aduenarum, qualiter affectus ſit.

CONCORDIA.

VErbum עור auar non ſolum ſignificat excæcare, ſed & eruere, quod etiam ſignificet eruere, patet Ierem. 52. ſed & oculos Sedechiæ luer, ideſt eruit, & quoniam qui eruit aliquid, videtur illud eleuare vel ſuſcitare à loco à quo ipſum eruit, vnde ex conſequenti ſuſcitare denotat, ſenſus autem ita vertentis poteſt eſſe, munus euigilare, ſiue ſuſcitare facit ſapientes ſcilicet ad cauſam, ob quam accipiunt dona, vt eam deludere poſſint. Onkelus פתגמי non verba, ſed res & cauſas interpretatur, vebum לחץ C lachas arctare, coarctare, opprimere, affligere, atterere, tribulare ſignificat pro prudentes, in Hebræo eſt פקחים hoc eſt apertos, & ſic vertit Montan. id eſt oculatos, vnde & 70. dixerunt, βλέποντας, ſicut enim alibi cæci elanſi dicuntur (qua de re videri poteſt Angelus Caninius de locis Hebraicis e. 10.) ita oculati & videntes, verum noſter interpres prudentes recte expreſſit, quemadmodum & Aquila σοφοὺς ſapientes, ſiquidem non de corporis, ſed de animæ oculis intelligendum.

EXPOSITIO.

NOn *accipies munera,* ſupremi iudices ſuis redditibus contenti ſint, & inferiores ſuis ſtipendiis, nec munera indebite accipiant, aut turpius poſtulent, *quæ etiam excæcant prudentes,* ſapientes enim oculos intellectus habent apertos in veri cognitione, & vident quod verum eſt, at munera ita excæcant, vt in praxi quaſi non videntes verum, falſum iudicent, ac ſi cæci eſſent, *& ſubuertunt verba iuſtorum,* dum eos prius pro veritate & iuſtitia loquentes repente mutatos contraria, & ſentientes & loquentes efficiunt.

Peregrino moleſtus non eris, quod iterum repeto, vt agnoſcatis quanta mihi ſit cura peregrini & aduenæ, vt à nemine contriſtentur, & multo minus à vobis, *ſcitis enim aduenarum animas,* ſcilicet qualiter afficiantur, in quanto ſæpe timore ac triſtitia verſentur, omni pœne au- D xilio deſtitutæ, *quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti,* ex ſua enim conditione vnuſquiſque quomodo aliis miſereri conueniat, perpendere debet, vnde populum quem elegerat, erudire cupiens, Dominus in Ægyptum migrare fecit, vt captiuitatis & peregrinationis miſeriam diſceret & labores, quo facilius poſt modum miſereri peregrinantibus, & laborantibus noſceret.

CONCEPTVS.

Acceptio munerum à iudice omnia eius trahit in ruinam.

38. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes,* quantum muneris acceperis tantum cæcitatis incurris, apud S. Luciferum hæc ſubſequentia ſubuerrant verba iuſtorum ſic habentur; peſtiferant ſermones iuſtos, tantum peſtis habes, quantum prorſus accipias, vt enim peſtilens S. Lucifer.

morbus omnia inuadit, & inficit contagione ſua, ſic munerum acceptio nihil relinquit in homine integrum, ſed iudicium, & linguam, & affectum trahit in ruinam. non diſſentit B. Cyrill. Alex. in c. 3. Micheæ. *Execrandum negocium & Deo puriſſimo etiam atque etiam vehementerque exoſum; ſcriptum eſt enim Prou. 7. accipientes munera in ciuibus iniuſte non proſperantur; vix adeo enim quidam à deteſtanda lucri cupiditate expugnati ſunt, vt peruertere iuſtitiam, & venundare iuſtitiam pro nihilo ducunt, quemadmodum autem qui puluerem oculis accipiunt, facultate videndi imbecilliores vtuntur, ſic & qui in Chriſto debilitantur, nihil vident, munera iuxta ſcripturam excæcant oculos ſapientum.* Sic S. Doctor qui loquitur de iudicio iniuſto & acceptione munerum, quæ æque Deo exoſa, & execranda exiſtimat.

Cyrill. Alexand. Prouerb. c. 7

Suſpendio dignus iudex munerum acceptor.

39. *Non accipies munera*, poteſt legi, non prendes munera, quæ excæcant oculos ſapientum, inter prendere & pendere, quod diſcrimé, niſi vnius litteræ? quid hoc, niſi quod propinquus eſt ſuſpendio iudex, qui munera à litigantibus accipit. ſic vere S. Edmundus Epiſc. Cantuarienſ. in cuius vita hæc auctor habet. *Ab omni munere excutiebat manus ſuas, & eos qui munera acciperent deteſtabatur, præſertim poteſtatem habentes quos ad faciendam iuſtitiam gratuitos eſſe debere aiebat, non muneribus inuitari, & illici: vſque crebro dicebat, prendere & pendere nonniſi vna littera inter ſe diſcrepant.* Significare volens admodum propinquum eum eſſe ſuſpendio, qui præter fas munera libenter accipiat.

Auctor vitæ S. Edmund.

Iudex munerum acceptor idem ſit cum eo à quo illud accipit.

40. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes*, munera non recipiat qui recte iudicaturus eſt, nam munera oculos iudici obuelant, vt non videat quod iuſtum ſit: qua de cauſa? quia munus hoc præſtat, vt iudicem in eum quodammodo mutet, à quo dona accipiat. obſeruatio eſt Hebræorum in lib. Præceptorum negatiuorum n. 208. colliguntque ex nomine ipſo muneris, quod שחד ſochod, idem eſt ac שהוא חד ſchu chad, ipſe vnus eſt, ſcilicet cum illo qui munus affert, vnde ſtatim ſubiiciunt chelomar harehu chaguphi vehem adam rohe chouah lengazmo, id eſt ſcilicet ecce iam ipſe vt corpus eius, nec homo fert ſententiam contra ſeipſum.

Iudex munerum oculis videt non ſuis.

41. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes*, Sept. quæ excæcant oculos videntium, quid? nonne iudex adhuc acceptis muneribus, integer oculis manet? an priuatur lumine? quo iudices cæci conſpicerentur ſi munera oculos excæcarent? cur ergo dicitur munus oculos iudicum obuelare? quia iam non ſuis ſed munerum vident oculis. Annuit Oleaſt. *Qui munera accipiunt non ſuis, ſed munerum oculis reſpicere, & prius munera offerentis videre quam cauſam, & muneris affectu excæcati ad iudicandum pergunt, vnde non poſſunt rectè merita ſpeculari. Cum ſpecillis mali affectus cauſam intueantur, & expendendum valde eſt quod non dixit æquiſſimus legiſlator, munus non accipies ad inique iudicandum, ſed munerum acceptionem in vniuerſum prohibuit, quoniam non erit nullum eſſe munus, quod ſaltem accipientis animum non inclinet, aut debilitet, licet non omnem inuertat.*

Oleaſt.

Munera ſunt iudicum frena, quæ eos cogunt obmuteſcere.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, quod deinde reperit Eccleſ. c. 20. dona excæcant oculos iudicum, & addit, quaſi mutus in ore auertit correptiones eorum, quæ verba poſteriora difficultate non carent; Ianſenius è Græco legit, & quaſi frena in ore. quid? an ſunt iudices equi, vt munera tanquam frena eis ſint? ita equidem, nam ſicut equi freno domãtur, & in quam partem ſeſſor voluerit, inflectuntur, ita iudices muneribus coercentur, & in quam partem volueriot litigantes, ſe abduci patiuntur: verum noſter Lyranus legit rana quaſi in ore, quænam rana? calamita, cur ea potius quam alia? quia eiuſmodi rana inſiliens in os canis, canem reddit tacentem, & latrandi eripit poteſtatem: ita plane & munera iudices efficiunt mutos, & elingues, ne quidquam aduerſus peccatores eloquantur. alludere etiam potuit ad ranas ſeriphias, ab inſula Seripho, vbi ranæ mutæ inueniri dicuntur: quaſi hi iudices ore muneribus obſtructo, tanquam ranæ ſeriphiæ obmuteſcunt, & ſicut ranæ illæ monſtroſæ ſunt, quia præter naturam ad coaxandum, quodammodo factam, perpetuo ſilent, ita & hi iudices monſtris ſimiles habentur, quia cum iuri dicendo nauare debeant, tamen reticendo potius incumbunt. 42.

Eccleſ. 20. Ianſen. N. Lyranus.

Iudex munere accepto, molleſcit ad rectitudinem iudicij ſeruandam.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, licet excæcent, cum ea ab offerentibus accipiunt, tamen deinde litigantium cauſâ cognitâ poterit iudex æquiſſimam ferre ſententiam: nequaquam, iudex enim accepto munere, ad iudicij rectitudinem ſeruandam omnino moleſcit. audite iudices B. Petrum Dami. loquentem lib. 2. epiſt. 2. *Acceptis muneribus ſi contra datorem quid agere volumus, mox in ore noſtro verba molleſcunt, locutionis acumen obtunditur, lingua quidem pudoris erubeſcentia præpeditur, mens quippe percepti muneris conſcia debilitat iudicialis cenſuræ vigorem, reprimit eloquentiæ libertatem. nam etſi iudicij rectitudo funditus non admitur, iudicandi tamen auctoritas eneruatur.* 43.

Petrus Damianus.

In iudicibus munerum acceptio, ſcelus omnium peſſimum.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, in quos cadit diuina comminatio Iſaiæ 5. væ qui iuſtificatis impium pro muneribus: quo in loco poſtquam Propheta ſingulis peccatoribus ſuum illud væ compegit, væ qui coniungitis 44.

Iſai 5

domum ad domum, & iterum væ qui conſurgitis maue, ad ebrietatem ſectandam, & curſus væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, ſic de cæteris, tandem in vltimo loco ponit, væ qui iuſtificatis, impium pro muneribus: cur vltimo loco? ſane vt tanquam omnium ſcelerum potiſſimũ deteſtaretur. vnde D. Irenæus lib. 4. c. 5. Iudæos alloquens ait. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi qui cœpiſtis à tempore legis contemnere Deum, diligere munera, abſoluere nocentes, innocentes opprimere, vnde nunc in maximo omnium crimine veſtra non trepidauit audacia, cum Chriſtum Dominum morte ſæuiſſima mulctaſtis, nocentem Barrabam crimine liberaſtis?* S. Iren.

Munera non ſolum excæcant oculos iudicum, ſed etiam eruunt.

45. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes,* Oleaſt. quia munus eruit oculos videntis, quis videt iudicum oculos erutos acceptis muneribus? cur ergo Oleaſt. verbum Hebraicum עור auar ita reddit? reſpondet. *Quia proprie ſignificat ſuſcitare, eruere, nam qui aliquid eruit, videtur eleuare & ſuſcitare à loco, à quo ipſum eruit, vnde non tam proprie excæcare quam eruere ſignificat, & ſic ſignificantius vertas quoniam munus eruit ſcilicet oculos videntis*, ac ſi apertius dicat munus nedum excæcat videntes, ſed etiam oculos illis eruit. Oleaſt.

Iudicibus munera accipientibus vita abbreuiatur.

46. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes* Oleaſt. eruunt, ſane quibus eruuntur oculi, non leuem ferunt dolorem ex cuius acerbitate plu- ries miſere pereunt. quid? an ex acceptione mu- C nerum, iudicibus ita continget? an eorum vita breuiabitur? an eorum dies in paucos redigentur? ita credit R. Pinkas, *Ex quo* (inquit) *multiplicati ſunt munerum acceptatores dies defecerunt, & anni abbreuiati ſunt.* R. Pinkas

Tres ſunt munerum acceptiones, quibus excæcantur iudicum oculi.

47. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes,* quænam ſunt munera? an ſolum aurum, argentum, vel quid ſimile ei æquiualens? non equidem, nam alia ſunt quæ munera dici poſſunt, & quæ à iudicibus admiſſa, eorum oculos excæcant. ſuffragatur nobis Greg. Mag. c. 9. mor. 26 S. Greg. Ma. *Tres ſunt acceptiones munerum ad quas ex fraude feſtinatur, munus namque à corde eſt captata gratia, munus ab ore eſt gloria per fauorem. munus ex manu eſt præmium per dictamen, ſed iuſtus quiſque ab omni munere manus excutit, quia in eo quod recte agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem quærit, ſolus ergo in Dei opere fraudem non facit, qui cum ad ſtudia bonæ actionis inuigilat, nec ad corporalis rei præmia, nec ad laudis verba, nec ad humani iudicij gratiam anhelat.* D Idem habet 12. moral. c. 27.

Si munera obcæcant ſapientes iudices, quid non efficient erga imprudentes?

48. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes,* A cur addidit prudentes? nonne ſatis erat dixiſſe non accipienda munera oculos excæcantia? emphatice ſubiunxit prudẽtum, vt intelligeremus, quod ſi dona obnubilent oculos virorum, qui in opinione omnium cenſentur ſapientes, & prudentes, quid non operabuntur ſiniſtri in mentibus iudicum imprudentum? rem optimè expendit B. Iſidor. preſbyter. Alex. lib. Ep. 182. S. Iſidorus. *Rectum illi iudicium apparet, qui auaritia non expugnatur cui lucri ſtudium animæ oculos non extinguit, ſi enim oculos ſapientum munera excæcant, inſipientium quid non faciet? quemadmodum ſi alteri bilanci aurum imponas, lanx deprimitur, & inæquale oſtendit iugum: ſic & iudex cum auro corrumpitur, nihil rectius aut ſalutare iudicat, qui vero iudicij terminum ſtatuit, non propriam voluntatem eo inclinare facit decreta, quo iuſtitiam vergere obſeruauit.*

B *Optimi iudices in ſententia dicenda, ſolum Deum attendant.*

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, 49. munerum enim cupiditas, non ſolum eneruat vires iudiciorum, ſed & eas omnino peruertit, ea ergo attendere non debent, nec proprium emolumentum, ſed ſolum Deum & æquitatis cuſtodiam, Do. noſtri Seraph. Bonauen. verba S. Bonauen. ſubijcio p. 2. de Eccl. hierarc. 12. *Eis cõgruit quod de virtutibus dicitur, quod ad pontificiam & ſuper eſſentialem virtutem perueniunt, id eſt in ſuis moribus & operibus ſolum Deum, & non proprium commodum attendunt: ſic virtuoſi iudices & prælati nihili faciunt propter lucrum, ſed omnia peragunt propter Deum, quia non hominum eſt iudicium, ſed diuinum vt patet 2. Paral. videte inquit quid facietis, non enim hominum exercetis iudicium, ſed Dei.*

Munera non ſolum oculos iudicum excæcant, ſed & eorum aures obſtruunt.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, 50. licet orbentur luminibus, adhuc remanent eis aures, quibus partium allegata & probata audire poſſunt, ſicque rectam ferre ſententiam; verum ſalleris, dona enim accepta à iudicibus, non ſolum eorum excæcant oculos, vt verum diſcernere nequeant, imo aures eorũ obſtruũt, ad verum audiendum, vnde Deum non timentes non quid ius, ſed quod aurum eis ſuggerit pronuntiant, appoſite B. Chryſoſt. hom. 65. in S. Chryſ. Ioan. *Auri cupiditas grauis morbus eſt, grauis inquam qui & oculos cæcat, attende ſingula & aures obſtruit, & feras ſæuiores reddit, non conſcientiam, non amicitiam, non conſuetudinem, non propriæ animæ ſalutem cognoſcere ſinit, ſed ſemel ab omnibus dirimens in ſeruitutem ſibi quos cupit more ſæuiſſimi tyranni vendicat.*

Munera iuſtorum iudicum verba immutant & peruertunt.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, 51. *& ſubuertunt verba iuſtorum,* Caiet. torquebunt verba iuſtorum, quid eſt torquebunt? aduerte iuſtorum ſermones, quoniam veritati ſubuertuntur ſemper eoſdem eſſe, iniquorum autem varia, mutabilia: dic ergo verba iuſtorum muneribus peruerti vel torqueri, quia cum donis reſperguntur, ita immutant, vt ex veris falſa ex

conſtsntibus varia efficiant, ita vt his aeeeptis, non ſit difficile iudicis male affecti animmo deptehendere, nam qui antea eiuſdem ſermonis erat munere corruptus, ſibi ipſi non ſtat, ſed in alteram partem inclinans, quamuis iniuſte litigantem, nunquam pro ea profert ſententiam. id paucis verbis expreſſit Caiet. *Non ſolum manus excæcat internos oculos, ſed etiam torquet verba flectendo illa hic inde quod vtinam non ſæpe palparetur.* Cajet.

Ille libentiſſime miſeretur alterius, qui miſeriam tolerauit.

51. *Non accipies munera quæ excæcant prudentes,* deinde ſubiungit, peregrino moleſti non eritis, quod quidem præceptum non eſt repetitio ſuperioris, nam illud communiter, hoc autem B ſpecialiter datur iudicibus, teſtibus, & accuſatoribus, deinde ſubiungit, ſcitis enim aduenarum animas, quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Ægypti: nonne indignum eſt alteri ſuam exprobrare indigentiam præteritam, obiieere ſeruitutem & miſeriam? non exprobrat Deus, ſed in memoriam reuocat, vt eorum quæ paſſi ſunt aduenæ memores aliorum calamitates ſubleuent, earumque miſereantur. ſiſto B. Auguſt. de vita chriſtiana. [Populum Iudaicum quam ad ſe Deus primum de ſemine Abrahæ, præ cæteris geotibus pertinere optauit quomodo erudierit? quid enim vt ſibi placeret facere quid obſeruare præceperit, ſcire non conuenit, primo quid derelicta regione. in qua ſemper habitare optauerat, patriaque deſerta C in alienam prouinciam (hoc eſt) in Ægyptum migrare fecit, non ſine cauſa nec ſine Dei prouidentia factum eſſe reor: ſed hanc fuiſſe, puto rationem quia Deus populum ſuum, quem elegerat præceptis miſericordiæ, pietatis, iuſtitiæ, cæteriſque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in externa patria pro tempore peregrinum eſſe & captiuum, vt captiuitatis & peregrinationis miſeriam diſceret, & labores, quo facilius, poſtmodú miſereri peregrinantibus & laborantibus noſceret, ſi ipſe ante peregrinationis miſerias didiciſſet, nemo enim tam libenter peregrino & aduenæ miſeretur, quam qui peregrinationis exitus nouit, nemo libentius hoſpitem ſioe tecto, ſuo introducit hoſpitio, niſi qui ante indiguerit alieno, nemo ita eſurientem cibat, nemo ſic ſitientem potat, niſi qui ſitiem eſuriemque perpeſſus eſt, nemo tam A facile nudum operit veſtimentis ſuis, quam qui nuditatis & frigoris nouit iniuriam, nemo ſic tribulato, & miſero & laboranti ſuccurrit, quã qui tribulationum & miſeriarum caſus expertus eſt: merito ergo Deus miſericordiæ & pietatis magiſter, qui legem poſt modum erat editurus per quam populo ſuo pietatis, & miſericordiæ omniumque bonorum operum præcepta erat traditurus, voluit eum prius omnes paſſiones, tribulationes & anguſtias in terra perpeti aliena, quo facilius poſtea poſſet talia patientibus miſereri, & ſic ſuis obtemperare mandatis. Vt putas eum bonum fuiſſe agricolam qui priuſquam ſemen mittat, diu terram aratris & raſtris domat, ne quod illi ſemen traditurus eſt, pereat. Ita & Deus populum ſuum diu ante maeerat, quam ei ſalutariũ mandatorum legẽ impertiat, denique vt ob hãc cauſam hæc eum pertuliſſe euidentius clareat, ipſius Domini intuemur mandata, dicentis aduenam non vexabitis nec tribulabitis: fuiſtis enim, & vos aduenæ in terra Ægypti: & iterum legimus, Deus magnus qui non accepit perſonam nec munera, faciens iudicium proſelytis & orphano, & viduæ date panem & veſtimentum, diligite proſelytum, quia & ipſi fuiſtis in terra Ægypti peregrini: & alibi dicit: ſi autẽ miſſus fueris meſſem facere in agro tuo & obliuiſceris manipulum, non reuertaris accipere illum, proſelyto & orphano & viduæ erit, vt benedicat te Dominus in operibus manuum tuarum, & memoreris, quia famulus eras in terra Ægypti, ideo præcipio tibi verbum hoc] vnde facile vi- C detur atque dignoſcitur eum populum ob hãc cauſam cunctis afflictum fuiſſe miſeriis, vt miſereri alteri ſuo doceretur exemplo, ſicut ſcriptũ eſt, docuiſti enim tuum populum, per talia opera, quoniã oportet iuſtos eſſe & humanos.

Peregrini vtpote omnibus deſtituti noſtro indigent auxilio.

Non accipies munera quæ excæcant prudentes, 52. deinde, *peregrino moleſti nõ eritis,* ſcitis aduenarum animas ſcilicet plurima in alieno ſolo tolerare, cur non ait, ſcitis enim peregrinos, non eorum animas? ad quid enim hic opus erat ſynecdoche? emphatice quidem poſuit animas, Agellius. inquit Epiſc. Accroenſis in Pſal. 73. verſ. 19. non homines. *Vt ſignificet afflictas omni auxilio deſtitutas, cui niſi tu adſis nemo eſt qui opem ferat.*

VARIET. LECT. à Verſ. 10. ad 13.

Vulg. Sex annis ſeminabis terram tuam, & D congregabis fruges eius, vineam tuam, & oliuetum tuum.

Pag. Sex annis ſeres terram tuam, & congregabis prouentum eius.

Vulg. Anno autem ſeptimo dimittes eam requieſcere, facies vt comedant pauperes populi tui, & quidquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri, ita facies in vinea & oliueto tuo.

Sept. Septimo autem remiſſionem facies, & requiem dabis illi, & edent gentis tuæ, quæ autem ſuperabunt, edent terræ beſtiæ, ſic facies vineam tuam, & oliuetum tuum.

Mont. Sic facies vineæ tuæ oliuæ.

Vulg. Sex diebus operaberis, ſeptimo ceſſabis vt requieſcat bos, & aſinus tuus, vt refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.

Sept. Sex diebus facies opera tua, &c. & requieſcat anima, filius ancillæ tuæ, & peregrini.

Mont. Et reſpiret filius ancillæ tuæ.

Vulg. Omnia quæ dixi vobis, cuſtodite, & per nomen externorum Deorum non iurabitis, neque audietur ex ore veſtro.

Sept. Nomen Deorum alienorum non rememorabitis.

Cald. Et in omnibos quæ dixi vóbis, eſtote admoniti, & nominis idolorum populorum non recordabimini.

Onk. In omnibus quæ dixi vobis cauti eritis.

Caiet. Nomen elohim aliorum non memorabitis, non erit auditum ſuper os tuum.

CONCORDIA.

FRuges habet Vulg. alij prouentum, vtrumque ſignificat dictio תבואתה tebuatha, optime hæc duo verba תשמטנה ונטשתה tiſmetenna vntaſta reddidit dicens, dimittes eam & requieſcere facies eam. Vulg. habet per nomen Deorum externorum non iurabitis, verum ali- A quid amplius dicitur in Hebræo, & nominis externorum Deorum non recordabimini, nam verbum זכר zachar recordari, meminiſſe ſeu memorari ſignificat, quod non ad iuramentum tantum pertinet ſed omnem penitus commemorationem excludit.

EXPOSITIO.

SEx annis ſeminabis terram, per te, vel alium, B *& congregabis fruges*, in horrea, *ſeptimo autem anno dimittes eam*, vt nec aretur, nec ſeratur, *& requieſcere facies eam*, vt ſponte quæ ex ea naſcentur, cedant in emolumentum pauperum: publici iuris enim erat, & licet nihil sereretur plura à pauperibus colligi potuerunt, ſiquidem facta meſſe procedente vere, multa ſparſim per agros delapſa ſemina, per ſequentem æſtatem feruidam induresſcebant, & accedentibus pluuiis, ſub autumnum, (nam in æſtate nullæ ſunt in Iudæa pluuiæ) radices in terra agebant, ac deinde in culmos, ſpicaſque erumpebant, & ſic pauperes ad ſuum vſum liberum ex his colligebant, ſine præuia autem ſatione, multa ex vineis, arboribus & herbis colligi etiam potuerunt, *& quicquid reſiduum fuerit edent beſtiæ agri*, quæ veſcuntur herbis, *idem facies in vinea & olueto tuo*, non enim ea coles & fructus eorum communes erunt omnibus.

Sex diebus operaberis, licet autem c. 20. & alibi de hoc præcepto habitus fuerit ſermo, tamen adhuc hic repetitur, ne quis putaret anno ſeptimo obſeruationem illius ſolui, & ab illa requieſcendum, *ſeptimo die ceſſabis*, non ſolum vt ſigna benignitatis & humanitatis edas præbendo locum, *vt requieſcat bos & aſinus*, quibus alia intelliguntur animalia quæ colere terram conſueuerunt, *& refrigeretur filius ancillæ tuæ & aduena*, qui vt inplurimum terram ſerunt, ſed etiam ad ſedulo vacandum rebus diuinis, quales ſunt ſtudiũ legis Dei, quo delectatur & à vobis colitur: *omnia quæ dixi vobis cuſtodite*, tam quæ ad obſeruationem ſabbati pertinent, quam quæ Dei cultum ſpectant, *& per nomen*, exterorum Deorum, nempe idolorum, *non iurabis*, quicumque enim iurat, veneratur, vel diligit eum per quem iurat, C vnde non ſolum non iurabitis per huiuſmodi nomen, imo *neque audietur ex ore veſtro*, ita vt nullatenus recordemini vt colatis, & neque eorum honoris cauſa mentionem faciatis.

CONCEPTVS.

Præcipuè Deus pauperum curam gerit.

Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno
52. *dimittes eam*, ita vt nec meſſis, neque vindemiæ, neque cæterorum ex arboribus collectio fieret, verum in cuius gratiam id factum? dices forte cum Philone vt terra reſpiraret, & tantiſper requieſceret, ſic enim lib. de decalogo: viſum eſt irreprehenſibili legiſlatoris ingenio dignum præmium ſex annis fertilitatis locorum D montanorum, & campeſtrium remiſſio hæc laboris, & ad reſpirandum libera vacatio] item lib. de execr. cum debuiſſent agris inducias concedere, quoties annus ſeptimus recurreret, nec ſationibus eos vexando, nec inſitionibus, ne exhauriretur laboribus continuis:] verum quis ſibi perſuadere poterit, id à Deo primario ſaltem ſpectatum, cum dixerit requieſcat terra, vt comedant pauperes populi? eorum ergo intuitu præcipue, vult terræ fruges ſeptimo quoque anno egenis inſeruire. *Iuſtis pauperum querelis* (inquit Oleaſt.) *voluit pius Pater occurre-*
Oleaſt. *re, quibus inceſſanter conqueruntur, cur inquiunt iſti abundant panibus, ego autem hic fame pereo? non eſt me iuſtior nec ſanctior, & tamen melius cum eo quam mecum agitur, ideo cuncta quoque ſeptimo anno communia eſſe voluit, vt illo anno diceret pauper, mea ſunt diuitum omnia bona.*

Poſt laborem requies danda, vt deinde alacrius laboretur.

Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno 53.
dimittes eam & requieſcere facies, quid requie indiget? nonne ſicut & ſex annis præcedentibus ſerebatur, & fructus afferebat, ſic & ſeptimo anno ſi colatur eoſdem afferet prouentus? requieſcat, imo à Deo ita ſtatuitur, vt inſtruat poſt laborem, requiem concedendam, vt deinde alacrius labori addicamur. audiendus hac in re præfatus Philo lib. de hypotheticis, qui citatur ab Euſebio lib. 8. præp. Euang. c. a. *Facile de ſeptimo quoque anno licet non ſimiliter dicere poſ-* Philo
ſimus, non enim ipſi ab operibus ſicut diebus ſeptimis ceſſant, ſed ipſos agros ceſſare patiuntur, vt vires ad futura ſuſcipiant, multo enim fœcundiores redduntur, ſi cum ceſſauerint in noualia rurſus præſcindantur; quod etiam corporibus hominum accidit, ſemper enim eumdem ferre laborem, & valetudini obeſt & robur animi atque corporis deiicit: ſed ſi quis Iudæo polliceatur fœcundiorẽ in ſeptimo anno agrum futurũ ſi eum coluerit, nequaquã id facere patietur: nã & ipſi à laboribus ſe recipere vo-

lunt, & agros aliquando quieſcere, vt & ipſi lætiores & agri fæcundiores alio initio laborum, ſumpto efficiantur, in ſeptimo quoque anno ipſi ab agriculturæ laboribus abſtinent, ſi quid agri ſponte protulerint non colligunt neque reponunt, ſed quia nullo ſuo labore productum eſt, communiter cuicumque volenti omittitur.

Dies beneficij creationis è memoria non dilabatur,

54. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam.* Non pauci aiunt quod in memoriam beneficij creationis: verum, nonne dies ſeptima cuiuſcumque hebdomadæ celebrabatur in huiuſmodi beneficij accepti recordationem? ſed & ſeptimus quoque menſis cuiuſlibet anni ita equidem, ſed tanta erat Iudæorum ingratitudo, vt niſi pluries inculcaretur eis huiuſmodi memoria, obliuione eam delerent. mens eſt Card. Caiet. *Statuitur vt memoria creationis, non ſolum dies, ſecundum dies, ſeptima quaque die, & vt inferius dicetur, ſecundum menſes, ſeptimo quoque anni menſe, ſed etiam ſecundum annos, ſeptimo quoque anno memoria haberetur, propterea enim ſeptimi anni quies ſtatuitur à cultura agrorum, vinearum, & oliuetorum.*

Caiet.

Quod pauperibus dandum non tibi minuitur.

55. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam, vt comedant pauperes populi tui.* verum ſi ſeptimo anno nec terræ ſemina creduntur, nec fruges colliguntur, ergo pereundum erit fame, ſi fructus huius anni in pauperum neceſſitates diſtribuuntur: ne hoc tibi perſuaſum habeas, nam quod pauperibus dandum, nõ tibi minuetur, ſed multiplicabitur: ſic enim 25. Leuit. ſcribitur. *Dabo vobis benedictionem meam anno ſexto, & faciet fructus annorũ trium, ſeretiſque anno octauo, & comedetis fruges veteres vſque ad annum nonum, donec noua naſcantur edetis vetera,* vnde Petrus Comes. *dum hoc obſeruatum fuit tantum fruges abundabant, quod ſufficiebant ad vſum ſeptimi anni, & octaui etiam ad ſementem.*

Leuit. 25.

Non ſolum cœleſtium, ſed & terreſtrium curam agit Deus.

56. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam*, vt frugibus illius ſeptimi anni fruantur pauperes. verum quid tibi curæ, vtrum terra ſeminetur necne? vtrum fructus ex ea colligantur? vtrum anno ſeptimo requieſcere debeat? curat etiam de terra, & de eius cultura, vt intelligeremus non ſolum cœleſtia, ſed etiam terrena moderari. *Ordinat Dominus,* inquit Lipp. *agriculturam verbo ſuo, vt publice ſignificet ſe non tantum gubernare cæleſtia, ſed etiam terreſtria, & non ſolum membra hominis, verum & agros terræ, adeoque totum orbem terrarum in manu ſua habere atque adminiſtrare, quare ſi quid benedictionis tibi ex agro contingit age Domino gratias, qui agrum gubernat, ſi autem ager maledicitur, fer manum Domini patienter, & reſipiſce, ne maledictio vertatur in benedictionem.*

Lippom.

A *Noli alios velle laborare cum tuo otio indulges.*

57. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam,* non ſolum annum ſeptimum obſeruabis, ſed & ſeptimum diem, nam licet ſex aliis diebus operari liceat, ſed ſeptimo tibi præcipio requieſcere: vt requieſcat, inquit bos tuus. quid tibi curæ eſt bos? ad quid ceſſandum ab opere ſeruili die ſeptimo, vt bos requie fruatur? merito id præcipit, non enim æquum eum otio indulges & feriaris, alios velle laborare. ſiſto verba Oleaſt. Conſidera quæſo (ait) legiſlatoris ſummam pietatem, ſolet homo cum laborat quaſi inuidus cuncta ſua ſecum ad laborem vocare, & omnibus velnti inſtrumentis vti, ideo voluit eum ſeptimo die qoieſcere, ne B laborando miniſtros cogeret ſecum laborare, quando enim homo pateretur ſua, ſe laborante quieſcere? non debet ſeruus eſſe maior aut otioſior domino ſuo. diſce ô homo auare à Deo tuo, vt quemadmodum eo quieſcente voluit cuncta quieſcere, quæ tamen voluit ſecum laborare, velis tu tecum quieſcere qoæ tecum cogis laborare, ſi enim te laborante laborant, cur te quieſcente non quieſcent?

Oleaſt.

De peſſimis rebus non colloquendum, niſi in eorum deteſtationem.

58. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam,* imo licet ſex diebus tibi operari licitum ſit, tamen ſeptimum feſtum ages cultui C Dei inſeruiens: verum licet vnius numinis te obſequio dedicaueris, caue tamen per aliorum Deorum nomen iurare. imo nec audietur ex ore veſtro ſcilicet uomen eorum. quid refert, vtrum audiatur necne? qnod enim auditor, mentem non polluit, mores non corrumpit. verum ſi in deteſtationem & odium, at ſi cum voluptate, ſane corrumpunt needum bonos mores, ſed fidem colloquia praua. *Fornicatio,* ait Apoſt. Epheſ. 5. *aut immunditia, neque nominetur in vobis ſicut decet ſanctos,* nam quemadmodum colloquia diuina inflammant, ita & mundana mundanum, & diabolica diabolicum efficiunt hominem. *Nonne* (inquit) *cor noſtrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret ſcripturas?* Luc. 24. & ſponſa Cant. 5. *anima mea* D *liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt mihi.*

Epheſ. 5. Luc. 24. Cant. 5.

Vniformitas ſeruanda.

59. *Sex annis ſeminabis terram, ſed ſeptimo anno dimittes eam*, cur potius inculta manebit anno ſeptimo, quam ſexto? cur in eo fruges non colligentur? nonne dies ſeptimus erat requiei etiam conſecratus? vt ergo vniformitas in omnibus ſeruetur, hunc annum ſeptimum potius voluit feriari, quam ſextum vel octauum. reſponſio eſt Ioſephi teſte doctore Pepino clauſula 4 huius cap. dubio 5. *Non eſt* (inquit) *modicum vniformitatem ſeruare, ſeptimo enim die quieſcebant, ſeptimum menſem habebant ſolemnem, & ſeptimo anno quieſcebat terra æqualiter & vniuerſaliter.*

Ioſeph.

Sicut nec manu, ita nec lingua tibi alius Deus præter verum fingendus.

60. *Sex annis ſeminabis terram, & per nomen exterorũ Deorũ non iurabitis, neque audietur de ore*

veſtro: cur Deos nationũ nominari lex precipit? non vtique ne nomina eorum pronuntiemus, quæ nobis conuerſatio extorquet, nam plerumque id dicendum eſt in templo Æſculapij, illum habes, ſacerdos Iouis factus eſt, & alia in hunc modum plura, quando & hominibus eiuſmodi inducuntur nomina, neque enim Sa-

A turnum honoro, ſi eum vocauero nomine ſuo: cur ergo præcipit lex vt nomen eorum de ore veſtro non audiatur? Reſpondet Tertull. lib. aduerſus Gnoſticos c. 4. *Præſcribitur mihi ne quem alium Deum dicam, ne vel dicendo non minus linguâ quam manu Deum fingam, neque alium adorem.* Tertull.

VARIET. LECT. à Verſ. 13. ad 16.

V*Vlg.* Tribus vicibus per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis.

Sept. Tribus temporibus anni feſtum agite mihi.

Oleaſt. Tribus ambulationibus ſaltabitis, aut manebitis mihi in anno.

Vulg. Solemnitatem azymorum cuſtodies, ſeptem diebus comedes azyma ſicut præcepi tibi tempore meſſis nouorum, quando egreſſus de Ægypto, non apparebis in conſpectu meo vacuus.

Sept. Feſtum azymorum ſernate facere.

Pag. Solemnitatem infermentatorum cuſtodies ſeptem diebus, comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi tempore Iulij, quia in eo egreſſus es ex Ægypto, & non conſpicientur coram me vacui.

Mont. Ad tempus menſis nouarum frugum, & non videbuntur meæ facies vacuè.

Oleaſt. Quemadmodum præcepi tibi in tempore meſſis ſpicæ.

Vulg. Et ſolemnitatem meſſis primitiuorum operis tui, quæcumque ſeminaueris in agro, ſolemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris fruges omnes tuas in

B agro.

Sept. Et feſtum meſſis primitiuorum facies operum tuorum, quæcumque ſeminaueris in agro tuo, & feſtum conſummationis in exitu anni in collectione operum tuorum, quæ de agro tuo.

Cald. Et ſolemnitatem congregationis in exitu anni.

Pag. Et ſolemnitatem collectionis quando egreditur annus.

Oleaſt. Et ſolemnitatem collectionis in reuerſione anni.

Symm. Repoſitionis, *Schol. Samarit.* cum fructus conduntur, & inferuntur in horrea & cellas.

CONCORDIA.

VBi Vulg. legit in tempore meſſis nouorum, verũ in Hebr. eſt למועד חדש האביב in tempore meſſis Abib, porro Abib, vt diximus verſ. 13. c. 4. ſpicam ſignificat, vnde menſis Abib, eſt menſis ſpicarum, qui menſis haud dubie idem eſt quod menſis Niſan, partim Aprili, partim Maio reſpondens: nequaquam autem Iulio, vt vertit Pag. qui rei veritate conuictus in alijs editionibus ſententiã ſuam correxit. Rectè hunc Hebraiſmum velo ieran phanai rikam, & non videbuntur facies meæ vacue, vel vane aut inaniter: recte inquam Vulg. reddidit non apparebis in conſpectu meo vacuus: vbi habemus ſolemnitatem in exitu anni, &c. in Hebræo eſt חג האסף feſtum collectionis, Symm. repoſitionis, Sept. conſummationis, hoc eſt conſummatæ, & perfectæ collectionis: noſter Vulg. exiſtimauit ſuperuacaneũ illud addere, propterea quod ſequentia idipſum ſatis explicarent. Vbi legimus tribus vicibus, legit Oleaſt. tribus ambulationibus, fundatur in hoc quod Hebraicè רגלים

C regalim, quæ dictio ſignificat pedes, quare inquit ſuſpecta eſt mihi ſignificatio, & putarem potius hic ſignificare ambulationem, quam vices, vt ſit ſenſus tribus ambulationibus feſtum ages mihi in anno, nam loquitur de feſtis quibus aſcendendum erat ad templum Domini, ac ſi diceret, ter mouendo pedes feſtum mihi celebrabis: verum neſcio cur ſuſpecta eſt Oleaſtro regalim ſignificatio per vices, cum eadem Num. 22. ſic interpretetur, & Cald. & Hebraizantes ſic vertunt: agitur de numero feſtiuitatum celebrandarum, quod ter in anno contingere debet, & ideo per tres, ſeu tria tempora redditur, licet verbum חגג chagag æquinocæ ſit ſignificationis, ſigniſi-

D cetque ſaltare, tripudiare, moueri, ſeu commoueri, & feſtum agere, quis non videt hic præcipue agere feſtum debere interpretari? licet ſecundario poſſit verti ſaltitare aut moueri, eo quod Iudæi in feſtis lætitiæ gratiâ ſaltarent, & ſaltando mouerentur.

EXPOSITIO.

T*Ribus vicibus per ſingulos annos feſta celebrabitis*, nempe in Paſchate, Pentecoſte, & Scenopegia, aduerte non dixiſſe ſolum tribus vicibus, &c. quia per annum præter hæc tria feſta, erant alia, ſed hæc tria nominantur, quod celebrarentur omnium maſculorum concurſu ad locum, vbi tabernaculum vel templum erat, *ſolemnitatem azymorum cuſtodies* quæ coniuncta eſt ſolemnitati Paſchatis, ac proinde pro vna & eadem vtraque ſolemnitas cenſetur, *ſeptem diebus comedes azyma*, vide quæ diximus c. 12. n. 15. *non apparebis in conſpectu meo vacuus*, ſine munere: quod autem munus ſit offerendum non præſcribitur, ſed

cuiuſque pietati id relinquitur, *& ſolemnitatem meſſis primitiuorum*: nempe Pentecoſten, quæquidem feſtiuitas celebrabatur poſt ſeptem hebdomadas à feſto Paſchæ, quinquageſimo ſcilicet die in memoriam legis datæ in monte Sinai, tali enim die poſt egreſſum ex Ægypto data eſt lex: vocatur autem feſtum hoc ſolemnitas meſſis primitiuorum, quod in ea offerebantur Deo panes primitiui, qui ex frugibus terræ cultæ conficiebantur, vocantur autem infra cap. 34. ſolemnitas hebdomadarum, quia ſeptem dierum hebdomades numerandæ erant ab oblatione manipuli, quæ fiebat poſtridie Paſchæ, quæ hebdomades ſimul A iunctæ quadraginta nouem dies conficiunt, ſequens autem dies qui erat quinquageſimus, dabat Pentecoſten, *ſolemnitatem quoque in exitu anni*, ſcilicet Tabernaculorum, vel Scenopegiæ, quæ ab alijs dicitur collectionis, vel congregationis fructuum in exitu, in ipſa anni clauſula, vel in ipſo anni nempe ciuilis exitu, qui ſub autumnum finiebatur: alij per exitum anni, intelligunt poſteriorem anni medietatem, quaſi diceret legiſlatur, duo priora feſta in priori anni parte occurrunt: tertium vero in poſteriore, quando ſcilicet fruges terræ congregabuntur.

CONCEPTVS.

Munera Deo non ad indigentiam, ſed ad excellentiam eius denotandam offeruntur.

61. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, diuina lege ſancitur à Deo, vt nullus Iſraelitarum ingreſſurus ſanctuarium ad ſe adorandum, ſine munere coram eo appareat: at cur Deus munera, vt alij principes à ſubditis exigit, qui illorum indigentiæ omnino eſt expers? imo in hoc, teſte Dauid Pſalm. 16. ſuam ſingulariter oſtendit diuinitatem; dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: & Pſal. 49. Si eſuriero, non dicam tibi, meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius: ſi ergo quæcumque in orbe terrarum illius ſunt; cur munera ſibi offerri exigit? ſane non ad ſuam indigentiam (quæ certe nulla eſt) ſubleuandam, ſed ad ſuam ſupremam excellentiam indicandam, ratione cuius, non ſolum homines, ſed omnia eorum bona ei ſummo iure debentur; imo regibus non tam ad illorum indigentiæ ſubleuamen, quam ad regiæ dignitatis à ſuis ſubditis obſeruantiam offerebantur munera: nam ad indigentiam & regni onera ferenda non tam munera, quam tributa penduntur. Hoc factum teſte Euſebio Cæſarienſ. lib. 4. de vita Conſtant. cap. 8. *Vt frequenter vndique ex omnibus gentibus legati adeſſent, ſecumque pretioſa dona ad Imperatorem afferrent, quæ poſtquam accepiſſet Imperator viciſſim eos muneribus doniſque ornauit, oſtendens ea ab ipſis non vt indigum ſe accepiſſe, ſed vt ſuam excellentiam ac beneuolentiam erga illos indicaret.*

Pſalm. 16. Pſalm. 49. Euſebius Cæſar.

Qui vacuus coram Deo apparet, beneficijs accipiendis indignus eſt.

62. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, nonne ſatis erat, tot ſolemnitates inditas colere, tot anni temporibus? cur etiam & munus offerendum? quia diuinis beneficijs accipiendis indignus eſt, qui vacuus coram Deo apparere contendit. Teſtatur Beatus Petrus Chryſol. ſerm. 10. *Ingratus eſt patri, qui auctorem vitæ ſuæ non obſequijs placat, non deuincit cultu, muneribus non honorat*, ſane qui Deum conuenit vacuus, iam ingratum ſe oſtendit.

Petrus Chryſol.

Orationem efficacem coram Deo fundit, qui non vacuus accedit precator.

63. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, Iſrae-B lita qui non in conſpectu tuo apparere tenebatur, oratutus accedebat: nonne ſatis eſt vt precator accedat, quod oratione tuam pulſet miſericordiam? cur munus iungendum precibus? vt ſint efficaciores, poſſumus enim orationi noſtræ efficaciam addere ſi fructuoſi, ſi cum bonis operibus Deo accedamus. Rem attigit Auctor operis imperf. hom. 2. in Matth. cum dixit, *Tu ergo quando venis ad orandum Deum, munera tecum in manibus tuis porta, da non habentibus, & pete ab illo qui habet, vt oratio tua bonis operibus commendetur: ſic & in lege ſcriptum eſt, ne intres in conſpectu Domini tui vacuus, infirma enim oratio eſt quæ eleemoſynarum virtute non eſt munita*: oratio oculis creatoris erit grata, quæ de bonorum operum muneri-C bus aſcendet.

Exigua & parua dona noſtra, perennem bonorum affluentiam ex Deo requirunt.

Non apparebis in conſpectu meo vacuus, ſi munus offerat, iam te conuenit, ſine dubio cum à te receſſerit vacuus redibit, qui enim quod præ manibus habet, donat, nihil ſibi retinet: quomodo ergo Deus munera conſulit offerẽti, cum offerentẽ depauperare videatur? verũ falleris, exigua enim & parua munuſcula noſtra Deo oblata, bonorum affluentiam ab eo requirunt, ecce enim cum Chriſtus Dominus per paucos panes accepiſſet: augmento cophini D replebantur, & tot hominum millia ſaturabantur: quæ admirans B. Baſilius Seleuc. oratione 33. dixit, *O quas res tunc videre fuit? panes pariebant panes, & menſæ alimento extemporario refertæ erant, panes abſque ruſticano ſudore non de ſpicis erumpebant, ſed de manu Domini effloreſcebant*. Vbi extenditur manus vt aliquid Deo offerat, hæc manus efficitur vena iugiter fundens, in hac manu paruulum munuſculum nobilitatem acquirit pariendi, qua ſe ſe in immenſum multiplicat. 64

S. Baſilius Seleuc.

Deus nobis redonat, quæ ei offerimus.

Non apparebis in conſpectu meo vacuus: cur à pauperibus dona exigis? an vt pauperiores efficiantur? imo vt diuites euadant, Deus enim quæ ei offerimus redonat, & cumulat: ſic Orig. hom 8. in Geneſ. *Sic videmur quidẽ Domino negotiari, ſed nobis cedunt negotiationes* 65.

Origenes.

lucra, & videmur Domino offerre hoſtias, ſed nobis quæ offerimus redonantur, Deus enim nullius indiget, ſed vos vult diuites eſſe. Pende hæc vltima verba, Deo aliquid offerens non pauperior, ſed euades ditior.

Deus muneribus oblatis ei noſter conſtituitur debitor.

66. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, verum cum ad me acceſſeris, munera offeres, an quia tibi debentur, ea exigis? ita ſane, ſed etiam vt eorum conſtituatur debitor, da Deo munuſcula, primitias offer, ipſum debitorem conſtituiſti, qui ſcit locupletiſſima manu, quod debet tibi exoluere, quare Iuſtinianum Imperatorem ſic ſapienter monebat Agapetus Diaconus in capitibus Parænecticis c. 50. (Agapetus.) *Eos plus ama sereniſſime Princeps accipere abs te beneficia qui ſupplicant, quam tibi qui contendunt offerre munera, his enim ad ſe debitor referendi gratiam efficeris, illi vero Deum dant tibi vadem vendicantem ſibi, pertiuerque tuam tam piam, quam perhumanam intentionem.*

Non reus efficieris, ex eo quod pauca dederis, ſed ex eo quod nihil dederis.

67. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, ſed ſi nihil dignum tanta maieſtate poteſt offerri: nonne ſatius eſſet manibus vacuis apparere, quam aliquid vilis pretij exhibere? nequaquam, non enim reus efficieris, ex eo quod pauca obtuleris, ſed ex eo quod nihil dederit. (Philoteus Patriarch.) Audiatur Philotheus Patriarch. Conſtant. in laudat. eximiorum Pontificum: *Deum ipſum,* inquit, *quanquam natura Imperatores ac Principes vniuerſos infinitis partibus excedentem vt poſſumus, veneramur, & quæ ſuppetunt ſeu obolos duos, ſeu fruſtum panis, ſeu calicem aquæ frigidæ, ſeu longe minimum quippiam eidem pie offerimus ac libamus; nec vſque ad hunc diem aut ſordium torporis poſtulatus eſt quiſquam, quia non aliquid pro dignitate, ſed pro recula ſua obtulerit: illi magis in reprehenſionem incurrunt, quia non qui quod poterant ſponte neglexerunt, quandoquidem & illuſtrium iſtorum præclarum illud conſilium eſt in conſpectu Dei, iuxta eius oraculum non apparere vacuum, nec quoniam quis ab omnibus relinquitur, ideo omnia relinquere, ſed hoc offerre, ad hoc offerendum animo ac voluntate, paratum eſſe pro hoc imbecillitati veniam rogare, & vnumquemque ex his quem poſſidet, fructum Deo dedicare.*

Æquiſſimum eſt Deum primitijs honorare.

68. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, dixerat autem antea, *ſolemnitatem azymorum cuſtodies:* in qua Ioſeph. lib. 5. Antiq. ait, (Ioſeph.) ſecunda azymorum die, quæ eſt ſexta & decima frugum, primitias quas metunt Iudæi, offerunt iſto modo, ſiccãtes ſpicarum manipulum, contundentes, & munda ad coquendum hordea, aræ Dei aſſarium offerunt, & vnam drachmam ex eo mittentes, reliquum ſacerdotum vſui relinquunt, & tunc iam licebat omnibus pro ſua metere voluntate, immolant autem in primitijs frugum, agnum holocauſtum Domino.] Verum cur antequam Deo primitias frugum offerant eis non veſcuntur, cum fructus priores maxime nobis dulceſcunt? reſpondet præfatus Auctor, *Quia iudicant iuſtum eſſe primitijs Deum honorari, antequam eis veſcantur.*

Non ſolum cum beneficium accipis, ſed cum conſummatum eſt, gratiarum actiones Deo reddendæ.

69. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus, nam ſolemnitatem azymorum cuſtodies, & ſolemnitatem meſſis primitiuorum operis tui,* & ſolemnitatem quoque in exitu anni, in quibus feſtiuis diebus, nequáquam quis apparere debebat vacuus in conſpectu Domini. Verum nonne ſufficiebat in tempore meſſis ſpicæ, vel in ſolemnitate meſſis primitiuorum, ſiue nouarum frugum aliquid Deo in gratiarum actionem offerre? cur & in ſolemnitate quæ eſt in egreſſu anni, quando fruges congregantur in horrea etiam aliquid Deo dandum? quia non ſolum cum beneficium accipere incipis, ſed cum & conſummatum eſt, grates Deo omni cum cordis affectu rependendæ, *Gratitudinem ex nobis requirit Deus,* inquit Oleaſt. (Oleaſter.) *vt quam primum ceperis beneficium obtinere, incipias gratias ei agere, & ſimiliter in fine cum beneficium fuerit conſummatum, putant homines ſe ſatis Deo gratos eſſe, ſi poſt acceptum beneficium gratias egerint, ſed non ſic docentur à Deo ſuo hic, imo gratitudinem oſtendere cum primum ceperint ſpica ad maturitatem, & cum omnes fructus domui incluſerint.*

Ille in conſpectu Domini vacuus apparet, qui ſolum pro terrenis laborat.

70. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, cum vbique ſit Deus præſens, an dicendus vacuus in conſpectu eius apparens, qui opibus præpotens, dignitatibus excellit, diademate coronatur, regnorum habenas tenet? quidni? cum hæc omnia ſint vanitas, & vacuitas? ille enim vacuus manibus in conſpectu Domini apparere dicendus, qui ſolum terrenis plenus eſt. Fauet nobis Greg. Magnus lib. 7. Moral. cap. 17. (S. Gregorius Mag.) *In conſpectu Domini vacuus apparet, qui nihil ſecum de fructu ſui laboris portat; alius namque adipiſcendis honoribus exudat, alius multiplicandis facultatibus æſtuat, alius promerendis laudibus anhelat, ſed quia cuncta hæc quiſque moriens deſerit, ante Dominum vacuus apparet, quia ſecum ante iudicem nihil tulit: hinc ergo per legem ſalubriter admonemur dicentem, non apparebis in conſpectu Domini vacuus, qui enim promerendæ vitæ mercedem, bene agendo non prouidet, in conſpectu Domini vacuus apparet: hinc de iuſtis per Pſalmiſtam dicitur Pſal. 125.* (Pſalm. 125.) *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos: veniunt, qui in ſemetipſis recta opera quibus vitam mereantur oſtendit.*

Si miſericordiam in pauperes exercueris, iam plenus non vacuus coram Deo apparebis.

71. *Non apparebis in conſpectu meo vacuus*, ple-

nus ergo, verum quomodo plenus? ſane ſi miſericordiam in pauperes exercueris, miſericordia enim in eos te ditat, te bonis replet vt iam vacuus dici non poſſis. Teſtem profero B. Chryſoſt. hom. 1. in c. 2. epiſt. ad Timoth. in Moral. *Iudæo ita dicitur, non apparebit coram Deo vacuus, quanto magis nobis? idcirco pauperes, nempe ante fores aſtant, vt nemo vacuus ingrediatur, vt miſericordia comite ſecurus introeat, intras vt miſericordiam conſequaris, prior ipſe miſerere, qui autem poſterior venit amplius debet: nam cum cœpimus nos, ſecundus amplius ponit, ſac tibi debitorem Deum, & ita Deum,*

S. Chryſoſt.

A *illum exige, fænerare primo, tunc repete, vt cum vſura recipias: fænerare vult ſane ita Deus, nec fœnus ſoluere renuit: ſi cum eleemoſyna poſtules, gratias agit, ſi cum eleemoſyna repetas, fœneraris vſuras quæ accipiet: ita obſecro faciamus, non ſola aut ſimplici extenſione manuum exaudimur, expande manus tuas non in cœlum modo, verum ad pauperum manus, ſi ad pauperum manus, extendas manum, ipſum cœli cardinem attigiſti, nam qui illinc ſedet, eleemoſynam accipit, quod ſi ſteriles manus extendas, nihil pœnitus proficit.*

VARIET. LECT. Verſ. 17. & 18.

V*Vlg.* Ter in anno apparebit maſculinum coram Domino Deo tuo.

Sept. Tribus temporibus anni.

Cald. Tribus vicibus in anno apparebunt omnes maſculi tui, coram dominatore ſæculi Domino.

Onk. Coram principe ſæculi Domino.

Mont. Conſpicietur omnis maſculus tuus, ad facies dominatoris Domini.

Vulg. Non immolabis ſuper fermentato ſanguinem victimæ meæ, & non pernoctabit adeps ſolemnitatis meæ vſque mane.

Sept. Quando enim eiecero gentes à facie tua, & dilatauero fines tuos, non immolabis

B ſuper fermentum ſanguinem thymiamatis mei, neque dormiet adeps.

Theod. Non immolabis ſanguinem ſuper fermentum ſacrificij.

Alij codices Græci, Sanguinem ſanctificationis, *regius codex*, bonoris

Cald. Neque manebunt extra altare adipes ſacrificij ſolemnitatis meæ vſque mane.

Onk. Non mactabis ſuper fermento ſanguinem peſach mei.

Mont. Non pernoctabit adeps agni mei.

Bibl. antiq. Non immolabis ſuper fermentum ſanguinem victimæ tuæ.

CONCORDIA.

SEpt. illa verba, quando eiecero, &c. addunt, & ſi non ſint in Hebræo, propter generalem legem quâ Iudæi manebant ab obligatione cæremonialium præceptorum liberi, toto tempore quo peregrinabantur in deſerto, verum eſt in pluribus Biblijs antiquis eſſe victimæ tuæ: at in Hebræo eſt זבחי victimæ

C meæ, ſic Cald. & alij: verum eſt codices Sept. varios eſſe in illa dictione vertenda, ſed neſcio qua de cauſa, niſi quod hæc victima varijs appellabatur nominibus, verum ילין ralin futurum à לין lun, aliqui reddiderunt non dormiet, alij non manebit, ſed idem ſenſus eſt cum litera noſtra.

EXPOSITIO.

T*Er in anno*, ſolemnitatibus ante dictis Paſchatis, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, *apparebit omne maſculinum tuum*, à vigeſimo vſque ad quinquageſimum ætatis ſuæ annum, quales tantum numerari ſolent per legem, *coram Domino Deo tuo* accedendo, ſi legitimum non fuerit impedimentum ad eum locum quem elegerit Dominus, locus autem à Domino dicebatur is, in quo erat arca propitiatorij, quæ fuit primo in Silo, poſtremo tranſlata fuit in Hieruſalem, & qui in hunc locum venerat, dicebatur apparere ante conſpectum

Domini ſui: *Non immolabis ſuper fermento*, ſed ſolum cum azymis, *ſanguinem victimæ meæ*, nempe agni Paſchalis, quod autem ſit ſermo de victima Paſchali, Onkelus indicat, cum vertit ſuper ſanguinem peſach mei, *& non per-*

D *noctabit adeps ſolemnitatis meæ vſque mane*, quod licet aliqui intelligant de alijs ab agno Paſchali ſacrificijs, in quibus adeps omnis Deo adoleri, & conſecrari debebat: nihilominus hoc etiam ad victimam Paſchalem referri debet, cuius totus adeps Deo cedere debebat, & cum ſanguine offerri, non autem comedi.

CONCEPTVS.

Sale diſcretionis condita ſunt leges Domini.

72. *Ter in anno apparebit maſculinum coram Domino*, conuenire ergo debent omnes Iſraelitæ in domum, ſeu Tabernaculum ſupremi omnium dominatoris: verum hoc impoſſibile videtur, omnes enim ciuitates, omnia oppida, & in vniuerſum omnes domus vno & eodem tẽpore hominibus deſtitutæ manebunt. Nonne eorum hoſtes omnia depopulabuntur? ciuitatum eorum euadent Domini? cur ergo tale præceptum imponit Dominus? ne abſurdum

dixcris, imo ſale diſcretionis conditum, nam lex iſta non obligabat, niſi maſculos à vigeſimo vſque ad quinquageſimum ætatis ſuæ annum, vel circa: quoniam tales duintaxat numerabantur, alij autem tanquam imperfecti, vel emeriti habebantur: intellige etiam exceptionem legitimi impedimenti, en ergo vt lex nihil abſurdi præcipit!

Cum ad ingratitudinem propenſiſſimi eſſent Iudæi, feſtorum ſolemnitate ad gratitudinem prouocabantur.

73. *Ter in anno apparebit maſculinum tuũ coram Domino;* ſcilicet tempore Paſchatis, Pentecoſtes & Tabernaculorum, verum nonne aliæ feſtiuitates ab eis celebrandæ erant? ita ſane vna fere continua, & aliæ præter prædictas B quatuor temporales: cur tot feſtiuitates celebrandæ præcipiuntur, plures autem diebus continuis? quia Iudæi ita Dei beneficiorum immemores, ita ad ingratitudinem propenſi, vt feſtorum varietate ad gratitudinem prouocari deberent. Id docte expendit B. Thomas (S. Thomas.) 1.2. quæſt. 102. art. 4. ad 10. In veteri lege, *inquit,* erant ſeptem ſolemnitates temporales, & vna continua vt poteſt colligi, num. 28. & 29. erat enim quaſi continuum feſtum, quia quotidie veſpere, & mane immolabatur agnus, & per illud continuum feſtum, iugis ſacrificij repræſentabatur perpetuitas diuinæ beatitudinis: feſtorum autem temporalium primum erat quod iterabatur qualibet ſeptimana, & hæc erat ſolemnitas Sabbati, quod celebratur C in memoriam creationis rerum, vt ſupra dictum eſt: alia autem ſolemnitas iterabatur quolibet menſe, ſcilicet feſtum neomeniæ, quod celebratur ad commemorandum opus diuinæ gubernationis, nam hæc inferiora præcipue variantur ſecundum motum lunæ, & ideo celebratur hoc feſtum in nouitate lunæ, non autem in eius plenitudine, ad euitandum idololatrum cultum qui in tali tempore lunæ ſacrificabant. Hæc duo beneficia ſunt communia toti humano generi, & ideo frequentius iterabantur, alia vero quinque feſta celebrabantur ſemel in anno: & recolebantur in eis beneficia ſpecialiter illi populo exhibita. Celebrabatur enim feſtum phaſe primo menſe ad commemorãdum liberationis beneficium ex Ægypto, feſtum autem Pentecoſtes celebrabatur D poſt quinquaginta dies, ad recolendum beneficium legis datæ. Alia vero tria feſta celebrabantur in menſe ſeptimo qui quaſi totus apud eos erat ſolemnis, ſicut & ſeptimus dies, in prima enim die menſis ſeptimi erat feſtum tubarum in memoriam liberationis Iſaac, quando Abraham inuenit arietem hærẽtem cornibus, quem per cornua repræſentabant, quibus buccinabant: erat autem feſtum tubarum quaſi quædam imitatio, vt præpararent ſe ad ſequens feſtum quod celebrabatur decimo die, & hoc erat feſtum expiationis, in memoriam illius beneficij quo Deus propitiatus eſt peccato populi de adoratione vituli ad preces Moyſi. Poſt hoc autem celebrabatur feſtum Scenopegiæ, id eſt, Tabernaculorum ſeptem diebus ad commemorandum beneficium diuinæ protectionis, & deductionis per deſertum,

A vbi in Tabernaculis habitauerunt, vnde in hoc feſto debebant fructum arboris pulcherrimæ, id eſt, citrium & lignum denſarum frondium, id eſt myrtum, quæ ſunt odorifera & ſpatulas palmarum, & ſalices de torrente quæ diu retinent ſuum virorem, & hæc inueniuntur in terra promiſſionis, ad ſignificandum quod per aridam terram deſerti eos duxerat Deus ad terram delitioſam: octauo autem die celebrabatur aliud feſtum, ſcilicet cætus atque collectæ, in quo colligebãtur à populo ea quæ erant neceſſaria ad expenſas cultus diuini, & ſignificabantur adunatio populi, & pax præſtita in terra promiſſionis.

Coram Deo comparens nihil habeat fœmineum.

B *Ter in anno apparebit maſculinum tuum coram Domino,* an immunis eſt ſexus fœmineus ab agendis gratiarum actionibus, cum innumera acceperit beneficia, ſicut & maſculinus? cur Deum adoraturus in Hieruſalem tribus anni temporibus non perget? cur non offeret ſua Deo munera? Reſpondet Philo lib. 2. Alleg. *Tribus,* inquit, *temporibus ô anima tota coram Deo ſemper compareas, non fœmineum illum affectum, tecum trahens, ſed virilem fortem exercitatamque rationem, ſeu ſuffitum offerens:* virtus maſcula ab omnibus imperfectionibus aliena requiritur à Deo, quod molle & effœmineum, reijcitur, vilipenditur. 74. (Philo.)

C *Chriſti Domini ſanguis, nec ab iniquis confici deberet, nec accipi.*

Ter in anno apparebit maſculinum tuum coram Domino, verum non ſolum id vobis iniungo, ſed ne immoletis ſuper fermentum, ſanguinem victimæ meæ; dummodo tibi immolent agnũ Paſchalem, quid tibi curæ? quid refert verum ſuper fermentum, vel azyma illum in ſacrificium offerant? pluries diximus fermento malitiam, & iniquitatem deſignari, ſicut & ſanguine agni ſanguinem agni myſtici. Prohibet ergo Deus, ne ſuper fermentum ſanguinis victimæ offeratur, quia Chriſti D. ſanguis nec ab iniquis confici deberet, nec accipi: id habet Bruno in Alleg. Tilm. *Fermentum corruptionem & peccatum, & malitiam & nequitiam Apoſtolo teſte ſignificat, ſanguinem vero victimæ* D *Chriſti ſanguinem intelligimus: præcipit ergo ſanguinẽ victimæ ſuper fermento non immolari, id eſt Chriſti ſanguinem ab iniquis non recipi, nec ſanctificari ſuper fermento, namque victimæ ſanguis immolatur, quando Chriſti ſanguis, vel ab iniquis ſacerdotibus conficitur, vel iniquis ad bibendum traditur.* 75. (Bruno.)

Bene operari ne in aliud ſæculum differamus.

Ter in anno apparebit maſculinum tuum coram Domino, & cum victimam Paſchalem immolare teneberis, caue ne ſit ſuper fermẽtum, nec pernoctet adeps ſolemnitatis meæ vſque mane: cum iubet vt ſuper fermentum non immoletur ſanguis victimæ, poteſt eſſe ſenſus, nempe quod caueas ne in oblatione, qua Domi- 76.

num placare deſideras, aliquid doli, aut nequitiæ immiſceas, ſinceritas enim operum Deo gratiſſima: verum cur non remanebit adeps ſolemnitatis vſque in tempus matutinum? ſi enim aliquod obſtat impedimentum vſque tunc temporis ſeruari poterit. Reſponder Rabanus Maurus, *Per hanc ſententiam* A *nos inſtruit, ne opus miſericordiæ, vel cæterarum pinguedinem virtutum in mane reſurrectionis futuræ faciendum differamus, quia ibi actionis tempus nullum erit, ſed dies iſte retributionis, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit tempore carnis ſuæ, quando licuit operari.*

Rabanus Maurus.

VARIET. LECT. Verſ. 19.

VVlg. Primitias frugum terræ tuæ deferas in domum Domini tui, non coques hœdum in lacte matris ſuæ.

Sept. Primitias primitiuorum terræ tuæ inferas.

Cald. Principium primitiarum terræ tuæ, B afferes in Sanctuarium Domini Dei tui, non comedes carnem cum lacte.

Onk. In domum Sanctuarij Domini Dei tui.

Cajet. Non lixabis hœdum cum lacte matris ſuæ.

Aug. Non coques agnum.

EXPOSITIO.

P*Rimitias frugum terræ tuæ*, non primogenita hominum ſolum & pecorum, de quibus c. 13. ſed etiam frugum terræ ſibi popoſcit, vt ſe omnium rerum Dominum oſtenderet, *non coques hœdum*, agnum, vel vitulum, *cum lacte matris ſuæ*, non quod non offerendus ſit Deo quamdiu eſt adhuc lacteus, vel quod non ſit ſimul cum matre comedendus, ſed ne locaquæ matris lac quod ſugit, cum decoquitur, apponatur: ne quod datum eſt pro eius cibo ad conſumptionem carnium ipſius adhibeatur, quod quidem inhumanitatis argumentum videtur eſſe.

CONCEPTVS.

Benignitatem & humanitatem diſce à Deo.

77. *Non coques hœdum cum lacte matris ſuæ*, an vſque ad culinâ extendit ſe prouidentia tua, vt de obſonijs ſis ſollicitus, ne hœdus cum lacte matris ſuæ coquatur? aduerte maximam crudelitatis ſpeciem præ ſe ferre, in condimentum occiſi vertere, quod in eius nutrimentum à natura datum eſt: en ergo vt hac lege humanitatem & benignitatem te docet Deus, vtque omnem prorſus deponas inhumanitatem, *Quid aliud*, inquit Oleaſt. *quam pietatem prædicat lex iſta, non ſolum in homines, ſed etiam in pecudes & volucres? te pium eſſe voluit Deus tuus, ſed qualiter in bruta pius eſſe poteſt, qui ſic in homines ſæuit? videbis enim quoſdam in proximos omnibus feris crudeliores eſſe, qui ita ſanguinem humanum ſitire videntur, vt omnibus lupis ſint ſæuiores*, ante eum Theod. *Per omnia Deus Hebræos humanitatem docet*: & B. Thomas 1. 2. q. 102. art. 6. ad 4. *Etſi Agnus occiſus non ſentiat, qualiter carnes eius coquantur, tamen in animo decoquentis ad quandam crudelitatem pertinere videtur, ſi lac matris quod datum eſt ei pro nutrimento, adhibeatur ad conſumptionem ipſius.*

Oleaſt. Theod. S. Thomas.

Ab idololatria ſuos remouet Deus.

78. *Non coques hœdum cum lacte matris ſuæ*, quæ iuſſio? ſi enim ſignificationis alicuius cauſâ prohibitum, accipiamus agnum cum lacte matris ſuæ, nullus eſt vſus ita loquendi, ſi autem in diebus quibus lactatur, quis hoc habuit vnquam Iudæorum in obſeruatione, vt agnum non coqueret, cum deſiſteret ſugere? Verum aduerte ſecundum B. Thom. cit. loco, Gentiles in ſolemnitatibus idolorum carnes hœdi cum C lacte matris ſuæ ad immolandum coquere conſueuiſſe: vt ergo ab idololatria reuocaret, hoc etiam eis iniungit præceptum. Sic autem ait præfatus S. Doctor, *Poteſt dici quod hæc prohibita ſunt in deteſtationem idololatriæ, nam Ægyptij nefarium putabant, vt boues ſæturantes de frugibus comederent: aliqui etiam malefici vtebantur matre ſuis incubante, & pullis eius captis, ad fœcunditatem & fortunam circa nutritionem filiorum, & quia etiam in augurijs reputabatur hoc eſſe fortunatum quod inueniretur mater incubans cum filijs.* Idem habet Cajet. *Ad litteram prohibetur ritus idololatrarum lixantium hœdum in lacte matris.*

S. Thomas. Cajetan.

Chriſtus D. non cum innocentibus interficiendus, ſed ſtatuto tempore à Deo ſignratur.

D

79. *Non coques hœdum cum lacte matris ſuæ*, Auguſt. non coques agnum, quid agno denotatur? nonne Chriſtus D. qui agnus Dei nominatur? verum quid eſt quod in lacte matris non ſit coquendus? niſi quod cum quærebatur in vlnis matris, ab Herode interficiendus, nequaquam hoc fieri debebat, niſi ſtatuto tempore à Deo. Hoc habent B. Chryſoſt. & Auguſt. primus in hom. Innocent. *Sanctus Moyſes, quod Chriſtus Dominus infans adhuc lacteus, minime poſſit occidi, his verbis teſtatus eſt, idipſum ſignificans Chriſtum D. noſtrum, qui verus Dei agnus, non niſi maturo tempore pati oportere.* Poſterior q. 90. in Exod. *Intellectum de Chriſto approbo, quod hac Prophetia prædictus eſt non occidendus à Iudeis infans, quando Herodes quærens eum vt occideret, non inuenit, vt coques quod dictum eſt pertineat,*

S. Chryſoſt. S. Auguſt.

ne.n ad ignem paſſionis, hoc eſt tribulationem, vnde dicitur vaſa figuli probat fornax & homines iuſtos tentatio tribulationis, quia ergo tunc infans non eſt paſſus eum quærente Herode, huiuſmodi periculum imminere videretur, prædictum eſt his verbis, non coques agnum in lacte matris ſuæ.

Eccleſ. 17.

Peccator blanditijs in peccato non perſeueret.

19. *Non coques hædum cum lacte matris ſuæ*, ſed quid? quis peccat ſi hœdum cum lacte matris coquat, cum ratione carentium nulla ratio videatur habenda? verum quid dicat Ambr. in c. 6. Apocal. attendamus, *Vnuſquiſque peccator per hædum intelligitur, mater hæc noſtra, primi parentes fuerunt, ex quibus omnes procreati ſumus, lac vero matris vitia ſunt, quæ de originali peccato proceſſerunt, niſi enim originale peccatum fuiſſet, vitium nullum eſſet. De hoc matris lacte Pſalmiſta Pſal. 50. loquitur, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis meis concepit me mater mea. Hædus igitur in lacte matris coquitur, dum quilibet peccator igne vitiorum vſque ad diem mortis ſuæ exuritur. Præcepit ergo Dominus ne coquatur hædus in lacte matris ſuæ, id eſt vt peccator non ſinat vſque in diem mortis ſuæ in peccatis permanere, ſed ante diem mortis ſuæ, ad bona opera agenda reuocetur ne pereat.*

S. Ambroſ. Pſal. 50.

Peccator ſeuere increpandus.

19. *Non coques hædum iu lacte matris ſuæ*, Nonne ſuauior erit cibus, ſi loco aquæ, lacte materno coquatur? nonne hœdo ſignificatur peccator, ſicut lacte ſuauitas, matre autem carnis concupiſcentia? en quomodo Deus prohibet hœdum cum lacte matris coctum! non vult enim vt Pcxlatus permittat peccatorem diſſolute viuere, lactari dulciſſimo lacte concupiſcentiæ, ſed vt ſeuere eum increpet, & puniat. Moralitas eſt Brunon. in Alleg. Tilin. *Quamdiu fugit hædus lac matris tener eſt, hædus eſt peccator, mater concupiſcentia, lac eſt concupiſcentiæ ſuauitas. Dicitur ergo Prælato, non coques hædum, id eſt diſſolutè viuere non facies peccatorem, quod enim in liquido coquitur diſſoluitur, nec in errore ſuo eum blanditijs confouebis, ſi aſpere increpabis.* Eodem ſenſu loquitur Rabanus, *Hædus ſub peccatoris figura introducitur, proinde peccans non eſt coquendus in lacte matris, id eſt non eſt purgandus mediocribus tenerrimiſque Eccleſiæ diſciplinis, ſed auſterioribus præceptis eius ſunt exeoquenda peccata, cuius magna ſunt crimina, vt qui per laſciniæ blandimenta ſe perdidit, fortiore diſciplina ſe redimat.*

Bruno. Rabanus Maurus.

VARIET. LECT. Verſ. 20.

Vlg. Ecce ego mitto Angelum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem paraui.

Sept. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, vt ſeruet te, & inducat in terram quam paraui tibi.

EXPOSITIO.

Ecce ego mitto Angelum meum, non Moyſen, non Ioſue, non Chriſtum Dominum, ſed Angelum creatum præſidem nimirum exercitus Iſraelitarum, huic enim maxime conueniunt ſequentia, ſiquidem Hebræos præceſſit; viam per columnam nubis, & ignis commonſtrans, cuſtodiuit in via, tutos faciens à varijs periculis, & tandem in terram promiſſionis induxit: tum ille nomine Dei præcipiebat Moyſi, & Hebræis, & ille rebelles puniebat, *qui præcedat te*, ecce primum eius officium, oſtendens per columnam nubis, & ignis iter, quo pergere debeas, *& cuſtodiat in via*, ſecundum eius officium protegens te ab aduerſarijs, *& introducat te in locum quem paraui tibi*, tertium eius officium poſſeſſorem enim terræ quam patribus veſtris promiſi efficiet.

CONCEPTVS.

Egredienti de Ægypto, ſuus cuique Moyſes, nempe præceptor ſiue ductor neceſſarius eſt.

20. *Ecce ego mitto Ang m meum qui præcedat te, &c.* Cajetanus eſt ſermo de Angelo non cœleſti, ſed terreſtri hoc eſt de Moſe, quem in nuntium Deus mitteba &c. ſed quidquid ſit de ſententia Cajet. cum ipſemet Deus eſſet ſui populi ſpecialis gubernator, cur ipſemet eum non deducit in terram promiſſionis. vel cur ipſemet populus ex Ægypto eductus, ad terrã Chanaan ſuopte ing no, & viribus non peruenit cur Angelo indiget, qui ſecundum Cajet. eſt Moſes? quia egredienti de Ægypto, nempe de hoc ſæculo, ſuus cuique Moyſes, nempe præceptor ſiue ductor neceſſarius eſt. Suffragatur Ioann. Clim. in primo gradu ſuæ ſcalæ, *Quicumque ex Ægypto, inquit, egredi, Pharaonemque effugere cupit, prorſus Moyſe aliquo ad Deum, ac poſt Deum mediatore nobis opus eſt; qui pro nobis medius inter contemplationem & actionem ſtans manus extendat ad Deum, vt hoc duce directi peccatorum traiciamus mare, atque Amalech vitiorum principem fugemus, ſeducti igitur ſunt qui ſibi ipſis confidentes, nullo ſibi duce arbitrati ſunt agere.*

Ioann. Climacus

Deus neſcit cum ſuis ſemper diſſimulare, ſed ſeuere punit cum delinquunt.

83. *Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat te, &c.* eximiũ ſane beneficium ab Angelo Dei cuſtodiri, in terram promiſſionis deduci, à periculis erui, inimicorum victoriam conſequi: cur inter ea dona hoc ſibi iungit, non dimittet, nempe te multum, cum peccaueris? nonne maior gratia delicti veniam obtinere, quam puniri? nequaquam, ſingularis eſt enim Dei in ſuos miſericordia cum delinquunt eos ſeuere punire. Audiendus eſt Philo lib. de Confuſ. linguarum, *Quamobrem oraculum propitij Dei plenum bonitate ſpem egregiam oſtentat diſciplinæ amatoribus, quod ſic eſt redditum, non dimittam te non deſeram, nam laxatis animæ vinculis, quibus continebatur, maxima ſequitur calamitas, quare ſuas proprias potentias circumdedit rebus omnibus tanquam fortiſſimo vinculo, & ſic eas indiſſolubiliter adſtrictas eſſe voluit.*

Philo.

Angelus aſſidet homini ne quis ei noceat.

84. *Ecce ego mitto Angelum meum qui cuſtodiat te in via,* qui cuſtodit aliquem, cum vndequaque illæſum ſeruat, ne ſi à latere appeteretur, vel anteriori vel à poſteriori parte, niſi vndequaque ſeruaretur, poſſet offendi: in circuitu illius ergo aſſidet, verum nonne ſatis eſſet, vt cum præcederet: vt ei viam, per quam pergere debet, manifeſtaret? cur ergo etiam eum cuſtodit & circuit? ne minimum accipiat damnum. *Angelus ſtat in circuitu hominis,* inquit B. Ambroſ. in Pſal. 33. verſ. 8. *quia prætendit ne quis noceat ei.*

S. Ambroſ.

Angelus poſt plurima tentationum certamina, ad palmam retributionis deducit.

85. *Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat te, & introducat in locũ quem paraui tibi,* cuſtodiat populum tuum in via, nam plura obeunda ei certamina, & plures ſuperandi hoſtes, varij exantlandi labores: cur etiam in terram promiſſionis introducet? quia Angelus poſt plurimas tentationum pugnas, ad palmam perfectæ retributionis deducit. Accinit B. Hieron. in illa verba Prouerb. 25. aqua frigida animæ ſitienti, & nuntius bonus de terra longinqua ait, *Angelus bonus aqua frigida, qui ſitientis ardorem extinguit, & nuntius de longe veniens, quia noua quælibet & inopinata gaudia portat, quia & dulcedo diuinæ viſionis animam diu deſiderantem conſolatur, atque ab æſtu præſentium tentationum liberam reddit, & Angeli quotidie de terra longinqua, hoc eſt à ſuperna patria deſcendentes in mundum, iuſtos vel inter tentationes ſpe cœleſtium roborant, vel finitis tentationum certaminibus ad palmam perfectæ retributionis accendunt.*

S. Hieron. Prou. 25.

A tempore quo Chriſtus D. venit in mundum, innumeri nos cuſtodiunt Angeli.

86. *Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat*

A *te, & cuſtodiat te in via, &c.* quid ſolum vnum pro innumeris hominum millibus cuſtodiendis mittis? nonne plures erant neceſſarij, cum dixerit Regius vates, Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te? ecce plures Angeli deſtinantur cuſtodiendis hominibus, & hic vnus innumeris, qua de cauſa? quia à tempore quo verbum diuinum naturam aſſumpſit humanam, plures Angeli hominum ſaluti conſulere videntur. Id meditabatur D. Epiphan. oratione de laudib. Virgin. cum dixit, *Deum habitantem in cælis concepit in terra, vt hac ratione exercitus Angelorum traheret ad terram, & verſaretur cum hominibus: non Angelus vnus immittitur, ſed totus Angelorum exercitus, ſigna mouet, vt hominum ſaluti tutandæ fortiter inſideat: aduerte ſolere duces ante prælium [illegible] caſtris adhuc iam hos vel illos mittere, qui pugnas aliquas cum hoſtibus ineant, ſic Deum dominumque exercituum ſtatis in cælo cæleſtium virtutum caſtris, à mundi principio, iam hunc iam illum miſiſſe, qui hominum ſaluti proſpicerent, verum cum eo ſanctitatis homo deuenit, vt hypoſtatice vniretur perſonæ: creuit cuſtodum totus cæleſtium virtutum exercitus, ſe ſe latius profudit.*

S. Epiph.

B

Non hominum, ſed peccatorum eorum inimici eſſe debemus.

Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat te, cuius ſi vocem audieris, *inimicus ero inimicis tuis.* Quid hoc eſt? nonne antea nobis dixerat, quod ſi quis boui erranti inimici ſui occurreret, quod eum reduceret? quomodo ergo ſi benigni & compaſſiui eſſe debemus circa animalia aduerſarij, nonne magis erga homines quoſcumque, ſicque nullos habere inimicos? ne dicat ergo Deus, inimicus ero inimicis tuis? rectè dixit, quia veri Iſraelitæ, non hominum, ſed peccatorum eorum debent eſſe inimici. Soffragatur B. Hieronym. cap. 5. epiſt. ad Galatas, Quantum in nobis eſt, nullius eſſe debemus inimici, ſed cum omnibus habere pacem, quod ſi loquentes veritatem, aliquos meremur inimicos, non tam nos inimici eorum ſumus, quam illi ſunt inimici veritatis: nam quod & in Geneſi dicitur ad Abraham inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduerſantibus tibi, intelligendum non tam Abraham illis inimicum fuiſſe, quam illos Abrahæ virtutibus & religioni, per quam calcatis idolis incognitum venerabatur Deum: illud quoque quod populo præcipitur Iſrael in odio ſempiterno, & in poſtero transmiſſa diſcordia, inimici ſint Medianæis, quaſi [illegible] dicitur, qui ſub pædagogo erant, & mali loco [illegible] audire, odio [illegible] um tuum, [illegible] non tam [illegible], quam [illegible] facta eſt diſſenſio, [illegible] modo D[illegible] vti inter inter [illegible] entem, & m[illegible] erè inimicitias poſuit, ne amicitiæ [illegible] tum nutiles eſſent, per quas proiectus [illegible] paradiſo, ita & in Iſrae[illegible] ltis, & M[illegible] gis diſſimilis, quam gens vna da[illegible] ta eſt. 87.

C

S. Hieron.

D

VARIET. LECT. à Verſ. 21. ad 23.

VVlg. Obſerua eum, & audi nomen eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & eſt nomen meum in illo.

Sept. Attende tibi, & exaudi eum, & non ſis incredulus ei, non enim verebitur te, nomen enim meum eſt in eo.

Cald. Obſerua te à facie eius, & acquieſce verbo eius, ne ſis rebellis in conſpectu eius, quia non dimittet peccata veſtra, quoniam in nomine meo eſt verbum eius.

Onk. Cautus ſis cum eo, & parito verbo eius.

Pag. Caue à facie eius, & audi vocem eius, ne exacerbes eum, quia non parcet præuaricationi veſtræ, quis nomen meum in medio eius?

Mont. Obſerua te à faciebus eius, & audi in voce eius, ne exacerbes eum, non parcet præuaricationi veſtræ, quia nomen meum in interiori eius.

Oleaſt. Quoniam non parcet, non portabit iniquitates veſtras.

Cajet. Non præuaricaberis in eo, quia nomen meum in intus eius.

A *Vulg.* Quod ſi audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.

Sept. Si auditione audieris vocẽ meam, &c. aduerſabor aduerſarijs tuis.

Cald. Quod ſi ſuſcipiens ſuſceperis verbum eius, odio habebo inimicos tuos, & tribulabo tribulantes te.

Pag. Anguſtijs afficiam anguſtijs afficientes te.

Onk. Quod ſi acquieſcendo acquieueris verbo eius, &c. qui tribulant te, ego etiam tribulabo.

Mont. Inimicabor aduerſarijs tuis, & coarctabo coarctantes te.

Vulg. Præcedetque te Angelus meus, & in-
B troducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, Chananæumque & Heuæum, & Iebuſæum, quos ego conteram.

Sept. Ibit enim Angelus meus, *vt addunt præter ſex populos*, Hergeſæum.

Cald. Quia ibit Angelus meus ante faciem meam, &c. & diſperdam eos.

CONCORDIA.

SEpt. reddunt ἀσάκουσον αὐτοῦ, exaudi eum, quod Vulg. dixit audi, verum idem eſt, quia Deus iubet eum exaudiri à populo, non vtique potentem, ſed iubentem, mitto pro mittam, pro futuro enim ponitur, iuxta Hebr. השמר מפניו hiſamer mipanaf, caue à facie eius, vel à faciebus, id eſt caue ne in conſpectu illius quid agas iniquum: ſed noſter Vulg. legit obſerua eum, non vtique attendendo ſolum verba eius, ſed cauendo & caute ante conſpectum illius ambulando, quod ſequitur non contemnendum putes, Hebraicè eſt אל תמר בו al tammer bo non rebellabis ei, vel non exacerbes, nam מרה mara verbum ſignificat rebellare, inobediẽtem eſſe, exacerbare, & ad iracundiam prouocare. Sept. μὴ ἀπείθει αὐτοῦ, non ſis incredulus ei, verum hæ omnes verſiones in ſenſu nobiſcum conueniũt, pro cum peccaueris; in Hebr. eſt לפשעכם le-
C phishachem, verbum autẽ פשע aliquid amplius ſignificat quam ſimplex peccatum, ſed grauiſſimum, & ſic alij reddiderunt, non portabit iniquitates veſtras, vel non parcet præuaricationi veſtræ; Sept. ſeptem populos numerauerunt, alij autem ſex, ſed in his alter ſubintelligitur.

EXPOSITIO.

OBſerua eum, ſummopere attendens ne coram eo aliquid facias iniquum, *& audi vocem eius*, præcipientis tibi quid te oporteat facere, *nec contemnendum putes*, honore enim dignus eſt, nam gerit meas vices, & ideo ne ſis ei contumax, & rebellis, *non dimittet te cum peccaueris*, ecce quartum eius officium, non dimittet te impunitum, & ſine vltione, cum peccaueris cum iniquitatem aliquam commiſeris, *& eſt nomen meum in illo*, non ſolum nomen meum, ſed perſonam, voluntatem, & auctoritatem profert.

Quod ſi audieris vocem eius, libenter conſilia & mandata eius ſuſcipiens, *& feceris omnia quæ loquor*, eo mediante, *inimicus ero inimicis tuis*, per odium & deteſtationem ſcelerum eorum,
D *& affligam affligentes te*, per malorum pœnæ immiſſionẽ, *præcedetque te Angelus meus*, exaggeratio promiſſi præcedentis, *& introducet te ad Amorrhæum, &c* quibus deuictis eorum terræ poſſeſſor eris. Quinam ſunt autem illi populi, diximus iu commẽtarijs noſtris in Geneſim.

CONCEPTVS.

Nomen Dei hoſtibus ſuis extremam affert ruinam.

89. *Obſerua eum, &c. nec contemnẽdum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & eſt nomen meum in illo*, expende ab illis quia non dimittet, tam ſeuerus enim in peccatores, & legis diuinæ præuaricatores, vt nulli condonet, ſed omnes ſeuere puniat, vnde tantam indicet ſeueritatem? cauſam ſeueritatis innuunt verba illa, &

eſt nomen meum in illo, quaſi hoc ſit proprium nominis diuini, quod non parcat contemptoribus ſuis. Sic Cajet. *Quia nomen meum erit in intimis eius, ideo non pariet vindicando iniurias nomini Domini in quo eſt*, nomen diuinum eſt quo inexorabiliter pereant diuini nominis contemptores, venie enim de nomine Dei offenſo, quod non parcatur offenſoribus illius. Cajet.

Nomen diuinum in quo eſt, ibi & diuinum Spiritum, & diuina omnia deſignat.

89. *Obſerua eum, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & eſt nomen meum in illo*, ductorem ſe deſignat, imo & vltorem, & vt de vtraque virtute gaudeamus ſolumait, & eſt nomen meum in illo, quantum hoc? cur magis non dicit, & eſt potentia mea, ſiue gloria mea, ſiue halitus meus in illo? dum dicit diuinum nomen in illo eſſe, ſimul hæc omnia oſtendit per illum manifeſtari. Sic enim Hugo Victor. in annotat. in Exod. *Nomen meum eſt in illo, gloriam & potentiam meam manifeſtabo per illum*, nihil Dei magnum eſt quod non appareat in eo, in quo Dei nomen poſſit iuſte aptari. Hugo Victor.

Angeli vere ſunt qui nomen Dei poſſident.

90. *Obſerua eum, &c. & eſt nomen meum in illo*, Rupert. hîc & S. Athanaſ. lib. de communi eſſentia Patris, & Filij, & Spiritus S. & Heſichius lib. 7. in Leuit. c. 26. putant filium Dei hîc Angelum vſurpari, quia additur & eſt nomen meum in illo, quaſi dicat æque dicitur Deus vt ego. Imo & D. Ildephonſus lib. de Reg. c. 5. ait, *An quia Angelum audis non putas factorem Deum eſſe? abſit, magna certe dementia agitaris, ſi credis Deum cuiquam Angelo & poteſtatem, & proprium nomen contuliſſe.* Verum communior tenet opinio hunc Angelum creatum eſſe, imo cenſent hunc aliqui vel Moyſen vel Ioſue: ſed obiectio Ildephonſi ſatis efficax, nempe dementiam eſſe credere Deum ſuam poteſtatem, & nomen proprium cuiquam Angelo cōtuliſſe: ſed quis vetat aſſerere illud communicaſſe viris virtute eximijs, hominibus Angelicis, imo & Angelis, cum dicat Angelum, ſcilicet creatum, populum ſuum Iſrael præceſſurum, & nihilominus nomen ſuum eſſe in illo non eſſentialiter, ſed appropriatiue? S. Athanaſ. Heſichius. S. Ildephonſus.

Vitia & virtutes in concordiam reuocari nequeunt.

91. *Obſerua eum, &c. introducet te ad Amorrhæum, Hetthæum, & Pherezæum*: cur tam multi Ethnici conteruntur, profligantur, & à ſedibus proprijs expelluntur? ne ſimul cum Iſraelitis commorentur: nonne ſimul in eodem ſpatioſiſſimo ſolo poſſent commorari? aduerte ex Chryſoſt. cit. in Gloſſa per Iſraelitas virtutes, per Amorrhæos, & Chananæos, vitia deſignari: quid mirum igitur, ſi Iſraelitæ & Chananæi ſimul conuiuere non debeant? quia vitia & virtutes in concordiam reuocari nequeunt. Verba S. Doctoris ſubijcio, *Non poſſunt virtutes cum vitijs morari, ſed cum à virtutibus vitia fuerint ſeparata, locum quem concupiſcentia Spiritus poſ-* S. Chryſoſt.

A *ſidebat, charitas obtinebit: quem furor ceperat, patientia vendicabit: quem triſtitia mortem operans occupauerat, ſalutaris & pleno gaudio lætitia poſſidebit: quem acedia vaſtauit, excolet fortitudo: quem ſuperbia conculcabat, humilitas boneſtabit: itaque ſingulis vitijs expulſis eorum loca virtutes contrariæ poſſidebunt*, ac ſi tantum ſit diſſidium inter vitia & virtutes, vt in concordiam reuocari non poſſint, nec in vnâ ſede morari.

Amor Angelorum in homines maximus.

Obſerua eum, &c. non dimittet te cum peccaueris, imo dimittet: quid enim magis Deo exoſum quam peccatum? nonne à peccatore recedit Deus? cur etiam non Angelus? imo in hoc Angelorum in homines amor innuitur, 92.
B nempe quod cum delinquunt, dum ipsū Deum offendunt, adſunt tamen & bono ipſius peccatoris conſulunt. A partibus noſtris ſtat B. Baſil. hom. 10. in Pſal. 37. verſ. 12. *Iſti Angeli ſunt boni & miniſtri Dei, & ab hominum ſalute gaudium capere aſſueti, ſiquidem ob peccatorum pœnitentiam in cælo gaudium exoritur, & hi igitur omnes Dauidis amici iuxta peccati ipſius tempus receſſerunt aduerſantes, non tamen ipſum penitus relinquebant, verum ruinas flentes lugebant, quod ipſe ſane docuit, dicens, amici mei, & proximi mei de longe ſteterunt.* S. Baſilius Pſalm. 37.

Reuereri quiſque Angelos debet, eorumque offenſam cauere.

Obſerua eum, alij, attende tibi, nec contemnen- 93.
C *dum putes*: cur hæc verba ſubiungit? quis enim tot ab Angelo beneficijs acceptis, ita ingratus, vt eum auderet contemnere? nihilominus hoc animaduertit, vt eos reuereamur, eorumque offenſas caueamus: monitū eſt S. Nili in capitib. parænet. *Reuerere Angelos magis quam homines, multi enim nobis adſunt, & ab omni turpi actione recedimus*, cauendam autem malis actibus Angelorum offenſam, quærendā bonis eorum oblectationem docet his verbis Bernard. ſer. in feſto S. Michaelis, *Si tam neceſſariam habemus familiaritatem dignationis Euāgelica, cauendæ nobis eorum offenſæ, & in his maxime exercendum, quibus nouimus eos oblectari.* S. Nilus

Melior Deus iratus, quam homo propitius, imo & Angelus.

D

Obſerua eum, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris: Pag. quia non parcet præuaricationi veſtræ: quomodo non condonabit? nonne proprium eſt Dei miſereri & parcere? cur ergo ad imitationem illius Angelus non parcet præuaricationi veſtræ? quia Deus etiam iratus, melior eſt quam homo propitius, imo & Angeli: verba ſunt Oleaſtri: deinde ſubiungit, *Tu autem Domine Deus meus cum iratus fueris miſericordiæ recordaberis, non ſic autem Angelus qui nomen tuum habet, qui poteſtatem habet, vt puniat, non autem vt parcat, ideo merito S. Moyſes ſic ſuſpectum habebat Angelorum ducatum, vt dicat Domino, niſi tu ipſe præceſſeris, non educes nos de loco iſto.* 94. Oleaſt.

Ita male affecti ſumus, vt eligamus potius, vt qui nobis ſunt amici, odio habeant noſtros inimicos, quam gratos nobis diligant.

95. *Obſerua eum*, cui ſi obtemperaueris, *inimicus ero inimicis tuis*: cur non potius ais, diligam amicos tuos? dilectio enim amicorum odio inimicorum præferenda: dixit ſe inimicum fore inimicis illorum, quia ita male affecti ſumus, vt eligamus potius, vt qui nobis ſunt amici odio habeant inimicos noſtros, quam vt nobis gratos diligant. Obſeruatio eſt Luſitani, (Oleaſt.) *Nonit nos pluris facere, ſi amicus propter nos inimicos noſtros odiat, quam ſi noſtros amicos, propter nos diligat, malumus enim amicos noſtros propter nos peccare, quam bona facere.*

Ex eo quod Deus non dimittit nos cum peccamus, non debemus in peccatis permanere.

96. *Obſerua eum, nec contemnendum putes, quia* A *non dimittet te cum peccaueris*, ſi ergo tanta eſt Deo peccatoris cura, vt non dimittat eum, cum deliquerit, nihil refert, vtrum in peccatis permaneat necne: verum falleris, non enim ex eo quod Deus non dimittit nos cum peccamus, nos debemus in peccatis permanere, ſed eis valedicere, nam ſciet nos finaliter ni reſipiſcamus deſerere. Accedat Seraphin. concluſ. 5. huius capitis, (Seraphinus.) *Angelum bonum dicit Deus non eſſe contemnendum, ex eo quod non dimittet Iſraelem, cum Iſrael peccauerit, quid eſt contemnere Angelum bonum? eſt peccatis addere peccata, iuxta illud, impius cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, non contemnendus eſt ex eo, quid ergo? ex eo quod non dimittit nos cum peccauerimus, nos à peccatis deſiſtere debe-* B *mus, agnoſcentes bonitatem Angeli, & ab hoc ad bene viuendum maxime attracti: propter hoc ſignificandum dicitur 2. Petri 2.* (2.Petr.2.) *Domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitremini, hoc eſt faciatis quod longanimitas, ſeu expectatio, talis ſit veſtra ſalus ab illa ad conuerſionem veſtram attracti, & non ſit vobis veſtro defectu iuſtior damnatio.*

VARIET. LECT. à Verſ. 24. ad 26.

V*Vlg.* Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, non facies opera eorum, ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum.

Cald. Non adorabis idola eorum, neque coles ea.

Sept. Non ſeruies, ſed deſtruens deſtrues, confringens confringes ſtatuas eorum.

Pag. Non incuruabis te.

Oleaſt. Eruendo erues.

Aly, Non humiliabis te.

Vulg. Seruietiſque Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui.

Sept. Benedicam panem tuum, & vinum tuum, & aquam tuam, & auertam infirmitatem à vobis.

Cald. Benedicet cibum tuum, & potum tuum, & auferam infirmitates peſſimas de medio veſtri

Oleaſt. Remouebo languorem, ſeu debilitatem.

C *Mont.* De interiori tuó.

Vulg. Non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua, numerum dierum tuorum implebo.

Sept. Non erit qui non generet, neque ſterilis ſuper terram tuam, numerum dierum tuorum replens replebo.

Cald. Non erit orbata nec ſterilis, numerum dierum tuorum perficiam.

Oleaſt. Non eos orbare faciens, neque eradicata.

Mont. Vat. Pag. Non erit abortiens nec ſterilis.

CONCORDIA.

VErbum שחה ſacha incuruare, humiliare etiam ſignificat, ſed frequentius adorare: vbi Vulg. ſed deſtrues eos & confringes, Hebraiſmus eſt aliquid amplius denotans, ſcilicet deſtruendo deſtrues, vel eruendo erues, id eſt penitus deſtrues idola, vel euertes omnino à fundamentis: vt benedicam: Hebraice eſt וברך vberach, & benedicet, mutatio perſonæ eſt more Hebræorum, pro & benedicam, vt docte noſter interpres reddidit, licet redundet apud Græcos τὸν οἶνόν σου vinum tuum, quia nulla illius in Hebræo mentio, tamen dicendum quod expreſſiorem qualitatis potus declarationem poſuerint: Vulgatus habet, non erit infœcunda, nec ſterilis: in Hebr. ſunt duæ dictiones משכלה meſachela, quæ ſignificat non parientem & infœcundam, ſiue abortientem, ſeu aborſum facientem, & eſt participiũ verbi tranſitiui: altera עקרה akara, D quæ ſterilem, ſiue eradicatam ſignificat: verum Oleaſt. contendit, verbum שכל ſachal, denotare potius orbare, ſeu orbari, & priuari quam abortiri, vt Geneſ. 43. & ego quemadmodum ſachalti, id eſt orbatus ſum, & 27. dixit Rebecca, vt quid eſcal, id eſt orbabor, ſeu priuabor ambobus? & quia aborſus orbat parentes, vt ſcilicet priuentur filijs, ſignificat ſecundo abortiri, & licet verum eſſet, quod ſachal ſignificaret potius orbare, quam aborſum facere, ſeu infœcundum eſſe, tamen non rectè addit, hoc loco magis quadrare ſignificatum prius quam poſterius: quia hic inquit promittit, quod non tantum priuabitur filijs per aborſum vxoris, ſed quod nullomodo priuabitur prole, ſiue per mortem, ſiue per hoſtium violentiam, aut alio infœlici caſu: nonrectè inquam hoc addit, ſolum enim

loqnitur de priuatione filiorum per infœcunditatem, vel aborſum, vt videre eſt in omnibus alijs verſiunibus, ſecundum verbnm עקר akar, verum eſt quod interpretatur eradicare, iuxta Eccleſ. 2. vbi dicitur tempus plantandi, & tempus laachor euellendi quod plantatum eſt: vocat enim Hebraiſmus ſteriles eradicatos, quoniam filij videnrut parentum radices, nam quemadmodum ſuccisa arbore radices manent, quæ iterum producunt, in quibus arbor manere videtur, ita quamdiu manent filij, videntur parentes manere.

EXPOSITIO.

Non adorabis Deos eorum, Cald. idola, *nec coles eos*, ſigna honoris eis exhibendo, puta incuruando te, vel genu flectendo, vel alio quonis modo reuerendo: alij dicunt, tam interiorem quam exteriorem his verbis prohiberi adorationem, interiorem affectum per nō coles, exteriorem nempe latriæ ſeruitutem per verbum non adorabis, *non facies opera eorum*, nempe Gentilium, qui falsis numinibus cultum adorationis exhibent, *ſed deſtrues eos, & confringes*, ſtatuas eorum, imo & aras, delubra, lucos, & omnia ad idolorum reuerentiam quoquomodo pertinentia, *ſeruietiſque Deo veſtro*, qua ſeruitute omnis Deo cultus debitus, & religio comprehenditur, *& benedicam panibus tuis, & aquis*, per panes & aquas intelligit omnia eſculenta, & poculenta, nempe omniū, quæ ad victum ſunt neceſſaria, ſummam copiam, *& auferam infirmitatem de medio veſtri*, languorem omnem ſic auferam, vt vſque ad extremam ſenectutem, ſine vlla viuatis infirmitate, *non erit infœcunda nec ſterilis*, ſed prolem omnibus conferam copioſam, *numerum dierum tuorum implebo*, faciam, vt ſanam longamque habeatis, vitam & moriamini ſaturi, & pleni dierum.

CONCEPTVS.

Non ſolum declinandum eſt à malo, ſed faciendum bonum.

97. *Non adorabis Deos eorum, nec coles eos*, deinde ſubiungit, *ſed ſeruietis Domino Deo veſtro*, mihi videtur ſecundum hoc non addendum, nam ſi ſimulachra deorum adorare non debēt, nec eis ſeruire, conſequenter vni vero numini cultum exhibere, & obſequium præſtare tenebuntur: prohibet vt dij non adotentur, præcipit vt verus Deus colatur, quia non ſatis eſt à malo declinare, niſi & bonum opereris. Nam
Agellius. Pſalm. 36. vt bene Agellius in ills verba Pſal. 36. declina à malo, & fac bonum, ait, *Primum hoc tibi cauendum, ne quæ lege probibita ſunt, ea facias, deinde omnibus viribus enitendum, vt quæ per legem præcepta ſunt, exequaris.*

Admonitionibus pluries nobis factis ne grauemur.

98. *Non adorabis Deos eorum, nec coles eos*, an ita ſunt labilis memotiæ, vt iam idem toties repetitum obliuione ſepeliant? cur ergo iterum in memoriam idem reuocat? nonne pluries repetitum diſplicet? non viro iuſto, qui non grauatur pluries eamdem ſibi fieri admonitionem,
Folengius. *Nemo tam ſanctus eſt*, inquit Bapt. Folengius, in verba præfati Pſal. *qui non cupiat ſapius admoneri, non eum ſane fugit quam facile, vel ipſi perfectiſſimi viri in via iuſtitiæ, ni crebro admoneantur, laceſcant.*

Promiſſionibus terrenis animi infirmiores alliciuntur.

99. *Non adorabis Deos eorum, nec coles eos, ſed ſeruietis Domino Deo veſtro*, quodnam præmiū eis conſtitues? benodicam panibus tuis, & aquis? quænam proportio inter cœleſtia & terrena? inter cultum Deo exhibitum, & promiſſionem abundantiæ panis & aquæ? an digna merces? nequaquam digna, ſed quia animi eorum infirmi, & terreſtribus dediti, ideo promiſſionibus terrenorum neceſſe erat eos ſic adduci & allici. Fauet citat. Epiſcopus Acer- Agellius.
nenſ. *His temporalibus promiſſis ac præmijs tempore legis animus infirmior alliciebatur, quæ tamen terrena promiſſa excellentiorum bonorum erant ſimulachra.*

Mala prauorum exempla non ſequenda.

Non adorabis Deos eorum, non facies opera eorum, iuxta Hebr. habetur, non facies ſecundum 100.
opera eorum; deinde iubet vt confringantur idolorum ſtatuæ. Nonne ſatis eſt vt dij non colantur alieni? cur ſtatuæ eorum confringendæ? nonne poſſunt curioſitatis gratia ſeruari? cur addidit qnod in culru Dei, nihil erat faciendum ſecundum opera Gentilium? quia praua impiorum nequaquam ſeqnenda ſunt exempla, nec aliquid ſeruandum, quod ad eorum impietatem ſequendam poteſt prouocare,
Maximum malum eſt, inquit Oleaſt. *mala habere* Oleaſter.
exemplaria operum, & vix poteſt quis terram aliquam incolere, quin mores eius ſequatur, ſiue ſint boni, ſiue ſint mali, ideo quæ ad malum te poſſunt incitare deſtruenda ſunt, ita vt nihil veſtigij eorum remaneat.

Virginitas ſub veteri fœdere à paucis adamata.

Non adorabis Deos eorum, ſed ſeruietis Deo 101.
veſtro, vt benedicam panibus veſtris: Et quid amplius? non erit infœcunda, nec ſterilis in terra tua, quænam hæc benedictio? nonne in maius eius beneficium cederet, vt multæ infœcundæ eſſent, & ſteriles, voto virginitatis? vt multæ caſtitare ſeruata, liberis carerent? nequaquam id arbitrabatur populus Iſrael, imo in maximam ignominiam ſibi cederet ſi filijs orbare- Seuerus
tur. Vnde Seuerus in Catena Græca in Pentat. Sulpit.

ad c.27. *Tanto ſtudio* (inquit) *tunc temporis homines ſobolem curabant, vt qui ſine ſpe propagationis decederet, haberetur quaſi execratus à Deo,* quem ſequitur Richard. à S. Laurent. lib. 3. de laudibus Mar. *Erat tempore legis opprobrioſa virginitas propter adiunctum id eſt ſterilitatem, nam opprobrium & vilitas mulieri erat ſua ſterilitas,* idem habet Guillel. Paruus apud Delrium ad verſ. 6. c. 3. cantic. in mixta explanatione.

Richard. à S. Laurent.

Guillel. Paruus.

Euangelica forma perfectionis, Chriſto aduenient, promulgatur.

102. *Non adorabis Deos eorum, ſed ſeruies Deo veſtro,* mercedem pollicetur, *benedicam panibus tuis, & aquis,* ſcilicet in abondantia multiplica- B bo cibos tuos, *auferam infirmitatem de medio veſtri, non erit ſterilis nec infœcunda,* quid nobis dicitur? beati qui ſe caſtrauerunt propter regnum Dei, nonne beati qui tolerant infirmitates? nonne beati qui renuntiantes omnibus Chriſtum Dominum pauperem & nudum ſequûtur quomodo ergo pro ſingulari beneficio pollicetur fœcunditatem, & liberorum multiplicationem, omnium bonorum abundantiam, & perpetuam ſanitatem? populus ille adhuc infans & rudis: non mirum igitur ſi talia promittantur, ſed Chriſto adueniente, nobis præſcripta eſt forma Euangelicæ perfectionis, ſicque veſtigia eius ſequentes altiora conſequimur. facundiſſime id B. Bernard. proſequitur declamat. 1. in illud, ecce nos reliquimus omnia. Quidni terrenas diuitias (inquit) palã poſ- C ſiderent ſancti & perfecti viri, cum ſola adhuc terrena palam promitterentur à Deo? ſicut enim ſacrificiis illis, ſic & diuitiis, carnalibus adhuc populis diſpenſatio diuina morem gerebat: nimirum vt tanquam paruuli paulatim à gentilium ſecederent ritu, eadem quæ gentes dæmoniis, Domino immolantes, eademque illi, ſed à Domino non à dæmoniis expectantes. *Et paulo inferius:* nimirum longe aliud eſt, in luto aquarum multarum diuiſi fundo maris iter carpere, terrena licet poſſidendo, aliud ipſum quoque nouis greſſibus nudam calcare, omnia relinquendo. Sed tempori gratiæ præ- A rogatiua hæc debebatur, antiquorum ſane patrum diebus, donec in terris videretur & conuerſaretur inter homines Dominus maieſtatis, non erat Euangelicæ forma perfectionis; ſed ſpiritum Domini ſolo interim ſpiritu ſequebantur: at vbi verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, iam nobis in eo tradita eſt imago vitæ, & conuerſationis exemplar, quod oporteat etiam corporaliter imitari, vt vtroque ſequentes veſtigio non vlterius cum patriarcha Iacob altero femore claudicemus: vbi enim audiuimus quia dictum ſit antiquis, niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet non poteſt eſſe meus Diſcipulus, &c.

Temperantia in cibis, nobis commendatur.

Non adorabis Deos eorum, ſed ſeruies Deo veſtro, & benedicam panibus tuis, & aquis, cur abundantiam ciborum pollicetur? cur eos nomine ſolius aquæ, & panis comprehendit? nonne potuit dicere, benedicam vobis in perdicibus, coturnicibus &c? nominauit ſolum panem & aquam, ad denotandum quod non irritamentum gulæ quærendum, ſed temperantia etiam in ciborũ multitudine procuranda. paucis verbis hoc innuit Procop. *Pollicetur alimenta, interim dum mentionem facit ſolummodo rerum neceſſariarum obiter & temperantiam nobis commendat.* 103.

Procopius.

Benedictionem Dei requiramus etiam in cibis.

C *Non adorabis Deos eorum, nec ſeruies Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis & aquis,* cum ſis omnium ſupremus gubernator, cumque tenearis ex generali prouidentia nullum neceſſariis ad vitæ conſeruationem deſtituere, quæ merces ſolum panem & aquam polliceri, ob obſequium tibi præſtitum? aduerte dixiſſe *benedicam,* vt intelligeremus Dei bonorum multiplicationem, & eam requirendam in cibis habendis. *Documentum,* ait Procop. *ſaluberrimum exhibuit, quod nihil prædictorum nos paſcat vel iuuet, imo magis lædat, ſi illa Deus non proſperauit ſua benedictione.* 104.

VARIET. LECT. à Verſ. 27. ad 30.

Vulg. Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam. D

Sept. Et timorem mittam qui te antecedat, & amentes faciam omnes gentes, ad quos tu intrabis ad eos, & dabo omnes aduerſarios tuos fugitiuos.

Cald. Conteram omnem populum, ad quem tu ingredieris, vt pugnes contra eum.

Pag. Dabo omnes inimicos tuos tibi ceruicem vertentes.

Mont. Frangam omnem populum.

Vulg. Emittens crabrones prius qui fugabunt Hæueum & Chananæum, & Hethæum, antequam introeas.

Sept. Et mittam veſpas ante te, & eiicies Amorrhæos &c. à te *Cald.* à facie tua.

Vulg. Non eiiciam eos à facie tua anno vno, ne terra in ſolitudinem redigatur, & creſcant contra te beſtiæ.

Mont. Non eiiciam eum à faciebus tuis in anno vno, ne forte ſit terra, & deſoletur, & multiplicetur ſuper te beſtia agri.

Oleaſt. Ne forte ſit terra deſolata.

Vulg. Paulatim expellam eos de conſpectu tuo, donec augeatis & poſſideas terram.

Sept. Quoad vſque auctus fueris, & hæreditaueris terram.

Pag. Paulatim & paulatim eiiciam eum à facie tua, donec creſcas, & hæreditate capias terram.

CONCORDIA.

HAbemus & occidam omnem populum, Sept. καὶ ἐκϛήσω πάντα τὰ ἔθνη & amentes faciam omnes gentes, alij conteram, hæc diuerſitas venit à verbo המם hamam quod occidere, conterere, perturbare, tumultuari, imo & amentem efficere ſignificat. hunc Hebraiſmum dabo omnes inimicos tuos tibi ceruicem, rectè A reddidit Vulg. cunctorum inimicorum tuorum coram te terga vertam, in Hebræo eſt הצרעה quæ dictio crabro ſiue veſpa interpretatur paulatim ſemel poſitum habet Vulg. Hebraicè מעט repetitur, ſicut & Græcus κατὰ μικρὸν μικρόν.

EXPOSITIO.

TErrorem meũ immittã, prodigiorum & mirabilium operatione, Chananæorum cordibus formidinem incutiam, vide quæ diximus, c.15. verſ. 16. in occurſum tuum, te enim aduemente timore proſternentur, iuxta illud Ioſue 2. irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ, *& occidam omnem populum ad quem ingredieris*, id eſt plurimos de Chananæis, & alijs populis, terram tibi promiſſam incolentibus, *emittens crabrones*, veros non metaphoricos. crabronem ſic deſcribunt Hebræi, eſt genus reptilis volatilis, quod percutiebat oculos eorum, immittens venenum vt morerentur, aſſeruntque huiuſmodi crabrones, pugnantibus Hebræis occurriſſe, ac oculos eorum ne pugnare poſſent percuſſiſſe, ſicque venientibus Hebræis, occubuiſſe. conſtat autem Dominum eos miſiſſe ante filios Iſrael Ioſue 24. vbi textus habet, & miſit ante vos crabronem, & expulit eos, *non eiiciam eos in anno* ſeu breuiſſimo tempore, *ne terra*, quæ adeo lata eſt, *in ſolitudinem redigatur*, propter incola- B rum defectum, ſolitudo autem hic ponitur pro loco inculto & ſpinis, & vepribus, ob incultam terram obſeſſo, *& creſcant contra te beſtiæ feræ*, ſcilicet multiplicentur, quæ totam circumcirca occupent, & populentur regionem, & paulatim expellant de conſpectu tuo: vnde quamuis non ſtatim poſſis omnes Chananæos delere, non propterea animum deſpondeas, quia hoc non continget propter eorum fortitudinem, ſed propter Dei erga vos clementiam, interim enim robore & numero augebimini, ſicque facile eorum terram poſſidebitis.

CONCEPTVS.

Quæ Deus facienda decernit, quaſi iam facta cenſeantur.

105. *Terrorem meum immittam in præcurſum tuum, emittens crabrones prius qui fugabant Hebræum &c.* Alias, de hac terræ poſſeſſione locutus eſt
Ioſue 2. in præſenti, imo in præterito aiebat Raab Ioſue 2. ad exploratores, noui, quod tradiderit vobis Dominus terram: quod Abulenſ. cum noſtro Lyrano explicat per futurum, nimirum ego cognoui reuelante Deo tradendam eſſe in manus veſtras terram hanc, & quidem in re nondum tradita erat, ſed tradenda ſperabatur. cur ergo quando nondum tradita, iam dicit noui quod tradidit vobis Dominus terram? cur non magis de futuro loquitur quam de præterito? D merito quæ Deus futura pollicebatur, non ſolum præſentia, ſed quaſi iam præterita dicun-
Sedulius. tur. quod obſeruanit Sedulius lib. 3. Paſch. c. 4. in illa verba Chriſti dicta regulo Ioann. 4. *Vade filius tuus viuit. Hoc diuinitatis eſt ſingulare, vt omne cernat præteritum quicquid decreuerit affuturum, ſic certa ſiunt Dei promiſſa, vt dum futura promittantur merito, vt præterita reputentur ac præſentia.*

Fœlix ille cui is timor accidit, quo poteſt in ſalutem proficere.

106. *Terrorem meum immittam in præcurſum tuum,*
Ioſue 2. quod apud Ioſue c. 2. Raab ipſa fatetur, irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes ha- C bitatores terræ, omnes maximo terrore afficiendi & tali, vt fuga ſaluti ſuæ conſulere deberent. verum cui ſalutaris fuit? an omnibus? nequaquam lego, cui ergo? meretrici Raab, nam ei confitendi Deum locum reliquit: dicitur enim ibi [hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus, ad introitum veſtrum, Dominus enim Deus veſter ipſe Deus eſt,] cum omnes pertimeſcerẽt, cur vna Raab ſic timet, vt agnoſcat & fateatur Deum? quo factum eſt, vt ſola ſalutem adipiſcatur. ſic Caiet. *Vide in muliere iſta non ſolum timorem, ſed fidem ac manſuetiſſimam confeſſionem Iehoua, ipſe eſt Deus in cælo & in terra, & propterea non eſt mirum ſi ſeruata eſt*, cui accidit timor non ſolitarius, non nudus, ſed iunctus fidei, iunctus confeſſioni, ille proculdubio videtur ſpirare ad ſalutem, ſalutaris enim timor eſt, qui ad confeſſionem & medelam ducit, at timor ſolitarius, qui locum confeſſioni occludit, nullique virtuti aditum relinquit, is non timor eſt, ſed pœna, ſed horrendum ſupplicium, vnde B. Greg. lib. 1. in Iob c. 6. *Timor ipſe niſi has virtutes habuerit, ad nullum opus bonæ actionis ſurgit, quia dum ad cuncta trepidat, ipſa ſua formidine à bonis omnibus torpens vacat.* Cajet.

Vbi Dei fauor eſt, quidquid moleſtiæ, & laboris, ab operibus abeſt.

Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, 107.
quid amplius? *& occidam omnem populum, ad quem ingredieris.* An ſolum hoc præſtabis eis

beneficium? cunctorum inimicorum coram te terga vertam &c. Verum vobis conſtat ex ſacro contextu, quod Iſraelitæ pugnauerint, quod hoſtes percuſſeriot gladijs ſuis, imo & quod multum operis, terræ promiſſionis acquirendæ impenderint: cur ergo ait Deus, occidam omnem populom ad quem ingrederis, ſi ipſi occiderunt &c? quia ea omnia ſpeciali Dei auxilio aſſiſtente eis, tanta facilitate peracta ſunt & ſuauitate, quaſi nihil peragerent: non miror, vbi enim adeſt Dei faoor ſpecialis etiam in difficillimis & ardois operibus, nihil laboris aut moleſtiæ inuenitur, ſed omnia tanta fiunt cum facilitate & ſuauitate, quaſi nihil laboris impenderetur.

Timenti minutiſſima animalia inſtar immanium belluarum, vel armatorum hoſtium, apparent.

108. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & emittens crabrones prius qui fugabunt Heuæum & Chananæum*, Septuag. *& mittam veſpas ante te*. Sed victoriæ huius è Barbaris, illis veſpis præliantibus, nactæ, nulla profecto mentio fit in libris Moyſis, Iudicum, Ioſue, nec Regum, quapropter cenſet Auguſt. q. 93. in Exod. per has veſpas, quæ inimicas nationes profligarunt, formidinis aculeos deſignari; quibus puncti Chananæi, à ſuis ſedibus expungebantur, ſic enim ait. *Quæritur autem de iſtis beſtiis quid intelligendum ſit, nam & promittit hoc Deus, & liber Sapientiæ dicit impletum, vbi ait, & miſit anteceſſores exercitus ſui veſpas: non autem legimus factum, neque Moyſi temporibus, neque ſub Ieſu Naue, neque ſub Iudicibus, neque ſub Regibus, ac per hoc veſpæ iſtæ aculei timoris intelligendæ ſunt fortaſſe, quibus agitabantur memoratæ gentes, vt cederent filiis Iſrael*. Sed quomodo excogitabimus prædictos timoris ſtimulos hoſtes è ſuis regnis expuliſſe, ante ingreſſum Iſraelitarum? nam promittit Deus Chananæos formidinis ſpiculis perfoſſos, fugandos ante Iſraelitarum aduentum, quos quæſo gentes illæ inimicos formidabant? à quibus perterrefacti meditabantur fugam, cum nondum Iſraelitæ illorum oras attigiſſent? numquid nemine impellente & vrgente, in fugam dabantur? credam vtique, id enim ingenium timoris eſt, nam ipſo male affecto phantaſia inſtar ſomniantis peruertebat, & deordinabat rerum ſpecies, & ex earum confuſione monſtra formabat; abſenteſque adhuc hoſtes iam velut præſentes, & in muros irruentes, in incolarumque irrumpentes vitam intuebantur, & id eſſe puto quod ſapientia prædicat: *miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas* c. 12. 8 timor enim tanquam Iſraeliticarum Phalangum præcurſor, ornatus à Deo fuit, qui difficiliora expediret, hoſteſque exterminaret: in eorum animis inimicorum vmbras effingens, hoſtiumque inania ſpectra eorum oculis opponens, quæ barbari illi veros putantes aduerſarios regna deſerebant: quapropter aduenieus exercitus, cuncta iam à præcurſore, & anteceſſore formidine, ſuperata & complanata inueniens, hoſtiumque vacuas domos, in diuerſoria appoſitas, incruentus nec laſſus victoria potiebatur.

S. Auguſt.

Sapien. 12.

Timor non leuius diſcruciat quam damnum ipſum quod timetur.

Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, quid? an arma quibus pollicetur Dominus aduerſus barbaras illas regiones ſe pugnaturum, eaſque debellaturũ? terror & timor ſunt an immiſſa in illis formidine ſtatim occidendas abſque aliorum armorum ſtrepitu prædicit? quidni? duplici enim modo ſic poteſt intelligi, vel quod trepidatioois cruciatus ſuſtinere non valentes de vita deſperent gentes illæ, & ad mortem ſuis manibus intentatam tanquam ad doloris leuamen confugiant: quaſi dicat Dominus: præcedet te timor velut ſatelles tuos ſeipſo dumtaxar armatus, dum ſe inimicorum pectoribus ingerit, coget eos ſe morti tanquam leuiori ſupplicio addicere. vel timor, præcurſor tuus erit, ipſoque in hoſtium animos ingrediente, iam ſpicula mortis ſentient; ita vt occidam illos, idem ſonet, ac terrore illos afficiam, quaſi idem ſit, & terrore affici, & morte. fauet huic interpretationi verſio Hebræa, ex qua legi poteſt obſtupefaciam ſeu, attonitum faciam, quaſi vno eodemque verbo voluerit Deus complecti, quæ eumdem effectum pariunt, vt eodem nomine eiuſdem virtutis vires ſignificentur. vtramque interpretationem viſus eſt amplecti Caietan. *Terrorem meum mittam ante te: dixerat ſuperius Deus ſe diruturum gentes illas, manifeſtat nunc modum, quo diruet: & modus eſt, quod immittam in animos populorum illorum timorem meum coram vobis, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris: dictio Hebræa interpretata occidam, anceps eſt ad frangam, vel ſtupefaciam, ſeu attonitum reddam; ita quod primum terrebit, deinde obſtupefaciet ſeu franget animos, & hoc ſecundum notum eſt ſequi ex primo, ſi timor eſt vehemens, ad ſignificandum enim magnitudinem timoris ſubiungit effectum hunc*: ecce quomodo qui ingruentis interitus timore percellitur, idem habetur ac occiſus. 109.

Card. Caiet.

Nihil tam vile & abiectum eſt, quod diuinis facinoribus in bonum electorum non valeat ſeruire.

Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, ſed hæc gratia non erit ſolitaria, nam producam crabrones, qui populos Chanaan habitatores è ſedibus ſois propulſent: quid vilius & abiectius crabronibus inter muſcas viliſſimis & fœtidiſſimis? nonne ſunt veſpæ? nam veſpa ex aſinorum cadauere corrupto ſicut & crabrones ex equorum ſtercore naſcuntur. cur ergo Deus ea animalcula ita vilia aſſumit in pugnam contra Chananæos? quia nihil tam vile & abiectum eſt quod diuinis facinoribus in bonum electorum non valeat ſeruire. hinc Oleaſt. *Vide & expende quibus copiis, quo militum apparatu; quam inermi exercitu Dominus militet aduerſus inſenſatos, & ini-* 110.

Oleaſt.

micos fortiſſimos, nempe & muſcis & crabronibus, numquid ingreſſus es & theſauros niuis, ait Dominus Iob. 38. & theſauros grandinis vidiſti, quos retinui ad tempus anguſtiæ, ad tempus belli & prælij? ſolet Deus quæ infirmiora eſſe videntur eligere vt fortia deſtruat.

Quo quid vilius & abiectius, & eo vtitur Deus ad aliquod praeclarum facinus, eo ſublimiorem declarat ſuam potentiam.

111. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, mittens crabrones*, qui fugam capeſcere cogent Chananæos, cur Leones, tygres, aut vrſos ad debellandum hanc Chananæorum nationem ferociſſimam? non immittis? nonne maior tua in eis non eluceret potentia? imo quo quid vilius & abiectius, & eo vtitur Deus ad aliquod præclarum facinus, eo ſublimiorem declarat ſuam virtutem & potentiam. annuit Theod. *Quemadmodum in Ægypto ranas & cyniphes miſit, ita in Chananæos, cæteraſque nationes crabrones immiſit, quæ profecto res excellentem Dei potentiam mire declarat, quod etiam per minuta admodum animantia ſuis auxiliatur & aduerſariis ſuis perniciem infligit.*

Theodor.

Deus etiam malorum immiſſione, ad pænitentiam nos prouocat.

112. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, mittens crabrones prius*, quos licet metaphoricos intellexerit B. Auguſt. q. 93. in Exod. & 27. in Ioſue, ait enim, veſpæ iſtæ aculei timoris intelligendæ ſunt fortaſſe, quibus agitabantur memoratæ gentes, vt cederent filiis Iſrael; bona tamen tanti doctoris venia, vnanimis eſt interpretum conſenſos hîc & Ioſue 24. veros fuiſſe. nam regula eſt ipſiuſmet Auguſtini, verborum proprietatem in ſcripturis tenendam, dum abſurdi nihil eſt: at quid abſurdi, ſi beſtiolarum illarum in Chananæos immiſſa diuinitus examina dicamus? quid non potius mirabile Deique potentia & maieſtate dignum &c? legendus eſt Serarius q. 3. in cap. 24. Ioſue, pollicetur ergo crabrones veros ſeu veſpas, quod beneficium poſtea Iſraelitis in memoriam reduxit, & pro eodem gratias egit ſapiens Sap. 12. miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. ſimilem victoriam exiguis beſtiolis partam refert Theod. 2. Eccleſ. hiſt cap. 30. & plura eiuſdem generis exempla in Eccleſiaſticis hiſtoriis partim referuntur. cur Deus ſatellites tam infirmos & imbelles, in hoſtes adeo ſtrenuos & tumulentos incitat? nam leonibus & vrſis in eos vti potuit; ſed noluit, quia hi quidem lacerant, hi autem crabrones lentius torquent, atque adeo per eos datur locus pœnitentiæ, quæ per leones & vrſos tolleretur. hanc eamdem ferè rationem inculcat Philo Heb. lib. de vita Moyſ. cum ait. *Diſce Deum voluiſſe caſtigare, non è medio tollere, nam ſi leones emitteret non emendatos interficeret, dum autem ſolum veſpas immittit, pœnam infert & ad pænitentiam prouocat.* hoc expreſſe habet Salomon Sap. 12. qui quærens, cur Deus ſuos hoſtes per veſpas contriuerit, ſic reſpondet, *Non inquit, quia impotens eras in bello ſubiicere impios iuſtis, aut beſtiis ſæuis, aut verbo duro ſimul exterminare, ſed partibus iudicans*, id eſt per partes ſeu paulatim iudicans, *dabas locum pænitentiæ.*

S. Auguſt. — Theodor. — Philo — Sapien. 12.

Duriſſimus aculeus propriæ accuſatio conſcientiæ.

113. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, mittens crabrones*, arbitratur B. Auguſt. huiuſmodi crabrones metaphorice ſumendos, nempe pro aculeis timoris, alij rumores quibus vehementiſſimè pungebantur & cruciabantur, alij conſcientiæ aculeos: verum quid commune inter eos & crabrones, vt hi illos denotent? nonne crabro acerbiſſime pungit? quid autem durius pungit quam aculeus conſcientiæ? fallor ſi acerbior inueniatur dolor, ſi punctio penetrabilior. pro quo aiebat Victor Antioch. in cap. 9. Marci in hæc verba. *Vermis eorum non moritur, deſignatur hoc nomine vermis impura ſcelerataque conſcientia, ſiquidem vna hæc animam peccatricem nulliuſque boni ſibi conſciam inutilis, pænitentiæ aculeis inſtar edacis vermis continuo pungit, & rodit, vnuſquiſque ergo ſceleratorum ſui ipſius accuſator erit, etenim dum ea perpendit animoque iugiter reuoluit, quæ improbe geſſit, immortalem illum vermem perpetuo auideque vorantem direque corrodentem circumferet.*

Victor Anti.

Ne Deo detrahamus, quod nobis paulatim bona conferat.

114. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris*, quid illico? nequaquam, *ſed paulatim expellam eum de conſpectu tuo*, cur paulatim? nonne cum beneficium confertur perfectum eſſe debet, & non diminutum? nonne ſatius eſſet, vt in ipſo ingreſſu Chananeæ ipſius omnino victores eſſent? nequaquam, nam in Iſraelitarum maius bonum cedat, quod paulatim trophæos ab aduerſariis referant. nam ſic multiplicantur, vt integram regionem ſic valeant incolere. conſule Luſit. ſic dicentem. *Arbitrantur iuſti ſibi beneficia negari cum differuntur, aut paulatim conferuntur, quod non ita eſſe oſtendit locus iſte, ſed propter bonum veſtrum non vobis integra ſtatim conferuntur, & ob duas cauſas ſolet Deus inimicos nobis relinquere: altera vt in eis nos exerceat, altera ne fortiores & deteriores patiamur, reliquit enim Iudæis Chananæos, ne belluas & feras paterentur infeſtiores, quo in loco diſce acceptare quæ tibi pius pater mala immittit, ne maiora & deteriora patiaris.*

Oleaſt.

Deus ſatagit impios ad pietatem prouocari.

115. *Terrorem meum mittam in præcurſum*

tuum, & occidam omnem populum ad quem ingred[illegible] ris, & paulatim expellam eum, quis dux qui cum poſſit integram ex aduer[illegible] referre victo[illegible], & breuiſſim[illegible] tempore eam obtinere, [illegible] s menſes differat? cur ergo Dominus in [illegible] suius poteſtate ſitum in ictu oculi omnes ſeruorum ſuorum aduerſarios ſuperare, paulatim ſuis de Chananæis c[illegible]ſert victoriam? cur illico eos à ſedibus ſui[illegible] non ex- A pellet? vt ſeruorum conuerſatione & moribus, Chananæi ad pietatem prouocentur. id teſtatur Rabban. Maur. *Alia cauſa deſignatur ob quam gentes quarum terram Iſraelitico populo ſe daturum promiſit ſimul eiicere voluit, vtique vt experiretur & erudiret in eis Iſrael, vt eſſent qui peccantes arguerent, & ad timendum Deum improbos compellerent.*

VARIET. LECT. à Verſ. 31. ad 33. ſeu vltimum.

V*Vlg.* Ponam autem terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad fluuium tradam in manibus veſtris habitatores terræ, & eiciam eos de conſpectu veſtro.

Sept. A deſerto vſque ad magnum flumen Euphratem, & tradam in manus tuas eos qui inſident in terra.

Pag. E[t] ponam terminum tuum à mari.

Mont. Et eiicies eos à faciebus tuis.

Vulg. Non inibis cum iis fœdus, nec cum diis eorum.

Sept. Non diſpones illis & diis eorum pa- B ctum.

Mont. Non percuties eis, & eorum diis fœdus.

Vulg. Non habitent in terra tua, ne forte te peccare faciant in me, ſi ſerui eris diis eorum quod certe tibi erit in ſcandalum.

Sept. Et non conſidant in terra tua, ne peccare te faciant ad me &c. hi erunt tibi offendiculum.

Pag. Quia erunt tibi in laqueum.

Onk. Si enim colueris idola eorum, certum eſt quod tibi offendiculo erunt.

CONCORDIA.

VErum eſt Vulg. & Hebræum omiſiſſe Euphratem, ſed parum eſt, facile enim ſubintelligebatur Vulg. eiiciam eos de conſpectu tuo Hebr. ורשתמו מפניך & eiicies eos à faciebus tuis, ſed hoc adhuc parui refert, nam in eo quod filij Iſrael erant gentes C expulſuri, Dominus ipſe expellebat, cuius virtute erant eiiciendæ: dictio יקש iachos, à quo moches id eſt laqueus, ſignificat irretiri, illaqueari, aut laqueos ſeu rete extendere.

EXPOSITIO.

P*Onam autem terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum &c.* Vide quæ diximus de terminis terræ promiſſæ ad finem cap. 15. commentariorum noſtrorum in Geneſ. & quæ à nobis dicenda Deo dante Deuter. 11. & vltimo. *tradam in manibus veſtris habitatores terræ*, nempe eos qui terminis ſupradictis continentur, dummodo obex diuinis promiſſis non ponatur à vobis, *& eiiciam eos de conſpectu veſtro*, ita vt vobis non valeant reſiſtere, *non imbitis cum eis fœdus amicitiæ*, licet ſpontaneè veſtros ſeſe efficiant tributarios, vel fœdus aliquod communicationis, *nec cum diis eorum*, aliquid ad eorum cultum pertinens facientes, vel facere volentes, *non habitent in terra tua*, nec D etiam tempore illo medio, quo aliquam terræ partem ditioni veſtræ ſubiecetitis, & ad aliam poſſidendam perrexeritis, *ne forte te peccare faciant in me*, peccatum idololatriæ committentes quod inter alia præcipue dicitur contra Deum, *Si ſeruieris diis alienis*, obſequium mihi debitum eis reddentes, *quod tibi certe erit in ſcandalum*, cedet enim ſine dubio.

CONCEPTVS.

Promiſſa ſua adimplebit Deus, ſi præcepta eius cuſtodierimus.

A

116. *Ponã terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, & à deſerto vſque ad flumen,* Cal. Euphratem, mirum tibi videbitur, cur cum Deus Iſraeliti terram promiſerit vſque ad Euphratem fluuium, traditurum, id tamen opere non præſtiterit: quid? an in promiſſis ſui infidelis? nequaquam, ſed quia populus Iſrael præcepta eius non cuſtodiuit, ideo Deus promiſſa ſua non adimpleuit: non ſtat ergo per Deum, quin omnia quæ nobis pollicetur adimpleantur, ſed quia per peccata noſtra obicem eius voluntati ponimus. hoc habet Theodoret. qui propoſita eadem difficultate, ſic reſpondet. Hanc rem Deus per prophetam Ieremiam apertè declarauit, repente loqui de gente & de regno, vt ædificent & plantent illud; ſi fecerit malum in oculis meis, vt non audiant vocem meam, pœnitentiam agam ſuper bono quod locutus ſum, vt facerẽt ei, introduxit ergo illos Deus in terram quam promiſerat eis, quia vero diuinam legem obſeruare noluerunt, non vniuerſam illis dedit, ſed quaſdam nationes reliquit quæ cum Iſraelitis continenter bellum gererent, vt bello vexati diuinum auxilium implorare cogerentur, & B. Hieron. Epiſt. ad Dard. qui poſtquam eandem rationem non adimpletionis promiſſionum Dei in medium protulit, quam forte ex eo Theod. deſumpſerat, ſic ſubiicit, Et mihi in Euangelio promittuntur regna cælorum, quæ inſtrumentum vetus omnino non nominat, ſed ſi non fecero quæ præcepta ſunt, n[illegible] erit culpa in promittente, ſed in me, qui promiſſum accipere non merui, vbi enim optio proponitur ad eligendum, qui operari renuis, fruſtra cupias quod promiſſum eſt.

Theodor.

B

S. Hieron.

C

Non poſſeſſionibus aut diuitiis nimiis cumulat Deus ſuos, ne illius ſint immemores.

117. *Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum,* quid? nonne tuus eſt orbis terrarum? nonne omnes nationes tuæ ſubiiciuntur poteſtati? omnia regna illius ſub tua ſita ſunt voluntate? cur ergo terminos terræ auara manu conſtituis populo tuo fideli? cur plurima regna eis poſſidenda non tradis? vniuerſam eis Europam concede vel Africam: nequaquam id æquum iudicat, non ignorat enim quod[illegible] b[illegible]norum abundantia benefactorem ſuum ob[illegible] ſepelient. ad hæc Oleaſt. *Non dilatat Dominus multum terminos ſuorum, ſed arctos & quaſi concluſos eos vult habere, impinguatus eſt Iſrael & calcitrauit, impinguatus & dilatatus, & dereliquit Deum factorem ſuum.*

D

Oleaſt.

Radix bonorum omnium, vnius Dei perfecta notitia dilectione coniuncta.

118. *Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum,* ſcilicet ſi mihi ſeruieris, & non diis, & cum eis fœdus non inieris: verum qua ratione totus eſt ſic è Deus in prohibitione cultus huiuſmodi Deorum? nam in principio ſermonis quem cum Moyſe habuit, ſic exorditur, non habebis Deos alienos coram me: in medio colloquij, qui immolat diis occidetur, præter Deo ſoli, & in fine, non inibis fœdus cum diis eorum. rectè reſpondet Rupert. lib. 3. cap. 40. Quia bonorum omnium radix eſt vnius Dei diligentiſſima notitia, idcirco maxime ei[illegible] hanc tota beneuoli plantatoris impenditur opera, hæc etenim in corde prius radicata & fundata, quidquid inde pullulat, frondet, & floret in gratiam, & fructum affert in vitam æternam: ſicut è contrario Deorum alienorum ſeruitus, cauſa eſt perditionis, efficiens omnem fructum nequam & mortem afferens ſempiternam, teſtante Apoſtolo, cum dixit: propter quod Deus tradidit illos in deſideria cordis eorum in immunditiam vt contumeliis afficiant corpora ſua in ſemetipſis, qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt & ſeruierunt creaturæ potiuſquam creatori, qui eſt benedictus in ſæcula Rom. 1 ergo ſicut creaturæ ſeruitus contumelioſum reddit hominem, etiam in exterioribus carnis operibus, ſic è contrario fida creatoris adoratio glorioſum illum eſſi[illegible] ſuccedentibus fructibus ipſius.

Rupert.

Rom.

Peccatum idololatriæ, peccatum eſt directè contra Deum.

Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, dummodo cuſtodieris quæ præcipio, & in terra quam acquiſieris, non permittas quod ſimul in ea tecum Chananæi commorentur, ne forte peccare faciant contra me, quo peccato idololatriæ, nonne alia delicta ſunt in te quid cum ait Dauid, tibi ſoli peccaui & malum coram te feci? ſufficiat ergo dixiſſe, ne forte te peccare faciant: bene ſubiu[illegible]xit *contra me*, quia licet omnia peccata ſint contra eum, ſed præcipue & directè opponitur ei peccatum idololatriæ. *Non dix[illegible]* (inquit Abulenſ.) *ſolum peccare te faciant,* [illegible]*d peccare faciant in me, quia iſtud peccatum eſt contra Deum vehemen[illegible] nam licet in omni peccato Deus offendatur, in nullo tamẽ magis quàm in hoc, quia peccatũ ideo malũ eſt quia contra Deum & includen[illegible] r odium diuinæ voluntat[illegible] cum a[illegible] em aliquid magis contra Deum eſt, manus [illegible]um eſt, ſed idololatria magis eſt co[illegible] Deum &c.*

119

Abulenſ.

Tranorum

Prauorum ſocietas fugienda.

Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, dummodo non habitent in terra tua Chananæi, nonne ſufficit eorum victores euaſiſſe? ſuæ ditioni eos ſubiugaſſe. cur non permittent ſaltem tanquam ſeruos ſecum commorari? nonne argumentum inhumanitatis alicui populo libertatem ademiſſe, & ne vt in propria patria remaneat permittere? habitent ergo Chananæi iam deuicti cum populo tuo: nequaquam id permittit Deus, ſcit enim prauorum ſocietatẽ probis eſſe maxime nociuam. D. Baſilium accipe in Reg.

S. Baſilius. Prouerb. 22.

q. 6. Promiſcue vitam agere cum iis qui ſecuri perfectam illam præceptorum Domini, „ obſeruationem contemnunt perniciosum eſſe „ etiam ipſe Salomon docet Prouerb. 22. ſic „ enim apud ipſum, noli amicus eſſe homini iracundo, neque h[illegible]ueris cum viro furioſo ne „ forte diſcas vias eius, & ſumas laqueos animæ „ tuæ & *B. Hieron. ad Gerontiam*, Fuge per- „ ſonas in quibus poteſt malæ conuerſationis A eſſe ſuſpicio, nec paratum habeas illud è triuio, ſufficit mihi conſcientia mea, nec curo quid de me loquantur homines, & certe Apoſtol. præuidebat Rom. 1. bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, ne per illum nomen Dei blaſphemetur in gentibus. „

S. Hieron.

Peccatum rete punitionum

Ponam terminos tuos à mari rubro vſque ad mare Palæſtinorum, verum ne ſeruietis diis eorum, *quod tibi certè erit in ſcandalum*, Pag. *quia erunt tibi in laqueum*. Laqueo & retibus capiuntur aues vel feræ, quomodo ergo licet diis ſeruiat Iſraelita, laqueo irretiri poterit? irretietur vel illaqueabitur pœnis grauiſſimis, peccatum enim idololatriæ verus eſt ſeueriſſimæ punitionis laqueus. ſic arbitratur Oleaſter. *Solent eſſe peccata retia punitionum & pœnarum, itavt qui cupit pœnam fugere & mortem, peccata fugiat neceſſe eſt*. 121.

Oleaſt.

SYNOPSIS CAPITIS XXIV.

Poſtquam Moyſes ad populum ex monte rediiſſet cum præceptis, quæ huc uſque propoſita fuerunt, & ad politicam Iudaicæ Reip. conſtitutionem pertinent, atque ea populo promulgaſſet, & altari ædificato per aſperſionem ſanguinis fœdus inter Deum & populum iniiſſet, Deus iterato eum ad ſe in montem euocat, præcepta traditurus, quæ pertinerent ad conſtitutionem ſacram Reip. cæremonialem atque politicam, videtur Dominus in quadam figura & ſpecie viſibili: & ſenioribus deſcendentibus qui cum Moyſe aſcenderant, iterum aſcendit Moyſes cum Ioſue, cæterum ſeparatus ab eo præcipitur ingredi denſam nubem, vbi ſtetit cum Deo quadraginta diebus & totidem noctibus.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

VVlg. Moyſi quoque dixit, aſcende ad Dominum tu & Aaron, Nadab, & Abiu, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrael & adorabitis procul.

Pag. Septuaginta à ſenioribus, & incuruabitis vos procul, *Montan.* longinquo.

A *Vulg.* Soluſque Moyſes aſcendit ad Dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus aſcendet cum eo.

Cald. Et accedet Moyſes tantum ad Dominum.

Sept. Ipſi autem non audient.

CONCORDIA.

VVlg. habet ſolus Moyſes aſcendet ad Dominum; Hebraice ponitur verbum נגש nagas quod accedere, ſeu appropinquare ſignificat, & ita legit Cald. imo, & Sept. καὶ ἐγγιεῖ μωϋσῆς μόνος πρὸς τὸν θεὸν, & appropinquabit Moyſes ſolus ad Deum, ſed hoc parum eſt, nam & accedere Moyſem ad Deum erat ad illum aſcendere.

EXPOSITIO.

Moyſi quoque dixit, non certum quando, nempe vel eo die quo decalogus promulgatus, vel aliquibus diebus poſt decalogi promulgationem, an inter decalogum & alias leges interceſſerint aliqui dies, dixit autem ei Angelus aſcende ad Dominum iterum, poſtquam promulgaueris leges, quas tibi populo obſeruandas propoſui, ſiquidem etiam tum erat Moyſes in monte cum Deo, cum hæc illi Deus dixit, at non habebat illos ſocios, quos hoc in loco Deus illi aſſignat, *Nadab & Abiu*, duo Aaronis maiores natu filij, *Sept. ſenes*, non illi iudices qui Conſilio Iethro conſtituti ſunt, non enim conſtat an numero ſeptuaginta fue- A re, non qui poſtea num. 11. referuntur propheraſſe: ſed qui arbitrio Moyſis eligendi erant: *& adorabitis procul*, in aliqua parte inferiori montis, *ſoluſque Moyſes aſcendet ad Dominum*, in vertice montis, per hanc excluſiuam dictionem *ſolus* non excludendus Ioſue, cum conſtet cum Moyſe aſcendiſſe, & propius quam cæteros acceſſiſſe, non tamen ita vt Moyſi cum Deo colloquenti eſſet proximus, *& illi non appropinquabunt*, ad ſummitatem montis, manebunt tamen in monte, *nec populus aſcendet cum eo*, in propriis limitibus extra montem conſtitutis manebit.

CONCEPTVS.

De aſcenſu Moyſis in montem, & de præcepto Iſraelitis dato, vt in caſtris ſe continerent, nec montem aſcendere præſumerent, lege conceptus poſitos c. 19. huius libri.

Deus maximam ſuis concedit poteſtatem.

1. *Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, & Septuag. ſenes*, quinam illi ſuperiores natu? à quonam hæc electio facienda? diximus hanc à Deo derelictam Moyſi, vt ſcilicet ſecundum arbitrium ſuum eligeret, qui ſecum conſcendere deberent. quid? nonne hæc electio à Deo facienda, cum ſciat vniuſcuiuſque meritum? ecce enim Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos eligit: verum eſt Chriſtum ſuos elegiſſe & Moyſi, C hanc auctoritatem ſuam dediſſe, quid enim eximium Deus ſuis non concedit? ſic canebat Claudius Marius in præf. ad lib. Geneſ.

Claudius Marius.

Te Dominum natura probat, ſeruata caducis
Partibus, & iuſſam ſeriem datus ordo fatetur,
Tu dociles numeros diſtinguens, pondera librans.
Menſuras varians, modulos motumque gubernans.
Nec in hoc tua gloria tantum.
Quod præſtanda facis bonus auctor, ſed quod & ipſa
Efficere vt poſſint cauſis præbere ſecundis
Non dedignaris.

Hæc vnius Dei gloria eſt, quod ipſe & faciat & gubernet, & eligat, & quod ſimilem efficiendi & gubernandi, & eligendi poteſtatem cauſis tribuat ſecundis.

Qui Dei ſpiritu aguntur, mandata ſolent præuenire operibus.

2. *Moyſes dixit aſcende tu & Aaron, & Septuag. ſenes*, dicitur Moyſi vt aſcendat in montem, cum Aaron, cum Nadab & Abiu, & ſeptuag. ſenioribus, tamen nulla ibi fit mentio, Ioſue Deo dilectiſſimi, & quando Ioſue etiam aſcendit: cur non commemoratur inter aſcenſuros? B cur non dicitur Moyſi, vt ſimul cum aliis Ioſue aſcenderet? ſane is erat qui non egeret mandatis, vt ardua montis aſcendat, ipſe enim guſtans diuinum ſpiritum, ſuapte perficit, quæ Dominus illi innueret. hinc extollebat Caſſiodorus 8. vari. 10. Telomicum familiarem regis Athalarici inquiens. *Cum ipſo prælia cum ipſo æquabilia diſponebat Rex in tantam ſimilitudinem eiuſque cogitationes Telomicus adiunxerat, vt cauſis recognitis quod ille vellet operibus præueniret, & ipſe ſponte ageret ea quæ ille mandare potuiſſet*, ſic Dei noſtri familiares qui illius ducuntur ſpiritu, non expectant mandata, ſed vel antequam Deus vocem emittat, mandata euulget, tam ipſi ſponte efficiunt, quæ aliis mandatis conſtricti.

Caſſiod.

Ad contemplandum neceſſarius eſt magiſtrorum ductus.

Moyſes dixit aſcende tu & Aaron, & ſeptuag. ſenes, cur quæſo dum ad contemplationem euocatur cum tanto comitatu aſcendere iubetur, quin potius ſolitarius vt pote ad contemplationem profecturus, fuiſſe videbatur. apte reſpondet Philo Heb. lib. de migratione Abrahæ. *Enimuero periculoſum eſt animam incomitatam ad contemplationem eius qui eſt, aſcendere, ſi viam neſciens tale quid audeat, quod ex ignorantia temeritateque magni caſus proueniat*, & paulo poſt. D *Præſtat hic manere obſecrando inter mortales, ſicut magna pars humani generis, quam ad cælum à ſeipſis elatos ſubuerti per arrogantiam, ſicut multis ſophiſtis contigit.* Vides vt etiam Moyſes contemplandi peritiſſimus ſuos contemplandi duces ad magiſtros proſequatur. 3.

Philo

Qui ad Deum accedere vult plus cæteris aſcendere debet.

Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, & ſeptuaginta ſenes ex Iſrael. Verum Moyſes erat in monte cum hoc illi dixit Deus, quorſum qui iam aſcendeat iterum aſcendere iubetur? qui 4.

enim in aliquo conſiſtit loco,ſuperfluum videtur ei inbere vt conſcendat eum. Seuer. in cat. Græc. diſtiucta imperia interpretatur, ita vt aliquid amplius hoc poſteriori oraculo quam illo primo imperetur. *Non in montem, inquit, tantum quem iam aſcenderat,ſed ad me inquit, vt ſublimiorem adhuc aſcenſum quam cæteris proponat iis qui accedere velint,ad Deum.*

Quo quis Deo familiarior, eo ad Deum propinquius accedit.

Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, ſeptuag. ſenes,
5. verum quaſi retractans quod dixerat, ait, ſolus Moyſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: ſi omnes montem conſcendere iubentur, cur non omnes aſcendunt ad Dominum? vel vt Sept. non accedunt ad Dominum,ſed ſolus Moyſes? erat Deo familiarior,& eo propioré acceſſum ad eum alloquendum obtinebat. hoc aſſerere videtur B.Greg. (S.Greg.) in lib.1.Reg.in illa verba c.8. verſ. 21. locutus eſt ea in auribus Domini. ſic enim ait.*In eorum auribus loquimur,apud quos magnæ familiaritatis gratiam habemus,ſancti autem viri, quia omnipotenti Deo in magni amoris vinculo coniuncti ſunt,ei in auribus loquuntur,quia diuinæ propitiationis eius auditum tanto fiducialius expoſcunt, quanto apud eius miſericordiam impetrandi locum ſublimius acceperunt:* igitur quo quis familiarior Deo eſt, propior accedit, & in autes eius inſuſurrat.

Diuerſitas meritorum proximum aut remotum acceſſum ad Deum conſequitur.

6. *Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, & ſeptuag. ſenes*, verum aliquid aliud iniungit, *ſolus Moyſes aſcendat ad Dominum, & illi non appropinquabunt,nec populus aſcendet cum eo.* Ecce populus nec appropinquat ad Deum, imo nec in montem aſcendit;ſed iubetur in caſtris manere,ſeniores, & Aaron in montem aſcendunt, ſed ad Deum accedere eis non permittitur, verum Moyſes & aſcendit & appropinquat. nonne ſunt in natura æquales? cur ergo omnes ad Deum non accedunt? per populum imperfectiores, per ſeniores & Aaronem perfectiores, per Moyſem perfectiſſimum intelligimus: en cur non omnibus eodem modo, datum eſt ad Deum accedere! diuerſitas enim meritorum diuerſum ad Deum concedit acceſſum. annoit Caiet. *Vide diſparitatem, populus nec appropinquat nec accedit, Aaron Sept. ſenes aſcendunt quidem, ſed non appropinquant, Moyſes quidem &* (Caiet.) *aſcendit & appropinquat.*

Lex antiqua ſoli Dei populo, lex Euangelij omnibus in vniuerſum promulganda inſinuatur.

Moyſi dixit aſcende tu & Aaron & ſeptuag.
7. *ſenes.* Nihilominus poſtea dicitur, ſoluſque Moyſes aſcendit ad Dominum, aliis in verticem montis non aſcendentibus: verum Dominus Euangelij legem daturus cum eſſet, non vnum aut alterum, ſed omnes ſuos diſcipulos in montem conuocat, eos in eo alloquitur de præceptis Euangelicis, turbis auſcultantibus & audientibus; qua de cauſa, quod denegatur ſeptua.ſenibus, Apoſtolis & Diſcipulis Domini conceditur? quia lex antiqua ſoli Iſrael Dei populo danda, lex autem Euangelij omnibus in vniuerſum erat promulganda. hoc diſcrimen agnouit Vener Beda lib.1. de tabern. c.1. Verum quia ſcriptura legis vni tunc populo (Vene. Beda) committenda, gratia vero Euangelij ad omnes per orbem terrarum nationes Apoſtolis prædicantibus erat peruentura, rectè ad diſcendam accipiendamque legem ſolus Moyſes aſcendit in montem: doctrinam vero Euangelij Apoſtoli ſimul omnes in monte poſiti cum Domino auſcultantibus ei turbis audierunt: ſed & aduentũ ſancti Spiritus quo hæc eadem gratia, & veritas Euangelij manifeſtius Eccleſiæ data eſt, non Apoſtoli ſolummodo, verum etiam plurima fidelium caterua in cænaculo montis Sion conſtituta, ſuſcepit, & hoc in variarum diuiſione linguarum, vt tali eſſet miraculo Eccleſia cunctarum per orbem gentium collaudatura linguis Deum ſignificaretur.

Deus aliquos exaltat, vt ſi gratia ſua abutantur, grauius deiiciat.

Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, Nadab & 8.
Abiu,& ſept.ſenes. Non exiguum Dei beneficium in hos Aaronis filios, qui tot ex millibus hominum ſeliguntur, vt cum Moyſe aſcendant ad montem Dei, populo in caſtris remanente: cur ad hunc honorem euehit Aaronis filios, qui poſtea igne è cœlo miſſo conſumi debent? quia Deus aliquando exaltat, vt ſi gratia ſua abutantur, grauius deiiciat. obſeruatio eſt noſtri Ioann. Feri. (Ioan. Feri.) *Notandum quod inter eos qui ex omni populo electi ad Dominum aſcendere iubentur, etiam Nadab & Abiu nominantur quos tamen poſtea ignis è cælo conſumpſit Leuit.10.non igitur ſemper bona fortuna eſt, vel bona Dei voluntas ſi ad honores prouehimur, ſed ſæpè maximum infortunium & certiſſima Dei ira, qui impios ideo exaltat, vt grauius deiiciat.*

Nullus vltra virtutem, ad contemplationis apicem peruenire præſumat.

Moyſi dixit aſcende tu & Aaron, & ſept. 9.
ſenes. Verum Moyſes aſcendit ſolus, illi autem ad Deum non appropinquabant, cur cum in monte eſſent ſimul cum Moyſe, cumque ad Dominum conſcendere viderent non comitantur, vt ſimul cum eo ad Deum perueniant? quia nullus vltra virtutem & Dei beneplacitum, ad contemplationis apicem peruenire præſumat. moralitas eſt Rabb. Maur. *Quid eſt* (inquit) *quod Dominus primum præcipit, vt Moyſes & Aaron, Nadab, & Abiu & ſept. ſenes ex Iſrael aſcendant ad Dominum ſtatim ſubiungit, quod ſolus Moyſes aſcendat, & cæteri non appropinquent? niſi quod moraliter nos inſtruit, vt vnuſquiſque perpendat diſcrete vires ſuas, & vigorem*

animi?, vt vltra quam ſe praualere cõſpicit, ad virtutum arcem vel culmen contemplationis erigere non præſumat, ſi quantum diuina clementia eum prouocat, vel ſcriptura ſancta edocet, tantum A *progrediatur: quod etiam quidam ait, in præcipitium pedem ponit qui menſurarum ſuarum limitem diſcrete non attendit.*

VARIET. LECT. à Verſ. 3.

V*Vlg*. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi omnia verba Domini atque iudicia, reſponditque omnis populus vna voce, omnia verba Domini quæ locutus eſt faciemus.

Sept. Introiuit Moyſes & narrauit populo B omnia verba Dei, & iuſtificationes, reſpondit autem populus vna voce, omnia verba quæ locutus eſt Dominus faciemus & audiemus.

CONCORDIA.

ADdiderunt hîc Sept. καὶ ἀκουσόμεθα & audiemus, quod nec in Heb. nec in Caldæo habetur, ſed illud deſumpſerunt ex verſu ſeptimo ſequenti.

EXPOSITIO.

V*Enit Moyſes* deſcendens de mõte, *& narrauit omnia verba Domini*. Ita vt à ſingulis vox eius perfectè audiretur, per verba autem intellige præcepta naturalia, & per iudicia, iudicialia præcepta cum cæremonialibus, aut tranſgreſſoribus comminationes & pœnas im- C ponendas, *reſpondit omnis populus*, auditis diſtinctè quæ ſibi à Moyſe propoſita fuerant, vna voce & vnanimi conſenſu, *omnia verba Domini*, tam præcepta affirmatiua quam negatiua, *faciemus*, quantum erit in nobis executioni mandabimus.

CONCEPTVS.

Præceptorum obſeruantia ſcientiam mentis acuit.

Venit Moyſes, & narraait plebi omnia verba

10. *Domini*, quibus auditis, reſpondit ſe ea facturum, verum Sept. aliquid amplius habent, nempe non ſolum faciemus, ſed audiemus, ita vt prius ſit facere quam audire: nonne prius audire quam facere, cum ea fiant quæ audiuntur? cur ergo non dixit populus, omnia verba Domini audiemus & faciemus? rectè dixerunt prius faciemus, deinde audiemus, quia præceptorum Dei obſeruantia, ad habendam diuinam ſapientiam aptat animum. ſic enim D. Iſid. Pe- D

S. Iſidorus. luſ. lib. 4. Epiſt. 81. ait, *Qui diuina præcepta in opus actumue perducere ſtudent, ab ipſa actione diſcunt, non tam oratione quam actione, & opere cognitionem pariente.*

Perfecti obedientis eſt rationes mandatorum aliquando exquirere quibus citius euolet ad eorum executionem.

11. *Venit Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini, reſponditque, omnia verba Domini quæ locutus eſt faciemus*, Sept. *faciemus & audiemus*, dicant Iſraelitæ; audiemus, deinde audita faciemus, in hoc imperfectionem obedientiæ ſuæ manifeſtam fecerunt, quod antequam planè perciperent & intelligerent faciendarum rerũ rationes & modos, velint operi incumbere.

Tom. II

ad mentem noſtrã ſic ſcribit Baſil. Mag. in c. 1. S. Baſilius Iſaiæ. *Tametſi conſentaneum magis erit, vt dicerent audiemus & faciemus, atque ſic legis ſenſum explere, vel craſſiſſimi cuiuſuis eſt, ſeu ſunt ſabbatum obſeruare iuxta corporalem ſenſum, ab eduliis longe prohibitis abſtinere, dic octauo circumcidi, vt quæ ter in anno in lege apparerent: horum autem in rationibus dignoſcendis ſpiritualiter incubuiſſe viri eſt iam perfecti, & eius qui per vitæ curriculum in huiuſmodi rerum cognitione, ſit plurimum verſatus*, nam perfecti obedientis eſt rationes & cauſas mandatorum exquirere, quibus citius ad mandata euolet executionem.

Qui cæcè obedit, plura ſcitu digna percipiet.

Venit Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini, reſponditque omnia verba Domini faciemus. Sept. faciemus & audiemus, inuerſus 12. mihi ordo videtur, nam quis non aſſeret prius aliquid audiendum, quam illud executioni mandandum? cur ergo dicunt ſe prius facturos, deinde audituros? quia qui præcepta ſibi impoſita pollicetur ſe executioni mandaturum, plura deinde ſcitu digna percipiet. neſcio ſi B. Auguſt. q. 85. in Exod. hoc dixerit. Notandum quod iterum populus ita reſpondet, “ omnia verba quæ locutus eſt Dominus faciemus & audiemus, cùm videatur ordo poſtulare, vt diceretur audiemus & faciemus: ſed ad- “

rum niſi aliquis ſenſus hic latet, nam ſi audiemus pro eo poſitum eſt, quod *eſt intelligemus*, prius oportet verbis Dei reddere faciendi ſeruitutem, vt ad intelligentiam earum rerum, quæ ipſo præcipiente fiunt, merito deuotionis, quæ non contemptæ, ſed factæ ſunt ipſe perducat. *Expreſſius Philo Iudæus lib. de Confuſ.ling.* Ad facta magis quam ad verba properant, cum enim alij audita faciunt, iſti quod mirandum eſt, præ diuino quodam impetu aiunt facturos ſe prius quam audituros, vt non propter doctrinam & admonitionem, ſe vltro ſuapte ſponte videantur ad bona opera accurrere.

Philo.

Maxima eſt noſtra erga Deum rebellio, & maxima illius erga nos dignatio.

13. *Venit Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini*, cur ea enarrat? vt ea populus Iſrael ſi velit, admittat: quid? nonne compellere poteſt, cum ſit omniũ creator & Deus vt ea velit, nolit obſeruet? cur pactum paſciſcitur cum populo? vt ſi ea obſeruet innumera bona accipiat: ſane maxima noſtra rebellio & maxima Dei erga nos dignatio cum ad hæc omnia inducunt. *Diſce* (inquit Oleaſt.) *Dei dignationem, vt velit nobiſcum paciſci ſuper his quæ facere tenemur inuiti, nonne tu Domine Deus, qui nos creaſti & compegiſti? manus Domini an Iob, fecerunt me & plaſmauerunt me totum in circuitu? ipſe, inquit Dauid, fecit nos & non ipſi nos, ad quid ergo nobiſcum pactum & promiſſio tam larga, ſi pacto ſteterimus? tua dignatio, & noſtra rebellio te adhoc quodammodo agunt, ô maxima Dei bonitas qui cum populo ſuo minime paciſci renuerit, humanorum more principum.*

Oleaſt. Iob.

Quam faciles ſumus in pollicendo, & quam difficiles in exequendo.

14. *Venit Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini, reſponditque, omnia quæ locutus eſt faciemus*, an quæ cito promiſerunt præſtiterunt? imo Deo rebelles, cultum Deorum ſecuti ſunt, ecce vitulum in ipſomet deſerto quem fecerant adorant, quomodo ergo pollicẽtur omnia verba Dei ſe facturos? quia faciles ſumus in pollicendo, & difficiles in exequendo, neſcimus quę promiſimus præſtare. quam recte B. Hieron. c. 5. in Eccleſiaſt. *Melius eſt non promittere quam promiſſa non facere, quia diſplicent Deo, & inter inſipientes computantur, qui promiſſa non expleant: quod ſi volumus & aliquid curioſius dicere, præcipitur Chriſtiano vt fidem opere compleat, & non ſit ſimilis populo Iudæorum, qui ſpondentes & dicentes omnia quæcumque Dominus præcepit, faciemus: adorauerunt Idola & poſt verberatos ſeruos & lapidibus oppreſſos nouiſſime quoque filiũ patris familias trucidauerũt, melius eſt ergo ancipitẽ diu deliberare ſententiam quam in verbis facilem, in operibus difficilem; ſeruus enim, qui ſcit voluntatem Domini ſui & non facit eam, vapulabit multis.*

A S.Hieron.

B

Promittentes aliquid facere, & illud non adimplentes, locuſtis ſimiles ſunt.

Venit Moyſes & narrauit plebi omnia verba Domini, reſponditque, omnia quæ locutus eſt faciemus. B. Greg. Mag. lib. 31. moral. c. 19. hæc à populo Iſrael verba prolata attente conſiderans, ait, Profecto Iudæorum populum locuſtæ ſignificant, ſubitos ſaltus dantes, ſed protinus ad terram cadentes] verum quid commune locuſtis & populo Iſrael? nam ſi diceret Greg. populum Ægypti locuſtis ſimilem, tacerem equidem, qui pluries promittens Moyſi, libertatem populi quaſi ſaltus, more locuſtarum dabat, ſed ſuorum immemor promiſſorum in terram cadebat: idem credendum de populo Iſrael, qui licet pluries iam promiſerit ſe omnia Dei iuſſa facturum, deinde promiſſis ſtare neſciuit. ſubnecto verba S. Pontificis. *Saltus dabant cum præcepta Domini ſe implere promitterent, ſed citius ad terram cadebant, cum per praua opera hæc ſe audiuiſſe denegarent, videamus in iis quaſi quemdam ſaltum locuſtarum, omnia verba quæ locutus eſt Dominus & audiemus, & faciemus: videamus ergo quomodo citius ad terram ruunt: vtinam mortui eſſemus in Ægypto & non in hac vaſta ſolitudine? vtinam pereamus & non inducat nos in terram iſtam: locuſtæ ergo erant, quia habebant ſaltum per vocem & caſum per actionem.* 15.

S. Greg. Mag.

C

VARIET. LECT. Verſ. 4.

V*Vlg.* Scripſit autem ſermones Domini, & de mane conſurgens, ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus Iſrael.

Sept. Ædificauit altare in monte, & duodecim lapides in duodecim tribus Iſrael.

Cald. Ædificauit altare in humiliori loco montis.

Vatab. Ædificauit altare ſub monte, & duodecim ſtatuas ſecundum duodecim tribus Iſrael.

Oleaſt. Et leuauit ſe Moyſes mane &c. iuxta duodecim virgas Iſrael.

Mont. Et manicauit in mane.

Forſterus. Ædificauit duodecim columnas.

CONCORDIA.

COntendit Oleaſter verbum שכם ſacham non ſignificare mane ſurgere ſeu manicare, quia verbo ſæpius additur dictio בקר bocher, id eſt mane, vt hic, verum non dicimus etiam ſolum illud verbum interpretari mane ſurgere,

verum cum hoc in Hebræo ſit וישכם בבקר vaſchem baboker, certe redditum eſt mane conſurgens. Per ſtatuas non intelligas velim idola, aut hominum effigies, ſed duodecim lapides erectos: nam Iaſab ſignificat pro- A prie erigere, ſeu ſtare facere, virgas Iſrael tranſtulit Oleaſt. שבטי ישראל rationem reddit, quia filij (filios dixit non tribus) quod veluti rami, ſeu virgæ ex trunco progrediantur.

EXPOSITIO.

Scripſit Moyſes vniuerſos ſermones Domini, per vniuerſos ſermones Domini, ne intelligas velim totius Moſaycæ variationis decurſum ab initio Geneſeos, vſque ad finem decimi noni cap. lib. Exodi in quo habentur Fœdera, & pacta omnia, quæ Deus ſanxit cum patribus eorum, & Iſraelitici populi geſta, ſed per vniuerſos ſermones intellige præcepta cæremonialia & iudicialia, ea denique omnia quæ vſque ad vigeſimum caput eius libri recitantur. Includit etiam omnia præcepta moralia, ſeu decalogum, licet poſtea ad maioris reuerentiæ conteſtationem, is ſpeciatim ſcriptus fuerit, ſcripſit autem hæc omnia, vt populus cum Deo fœdus initurus, non tantum ſemel audiret conditiones fœderis, ſed eas perpetuo conſeruaret ab obliuione, quæ ex negligentia & morte ſeniorum contigiſſet.

Et mane conſurgens, ſcilicet in aurora diei ſequentis, poſtquam deſcendit de monte, ædificauit altare, hoc eſt ſecundum à Moyſe ædificatum: primum enim ædificauerat in Raphidim fugatis Amalecitis, hoc autem altare B ædificatum fuit ad immolandum holocauſta Domino, vt de horum ſanguine aſpergeretur ſuper populum, *ad radices montis*: ſcilicet Sinai, qui apud eos mons per excellentiam dicitur, *& duodecim titulos*, nempe duodecim rudes & impolitos lapides in monumentum, an autem ab altari ſeparati, vel vt ſeruientes ipſi altari, tanquam eis ſuperimpoſitum eſſet, incertum eſt, *per duodecim tribus Iſrael*, vnicuique enim Iſrael tribui reſpondebat ſuus titulus.

CONCEPTVS.

Ad diuina oracula accipienda, & promulganda idoneus, qui ab humano conſortio ſeparatur.

16\. *Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini*, quandonam? ſanè cum prius in montẽ euocatus fuiſſet à Deo, & familiari cum Deo commercio occupatus: verum cur antequam ſermones Domini ſcriptis exciperet, & eos populo annuntiaret, neceſſum fuit montem conſcendere, & ad Dominum appropinquare? quia idoneus eſſe nõ poterat ad diuina oracula accipienda, & annuntianda, antequam eriperetur ab humano conſortio, ac totus diuino redderetur. Neſcio ſi ad hoc alludere voluit *Philo Carpat. Cant. 5.* Philo Carpat. ad illa verba 5. Cantic. oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ, ait enim, *Omni labe puri, ſimplices planeque prudentes iſti debent eſſe omnes, hi qui ſacra cæteros atque cæleſtia docturi ſunt, &退 monituri, ob idque poſtquam ipſi affluentia Spiritus ſancti mundati ſunt, & candore virtutis illuſtrati, iuxta plenitudines aquarum reſidere dicuntur, vt ſcripturæ ſacræ profunda arcanaque rimantes, ea Chriſtiano populo ad ſalutem ſumma charitate impertiantur.* Sed expreſſus Venerab. Beda lib. 1. de Tabernaculo cap. 1. *Aſcendit ad montem Moyſes, vt ex altitudine loci colligat, quam celſa, quamque ab humanis ſecreta doctrinis ſit lex quam accipit, & quomodo ab illis ſolummodo perfecte intelligi vel cuſtodiri poſſit: qui ſe ſe à terrenis contagijs ſublimius & perfectius viuendo ſeparauerint.*

In bono ſtabilitatem requirit Deus.

C *Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini, & mane conſurgens, ædificauit altare, & duodecim titulos, per duodecim tribus Iſrael*: Oleaſt. 17.
legit, & duodecim ſtatuas iuxta duodecim tribus Iſrael, ſed cur lapides ponuntur? nonne aliqua terra erecta potuit ſtatui in monumentum fœderis? dices ad oſtendendam pacti perpetuitatem, quam lapides per plurima duraturi ſæcula oſtendebant: bene equidem, & cohærenter: ſed cur non addemus lapidum poſitione, probari in bono ſtabilitatem voluiſſe, nobiſque hac innuiſſe, vt Deo ſemper eſſemus affixi, nec damnabili viciſſitudine abiremus ab eo, cui ſemel adhæſiſſemus. Huc ſpectat. Cyrillus Alexandrinus homilia 2. de feſtis Paſch. qui legens, & duodecim *Cyrillus Alexand.*
D lapides per duodecim tribus Iſrael, ſubiecit, *Cum in altaris ambitu duodecim ſtatui lapides iuſſit pro munere duodecim tribuum Iſrael, vt hinc quoque intelligamus debere nos Deo ſemper affectos eſſe*, quia bona propoſitio excidit, & quod cum laude inchoauit obmittit, tanquam lapis firmus non manet, nec Deo ſuo affigitur, à quo tam facile dene ctitur: neſcio ſi ad verſionem Oleaſtri vertentis, & duodecim ſtatuas, alludit Socrates apud Stobæum ſermone de Virtute, dicens, *Statua quidem in ſua baſi, virtutis autem, ſtudioſus, diu bono propoſito nixus immobilis eſſe debet.*

A

Lex ſcripta manet, vt examen illius à te requiratur.

18. *Scripſit autẽ Moyſes ſermones Domini*, nonne
ſatis eſſet eos populo enuntiaſſe? cur labor im-
penditur in eis conſcribendis? tum nonne ſa-
tis erat tenax memoria populi, qui ſemel audi-
tos retineret, vt eos obſeruaret? voluit eos con-
ſcribi Deus, præſertim morales, vt ſecundum
eos, examen à te requireretur, & niſi à te cuſto-
dita fuerint, te graue maneret ſupplicium, *Quid
præ ſe ferat*, inquit Oleaſt. *huiuſmodi ſcriptura,*
Oleaſt. *noſti ô homo, ſi oculos non amiſiſti, ſeruatur enim
vt per eam in die extrema examinis interrogeris.*
Pſalm. 49. *Audi quid de ea re ſanctus Dauid dicat, Pſal. 49.
Congregate, inquit Dominus, mihi ſanctos meos
qui pepigerunt pactum meum ſuper ſacrificia,*
B
*facto enim vitulorum ſacrificio pactum initum eſt
inter Deum & ſanctos, ſequitur Pſal. Nuntiaue-
runt cœli iuſtitiam meam, quoniam Deus iudex
eſt, audi popule mi & loquar Iſrael, & teſtifi-
cari faciam contra te, Deus Deus ego ſum, & aper-
tius hanc rem ſcire deſideras: audi Ezechiel 20. c.*
Ezech. 20. *Educam vos de populis, & adducam vos in deſer-
tum populorum, & indicabo me vobiſcum, ibi fa-
cie ad faciem, ſicut indicaui me cum patribus ve-
ſtris in deſerto terræ Ægypti.*

Non vult Deus, vt vlla vnquam legis obliuione teneamur.

19. *Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini,*
non ſcribat, ſed populo ſolum referat ſermones,
quos à Deo accepit, nam ad eorum relationem
C
audiuimus verſu præcedenti populũ dicentem,
omnia verba Domini quæ locutus eſt facie-
mus: ſi ergo pollicetur, ſe executioni man-
daturum quæcumque Deus iuſſerit: Cur ne-
ceſſe eſt ea ſcriptis obſignare? quia non vult
Deus, vt vlla vnquam legis ſuæ obliuione te-
Philippus Abbas. neamur. Suffragatur Philipp. Abbas lib. de ſi-
lentio Cleric. c. 20. *Cum Dominus Moyſen filys
Iſrael præfeciſſet, eumque in monte Sinai, quæ
ab illis volebat fieri, multis ſermonibus docuiſ-
ſet, eorumdem ſermonum ſeriem idem Moyſes
ſcripſiſſe perhibetur, vt non ſolum inter eos qui
præſentes aderant legeretur, ſed etiam apud poſt-
futuros, nulla obliuionis litura deleretur*

Nullus à fœdere Dei excluditur.

D

20. *Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini,
& conſurgẽs ædificauit altare, & duodecim titulos
per duodecim tribus Iſrael*: cur duodecim tituli,
ſiue lapides eriguntur? nonne ſicut altare erat
vnum, ita etiam vnus titulus ſufficeret pro vni-
uerſo populo? ait Antonius Milienſ. in ſuo
Moyſe viatore lib. 8.

Bis ſeni circum lapides altare coronant,
Erecti in tribuum titulos, numeroque notiſque
Inſcripti, vt totidem feriendo in fœdere teſtes.
Inconcuſſa fides populi.

A Verum, nonne Deus pactum inibat cum popu-
lo, qui diuiditur in duodecim tribus? en cur
duodecim tituli eriguntur in monumentum
fœderis totius populi cum Deo? nullus enim
ab eo excludendus eſt, hanc rationem aſſi-
gnat noſter Ferus, *Altare ædificat, id-* Ferus.
*que ex duodecim lapidibus, ad oſtendendum quod
nullus excluderetur, ſed omnes tribus in fœdere
includerentur.*

Ilico Deo referendæ gratiarum actiones.

Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini, 21.
& mane cõſurgens, Mont. *& manicauit in mane,*
id eſt ſũmo mane ſurrexit, & ædificauit altare,
ad quid in ipſo diei crepuſculo ante ſolis ortũ
altare ædificas? nonne illuceſcente ſole, vt
B omnis populus præſens adeſſet, altare erigi
poteſt? poſt acceptam legem ſummo mane ſur-
git, & altare ædificat, neſcit enim pius dila-
tionem reddendis Deo gratiarum actionibus,
Ædificauit, inquit noſter Lyran. *altare ad gra-* Lyranus.
tiarum actionem.

Non illicitum altaribus apponere titulos eorum, qui illa dederunt, vel ſanctorum quibus dedicata ſunt.

Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones Domini, 22.
*& mane conſurgens ædificauit altare, & titulos
duodecim*, alij, *ſtatuas*, quas, nomina filiorum
Iſrael habuiſſe aliqui autumant, & licet di-
xerimus eiuſmodi titulos quaſi baſem fuiſſe al-
C taris, tamen aliqui arbitrantur iuxta altare
fuiſſe poſitos, vel ſuper altare: verum cur ſu-
per altare quod Deo dicatum eſt ponuntur ti-
tuli, in quibus nomina tribuum ſcripta ſunt
vel inſculpta? nonne hoc dedecet? cur inde-
cens, cum bonum ob finem fiat, & non vani-
tatis gratia? ſicque apud nos etiam licitum
erit, in altaribus eorum titulos qui ea dede-
runt apponere, & à fortiori ſanctorum ima-
gines quorum nomen eſt impoſitum. Siſto
Seraphinum concl. 1. huius cap. Ecce quod Seraphinus.
"Moyſes ædificato altari, ſuperpouit titulos 12.
"iuxta 12. tribus Iſrael, quare! quia per hoc
"ſignificare voluit, quod Iſraelitarum omnium
"conſenſu, altare illud conſtructum erat, &
"quod quidquid erat ſuper altare offerendum
"erat, & quod altare hoc erat Iſraelitarum non
D idolulatrarum: licitum eſt ergo ad diſtinguen-
"dum altaria, cuius ſunt titulos perſonarum ap-
"ponere, vt quotidie fieri videmus. *Deinde in
"appendice ait*, Hic habes quod appoſitio illo-
"rum titulorum, ſiue ad altaria, ſiue ad alia Ec-
"cleſiæ ornamenta, non importat de natura
"ſua vanam gloriam illorum qui ſic inſcribunt,
"alioquin ſanctiſſimus Moyſes titulos huic al-
"tari non appoſuiſſet, cum ergo fiat ad aliquem
"bonum finem iſta titulatio, & tam ratione ſui
"quam finis licita eſt.

VARIET. LECT. Verſ. 5.

Vulg. Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaneruntque victimas pacificas Domino, vitulos.

Sept. Et miſit adoleſcentes filiorum Iſrael, & obtulerunt holocauſtomata, & immolauerunt hoſtiam ſalutaris Deo, vitulos.

Cald. Miſitque primogenitos filiorum Iſrael, immolaueruntque victimas ſanctificatas coram Domino, boues.

Onk. Victimas ſanctas.

A *Pag.* Miſit pueros filiorum Iſrael, & immolauerunt holocauſta, & ſacrificauerunt ſacrificia pacifica Domino, vitulos.

Vatab. Ipſi Iehouæ iuuencos.

Antiqui Codices, Er obtulerunt duodecim vitulos.

Mont. Et aſcendere fecerunt holocauſta.

Oleaſt. Et obtulerunt ſacrificia integritatum.

B. Apoſt. Hebr. 9. addit, vltra vitulos, hircos.

CONCORDIA.

CAld. reddidit primogenitos, vbi habemus iuuenes, quod rationi congruit, nam communiter dicitur quod primogeniti in populo ante Leuiticæ tribus electionem, ſacerdotio fungebantur: quia verbum עלה hala, & adducere, & aſcendere, & offerre ſignificat: hinc eſt quod verbum ויעלו vaiahalu, hîc poſitum aliqui reddiderunt, & aſcendere fecerunt: in antiquis codicibus habetur duode- B cim, ſed redundat, tantum eſt enim Hebraicè פרים parim, id eſt tauros, ſiue vitulos, aut boues, in Hebræo ורים שלמים ſacrificia pacifica, ſed quia verbum ſalam, non ſolum ſignificat pacificum eſſe, ſed etiam integrum, perfectum, & incolumem eſſe: hinc eſt quod Oleaſt. vertit ſacrificia integritatum, cur addiderit Paulus hircos, vide in expoſitione.

EXPOSITIO.

M*Iſit iuuenes de filys Iſrael*, licet aliqui contendant vel famulos filiorum Iſrael, vel quoſcumque filios poſſe intelligi per huiuſmodi iuuenes, tamen communis opinio eſt fuiſſe primogenitos, nam ante Leuiticæ tri- C bus electionem, ſacerdotium primogenituræ annexum, eruntque veriſimiliter hi primogeniti principum duodecim tribus Iſrael, *& obtulerunt holocauſta*, quæ in Dei reuerentiam ſecundum omnes partes incendebantur; *immolaueruntque victimas pacificas Domino*, pro gratiarum actione, & gratulatione ex acceptis beneficijs. *Vitulos*, addidit, D. Paulus
Rom. 9. Hebr. verſ. 9. & hircos: ſic enim ait, lecto omni mandato legis à Moyſe, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum: nec mirum Moſem ſolum vitulos poſuiſſe, cum omnia ab authoribus non ſcripta ſint: ac deinde Paulum addidiſſe, quæ Moyſes omiſerat. Verum vt intelligatur quomodo id addiderit, aduerte quod duo ſacrificiorum genera oblata ſunt, nempe holocauſtum & victimæ pacificæ, & pro victimis quidem pacificis fuiſſe oblatos vitulos apertè docet ſacra ſcriptura, ſed quid oblatum ſit pro holocauſtis non exprimitur: forte Apoſtol. ex traditione didicit præter holocauſtum, & victimas pacificas, immolatos fuiſſe hircos pro peccato: ita enim in Leuit. 4. & 9. deinde præceptum eſt, vt pro peccato populi hircus immolaretur, & quoniam ſacrificium Moſis ſacrificium Chriſti repræſentabat, quod ad expianda totius humani generis ſcelera referebatur, veriſimillimum videtur reliquis victimis additum fuiſſe hircum: & ita quamuis Moyſes hoſtiam vocet pacificam, quod Deo potiſſimum gratias ageret, credibile eſt tamen etiam obtuliſſe pro peccato, quod præſertim hæc duo ſacrificiorum genera coniungi ſolerent, vt conſtat ex Leuitic. cap. 9. huius præcipue meminit Apoſtolus, vt indicet ſacrificium Chriſti ad expianda peccata. Verum inquires, vnde hæc omnia audierat Paulus, quæ à Moyſe ſcripta non ſunt? reſpondet Noſter Nicolaus Grandis in præf. Epiſt. vel à Gamaliele legis Doctore ſuper his inſtructus ſit, Nicolaus Grandis. D aut à Spiritu ſancto hoc ſibi reuelante, alij reſpondent Paulum in lege veteri cum primis eruditum, hoc omne potuiſſe cognoſcere ad expiandum populum adhiberi conſueuiſſe.

CONCEPTVS.

Virtus parui temporis vix cenſetur apud Deum.

23. *Miſit Moyſes iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas pacificas Domino, vitulos*, en vt Exodus dicit oblatas victimas, & ſacrificia ab Iſraelitis in deſerto! & ſpecialiter nominat vitu-

[Amos c. 5.] los occiſos, nihilominus apud Amos c. 5. ſic cõqueritur Deus de populo ſuo, numquid hoſtias & ſacrificia obtuliſtis in deſerto, quadraginta annis domus Iſrael? ſic Deus obijcit Iſraelitis, quod per totos quadraginta annos deſerti non obtulerint, nec ſacrificia, nec hoſtias Deo. Quid? an ſibi aduerſatur Amos & Moyſes? ecce Moyſes aſſerit, victimas Deo oblatas in deſerto, Amos autem negat? abſit vt auctores Canonici aſſerant contraria, quid ergo dicemus? niſi verum eſſe aliquando, ſed raro victimas in deſerto oblatas fuiſſe: at quia hæc frequenter & per multum temporis non offerebantur Deo, Amos ſic loquitur, quaſi nullæ fuiſſent oblatæ, parum enim pro nihilo reputatur. [Cajetan.] Ad hæc Cajet. *Si quæritur, quomodo verificatur hoc cum verbis Amos, ſolutio eſt, quod in deſerto fuerunt rara ſacrificia, quæ non aduerſantur ſententiæ Dei apud Amos loquentem de iugi ſacrificio, & ſolitis in terra promiſſionis hoſtijs: neutrum enim horum ſeruatum eſt in deſerto quadraginta annis, erat quidem in templo Dei iuge continuatumque ſacrificium quotidianæ hoſtiæ, quæ mane & veſpere offerebantur Deo. Quod minime inueniebatur in deſerto, vbi raro aliquod ſacrificium oblatum eſt, nec continuatum illud fuit, non per aliquod tempus: quod autem rarum fuit non contrariatur dicenti, quia nullum fuit, non enim apud Deum cenſetur rarum virtutis opus, & parui temporis.*

Qui inuite Deum colit, non eum dicitur colere.

24. *Miſit Moyſes iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas,* neſcio quomodo id verum ſit, quod aſſerit Moyſes, cum Deus contrarium proferre videatur, cui fidem omnino adhibere tenemur apud Amos 5. [Amos 5.] Numquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis mihi in deſerto quadraginta annis domus Iſrael? non obtuliſtis, quomodo non obtulerunt, cum vitulos primogeniti Iſrael immolent ſuper altare à Moyſe ædificatum? [Albertus Magnus.] Rectè Albertus Magnus, *Ex quo ſacrificauerunt vitulos in deſerto, nunquam ſponte obtulerunt Domino, ſed pœnis potius coacti, & ideo dicit non obtuliſſe quia inuite fecerunt.*

Deus perpetuis delectatur votis

25. *Miſit iuuenes Moyſes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas,* & pecorum occiſione ſuam ſtabilierunt promiſſionem: cur potius pecorum quam hominum, (cum Deus iubere potuiſſet immolari) occiſione voluit pactum ſuum firmari? nam ſi ſanguine hominum firmaretur, videtur quod maiorem obtineret firmitatem: dico tamen ideo occiſione pecorum, & non hominum ſuam promiſſionem ſtabilire voluiſſe, vt oſtenderent pactum tamdiu duraturum, quamdiu mors illorum, & quemadmodum perpetua erat mors victimarum, ita & fœdus initum quaſi Deo nonniſi gratiſſimas hoſtias offerre vellent, quas non eſſe alias quam perpetuas iudicabant. Quæ eſt vna ratio ob quam Deus pecora, potius quam homines ſibi voluerit immolari, quia horum mors perpetua non erat, ſicut illorum, adeo perpetuis oblectatur victimis.

Dignus morte qui pactum vel fœdus violat.

Miſit Moyſes iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas: 26.
Nonne ſatis eſſet ſi iureiurando ſe obſtrinxiſſent, pactum cum Deo ſeruaturos? cur ſanguis victimarum effundendus? cur tot animalia occiduntur? vt teſtarentur ſe mereri ad inſtar victimarum iugulandos, ſi pactum cum Deo initum non obſeruarent. Mens eſt Oleaſt. [Oleaſt.] *Cauſa quare in pactis victimæ iugulabantur, & offerebãtur Deo, fuit quod paciſcentes Deum precarentur, vt non ſtantes pacto, iugularet ad modum victimarum immolatarum, aut dignum eſſe qui immolaretur, & iugularetur, qui pactum initum frangeret. Immolabantur ergo victimæ Deo, quoniam pacti teſtis erat, à quo vindictam & punitionem infligendam illis qui pactum infringerent, & adumbrabant ſanguine & iugulatione pœnas, quas daturus erat qui pacto non ſtaret.*

Senex probus iuueneſcit.

Miſit Moyſes iuuenes de filijs Iſrael, Pag. *miſit pueros,* Chald. *miſit primogenitos:* cur hos vocat pueros, cum primogeniti ſint alijs maiores natu, aliquando ſenes? quia ſenes ſi ſint probi, quaſi virtutis pabulo nutriti, florem iuuentutis illibatum conſeruant. Annuit Beatus Auguſtinus in Pſalm. 118. explicans hæc verba, In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos, ait enim, *Decet adoleſcentem hoc loco eſſe hominem ſanctitate nouum, licet ætate decrepitum, licet enim quilibet quantum ad ætatem pertinet, corporis annoſa vetuſtate decrepitus ſit: iunior erit apud Deum percepta gratiæ nouitate conuerſus.* 27. [S. Aug. Pſal. 118.]

Nonniſi fortium eſt vitæ perfectionem accipere, ſeſe Deo offerentes.

Miſit Moyſes iuuenes de filijs Iſrael, & obtulerunt holocauſta, Septuag. *miſit adoleſcentes,* holocauſtum Domino offert qui ſeipſum Deo dedicat: verum cur à Moyſe iuuenes, vel adoleſcentes dicuntur? nam cum proprium ſit ſacerdotum offerre ſacrificia, Preſbyteri autem dicantur ſeniõres: cur potius non ab eo appellantur ſenes, quam adoleſcentes? nonne adoleſcentes præ ſenibus fortiſſimi? bene ergo adoleſcentes, ſiue iuuenes dicuntur qui Deo holocauſta offerunt, quia nonniſi fortium animis eſt ſeipſos Deo in holocauſtum offerre. Siſto Archiepiſc. Mogunt. *Bene iuuenes de filijs Iſrael, dicuntur offerre holocauſta, quia nonniſi fortium eſt vitæ perfectionem appetere: cæterum qui adhuc infans eſt, hoc eſt rudis in fide, vel quem ſenectus debilitat, id eſt quem conſuetudo carnalis premit, non eſt habilis ad holocauſta Domino offerenda, ſed mandata legis inferiora ſeruet, per quæ ſaluetur: vnde* 28. [Rabanus Maurus]

Math. *ipſa veritas in Euangelio ſciſcitanti de ſalute ſua primum reſpondit, ſi vis ad ſalutem ingredi ſerua mandata, & paulo poſt de perfectione* A *taliter docet, ſi vis perfectus eſſe vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni ſequere me.*

VARIET. LECT. Verſ. 6. & 7.

V*Vlg.* Tulit itaque mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare.

Sept. Sumens autem Moyſes dimidium ſanguinis, infudit in crateras, dimidium autem ſanguinis effudit ad altare.

Cald. Aſperſit ſuper altare.

Mont. Cœpit medium ſanguinis, & poſuit in crateribus, *aly*, in phialis.

Vulg. Aſſumenſque volumen fœderis, le- B gis audiente populo, qui dixerunt, omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes.

Sept. Et accepit librum teſtamenti, recitauit in aures populi, & dixit, omnia quæcumque locutus eſt Dominus, faciemus & audiemus.

Pag. Tulit librum fœderis, & legit in auribus populi.

Onk. Legit coram populo.

CONCORDIA.

HVnc Hebraiſmum ויקרא באזני העם vakra beazne haham, & legit in auribus populi, recte reddidit interpres, legit audiente populo; dictio Hebraica אגן vas magnum ſpeciem ventris habens ſignificat, & vtrumque rotundum, vt patet Cant. 7. vbi dicitur vmbilicus, aut venter tuus agan, id eſt crater tornatilis, vnde aliqui reddiderunt, phialas, quæ ſpeciem ventris habent.

EXPOSITIO.

T*Vlit mediam partem ſanguinis*, quo ſcilicet populum poſtea ſpergeret, aliquid addit B. Paulus cap. 9. epiſt. ad Hebr. nempe
Hebr. 9. accipiens ſanguinem cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo: exiſtimant autem aliqui vix ſanguinem eſſe potuiſſe ſufficientem ad vniuerſum populum, vel leuiter irrorandum, atque ita acceſſione aquæ, augeri debuiſſe: addunt alij admixtionem aquæ fuiſſe neceſſariam, ne ſanguis frigore concretus aſperſioni redderetur ineptus, cum præſertim id in alijs expiationibus fieri conſueuerit. De lana coccinea, & hyſſopo, eadem eſt ratio, eis enim tanquam inſtrumentis populum, cæteraque aſpergi conſueuiſſe ex ſacris litteris aperte deprehenditur, Leuit. 14. num. 19. ſemper enim ſanguis aqua miſcetur, & hyſſopo & lana coccinea, tanquam inſtrumento, atqui vt more noſtro loquamur aſpergillo diffunditur, ad irrorandum populum, & alia quæ aſ- C pergenda ſunt, vt qui aſperſionem nominet, continuo ſanguinem aqua mixtum, itemque hyſſopum & lanam coccineam indicare videatur, *partem autem alteram fudit ſuper altare*, & altera parte ſanguinis dimidia, altare aſperſit: addit Apoſtolus, quod & ipſum volumen legis aſperſerit, *aſſumenſque volumen fœderis*; nempe illud de quo ante fuit ſermo, dictum eſt autem volumen fœderis, quod eſſet veluti chirographum initi fœderis inter Deum, & populum Iſrael, continens in ſe promiſſa Dei ad populum, & populi ad Deum, *legit audiente populo*, ne excuſationem prætexeret ſi non audiuiſſet, *qui dixerunt*, vnanimiter ſe omnia quæ lecta ſibi fuerant, obſeruaturos.

CONCEPTVS.

Sanguis Chriſti in altari, quantum in ſe, omnia abſorbet peccata.

29. *Tulit mediam partem ſanguinis*, & ex alia poſita in crateribus, fudit ſuper altare, vidimus Exod. 12. Sanguinem agni poſitum in poſtibus domorum, verum nunc non in eis viſitur, ſed in altari: cur potius in altari, quam in aliqua parte tabernaculorum populi
S. Ambroſ. Iſrael? Reſpondet B. Ambroſius in epiſt. ad Simplician. *Quod vero ad altare effundit ſanguinem, intelligere licet ablutionem mundi, remiſſionem omnium peccatorum, etenim ſangui-* D *nem illum ad altare, quaſi hoſtiam effundit ad multorum exhaurienda peccata: agnus enim hoſtia eſt, ſed agnus non irrationabilis naturæ, ſed diuinæ potentiæ, de quo dictum eſt, Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, non ſolum enim mundi vniuerſorum peccata, ſed etiam diuina poteſtate donauit*: Ecce tibi vbi diuiniſſimus ſanguis cœpit rubere ex altari mundum vniuerſum emundat, nullam præterit maculam, quam non lauet, quantum eſt ex ſe: cuiuſcumque generis, & conditionis fuerit homo habet, vnde munditiem capiat, & indemnitatem, ex quo Chriſti ſanguis in altari pur-

paraſcit, cum ſanguis agni ſolum poſitus eſt A in domorum poſtibus, ſalui fiunt ſolum Iſraelitæ, non autem Ægyptij, ponendus in altari, vt omnium abſorbeat peccata, & omnes ſaluet.

Pura ſapientia Dei eſt ſolius.

30. *Tulit mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare*, Philo lib. quis rerum diuinarum hæres ait, ſanguinem ex hoſtijs profluentem denotare ſapientiam. Verum cur huius ſanguinis media pars crateræ imponitur, & altera pars ſolum altari infunditur? cur vterque ſanguis in crareta non mittitur? nam poſſet deſumi vt altare ex eo aſpergeretur: ſanguis in craterem miſſus non ita purus, aliquid enim ex cratere B contrahit, alius autem non item: & ſic non mirum ex eo, altare Domini aſpergi, pura enim ſapientia Dei ſolius eſt altari ſuo dicanda. Sic habet cit. Philo, *Nec minus eſt mirandum, victimarum ſanguinis æqua diſtributio, quem Summus Pontifex Moſes ex naturæ præſcripto diuiſit, ſumpto enim dimidio ſanguinis, dimittit illum in crateras, reliquum vero dimidium profudit cum apud altare: vt oſtenderet eſſe duplex genus ſapientiæ Deo ſacratæ, alterum diuinum, alterum humanum, & diuinum quidem eſſe ſyncerum, nulla mixtura vitiatum, quamobrem Deo ſyncero atque impermixtæ vnitati libatur, humanum vero mixtum temperatumque profundit, & diſpergit in noſtrum genus mixtum, temperatum, compoſitum, quod inducit membrorum morumque temperamenta & concordiam.*

Philo.

Deus ita in nos miſericors, vt cum ab omni lege ſit liber, lege tamen voluerit ſe obſtringere.

31. *Tulit mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare*, vt hoc ritu ſubſequenti, inter Deum & populum initum fœdus ratum & firmum eſſet, obligat autem ſe populus omnia quæ in volumine legis continebantur, obſeruaturum, & Deus reciproce pollicetur ſe gentes Chananæas, delecturum. Præſcribit terminos ac fines regionum, quas ei dare conſtituit, ne forte aliquid amplius prætenderet, ſpondetque terram promiſſam ſe ei daturum. Quid? nonne D ſummo creatori tenebantur obedire, ſine obligatione ipſius Dei? quis negat? cur ergo voluit eis ſe obligare? quia Deus ita in nos miſericors, vt cum ab omni lege ſit liber, & immunis, voluit tamen ſe nobis obſtringere. Quod miratur Cajetanus dum ait, *Admiranda imo ſtupenda eſt Dei benigniſſima ſuauitas, in hoc quod cum homo Princeps ſolutus ſit à legibus, & non teneatur, niſi ex contractu, ipſe omnium Princeps voluit promiſſiones ſuas ſubiacere contractui, vt vel ſic certiores redderet homines quod implerentur promiſſa, & ipſi arctius ſe obligatos agnoſcerent ad exequendum quod promiſerunt.*

Cajet.

Quicumque ſe obligat, ſciat quibus obſtringitur.

32. *Tulit mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, &c.* aſſumenſque volumen legit audiente populo, Septuag. recitauit in aures populi: nonne iam Moyſes omnia Dei præcepta populo aperuerat? cur igitur adhuc ea in auribus eius recitat? vt excuſationes in medium non adducat, ſe non audiſſe, ea quæ ſibi ex pacto impoſita ſunt, ſicque non teneri ad eorum obſeruationem. Collige ex hoc loco, inquit Oleaſt. *hominem paciſcentem debere cognoſcere ea ad quæ ſe obligat, & pacta eſſe legenda, antequam firmentur, & conſidera, quod non ſufficit Domino narraſſe Moſeh verba omnia ſua, ſed* B *voluit poſtea legi in auribus populi, vt nemo poſtea illorum cauſaretur ſe ignorare ea ad quæ ſe obligabat.*

Oleaſt.

Fluxus ſanguinis & aquæ à Chriſti latere figuratur.

33. *Tulit mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, &c.* & ex alia aſperſit altare. ſolius ſanguinis facit mentionem Moyſes, non autem aquæ, quæ tamen ſecundum Paul. Hebr. 9. ſimul cum ſanguine commixta erat, ait enim, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua: nonne ſanguis ſufficiebat? cur aquam poſitam ſcribit B. Paulus? forte in futurorum myſterium, nempe non immerito ſanguinem aqua miſceri, vt iam tum iudicare- C tur fluxus ille ſanguinis & aquæ, qui à Chriſti iam vita functi perfoſſo latere manauit, quibus duo præcipua, & maxima ſacramēta Baptiſmi & Euchariſtiæ ſignificabantur. Fauet Rupertus, *Hic Apoſtolus aſperſionem illam exemplarem cum aqua, & ſanguine factam eſſe teſtatur, ſic nimirum & de latere Chriſti cum aqua ſanguis effluxit, & idcirco rectè cum vino aquam miſceri in ſacramento ſanctæ Eccleſiæ fides Apoſtolica ſanxit.*

Hebr. 9. Rupert.

Baptiſmus à ſanguine Chriſti efficaciam habet.

34. *Tulit mediam partem ſanguinis, & miſit in crateras, partem autem reſiduam fudit ſuper altare*, verum cum nimium concretus foret ſanguis, D ſicque eo aſpergi non poſſet populus, adhibitam aquam teſtatur D. Paulus: purus remaneat? cur ergo cum aqua miſcetur, cum aqua ex victimis non fluxerit? ſine dubio hic ſanguis fuit figura ſanguinis Chriſti, per quem nouum confirmatum eſt teſtamentum, & ideo Chriſtus his verbis vſus eſt, Matth. 26. Hic eſt ſanguis noui Teſtamenti, confirmatiuus ſcilicet, figuratur per ſanguinem hirci, propter ſimilitudinem carnis peccati, & vituli propter fortitudinem: aquâ ſanctum baptiſma deſignatur, dic ergo ſanguinem cum aqua miſceri, Quia vt optime Angelicus Doctor lect. 4. in cap. 9. ad Hebr. *Baptiſmus à ſanguine Chriſti efficaciam habet*: & Rupertus, *Quod autem in celebratione ſancti Baptiſmi aqua per verbum crucis per potentiam Sancti ſpiritus,*

Matth. 26. S. Thom.

virtutem

vt totem a… p at ſanguinis Chriſti ad abluenda pe… at… credentis, nullus fidelis dubitat. *res vno eodemque momento proceſſiſſe & imperantis imperium, & obſequium obedientis.*

I… vero obediente inter audire & obedire nihil intereſt.

35. *Tulit mediam partem ſanguinis & miſit in crateras*, deinde, lecto volumine fœderis, & à populo audito reſpondit, omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & obedientes erimus, Sept. faciemus & audiemus, quid?nonne prius aliquid audiendum quam exequendum?nam auditis obtemperamus, quomodo ergo quaſi idem eſſet audire & obedire, vbi Sept. legunt audiemus, reddidit Vulg. & erimus obedientes? quia in vero obediente, nil intereſt inter auditionem & obedientiam, audiendus eſt
S. Bern. B. Bernard. ſerm. de obedientia vbi ait, *Quid Dominus de ſimplici populo proteſtetur Pſal. 17.*
Pſal. 17. *in auditu oris obedivit mihi, vt videlicet oſtende-*

Vulgus inconſtans.

Tulit mediam partem ſanguinis & miſit in crateras, tum vero perlegit Moyſes volumen fœderis, quo diſtincte audito reſpondit populus, omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus & erimus obedientes: verum vbinam eſt illa obedientia? ecce vitulum tanquam numen coluiſtis? deos alienos honoraſtis? imo in quo inobedientes non fuiſtis? ne miremur, vulgus inconſtantiſſimum eſt, ingenio mobili, mari ſimile, nunquam in eodem ſtatu permanens, quod veriſſime dixit S. Baſilius apud S. Baſil. 36.
Anthon. in Meliſſa part. 1. ſerm. 18. *Sicut nebulæ iuxta mutationes flatuum nunc huc nunc illuc feruntur, ſic vulgus quaſi vento nunc in hanc nunc in illam partem fertur.*

VARIET. LECT. Verſ. 8.

Vulg. Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, & ait, hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus ſuis.

Sept. Ecce ſanguis teſtamenti quod Dominus diſpoſuit ad vos de omnibus verbis his.

Cald. Aſperſit ſuper altare, vt propitiaretur pro populo.

Onk. Pro expiatione populi.

Oleaſt. Ecce ſanguis pacti quod pepigit Dominus vobiſcum.

D. Paulus. Ipſum quoque librum & omnem populum dicens, hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus.

CONCORDIA.

Caldæus licet non poſuerit quod Moyſes ſumptum ſanguinem reſperſit ſuper populum, nihilominus ſubintelligit ſicut Vulg. quod etiam altare reſperſerat ſicut & volumen legis.

Noſter Vulg. habet fœdus vel pactum, Sept. teſtamentum; imo D. Paulus idem habet, quod contrarium videtur fœderi, quoniam teſtamentum non eſt confirmatiuum niſi in mortuis, id eſt non habet vllam vim teſtamentum nec per illud poteſt peti aliquid donec mortuus ſit teſtator, dum enim viuit mutare ſententiam poteſt & aliter teſtamentum inſtituere: at in pacto & in fœdere non eſt neceſſaria mors promittentis: verum obſeruandum de eadẽ re loqui Moyſeo & Paulum, & Moyſem quidem vocare pactum ſeu de pacto loqui de danda hæreditate poſt mortem teſtatoris, ac præterea ſanguinem aſperſiſſe in populum, qui figura erat ſanguinis Chriſti pro nobis effundendi. Paulum autem vocare teſtamentum, ſed intelligere non de qualicumque teſtamento, ſed de conditionato, id eſt de eo quod ſimul eſt pactum, vtuntur quidem diuerſis vocabulis, ſed rẽ tamen eamdem ſignificant Paulus & Moyſes, ſi aliquid fuſius de hac difficultate ſcire volueris, conſule doctum Interpretem Franciſcum Ribera in c. 9. Epiſt. ad Hebr.

EXPOSITIO.

Ille vero ſumptum ſanguinem, qui miſſus fuerat in crateras, *reſperſit in ſanguinem*, vtens aſperſorio confecto ex hyſopo & lana coccinea, vt teſtatur D. Paulus Hebr. 9. *& ait hic eſt ſanguis*, teſtimonium præbens, & quaſi teſtis aſſiſtens fœderis, *quod pepigit*, iniit, *Dominus nobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his*, id eſt de omnibus verbis atque præceptis, quæ vobis ex volumine legi, & ſic humano more omnibus tunc cognito firmitatem pacto adhiboit.

CONCEPTVS.

Ita ſe Deus deprimit, vt quaſi vnus fieri velit nobiſcum.

37. *Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum*, ita vt ex ſanguine ſumpto in cratere aſperſus fuerit populus; verum cur etiam ex eodem ſanguine, Deo altare dicatum quod Deum repræſentabat, aſpergitur? vt ex aſperſione eiuſdem ſanguinis ſignificaretur quod Deus & homo ita vniuntur, vt in idem pactum

Cajet. conueniant, & hoc ſubtiliter dixit Cajettan. A *Iuxta hunc morem qui frequentior fertc apud antiqu s erat, aſſumptus eſt ſanguis victimæ diuina, quaſi ſanguis Dei qui eſt princeps in hoc pacto, & aquis portionibus diuiſus in duas partes, & altera aſperſus eſt populus, vt ex communicatione vnius atque eiuſdem ſanguinis diuini firmaretur ſolemniter pactum inter Deum & populum, & propterea Moyſes dicit: ecce ſanguis pacti Dei vobiſcum.*

Per fidem & dilectionem operibus exhibitam paſsionis Chriſti mundatur populus.

38. *Illi vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum*, reſperſit inquam ex aſperſorio & lana coccinea: cur potius ex hyſupo & huiuſmodi lana conficitur eiuſmodi aſperſurium, quam B alijs arbuſculis & lana alterius coloris, vt ſanguine victimarũ populus aſpergatur? ſanguine paſſio Chriſti, ſicut hyſopo fides & lana coccinea charitas adumbratur. quo poſito reſpõ- S. Thom. det Angel. Doct. lect. 4. cap. 9. Epiſt. ad Hebr. *Aſpergitur hyſope & mundat pectus, & per quod* Actuum 15. *ſignificatur fides Act. 15. fide purificans corda eorum, & lana coccinea quæ eſt rubri coloris, per quam ſignificatur charitas Cant. 5. dilectus meus candidus & rubicundus quia propter fidem & dilectionem paſſionis Chriſti mundatur populus*

Chriſtus D. per feruorem dilectionis & profundam humilitatem ſanguine ſuo nos redemit.

39. *Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum*, verum addit Paulus, quo inſtrumentu C reſpergebatur nempe aſperſorio ex lana & hyſopo confecto, neſcio cur ad ſanguinis aſperſionem, requiritur inſtrumentum ex eiuſinodi lana, & hac herba humili confectum, non enim ſine myſterio hoc potius requiritur quã aliud: ſanguinis aſperſio, ſanguinis Chriſti Domini effuſionem denotat, ſicut lana coccinea quæ eſt ignei coloris, amorem feruidum, ſicut hyſopus herba demiſſa, humilitatem: en cur cum aſpergitur huiuſmodi ſanguis victimarum ſuper populum, lana coccinea & hyſopus requiruntur, vt denotẽt Chriſtum ſuum fudiſſe ſacratiſſimum ſanguinem, ſed medio ſua ardentiſſima charitate, & profundiſſima Noſter Lyran. humilitate. hoc habet Noſter Lyran. in præf. Epiſt. Pauli. *Lana quæ eſt ignei coloris, ſignificat ignẽ dilectionis Chriſti, hyſopus qui valet contra tumorem pulmonis humilitatem Chriſti ſignificat,* D *quia per feruorem dilectionis & humilitatem pro noſtra redemptione ſuum fudit ſanguinem.*

Paſſio Chriſti legem adimpleuit.

40. *Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum*, quid? an ſolum ſanguine aſpergitur populus? ait Apoſt. etiam ipſum volumen fœderis, quid neceſſe erat librum pacti aſpergi ſanguine? imo & officere videtur, ſanguis enim maculat præcipuè papyrum ſiue pellem, in qua aliquid deſcriptum: nonne in hoc libro deſcriptæ erant leges, quæ à populo ſeruandæ erant merito igitur etiam ſanguine victimæ aſpergitur, ſanguinem Chriſti adumbrante, A vt indicaretur, quod paſſione Chriſti lex adimplenda erat, annuit cit. Angel. Doctor. *Aſ-* Angelic. Doctor. *pergitur & liber legis, quia paſſio Chriſti adimpleuit legem Ioan 19 conſummatum eſt, & Matt. non* Ioann. 19. *veni ſoluere legem ſed adimplere.*

Sanguine Chriſti quid non comparatur?

Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, vnde nam ſumptum? ex cratere, verum an 41 virtute crateris, aut ſanguinis fit illa aſperſiua emundatio? quis dubitat quod ex ſanguine? quid enim boni ex ſanguine Chriſti conſequi non debemus? ſic enim B. Auguſt. Epiſt 2. S. Auguſt. ad Simplician. *Hauritur de cratere ſapientia, hauritur diſciplina, hauritur intellectus, hauritur correctio, hauritur vita emendatio, hauritur morum & conſiliorum temperatio, pietatis gratia, virtutum incrementum, fons vbertatis.*

Fœdifragus perire debet.

Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, dicens, hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit 42. *Dominus vobiſcum*, quaſi diceret, ſic fundetur ſanguis eius qui fœdus inter vos & Deum initum fregerit: verum cur non effunditur aqua in hoc fœdere paciſcendo? olim eam Ioſue & Samuel in pactis adhibuerunt, ſed deeratne victimarum ſanguis? cur aquam adhibent effuſam? vt hoc ritu indicarent quod ſicut aqua in terram fuſa perit, vel ſicut ex ea nihil remanet in vaſe, ſic omnino perire debet qui fœdifragus eſt. hoc deſumpſi ex Petro Comeſtore Petrus Comeſt. c. 45. in lib. Exod. *Aliud ſignum fœderis habuerũt terribilius Iudæi, ſcilicet effuſionem aquæ quod* C *fecit Ioſue & Samuel, quia ſicut aqua tota funditur, ita quod nihil remanet in vaſe, quod in alijs liquoribus non reperitur, & etiam ipſa aqua fuſa in terram perit, ſic pœnitus cum ſtirpe ſua periret qui ſolueret fœdus.*

Sanguis Chriſti longe efficacior ſanguine victimarum.

Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, vt hoc ritu pactum firmaretur, quod ſi 43 ſuas ſeruaret leges, ipſe eum in terram Chanaam introduceret: verum an ſolum regnum aliquod, vel aliquam huius orbis partem conſequimur ex ſanguine Chriſti pro nobis fuſo in ara crucis: quis non neſcit quod illius virtute, non terræ mortuorum ſed viuentium ſimus poſſeſſores, regnum non terrenum ſed cæleſte conſequimur? quod ſic canit auctor Moyſis D Viator. lib. 8.

Fœderis hic ſanguis teſtamentique poteſtas,
Quod ſanctũ firmũq; alto Deus æthere ſpondet,
Quo nunc hæredẽ in populum telluris adoptat.
At poſtquam melior ſanguis ſucceſſerit hircis.
Et teſtatoris rata mors cin oueris vmbras.
Clara reſignatis quæ nunc ſunt abdita ceris,
Inſtrumenta diem accipient, cœlique pateſcet.
Regia, quæ melior tranſcribet adoptio gentem,
Æternumque Dei coaleſcet ſanguine fœdus.

Chriſtus Dominus non ſolum Deum hominibus, ſed homines Deo reconciliauit.

Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in populum, nonne ſatis erat altare victimarum ſan- 44.

guine aſperſum, fœdus Dei teneret eum hominibus ? ita equidem, ſed non vt hominum fœdus firmum eſſet cum Deo, & ideo etiam populus aſpergendus erat ſanguine, quid hoc denotat ? niſi quod ſanguis Chriſti Domini illo denotatus, non ſolum Deum hominibus, ſed homines Deo reconciliaturus erat? obſeruatio eſt Seraphini in examine concluſ. 2. huius cap.
Seraphin. *Cur in populum*, inquit, *aſpergebatur ſanguis, vt homines per Chriſti ſanguinem ad Deum reductos à ſuaque obſtinationis duritie mollificatos agnoſcere poſſes? mediator ergo Dei & hominum Chriſtus eſt, quod ſi Deum ſolummodo placaſſet, altare tantum ſanguine aſpergeretur, ſi vero homines tantum ad bonum adduxiſſet ſanguis tantum in populum funderetur, nunc autem quia & Deum hominibus, & homines Deo reconciliauit, ideo ſanguine populus altareque aſpergitur.*

Chriſtus ſanguine nobis gratiam contulit, vt facilius ſua ſeruaremus præcepta.

43. *Ille vero ſumptum ſanguinem reſperſit in po-* A *pulum, dicens, hic eſt ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus ſuis*, cur in aſpergendo ſanguine victimæ populo hæc verba protulit ? quinam ſunt ſermones hi, niſi Dei mandata ? cur ita? vt ſanguine Chriſtũ meruiſſe nobis gratiam ſcias ad cuſtodiendos vniuerſos ſermones ſuos, hine rectè Seraphinus, *Apoſtolus ad Hebr. ait, Moyſem aſperſiſſe, & librum legis ſanguine ipſo, cur hoc? vt noueris per Chriſti ſanguinem mandata nobis facta eſſe mollia, id eſt facillima atque ſuauia, hinc eſt quod per paſſionem Chriſti loquens Ioann. in 1. Can. de diuinis mandatis aiebat, mandata eius grauia non ſunt, quare grauia non ſunt? quia mollificata; quomodo mollificata? ſanguinis Chriſti aſperſione, quæ aſperſio per libri* B *fœderis aſperſionem figurabatur, quomodo Chriſti ſanguis codicem mandatorum aſperſit ac ideo mollificauit, hoc in tantum fuit in quantum per ſui ſanguinis effuſionem, gratiam nobis obtinuit, quia gratia nobis facillima facta ſunt mandata Dei.* Seraphinus: 1. Ioann.

VARIET. LECT. Verſ. 9. & 10.

V*Vlg* Aſcenderuntque Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael.

Sept. Et aſcendit Moyſes & Aaron.

Vulg. Et viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt.

Sept. Et viderunt locum vbi ſteterat Deus Iſrael, & quæ ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphiri, & ſicut ſpecies firmamenti cœli ipſa puritate.

Cald. Et viderunt gloriam Dei Iſrael, & ſub throno gloriæ eius quaſi opus lapidis pretioſi, & quaſi aſpectus cœli cum ſerenum eſt.

Pag. Et ſicut aſpectus cœli in munditia.

Aly teſte Vatab. Vel vt opus menſæ Saphirinæ.

C *Vatab* Sicut aſpectus cœli in ſerenitate.

Mont. Et ſicut corpus cœlorum in ſerenitate.

Oleaſt. Et ſicut robur cœli in munditia.

Cajet. Et ſub pedibus eius quaſi opus lateris Saphir, & ſicut proprietatem cœlorum in munditia.

CONCORDIA.

EVgubiuus qui ferè ſemper Sept. reprehendit, dicit ſe neſcire, cur ita reddiderint, viderunt locum vbi ſteterat Deus Iſrael, nam per hoc ſignificare voluerunt, non Deum vidiſſe in ſe, ſed aliquod quodammodo veſtigium Dei relictum in loco, è quo loqui & decalogum detonare viſus: ſed nec cõtrariantur vulg. aut Heb. nam cum dicunt Deum vidiſſe, non aſſerunt enim inſpexiſſe in ſe, ſed in aliqua ſpecie ſenſibili, dictio עצם hezem Hebræis eſt ſubſtantia, corpus, robur, &c. טהר tohar autem puritas, munditia, claritas, ſerenitas &c.

EXPOSITIO.

A*Scenderuntque Moyſes & Aaron &c.* iuxta præceptum Domini, quod paulo ante indictum fuerat Moyſi, & accedentes prope medium montis ibi ſteterunt, *& viderunt Deum*, cum autem Deus cum ſit ſpiritus, non de viſione Dei in ſe hic eſt ſermo, ſed ſecundum ſimilitudinem aliquam creatam, viderunt ergo illum in ſpecie aliqua, & forma, qua & Deo placuit, illoſque decuit, ac profuit, & humana ferre potuit fragilitas, nec ſolum diuinam præſentiam hoc modo ſunt experti, ſed etiam aliquid amplius, quaſi pauimentum diuinitatis eius innotuit, ſub pedibus namque eius figuræ, in qua illis ſe repræſenta- D bat viderunt, *quaſi opus lapidis Saphirini*, id eſt cærulei, & aerij coloris, Saphirus autem lapis, pretioſus & pulcherrimus, aureis enim punctis quaſi ſtellis lucet, *& quaſi cœlum cum ſerenum eſt*, quidam hoc referunt ad pauimentum, vt ſit maior explicatio eius quod dixerat, quaſi opus lapidis Seraphini, cuius color eſt quaſi ſereni cœli: ſed non improbabile iudico, ſi verba hæc non ad pauimentum, ſed ad ſedem gloriæ Dei referant, viderunt enim ſeniores & ſedem Dei glorioſam, nec mireris, ſi ſedis non fiat mentio, ſolet namque præciſius loqui Sacra ſcriptura.

CONCEPTVS.

Altare veri numinis continet homines, ne interipſa conuiuia in ſcelera ferantur.

46. *Aſcenderuntque Moyſes & Aaron &c. & viderunt Deum Jſrael*, deinde, comederunt & biberunt, & hoc contigit eis poſtquam Moyſes altare fecerat Domino, immolatiſq; holocauſtis, & pacificis, ſanguine victimarũ populum aſpergit, ecce opiparè comedunt, fit vini compotatio, & nihil aliud additur in ſacro contextu: nonne luſerunt poſtea? audiamus quod 32. capite dicitur, ſurgentes mane obtulerunt holocauſta, & hoſtias, & ſedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere. Tertull. Tertul. l. de ieiunio aduerſus phyſicos, Villalp. to. 2. in Ezech. lib. 4. c. 79. ad rem veneream & turpem hunc luſum referunt: ecce vtrobique Iſraelitæ, ab oblatione holocauſtorum accedunt ad conuiuia, vtrobique eſt altare, & ſacrificium, vtrobique epulæ: cur ergo primi ad nullos ludos venereos aſſurgunt? ſed alij more idololatrarum obſcæne & turpiter ludunt? ſane primi altare vero Deo conſecrarũt, ſacrificia creatori omnium obtulerunt, quid mirum igitur licet comederint & biberint, inter conuiuia & potationes nihil obſcænum cõmiſerint? altare enim veri numinis, & ſacrificium & oblatio homines continent, ne ferantur in vitia, verum cum hi poſtremo tanquam idololatræ, vitulo holocauſta obtulerunt, nec mirum ſi in tot ſcelera prolapſi fuerunt, ait Rupert. Rupert. in cap. 32. Exod. *In gloriam ſimilitudinis vituli comedentis fœnum comederunt, & biberunt, & ideirco ludis obſcœnis ſemetipſos conmmaculauerunt, traditi in reprobum ſenſum, vt facerent ea, quæ non conueniunt*, quid aliud facerent ſacrificia exhibita in honorem & gloriam vituli?

Deus pro hoc ſtatu à nobis in ſe non videtur.

47. *Aſcenderuntque Moyſes & Aaron, videruntque Deum Iſrael*, Cald. *viderunt gloriam Dei Jſrael*, Sept. *viderunt locum vbi ſteterat Deus Jſrael*, cur non reddiderunt textum Hebraicum ſicut vulg. ſcilicet quod Deum viderint? recte ita verterunt, ſciebant enim Deum in ſe non ab iis conſpectum, ſed in aliqua ſimilitudine B. Auguſt. corporea, & ſpecie ſenſibili, quod vere docet B. Auguſt. q. 101. in Exod. *Conſtat inter eos qui intelligunt, nullo Deum contineri loco, nec aliquo velut ſitu corporis membra ponere, ſicuti eſt noſtri corporis ſitus ſedere, iacere, ſtare, & ſi quid eiuſmodi eſt, hæc enim ſunt niſi corporum: Deus autem ſpiritus eſt, quod autem ſe oſtendit ſpecie corporali, vel ſignis corporaliter expreſſis, non ſubſtantia eius apparet, quæ eſt ipſe quod eſt, ſed aſſumpta viſibilium formarum eius omnipotentiæ ſubiacet*, idem Epiſt. 112. quæ eſt ad Paulin. de videndo Deo, *inuiſibilis eſt natura Deus non tantum Pater, ſed & ipſa Trinitas vnus Deus, & quia non tantum inuiſibilis, verum etiam incommutabilis, ſic apparet, quibus voluerit, in qua voluerit* S Greg. Mogn, *ſpecie, vt apud eum integra maneat eius inuiſibilis immutabiliſque natura*, & B. Gregor. 18. Moral. cap. 36. *Quamdiu hic mortaliter viuitur per quaſdam imagines Deus videri poteſt, ſed per ipſam naturæ ſpeciem non poteſt. vt anima gratia ſpiritus afflata per figuras quaſdam Deum videat ſed ipſam vim eius eſſentiæ non pertingat.*

Deus ſeueriſſimus iudex eorum qui fœdus ſecum initum violant.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. & videruntque Deũ Iſrael, Hebraice אלהי ישראל elohe 4 Iſrael, cur ſub nomine elohe, & non potius Iehoua Deum intuentur? nonne paulo ante Deus inierat pactum cum Iſrael, & Iſrael cum eo? quid mirum igitur, ſi ſeniores populi Deum intuentur ſub ſpecie iudicis? hac enim forma denotabat, ſe veriſſimũm de eis ſumptum, ſupplicium ſi pactum, ſuum frangerent, *Certum eſt* (inquit Cajet.) *quod non viderunt Deum in ſeipſo, quoniam hoc eſt proprium beatorum. & ad* Cajetan. *hoc iuſiurandum ſcripſit Moyſes, quod viderunt elohe Iſraelis, & non ſcripſit quod non viderunt Iehoua, hoc eſt enim nomen diuinæ eſſentiæ, illud autem eſt nomen officij, vt intelligamus quod viderunt Deum in ſpecie ſummi iudicis.*

Pati pro Deo glorioſum & fructuoſum.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, vbi vulg. quaſi opus lapidis, legit Cajetanus habet, quaſi opus lateris, ſed quorſum lateres inter ſaphiros gẽmaſque pretioſas? quid luto cum ſereno cœlo, ſtelliſq; diſtincto? quorſum eius maieſtatem ſuam Moyſi & ſenioribus repræſentans, pedes in lateribus nimirum fictilibus ac luteis collocarit? egregie auctor caten. *Significabat* (inquit) *ſecundum Hebræos lateres fidelium in Ægypto verſos in ſaphirum, ſeruitutem corporis in libertatem ſpiritus*, proh immenſam bonitatem atque admirabilem Dei magnificentiam! vides, vt hominum perſoluat obſequia, vt quod pro illius amore patimur, præclaris & eximiis donet beneficiis: lateres Hebræorum manibus laboreque in Ægyptiorum ſeruitute confictos, in gemmas, ſaphiroſque conuertat, quin etiam in ſtellas, quibus ſuum ornauit cœlum, quid ſubinde faceret, quæſo ipſis ſeruorum ſuorum manibus, luto infectis cœno ſordidis, laborando feſſis, conciſis, ſanguineque manantibus.

Subditi, pedibus Dei non hominum ſubiecti.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. & viderunt Deum Jſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini & quaſi cœlum cum ſerenum eſt, 49. loco lapidis, Cajet. vertit lateris: itaque Septuag. illi ſeniores quos Dominus ad regendum populũ collegas voluit eſſe Moyſis, cum primo electi ad tabernaculum Domini acceſſiſſent, viderunt ſub pedibus Dei quaſi opus lateris, ſiue laterum quos ſcilicet Hebræi ſubditi ab Ægyptiis oppreſſi, & è luto paleis efficere cogebantur. quid hoc eſt? niſi quod Dominus

viſus eſt nouos illos rectores ac prælaros ita inſtruere: videte quanam ratione tractari à vobis oporteat, quos veſtræ curæ committo ſubditos, non quidem vti lateres lapideſue platæarum pedibus gradientum proferuntur, ſed vt Saphiri pretioſæque gemmæ regum coronis inſertæ, æſtimantur, aut vero potius tanquam cæli ſydera, ſerena ſub nocte radiantia: quod ſi tam pretioſum, tam pulchrum opus videtis ſub pedibus meis, equidem non veſtris ſubiiciendos, ſcitote illos qui ſerui mei ſunt, veſtri autem naturę conditione fratres, atque interdum vitæ probitate longe vobis ſuperiores: quamobrem etſi laterculi ac lapides prætereuntium pedibus luto, & ſordibus inquinentur, at ſubditi quippe mei ſunt, non ad lutulentas & ſordidas magnatum cupiditates debent inſeruire, ſed pro capitis ornamento, & gloria diadematis geſtare oportet, quis enim compos mentis nitentes Saphiros in lutum iaciet? aut qui pedes, niſi tantum Dei, ac beatorum aſtra ipſa cœli aut lumina vnquam contingere potuerunt?

Etiam ipſum cælum cum ſuis pulcherrimis ſyderibus creaturam eſſe crede.

50. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt*, Sept. & ſicut ſpecies firmamenti cæli cum purum eſt: cur cælum nunc ſub pedibus Dei ab Hebræis viſitur? an in dubium reuocare poterant, Deum eo infinite ſuperiorem & excellentiorem vtrumque in infinitum in perfectione diſtare? notum tibi ſit quæſo Hebræos in Ægypto commorantes, Ægyptiorum cælum ipſum tanquam numen venerantium, infectos fuiſſe idololatria: nunc ergo eis apparet habens ſub pedibus cælum, quaſi eis annuntians cælum à me conculcatur, pedibus meis conteritur, non ergo numen eſt, non Dei loco habendum, ſed tanquam quid creatum ſuſpiciendum. hoc monitum accepi à B. Cyrillo Alex. lib. 10. de adoratione in ſpiritu & verit. *Nam quia in Ægypto filij Iſrael coluerant creaturam & cælum Deum appellabant, ideo opportune rerum omnium ille Dominus ſuper ipſum quoque firmamentum ſedens apparuit, vt intelligerent illum omnia ſub pedibus habere, & ipſius cæli eſſe Dominum & illius effectionem.*

S. Cyrill.

Qui aliorum iudices & rectores Eccleſiæ debent eſſe, in virtutis perfectione ſint præ aliis ſublimes.

51. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu & Septuag. de ſenioribus Iſrael*, alij maneant in inferiori montis radice, hoc priuilegium ſoli Hebræorum duci & fratri eius & à liquibus aliis concedatur: cur tanto honore afficiuntur, vt Deum viſuri montem conſcendant? nonne aliorum iudices & Aaron ſummus Eccleſiæ Hebræorum pontifex eligendos? in montem ergo conſcendant omnes hi ſimul cum Moyſe, vt ſciant quod ſicut mons excedit in altitudine colles, nec non ima vallium, ſic ipſi alios in altitudine vitæ & virtutis eminentia ſuperare debent. non alienus ab hoc ſenſu præfat. S. Doctor lib. 3. in Exod. *Veluti in tabula quadam deſcripta ſpeculemur vt diuinitus inſpirata ſcriptura cum eam quæ ſurſum eſt & cæleſtem Eccleſiam ſeu cælum ipſum, eamque quæ in terris, quia aſſimilata eſt cæleſti, tum collem nominari tum montem. quod & exaltati ſint, atque in virtutem extumuerint commorantes cum illis, non enim humilis eſt nec depreſſa ſanctorum mens, ſed prudentia ſupereminet terreſtri euitis atque carnalibus deſideriis, ſurſum enim magis tendit, verumque eſt illud Dauid. Pſal. 40. dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.*

S. Cyrill.

Pſalm. 46.

Deus quaſi inclinatur iis, qui ſuam efficiunt voluntatem.

52. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, &c.* ſed etiam Deus ad eos deſcendit, habens ſub pedibus ſuis quaſi opus lapidis Saphirini: cur deſcendit Deus? nonne mittere potuit Angelum, qui de ſua mente certiores redderet? in Angelorum cætu maneat, per beatos ſpiritus homines inuiſurus & conſolaturus: ad eos nihilominus deſcendit, quia quaſi inclinatur iis qui ſuam exequuntur voluntatem. conſentit nominatus Cyrill. *Sanctus in ſanctis habitas, & quodammodo inclinatur iis qui ſuperam incolunt vrbem, ob induſtriam vitaque præſtantiam probe inſtitutam.*

S. Archiep. Alexand.

Quam eximia ſunt, quæ Deus ſuam legem adimplentibus præſtiturus eſt!

53. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & viderunt Deum Iſrael*, ô gratia quæ minime exprimi poteſt, vt homines mortalitate induti ad tantam efferantur dignitatem, vt diuinæ viſionis fiant compotes! quomodo tam eximium conſecuti ſunt beneficium? aſcenderunt ſolū ex Dei præcepto montem Sinai, pollicentes ſe ea facturos quæ ſibi iuſſerat: ſi ſolum promittentibus bonum operari talia conceduntur, quænam eximia, & omnem humanum conceptum ſuperantia non tribuentur legem adimplentibus? obſeruatio eſt Oleaſtri, *Si eos qui ſolum legem ſe facturos promittunt, ſic Dominus Deus exaltat vt dignos faciat ſua viſione, quid eum facturum putas eis, qui quæ promiſerunt opere compleuerunt?* ſubiūgit; *diſce lector prudens non vanam eſſe bonorum faciendorum promiſſionem, quæ tanto præmio digna eſt.*

Oleaſt.

Qui ſe ad vilia propter Deum deprimit, ea in cælum ipſum ſibi conuertentur.

34. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt*, Oleaſt. *& ſicut robur cæli in munditia*, laterē, quo anxie antea premebantur Hebræi, pretioſum vident ſplendere ſub pedibus Dei, vt diſcas quid valeant labores, ſudores, & quæcumque aduerſa propter Deum perpeſſa: lutoſa ac lateritia ac immunda tibi videbātur, at his qui terrena ſapiunt, ſed apud Deum pretioſi ſunt lapides, quibus ſedes eius decoratur. verū nonne ſatis erat videre lateres ipſos in gēmas pretioſas, nempe in Saphiros conuerſos? cur adhuc ab eis videtur cælum ipſum in ſuā ſerenitate, ſiue vt habent 70. in ſua puritate, vel vt habet Oleaſter, in ſua munditiā? nonne etiam in luto omnium rerum viliſſimo manus eorum detentæ & occupatæ? ne mireris ergo nunc lutum ab eis non videri, ſed

A cœlum puriſſimum, & mundum? quia quiſe ad vilia propter Deum deprimit, ea ſibi in cœlum ipſum non obnubilum non tenebroſum, ſed ſerenũ, ſed purũ conuertetur. hoc accipe è Lusitan. calamo Luſitani. *Quid quæſo luto immundius? quid vero mundius aut pulchrius cœlo? non ſatis fuit Domino lateres terrenos in cœleſtem ſaphirum mutaſſe, niſi etiam lutum in cœlum mutet, neque in qualecumque cœlum, ſed in mundiſſimum, ô beatæ vilitas humiliantis ſe propter Deum, quæ in cœleſtem munditiam tam facile commutatur.*

Angelorum natura pura & munda eſt.

55\. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. viderunt Deum Iſrael & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt*, alij cum purum eſt, alij cum eſt in munditia: B. Cyrill. in Exod. imo Noſter Seraphicus Doctor per cœlum naturam Angelicam intellexere, quæ licet perfectiſſima, tamen ſub pedibus Dei eſt. ſed cur additum eſt cœlum cum eſt in puritate, ſiue munditia? vt denotaretur, inquit, hic vltimus, quod Beati Spiritus ſunt omnino puri, omniq; labe carentes & mũdi. ſubiicio illius verba 4. parte de Eccleſiaſt. Hierar. c. 1. *Dicuntur Angeli cœlum propter incorruptionem omnimodam, & naturæ ſuæ puritatem, nihil enim habent corpulentiæ, qui ab omnibus corporis paſſionibus ſunt diuiſi. Ideo dicitur in Exodo ſub pedibus eius quaſi cœlum cum ſerenum eſt: vnde ſicut cœlũ ſerenum eſt, ſerena eſt & pura natura Angelorum, cui nulla prorſus adhæret* C *oppilatio carnalium deſideriorum, nulla attingit infectio metuum vel affectionum.*

Noſter Doctor Seraphicus.

Niſi virtute ſanguinis Chriſti Domini adiuti, ad perfectionem tendere non poſſumus.

56\. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu*, nempe in montem, quo virtutum perfectio deſignatur: verum cur ante huiuſmodi aſcenſum dicitur, quod ſumptũ ſanguinẽ effuderit Moyſes? quod Iſraelitas eo tinxerit? vt ſciremus quod niſi virtute ſanguinis Chriſti adiuuemur, ad perfectionis culmen tẽdere nõ poſſumus, mens eſt Procopij. *Nec aliter illi contenderunt in montem, quam prius excitati ſanguine Chriſti, qui dedit ſemetipſum pretium redemptionis pro nobis, offerens ſuam carnem in irreprehenſibile ſacrificium Deo & patri.*

Procop.

Deus ab hominibus vt vult ipſe, & quomodo vult, videtur.

57\. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & viderunt Deum*, nonne Deus natura inuiſibilis, præcipue viatoribus? an diuinitatem oculi carnis aſpicere poſſunt? an viſibilis inuiſibilitas? nonne verum eſt illud Ioann. 1. nemo vidit Deum vnquam? & illud 1. Timoth. 1. nemo hominum vidit nec videre poteſt? quæ vox Apoſtoli, imo eius per Apoſtolum Chriſti, & 1. Timot. 6. eius naturam commendans duo hæc ſimul coniunxit, nempe inuiſibilitatem & incorruptibilitatem; Regi ſæculorum inuiſibili, incorruptibili, ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum: quomodo ergo teſtatur Moyſes ſe Deum vidiſſe, cum Aaron & alijs Sept. ſenioribus? vere equidem, nam cum ſolum in aliqua ſpecie corporea, vel quomodo ipſi Deo placitũ fuit intueri poſſumus, nõ autẽ ſecundum ſuam naturam & eſſentiam. Legendus B. Auguſt. ad Fortunatianum Epiſcopum de videndo Deo, vbi quaſi ſua non eſſet auctoritate contentus, aliorum teſtimonium in medium adduxit, *Beatiſſimus Athanaſius Alexand. Epiſcopus*, inquit, *cum ageret aduerſus Arrianos, qui tantummodo Deum patrem inuiſibilem dicunt, Filium vero & Spiritum ſanctum viſibiles putant, æqualem Trinitatis inuiſibilitatem ſcripturarum teſtimoniis & diligentia ſuæ diſputationis aſſeruit inſtantiſſime, Deum non eſſe viſum, niſi aſſumptione creaturæ. ſecundum autem* B *deitatis ſuæ proprietatem omnino Deum eſſe inuiſibilem, id eſt Deum patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, niſi in quantum mente ac ſpiritu noſci poteſt. Gregorius etiam ſanctus Epiſcopus orientalis apertiſſime dicit Deum natura inuiſibilem, quando patribus viſus eſt ſicut Moyſi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conſpicabilis materiæ diſpoſitione aſſumpta ſalua inuiſibilitate videri potuiſſe.* & idem Auguſt. Epiſt. 112. quæ eſt ad Paulinã de videndo Deo, *Inuiſibilis eſt igitur natura Deus, non tantum Pater, ſed & ipſa Trinitas, vnus Deus & quia non tantum, inuiſibilis, verum etiam immutabilis ſic apparet quibus voluerit, in qua voluerit ſpecie, vt apud Deum, integra maneat eius inuiſibilis, incommutabiliſque natura.* deinde ſubiungit, *Ipſe ergo erat in ea ſpecie qua apparere voluerat, non autem* C *ipſe apparebat in natura propria, ea quippe promittitur ſanctis in alia vita.*

Ioan. 1. 1. Tim. 1. S. Athanas Alexand. S. Greg. Epiſcop. Orient. S. Auguſt.

In cœlo, myſteria quæ nunc abſcondita, reuelabuntur.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron, & viderunt Deum, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphirini, & quaſi cœlum dum ſerenum eſt, ſi Deus poſuit tenebras latibulum ſuum, ita vt à nemine videri poſſit, quomodo eius thronus quaſi Saphiris diſtinctus eſt, & quaſi cœlum cum ſerenum, purum, & mundum eſt? accipe ſatisfacientem B. Hieronymum c. 3. in Ezech. *Sicut Cryſtallo, puriſſima atque lucentia in cœlis demonſtrantur, quæ noſtrum oculorum corpus illuminant, ſic in Saphiro, id eſt in throno Dei, & ſuper firmamentum quod cœlum accipimus, abſcondita atque ſecreta & incomprehenſibilia Dei* D *ſacramenta monſtrantur, qui poſuit tenebras latibulum ſuum, & in nube videtur & in caligine: vnde in Exodo ſcribitur, & ſub pedibus Dei erat quaſi opus lateris Saphiri, & ſicut ſpecies firmamenti cœli munda.* 58.

S. Hieron.

Vita cœleſtis non mutabilis, ſed ſtabilis.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. viderunt Deum, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, Saphiro ſignificatur vita cœleſtis, maxime quia dicitur iuxta Sept. & ſicut ſpecies firmamenti cœli: firmamentum autem cœlum appellari quis neſciat? verum cur Saphiro denotari vitam cœleſtem additur lapis ſiue later? poterat enim dici ſicut opus Saphirinum, prætermiſſo latere: nonne later quadratæ figuræ eſt? bene ergo vnum cum altero iungitur, 59.

vt denotetur vitæ cœleſtis ſtabilitas & firmi- A tas. annuit B. Auguſt. in cat. *Forma lateris in eodem ſaphiro quadraturam ipſam vel ſtabilitatem figurat.* (S. Auguſt.)

Vt ad montem Domini peruenias, varia virtutum genera tibi neceſſaria.

60. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & Septuaginta de ſenioribus, & viderunt Deum*, an myſterio caret, quod hi quatuor ſpeciatim nominati, nec non Sept. ſeniores montem conſcenderint? quomodo quatuor hæc nomina interpretentur, & quid numerus ſeptenarius deſignet, videamus: Moyſes interpretatus ſumptus de aquis, munditiem denotat, aquis enim ſordes abluuntur, Aaron montaneus, ſignificat fortitudinem, Nadab manſuetus, Abiu ſpontaneus, promptam voluntatem declarans, Septuaginta qui eſt numerus conſtans ex ſeptenario decies ducto, vel ex denario multiplicato ſepties, adumbrant adimpletionem legis diuinæ, nempe decalogi, mediante ſeptiformi gratia Dei. en vt myſterio non caret, hos quatuor ſic nominatos, cum aliis Septuag. montem conſcendere! qui enim ad montem Domini peruenire deſiderat, non vnica ſolum pollere debet virtute, ſed omnibus ornari: moralitas eſt Patriarchæ Paludani, teſte doctore Pepino, cuius verba do, *Inprimis debet eſſe Moyſes, id eſt ſumptus de aquis per munditie puritatem; ita Aaron, id eſt montaneus per fortitudinem, Nadab, id eſt manſuetus, per tranquillitatem, Abiu, id eſt ſpontaneus per promptam voluntatem, item debet adimplere denarium legis diuinæ, adiutus ſeptiformi gratia Spiritus ſancti, in hunc modum, talis homo tendet & perueniet ad contemplationem conditoris.* (Patriarcha Paludan.)

VARIET. LECT. Verſ. 11.

V *Vlg.* Nec nõ ſuper eos qui procul receſſerãt de filiis Iſrael miſit manũ ſuam, videruntque Deum, & comederunt & biberunt. B

Sept. Et de electis Iſrael non diſſonus, nec vnus, & apparuerunt in loco Dei, & manducauerunt, & biberunt, *ita Cyrill. Alex.*

Cald. Principibus autem filiorum Iſrael, nullum incommodum fuit, & viderunt gloriam Dei, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis, accepta fuerunt quaſi comediſſent, & bibiſſent.

Onk. Quæ accepta fuerunt, cum beneplacito perinde ac ſi bibiſſent & comediſſent.

Pag. Et ad principes filiorum Iſrael non miſit manum ſuam, & viderunt Deum.

Mont. Et ad ſeparatos filiorum Iſrael, non miſit manum ſuam. *Ita Oleaſt.*

Cajet. Et ad primates filiorum Iſrael.

Leonard. Marius. Ex principibus Iſrael nemo vel vnus periit.

Nobilius. Nemo detrimentum accepit.

Iacobus Bonfrerius. Non interfecit nec vnum.

CONCORDIA.

TOta diuerſitas lectionum oritur ex voce C אציל atſile, & ex Hebræa phraſi, manum mittere, in Hebræo igitur habetur vox אצילים atſilim quam Cald. Pagninus principes vertunt. Cajet. primates, Sept. & Cyrill. electos. Ar. Mont. & Oleaſt. ſeparatos reddiderunt, à radice אצל atſil, quod ſeparare ſignificat, hæc propria vocis ſignificatio, אציל atſil vt ſeparatum ſignificet: ſed adhuc dubia poteſt eſſe huius vocis accommodatio: principes enim & viri nobiles ac primarij dici poſſunt, אצילים atſilim, quod à vulgo & populi fæce ſint quaſi ſeparati, & ſegregati, & ita fere ſumpſerunt hanc vocem ſuperiores omnes. Hieron. tamen אצילים atſilim, & ſeparatos, intellexit eos qui procul remanſerant, & quaſi D à Deo ſe longius ſeparauerant] quod autem ad phraſim mittere manum pertinet, Pagnin. eam cum noſtro interprete retinuit, Caldæus vero & Sept. ſenſum eius expreſſerunt, qui hic ſpectatur, eſt enim quando abſolute ponitur de Deo, generalis periphraſis complectens omnem Dei actionem, & iuxta contextum vel ad bonum pertinet ſeu fœlicitatem, vel ad malum ſeu pœnam, & tunc ſignificat grauem percuſſionem vſque ad mortem, vel mortem ipſam: ſic dixit Apoſt. Heb. 10. horrendum eſt incidere in manus Domini, & Pſal. 38. à fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, ſeu à pœnis mihi à te inflictis: huc pertinet manus Dei extenta, brachium excelſum, ſeu eleuatum, manus fortis, quæ omnia ſignificant Deum vt grauiter punientem, ſimiliter quod Deus dicitur manum ſuam ſuper aliquem confirmare, vel aggrauare. Vnde optime vertit Cald. principibus Iſrael nullum fuit incommodum, eo ſenſu accipi debet, quo habent Sept. οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς etſi enim verbum διαφωνία communiter ſignificet diſſentio, quomodo etiam accipitur, Ioſue 23. lib. Reg. 5. ita cum aliquibus verti poſſit, ex principibus Iſraël nemo vel vnus diſſenſit: tamen quia verſio iſta neque cum contextu neque cum phraſi Hebræa conuenit, vertitur bene cum Leonardo Mario, ex principibus Iſrael nemo vel vnus periit. ſic enim accipitur in ſimili phraſi. Num. 31. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς quod noſter vertit, ne vnus quidem defecit ſeu occiſus eſt, & pro eo quod eſt apud Ezech. periit ſpes noſtra, abſciſſi ſumus, Sept. habent ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν διαπεφωνήκαμεν Bonfrerius autem ait, crediderim legendum, οὐ διεφώνησεν οὐδὲ ἕνα non interfecit nec vnum, Nobilius autem ait, fortaſſe poſſet reddi nemo detrimentum accepit, nam ſimili quadam notione videtur accipi. 1. Reg. 3. οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς.

EXPOSITIO.

N*Ec ſuper eos qui procul receſſerunt*, à caſtris ſcilicet, aſcendendo ad montem; hi autem erant Moyſes, Aaron, & duo filij eius, nec non ſeptuag. ſenes, qui montem aſcenderunt, ſecundum Dei præceptum, hi enim erant principes & electi de populo Iſrael, *miſit manum ſuam*, non eos percutiens, nec lædens, ex pluribus enim ſcripturæ locis aperte conſtat, communem fuiſſe opinionem vt cum Deus inuiſibili forma & appareret aut loqueretur, conti- A nuo mortuum aut moriturum putarent quem alloqueretur, hinc Iacob Geneſ. 32. mirabatur, quod cum Deum vidiſſet facie ad faciem, nō eſſet mortuus. vnde dicitur, *Deum viderunt*, & nihilominus non fuerunt percuſſi, in aliquo læſi, aut corpore immutati, *comederunt enim & biberunt*, cum reliqui hominum ad huiuſmodi ſpectacula concidant, illi in nullo attoniti, nec læſi biberunt & comederunt in ſignum lætitiæ.

CONCEPTVS.

Ita alacres eſſe debemus ex beneficiis à Deo acceptis, ac ſi opiparè comediſſemus.

61. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt de filiis Iſrael, miſit manum ſuam. videruntque Deum & comederunt & biberunt*, Cald. *viderunt gloriam Dei, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis, quæ accepta fuerunt quaſi comediſſent & bibiſſent*, idem habet Onkelus, quare abſolute non dixerunt, comediſſe & bibiſſe, ſed tanta lætitia affectos, quaſi comediſſent & bibiſſent? innuere videtur ita alacres fuiſſe ex Dei viſione, & quod accepta fuerint à Deo ſacrificia ſua, ac ſi opipare comediſſent, lauteque bibiſſent, *Non ſpernendus eſt*, inquit Ludouicus Iſtella, *horum verborum ſenſus quem innuit Targū cum legit, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis quæ accepta fuerunt, quaſi comediſſent & bibiſſent: ſic ergo Deus ſe illis videndum præbuit, vt gaudium maximum ex eius viſione perceperint & ſatiati adeo Dei viſione, & alacres ac ſi comediſſent & bibiſſent.* Ludouicus Iſtello.

Dei gloria in carnis maceratione & ieiunio.

62. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt & biberunt*, non dicuntur vidiſſe gloriam Dei, ſed Deum, quaſi illorum viſio non multum pertinuiſſet ad gloriam Dei: nihilominus cum dicitur paulo inferius quod aſcenderit montem ſecundo Moyſes, mentio fit gloriæ Dei, habes enim, cum aſcendiſſet Moyſes, habitauit gloria Domini ſupra Sinai, cur in iis non nominatur gloria Dei: & nominatur quando ſolus Moyſes accedit, de eis equidem dicitur, videruntque Deum & comederunt & biberunt, forſan conuiuiis & D potationibus ſobriis celebrantes & honorificantes feſtum Dei ſibi apparentis; de Moyſe autem ſolo aſcendente dicitur, *Quod fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, abſque vllo potu aut eſu: quod autem conuiuiis & potationibus, celebres Deum imperfectorum hic cultus & religio, illud magis ad gloriam Dei ſpectat, quod in maceratione & ieiunio adoretur diuinitas.

Ex conſolatione ſpirituali reſultat etiam in corpus lætitia.

63. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt de filiis Iſrael, miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt & biberunt*, neſcio cur hæc duo B coniunxit ſacer contextus, nēpe vidiſſe Deum, & comediſſe? quæ enim connexio viſionis diuinæ & compotationis? nam abſtinentia & ieiunio ea obtinetur. nonne dicere poſſumus, ideo coniunctione copulatiua hæc duo connexa fuiſſe, ad innuendum ex conſolatione ſpirituali reſultare etiam in corpus lætitiam? annuit Seraphinus concl. 3. huius cap. *Viderunt Deum, ecce conſolatio ſpiritualis; comederunt & biberunt, ecce lætitia corporalis; nec mirum, nam corpus per animam regitur: vnde cum anima læta effecta eſt, naturali quadam concomitantia corpus quoque exhilareſcit, quod confirmat Pſalmiſta, cor meum & caro mea exultauerunt in Deum meum, en exultationem bonam carnis exultatio cordis cauſat, & alibi, in ipſo ſperauit cor meum C & adiutus ſum, & refloruit caro mea, en ex cordiali gaudio refloret caro bonorum.* Seraphinus. Pſal. 83. Pſalm.

Imperfectiores diuinitus recreati adhuc terreſtrium memores, non item perfecti, ſed ad maximas virtutes eriguntur.

Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuam videruntque Deum, 64. & quid deinde ſequitur? *comederunt & biberunt*, verum cum aſcendiſſet ſolus Moyſes, vidiſſetque gloriam, quid de eo dicitur? an quod comederit, quod biberit? imo quod ibi fuerit quadraginta diebus totidemque diebus, nempe ieiunans. quid hoc eſt? Moyſes Deum videt, & ex hoc ieiunium exercet, Iſraelitæ alij præfati ſimiliter Deum vident, & ad bibendum & comedendum aſſurgunt, quomodo ex eadem cauſa varij effectus, nempe abſtinentia & compotatio? quia imperfectiores diuinitus recreati, adhuc ſunt terreſtrium memores, non item perfecti, qui inde ad maximarum amplexum virtutum eriguntur. obſeruatio eſt præfati Seraphini, 10 appendice dictæ concluſ. *Mira res! ex vna cauſa diuerſiſſimi procedunt effectus, at videas, quod videntium Deum alij ſunt perfectiores, vt Moyſes: alij ſunt imperfecti vt Iſraelitæ, quid inde? perfectiores magis Deum vident in tantumque de huius viſione gaudent, vt corporis quodammodo obliuiſcantur, ideo ad ieiunium accenduntur, imperfecti minus Deum minuſque de huius viſione gaudent, ac ideo poſtquam ipſum Deum viderunt ad corporalia licita citius reuertuntur; perfectiores tanquam aſſueti magis in Dei viſione* Seraphin.

perſeuerant, ac magis perſeuerare ſatagunt: idcirco recreationum corporalium non recordantur, imo cum Propheta taliter affecto clamant, de neceſſitatibus meis eripe me Domine: imperfecti tanquam in hoc officio inexperti & magis adhuc corporeis aſſuefacti quid faciunt? diu in tali viſione perſeuerare nequeant, ſed crebrioribus recreationibus ne frangantur indigent, vt rurſus ad videndum Deum exurgere poſſint.

A

Deus ſuam facientibus voluntatem propitius eſt.

65. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael, miſit manum ſuam*, Cald. *principibus filiorum Jſrael nullum incommodum fuit*. Nobilius nemo detrimentum accepit, nonne aſcenderunt in montem Dei? nonne Deum viderunt? nõne ſcrutator diuinæ maieſtatis ab ea opprimetur? quomodo ergo in nullo offenduntur? quomodo immanent illæſi? quia Deo obedientes montem conſcenderunt, *Propitius eſt* (inquit Oleaſt.) *Deus his qui faciunt voluntatem ſuam, ita vt impune ipſum etiam videant, qui autem curioſus eſt ſcrutator maieſtatis à gloria Domini opprimetur: in arenam deſcendit Iacob cum Domino, ſed quia humiliter premebat eum & vrgebat, licet facie ad faciem Deum viderit, ſalua tamen facta eſt anima eius.*

B

Oleaſt.

In gloria bonorum ſatietas.

66. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt ab eis, miſit manum ſuam viderũtque Deum*, vbinam? in mõte, Cyrill. mons cunctis peruius hominibus, cœlum ipſum eſt: quid poſtquam huiuſmodi montem conſcenderunt eis contigit? viderunt Deum, quo viſo comederunt & biberunt inquit textus: imo eo conſpecto, à cibis abſtinere debebant, quid enim obtenta Dei viſione aliud reſtat concupiſcendum, cum omnium ſit aggregatio bonorum? non inepte additur poſt viſionem Dei adeptam, quod comederunt & biberunt, qua phraſi in gloria bonorum ſatietas adumbratur habenda; ſic breuiter annotat Anſelmus Laudunenſis, *In loco Dei manducant & bibunt, ſuauitatem ſaturitatemque ſignificantes in regno æternitatis.*

C

Anſelmus Laudun.

Non omnes eodem beneficio digni cenſentur.

67. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Jſrael, miſit manum ſuam*, Noſter Lyran. exiſtimat hîc poſitionem Dei, ſignificare reuelationem ſui, ſicut ſubſtractionẽ manus, occultationem; ſicque ſenſus erit, non ſe ſubſtraxiſſe quantum ad viſionem, non à principibus nominatis, ſed ſolum à populo communi. Verum cur etiam populus hac Dei viſione non recreatur? cur ſolum Moyſes & Aaron & ſeptuaginta è plebe Iſraelitica? quia non omnes eodem beneficio digni cenſentur. fauet noſter Lyranus. *Secundum hoc populus communis non vidit Deum ſed tantummodo illi qui erant principales in populo, ſcilicet: Moyſes & illi qui erant cum eo & principes tribuum.*

Noſter Lyran.

In eccleſia Dei non comedendum, non bibendum.

Nec ſuper eos qui procul receſſerant miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt, & biberunt, ſi ſanctitati loci aliquid deferendum, ſi reuerenter ſuſpiciendus & deuotè colendus, quomodo dicitur quod in monte Dei comederint & biberint? nonne arguebat Apoſtolus eos, qui in Eccleſia cibis indulgebant? nonne habetis domos ad comedendum & bibendum? ſi quis eſurit domi manducet: in quæ verba ait. Steuartius, addit notabilem huius ſalutaris admonitionis cauſam, ne grauem Dei offenſionem mortis, æternæ nimirum, ſententiam incurrant, ſi in his quæ ad huius rei dignitatem ſpectant, officij non fuerint, prout decet, memores] cur ergo in monte Dei principes comedunt bibuntque? ne tibi perſuaſum habeas in eo comediſſe, ſed ſolum poſt deſcenſum, & ad caſtra regreſſum: quod annotat Card. Cajet. *Non in illa parte montis in qua adorauerunt Deum & viderunt, comederunt & biberunt, ſed ex tali viſione non impediti ſunt, quin libere comederent & biberent, & nihilominus quia rationi conſentaneum eſt vt hæc adoratio & viſio fuerit mane ante horam prandij, intelligi poteſt etiam reditus ad caſtra ad comedendum & bibendum.* 68.

Steuartius.

Cardin. Cajet.

Sanguis Chriſti Domini à malis nos liberat.

Nec ſuper eos qui procul receſſerant ab eis, miſit manum ſuam, videruntque Deum, nonne aliàs miſit manum ſuam, vel minatus eſt eam miſſurum, cum dixit quicumque montem conſcenderit morte morietur, lapidibus opprimetur, vel iaculis confodietur? quomodo ergo non læduntur in aliquo, imo omni gaudio circumfuſi, opipare comedunt? nonne ſanguine fœderis erant conſperſi, de quo ſanguine loquens Angelic. Doctor ait c. 9. Epiſt. ad Hebræos lect. 4. ſanguis ille fuit figura ſanguinis Chriſti per quem nouum teſtamentum confirmatum eſt. cum præiuit B. Athanaſ. cap. 9. Epiſt. ad Hebræos, lege B. Ambroſ. lib. 1. Epiſt. 2. ad Simplic. ne mireris ergo nunc licet montem conſcenderint, Deumque viderint, in nullo diſcrimen accepiſſe; ſanguis enim Chriſti à malis nos præſeruat & liberat, vt habet Abbas Rupert. cap. 43. lib. 3. *Antequam reſperſi eſſent ſanguine fœderis quod pepigit cum eis Dominus, miſerat manum ſuam ſuper eos, terribilem ac tremendam dicendo, omnis qui tetigerit montem morte morietur, lapidibus opprimetur, aut iaculis confodietur; nunc autem, quia fœderati, quia fœdere ſanguinis erant conſperſi, non miſit ſuper eos manum ſuam, non prohibuit eos viſione ſua, qui præ timore ſuperius dicto procul receſſerant, terminoſque conſtitutos aſcendere non poterant.* 69.

D

Doctor Angel.

S. Athanaſ.

B. Amb.

Rupert.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

V*Vlg.* Dixit Dominus ad Moyſem, aſcende ad me in mõtem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata quæ ſcripſi, vt doceas eos. A

Cald. Aſcende in conſpectu meo in montem.

Biblia ant. legunt. Daboque tibi duas tabulas lapideas, vt doceas filios.

CONCORDIA.

VErum eſt antiqu. Bibl. *Duas* legiſſe, verum in emendatioribus non habetur, & vetera exemplaria SS. Germani & Dionyſij, conſentiente Complutenſi editione non legunt duas, ſicut nec filios Iſrael, ſed ſolum eos.

EXPOSITIO.

D*Ixit Dominus ad Moyſem*, per internam mentis inſpirationem, & poſt reditum ad caſtra, *aſcende ad me in montem*, puta in altiora montis Sina, *& eſto ibi*, non vna hora, vel vno die, ſed multo tempore, vt Moyſem de agendis poſtea diſponeret, Moyſes autem populum monuit de hac in monte mora contrahenda ne eis foret improuiſa, *Daboque tibi tabulas lapideas*, quas plures autumant ex Saphiro fuiſſe, *Et legem & mandata quæ ſcripſi*, id eſt legem & decem præcepta moralia, quæ tibi ore tenus dedi, ſed nunc in tabulis ſcripta conſignabo, in quibus dicitur lex B ſcripta fuiſſe, quia in ea ſcripta fuerunt principalia decem legis præcepta, porro tabulæ illæ per Angelum in Dei perſona apparentem atque loquentem, firmatæ ſunt, & inſcriptæ, igitur digitis Dei dicuntur mandata Dei decem conſcripta, & quia dixit Dominus, *quæ ſcripſi*, intelligi poteſt, vel quod nunc erant ſcripta in tabulis, vel cito ſcribenda, quoniam in ſcripturis ſæpe loquitur Deus de futuris per modum præteriti, propter certitudinem veritatis, *vt doceas eos*, quia obſeruare omnino oportet ni perire velint.

CONCEPTVS.

Rigor legum manſuetudine principis condiatur.

71. *Dixit Dominus ad Moyſem, aſcende ad me in montem*, & licet ſoli Moyſi hoc dictum fuerit, tamen certiſſimum eſt ſolum non aſcendiſſe, nam immediate poſtea dicitur, quod cum eo eum fecit aſcendere Ioſue: verum cum nihil ſit dictum à Deo de Ioſue aſcenſu, cur ſecum Moyſes eum fecit aſcendere? an timuit ſolus Deum conuenire? an montis præcipitia expauit? an feras obuias habere credidit à quibus Ioſue fortitudine foret liberandus? nequaquam, nihilominus prudentiſſime vbi legem excepturus, montem conſcendebat, comitem accepit Ieſum Naue, in cuius nomine ſanctitatis vnguentum parabat legalibus rigoribus, niſi enim rigor legum manſuetudine & benignitate principis condiatur, vix ſtatus reipublicæ poterit conſiſtere, neſcio ſi hanc veritatem contemplans Theophilus Antiocheuus l. 2. ad Autolicum. *At mundus*, inquit, *veriſſima ratione cõparatur mari, quemadmodum enim mare ni ſubinde ſentiret & experiretur fontium fluminumque fœcundum influxum & alimentum caperet ex ſalſugine ſua, vſque dulcibus aquis diluta, iamdudum intercidiſſet: ſic & mundus ni haberet leges & Prophetas manantes, & ſcaturientes dulcedinem & miſericordiam, propter peccatum & malitiam quæ duo in ea potenter regnant, certe iamdudum interiiſſet.*

Theoph. Antioch.

C *Ab aliis ſe ſeparet qui meditaturus quæ de lege Dei proponere & docere debet.*

Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata vt doceas eos, quid? nonne cum eo erant Aaron, Nadab & Abiu, nec non Septuaginta ſeniores populi? cur igitur ſimul cum Moyſe montis cacumen aſcendere non iubentur, cum iam cœpiſſent conſcendere? nonne præcepta Dei & legem populo propoſiturus erat? ne tibi ergo ſit mirum, quod ſine eorum comitatu Deum conueniat, quia ab aliis ſe ſeparare debet, qui meditaturus eſt, quæ de lege ſunt, vt aliis aperiat. *Iubetur ſequeſtrare* (inquit Lippoman.) Lippom. *ſe totum ab aliis omnibus tam plebibus quam prin-* D *cipibus, & ſeſe familiarius applicare Deo ad contemplationem rerum diuinarum in loco ſolitudinis, vt Domino docente diſcat, quæ populum ſit mandata Domini docturus.*

Lex diuina pretioſiſſima, omnibuſque anteferenda.

Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem. Si omnia mundi bona hominibus conceſſurus eſſet, an tot mirabilibus ad ea admittenda inuitaret, ſicut ad legis ſuæ amplexum? recole enim quæ dicta ſuperius, & fateberis nec cum panem Angelo- 72.

rum in deſerto dederit, nec cum aquarum multitudinem ſitientibus, imo fere præ ſiti animam exhalantibus conceſſerit, non ea promiſiſſe, quæ ad legis receptionem intuemur; cur tot portenta, tot miracula in legis exhibitione? vt eam tanquam vtiliſſimam & omnibus bonis anteponendam ſuſciperemus, huius vtilitatem ſic deſcribit auctor Moyſis Viatoris lib. 8.

Lex optima rerum
Intemerata regie certo veſtigia ducta,
Non tibi ſpectatum rapidis fornacibus aurum,
Contendat pretio, nec te reſonantibus vllum,
Perſonat argentum neque ſe carbunculus anſit
Luminibus conferre tuis, non vllus ab indo
Emerſus certare lapis, ingemmea collo,
Torquis, honoratum quo ſe veriſſima dono,
Iactas libertas, regalis & geſtat in auro &c.

Virgo ſanctiſſima legem Dei peperiſſe videtur

73. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem,* ſecundum plurimorum (è quorum numero eſt B. Epiph. tract. de gemmis) ſententiam, huiuſmodi tabulæ erant ex lapide Saphirino, quid indicat legem in Saphiro ſcriptam fuiſſe & hunc lapidem quaſi illam producere? non contemnen-
Procop. da reſponſio Procopij. *Saphyrus commonſtrat B. Virginem de qua vaticinatus Iob inquit, terra*
Iob. *ex ipſa egredietur, panis ſubter verſus eſt quaſi ignis locus Saphiri, lapides eius, quibus verbis deſignatur potiſſimum virginis corpus, & quod legem Dei pepererit.*

Lege potenter attrahimur.

74. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas,* nempe Saphirinas & legem nempe in eis deſcriptam, ſed cum vellet eam deſcribi in materia pretioſiſſima, vt eius pretium denotaretur, nonne adamas? nonne carbunculus ſuperant in valore Saphirum? obſerua quid proferat cit. Gazæus de Saphiro.
Procop. *Saphirus,* inquit, *omnem vicinam materiam potenter attrahit,* en cur potius in Saphiro quam in quouis alio lapide pretioſo lex Dei ſcribitur? vt innueretur eius virtus & efficacia, ad animas hominum potenter & libere ad ſui amorem attrahendas.

Legem ne credas pernicioſam imo vtiliſſimam.

75. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem,* cur legẽ pollice-ris, vt abundent delicta & peccata augeantur?
Rom. 5. ait enim B. Apoſtolus Romanor. c. 5. lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ne ergo lex ſeruanda in tabulis ſcribatur, ſed potius in aquis, ne peccatum vires & augmentum accipiat. Verum quis negare & aſſerere præſumit legem in adiutorium & vtilitatem non fuiſſe datam? vt quia ipſi naturæ quodammodo inſerta ſunt iuſtitiæ ſemina, addita eſt lex cuius auctoritate & magiſterio, ingenium naturæ proficeret, ad fructum iuſtitiæ faciendum, ſicut enim natiuitas interit, niſi nutrimenta habeat, quibus adoleſcat; ita & naturale ingenium iuſtitiæ, niſi habeat quod reſpiciat, & veneretur, non facile proficit, & ægrotat, & ſuperuenientibus cedit peccatis, conſuetudine enim delinquendi premitur, ne creſcat in fructu, & per hoc extinguitur: verum obiectio non manet ſoluta, ſi enim lex ſubintrauit vt abundaret delictum, non videtur quod danda foret, ſed potius non admittenda, verum Ambroſ.
hanc obiectionem diluentem audiamus Ambroſium in Epiſtol. ad Romanos. Prouidenter data eſt lex, ſed populus veterem ſequens conſuetudinem multiplicauit peccata, vſu enim ipſo cœpit plus peccare quam ante peccauerat; & ſic factum eſt, vt data lege non minuerentur, ſed abundarent peccata: Apoſtolus enim oſtendit, quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit, quomodo autem legis vitio creſcebant peccata quæ comminatur, ne peccetur, ſed ſubintraſſe dicitur, vt abundaret peccatum. Verum eſt, quia quaſi profutura intrauit, & cum humilitate; poſtea autem cœpit dominari iis quibus præcipetat, ne peccarent, & peccabant: oſtendere enim cæpit lex abundantiam peccatorum, cumque interdixerat plus fiebant quam facta erant, igitur hoc modo vt abundaret delictum data eſt lex; commendans enim Apoſtolus fidem per quam vtique peccata delentur, legem dicitur feciſſe vt abundarent peccata, quæ non data eſt vt abolerentur peccata ſed vt abundarent, dum ante legem peccatores oſtendit, & poſt legem reos omnes tenuit, vbi autem abundauit peccatum ſuperabundauit gratia, manifeſtum eſt, quia cum abundaret peccatum, ſicut dixit, ſuperabundauit gratia, dum donum Dei venit ex promiſſione & omnium peccata contexit, vt inuidia Diaboli doleat ſe nihil profeciſſe? quia enim cum data eſſet lex ad vtilitatem humanam, id egit Diabolus vt ſuadendo illicita inuerteret, vt quod profuturum datum erat in contrarium proficeret, dum mandata concepta ſunt, vt non vtilitas de lege commendatio gratiæ Dei, ſed iudicium ad vindictam procederet.

Docenda ſunt præcepta quæ docuit Dominus.

Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata vt doceas eos, ſi iuſtus eſt Moyſes, & nihil niſi æquitati conſentaneum ſtatuet, cur in ſua poteſtate non eſt poſitum, mandata populo imponere, legem præſcribere, ſed vult Deus, vt ea quæ ſcripſerit, populum doceat? quia non alia docenda ſunt præcepta quam quæ docuit Dominus, *Non Moyſes, non Apoſtoli,* inquit Venerab. Beda tractat. de Venerab. Beda.
Tabern. cap. 1. *Non quilibet doctorum alia debes populum Dei docere præcepta quam quæ docuit Dominus, quæque conſilij ſui decreto nobis obſeruanda præſcripſit, & in quorum obſeruatione vitam eos habere æternam voluit, ſicut nec* 76.

do illis quæ fieri iuſſit, doctores quicquam præmittere oportet, ſed omnia quæcumque ille mandauit ſuis neceſſe habent committere auditoribus.

Amore Dei & virtutis, temporalia non ſentiuntur incommoda.

77. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi*, in eo per plurimos dies manſurus, quid? nonne ille mons tribulis & ſentibus fertilis? quis frumento & vino fœcundum eſſe dixit? ſi ergo iubes eum conſcendere, & in eo commorari, maximo temporis ſpatio, cur ſimiliter non præcipis vt cibos ſecum deferat, cum nulli in eo reperiri debeant? & tu ô Moyſes cur cibi potuſue curam abiicis? nonne fame conſumeris? præuide futuram indigentiam? non præuidet, imo nec deinde ſentit, amore enim B Dei, quo Moyſes flagrabat, temporale non ſentiebat incõmodum: pro quo eleganter Ter-
Tertull. tullianus lib. de idololatria fatur. *Nemo eorum quos Dominus adlegit, non habeo dixit, quo viuam, fides famem non timet, ſcit enim famem non minus contemnendam propter Deum quam omne mortis genus, didicit non reſpicere vitam quanto magis victum?* vt ſanctorum eſt hominum pro Deo vitam contemnere, ſic illorum eſt victum deſpicere, famem non præuenire.

Niſi Chriſto Ieſu Domino ducente & aſpirante, nullus poteſt eſſe diſcipulus Dei.

78. *Aſcende in montem ad me, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem*, vous Moyſes vocatur à Domino, vt excipiat legis diſciplinam, nec tamen ad Dei ſcholam ſolus aſcendit Moyſes, ſed Ioſue ſecum habet comitem: cum à Deo non videatur vocatus Ioſue, cur ſine eo non aſcendit Moyſes? quia niſi Ieſu ducente & aſpirante, nemo Dei diſcipulus legiſque diuinæ auditor eſſe poteſt, tibi profero D. Ambroſij teſtimonium in Pſalm.
B. ambr. 47. ſic dicentis. *Moyſes ille peritus in omni ſapientia Ægyptiorum, in montem aſcendit atque in nubem intrauit, vt operta & occulta cognoſceret, adhærente ſibi ſocio Ieſu: quia nemo ſine vero Ieſu poteſt incerta ſapientia & occulta comprehendere, & ideo in ſpecie Naue Ieſu veri* D *Saluatoris ſignificabatur affutura ſapientia, per quam omnes fierent dociles Dei*, vane de Moyſis diſciplinis gloriatur, qui Ieſum non habet, quando nec ipſe Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum peritus, niſi de Ieſu ſocio non poterat, ad diuinam legis ſcholam peruenire, nec fieri diſcipulus Dei.

In via virtutis non ſiſtendum, ſed vlterius progrediendum.

79. *Aſcende ad me in montem*, Moyſes iam in monte conſtitutus erat, cur ergo ad aſcendendum vlterius euocatur? qui enim ad aliquem peruenit locum, ſuperflua eſt iuſſio,
A vt illum petat, Seuerus in cat. Græca, non Seuerus ſulpitius
in montem tantum quem iam aſcenderat, ſed ad me, inquit, vt ſublimem adhuc aſcenſum proponat, cur ſublimior adhuc aſcenſus ei proponitur? quia nullus apex tam ſublimis attingitur, quin non reſtet adhuc ſublimior attingendus, neſcio ſi ad hoc reſpiciens Salomon Prouerb. 4. ait, iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem, quem locum explicans B. Dionyſius Areop. cap. 4. de diuinis nominibus, videtur ſe noſtro accom Dionyſ. Areop.
modare inſtituto, ait enim. *Dicendum eſt vt intelligibilis lux bonum ipſum dicitur quod omnem ſupercæleſtem ſpirituum ſpirituali impleat luce, omnemque ignorantiam pellat, erroremque abigat ex animabus, quibus ſe inſinuauerit, eiſque ſacra lucis conſortia tradat, ſpiritualeſque il-* B *larum oculos purget, obductamque ignorantiæ caliginem tergat: traditque illis primum quidem exigui conſortis luminis, deinde vbi illa degustauere lucem, maiorique eius tanguntur deſiderio, ſeſe eis magis infundat, & copia vberiore lucis infulgeat, quia dilexerunt multum ſemperque ad anteriora intendat, quantum aſpirari ad ea pro captu poſſunt*, pende, *ſemper ad anteriora intendat*; non vult Deus vt aliqua virtutis via ſed ſemper vt progreſſum in ea faciamus, nec non ad anteriora tendamus; debet enim virtus ſicut aurora creſcere, deinde procedere vſque ad perfectum diem.

C *Qui docturus eſt iuſtitiam Dei, in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet.*

Aſcende in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem & mandata, vt doceas eos, 80
quid neceſſe fuit in montem conſcendere, vt in eo acceptam legem alios doceret? nonne etiam ſi in valle conſtitutus accepiſſet, potuiſſet alios de illa inſtruere? bene iubetur Moyſi montis conſcenſus, vt accepta lege, alios informet, quia qui docturus eſt iuſtitiam Dei, & eius præcepta, non in valle ſtare, ſed in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet. hoc exprimit Auctor Imperfectus homilia 9. in Matth. qui Auctor operis imperfect.
D explicans illa verba Euangelij loquentis de Chriſto Domino, aſcendit in montem, ait, *Vt oſtendat nobis quoniam in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet, qui docet iuſtitiam Dei, qui docet, verborum ſuorum ſit ipſe exemplum vt magis opere doceat quam ſermone, qui autem ambulat per conuallia vitæ terrenæ, & loquitur altos ſermones non alterum inſtruit, ſed ſeipſum caſtigat: nemo enim poteſt in valle ſtare, & de monte loqui, ſi in terra eſt animus tuus, vt quid de cœlo loqueris? ſi autem de cœlo loqueris, in cœlo conſiſte.*

Diſcipulus

Diſcipulus boni magiſtri debet eſſe imitator.

81. *Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mãdata, vt doceas eos,* quod in montem aſcenderit alios docturus, non miror, quia aliorum doctor in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet. Verum vt audiat verba Dei & illius ſermones excipiat, & præcepta attendat, cur debet eſſe in monte? quia ſicut præceptor eius nempe Deus in cacumine montis conſiſtebat, ſic Moyſes diſcipulus altitudinem montis petere debuit, diſcipulus enim magiſtri in virtute eminentiſſimi debet eſſe imitator. Sic erudite præfatus Auctor Imperf. *Qui audit iuſtitiam Dei, ideo debet in altitudine bonorum operum conſiſtere, quia diſcipulus imitator debet eſſe magiſtri: ſi autem in peccatis viuas & audias iuſtitiæ verba, iudicium tibi non ſalutem acquiris, audis vt quid doctorem appellas, cuius non vis eſſe diſcipulus?*

Citatus Auctor operis.

A mala ſuſpicione nos reuocat Deus.

82. *Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* cur daturus legem, eam illi pollicetur? nonne potuit, nulla pollicitatione præuia illi tribuere? expectatio enim alicuius eximij promiſſi quodammodo animum affligit. Voluit prius polliceri, ſed qua de cauſa? vt tam fauſtum nuntium annuntiaret populo. Cur populus fit certior de promiſſione legis à Deo ſcribendæ? ne ſi à Deo datam neſciret, ſuſpicaretur eſſe Moyſis, eamque haberet contemptui. *Ne ſuſpectam legem poſtea haberent, manibus Moſeh delatam,* inquit Oleaſt. *prædicit Dominum ſe eam illi daturum.*

Oleaſt.

Euangelium contra omnes iniurias firmiſſima defenſio.

83. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi; daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* cur tabulas lapideas in quibus lex eſſet deſcripta? nonne ſufficeret in papyro, aut pelle ſcriptam coram populo delatam annuntiari? Audiamus quid reſpondeat Seuerus in Cat. Græc. *Nec tabulas pollicetur ſimpliciter, ſed lapideas, nec quales iam Moyſes acceperat, ſed quæ digito Dei ſcribendæ erant, nempe Euangelium contra iniurias omnes communitum ſtabile.*

Seuerus.

Timor incuſſus efficax eſt ad reprimendas conſuetudines peſſimas.

84. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* Cum ore tenus data eſt lex, quid horrore plenum non auditur, & viſitur? recolite quæ cap. 20. referuntur, & nihil non inuenietis, quin ſit timoris incuſſiuum. Quomodo nunc cum ſcripta præmittitur, Deus videtur? montem conſcendunt ſeniores? Moyſes ad illius verticem peruenit? quia cum primo nempe ore tenus data eſt lex, adhuc populus varijs abductus erroribus detinebatur, timore ergo tunc concutiendus erat, vt hoc medio peſſimæ illius conſuetudines frænarentur. Conſentit Guill. Pariſ. tract. de Leg. cap. 1. *Dat eis legem cum horrore magno, non enim poterant abduci, imo abrumpi ab inueteratis moribus, niſi in oſtenſione magnalium, & timore magno, propter quod omnipotentem in oſtenſione magnalium, & terribilem in ardore ignis, in vocibus & clangore buccinæ, ſe eiſdem exhibuit & oſtendit: multum enim efficax eſt vis timoris ad mitiganda corda, ad exterminandas veteres conſuetudines, & mirabiliter eſt humilians corda dura, atque ſubijciens imperio eius qui timetur.*

Guillel. Pariſienſ.

Qui alijs præeſt, pluries ad Deum in oratione aſcendere debet.

85. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas:* Quoties iam montem aſcendit? hic eſt enim tertius aſcenſus, inquit Hugo Victor. primus fuit in die quo venerunt in montem Sina, in quo admoniti ſunt Iſraelitæ de purificatione ad ſuſcipiendam legem tertia die: ſecundus fuit poſt audita decem mandata à Domino, ad audiendum iudicia, quæ huc vſque narrantur. Modo tertio aſcendit, cur toties Deum in aſcenſu montis conuenit? nonne omnium conſtitutus erat Iſraelitarum princeps? ergo toties ad Deum in montem conſcendat, qui enim alijs præeſt, pluries Deum in oratione debet conuenire. Quia, vt inquit Gregorius Magnus in ſuo Paſtor. *Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam, honor grandis grandiori debet ſollicitudine circumuallari. Et ideo plura à Deo, & pluries in oratione petere debet, vt ſuo ſatisfaciat muneri.*

Hugo Victor.

S. Gregor. Magn.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

Vulg. Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, aſcendenſque Moyſes in montem Dei.

Sept. Et ſurgens Moyſes & Ieſus qui adſtabat, & aſcenderunt in montem Dei.

Cald. Et aſcendit Moyſes in montem, in quo reuelata fuerat gloria Domini.

CONCORDIA.

PArum eſt quod Hebraicè habeatur ויקם vaiakam,& ſurrexit, nos autem ſurrexerunt Moyſes & Ioſue, nam noſter interpres reſpectum habuit etiam ad Ioſue, qui A ſurrexit cum eo volens declarare Caldæus quis ſit iſte mons quem conſcendit Moyſes, addidit rectè in quo reuelata fuit gloria Domini.

EXPOSITIO.

S*Vrrexerunt*, cœperunt in montem aſcendere, *Moyſes, & Ioſue*, qui fuerat dux in prælio contra Amalechitas, *miniſter eius*, licet alios habuerit miniſtros Moyſes, tamen Ioſue per Antonomaſiam dicitur miniſter eius, quia in grauioribus miniſtrabat, intimus enim erat ei & familiaris, quique ſecretorum ipſius erat particeps, & in omnibus etiam rebus diuinis ac familiaribus, cum Deo locutionibus fere præſens: vnde à Sept. adſtans dicitur, *aſcendenſque Moyſes in montem*, vt ad verticem illius perueniret, manente Ioſue in aliqua illius parte inferiori.

CONCEPTVS.

Quo quis ſeuerius tentationibus probatur, eo propior ſit Deo.

86. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue, miniſter eius, aſcendenſque Moyſes in montem Dei*, Non omnes æque ad Deum accedunt, ſolus Moyſes verticem montis occupat, alijs enim dicitur expectate hîc, ſeniores enim longius adſtant, necnon populus ſtat à remotis: quomodo ſolus Moyſes ad verticem mõtis peruenit, Deum familiariter allocuturus? B. Ambroſ. obſeruat, Sina tentationem deſignari; ergo quo quis altius in tentatione aſcendet, eo propius Deo appropinquat,& quo quis plura patitur, eo propior ſit Deo. Moyſes qui verticem occupat, fruitur Dei alloquio; ſeniores enim Deum vident, neque tamen in eamdem familiaritatem admittuntur, populus qui longius abeſt, Deum non conſpicit, ſed eius vocibus terretur. At S. Ambroſ. præſtat verba B. Ambroſ. in Pſalm. 118. in medium proferre, ſic autem ait, *Moyſes in montis Sina ſupercilio erat, & ſolus erat populus in valle, in imo montis ſupra merita plebis, ſed plurimo interuallo à Moyſis meritis ſeparati, non omnes in vertice, neque in imo omnes, ſed populus, Moyſes in vertice montis Sinai, qui Latina interpretatione dicitur tentatio, & tu ſi per tentationem aſcenderis, & corde contrito tuleris preces Deo proximus eris.*

Vbi Ieſus adeſt, non poſſunt difficilia, facilia non reddi.

87. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue, miniſter eius, aſcendenſque Moyſes in montem Dei.* Iubebatur in montem Dei aſcendere, ſecum defert Ioſue, nimirum Ieſum filium Naue, ſed cur ſocium ſibi adſciſcit Ioſue? prudentiſſime, ſine Ieſu aſcendere in montem difficilem ſpinis & dumetis refertum non audet, non præſumit, putans de Ieſu ſolo ſocio venire poſſe, quod ardua & accliuia hominibus plana reddantur, S. Cyrill. Alexand. & occluſa prorſus aperta, & clara. Sic ad hæc dicebat B. Cyrill. lib. 10. de Spiritu & Verit. B *Aſcendente in montem B. Moyſe, ſimul aſcendit Ieſus, neque enim aliter adiri ad patrem poteſt, niſi per filium, in Chriſto igitur ipſis quoque ſanctis patet aditus, & vobis ardua omnia plana ſunt, & aſpera peruia, facilia autem ac prona quæ ſunt in acceſſu*; nihil clauſum, nihil arduum, nihil inacceſſum eſt homini in cœleſtibus, ex quo nobiſcum Ieſum habemus.

Vere miniſter Regius, qui primus eſt in recte factis Principis, in male autem factis nuſquam.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, 88.
C *&c.* Serarius lib. 1. in Ioſue cap. 4. quæſt. 1. Serarius.
recte contendit plures miniſtros habuiſſe, quod innuitur etiam Num. 11. verſ. 28. vbi Hebraice vocantur berhuran, id eſt iuuenes eius, quod ibidem contendunt Oleaſt. necnon Maſius præfatione 2. in Ioſue, Si ergo plures illi ſerui fuere: cur ſolus Ioſue vocatur illius miniſter? quo nomine etiam eum appellat Dominus Deuter. 1. Moyſem alloquens, Deuter. 1.
Ioſue filius Num miniſter tuus: cur inquam hic ſolus hoc epitheto gaudet? an vt diximus in expoſitione, quia totam domum Moyſis miniſtrabat? ſecretorum ipſius erat particeps, & in omnibus etiam diuinis ac familiaribus D cum Deo collocutionibus fere aderat? hoc fateor, ſi tantum à popularibus vocaretur Moyſis miniſter, at cum à Deo ſic etiam appelletur, nonne nobis aliud excellentius innuitur? quidni? nempe quod ſic fuerit præcipuus eius miniſter, vt omnibus recte eius factis inueniatur primus, & vnicus, in malis autem nullus. In quo regij miniſtri ratio præcipua conſiſtit, vbi Amalechitæ oppugnandi, adeſt victor, hic vbi legem accepturus eſt Moyſes adeſt, in tabernaculo eſt Moyſes, ſemper in ijs & primus, & vnicus eſt Ioſue. Et vbi Moyſes offenſam incurrit, ad aquas contradictionis, priuaturque à Deo ingreſſu terræ promiſſionis, ibi nulla mentio Ioſue, cum infidelis

eſt Deo Moyſes cum ille incredulus, præſentem non intuemur Ioſue, qui à latere ipſius non diſcedebat. Erudite D. Ambr. lib. 12. Officior. cap. 20. ſic talem miniſtrum extollit, *Cum in Dei tabernaculo diuina refulgeret præſentia, & videretur maieſtas Domini, ſolus erat in tabernaculo Ieſus Naue, Moyſes cum Deo loquebatur, Ieſus pariter nube tegebatur ſacra, Presbyter & populus deorſum ſtabant, Ieſus cum Moyſe ad accipiendam legem aſcendebat: omnis populus intra caſtra erat, Ieſus extra caſtra in tabernaculo teſtimonij, cum columna nubis deſcenderet, & loqueretur cum Moyſe, quaſi fidus adſtabat miniſter, nec exibat de tabernaculo iuuenis cum ſeniores longe poſiti diuina trepidarent miracula, vbique igitur inter admiranda opera & reuerenda ſecreta ſancto Moyſi indiuiduus adhærebat.* Deinde paucis intermiſſis ſic concludit, *quod Moyſi negatum eſt, ſolus eligitur, vt populum introduceret in terram repromiſſionis:* preme illud, *quod Moyſi negatum eſt, &c.* ſolus quippe Moyſes punctus eſt negatione ingrediendæ terræ promiſſionis, quam mulctam Ioſue euaſit: præclarus ſanè miniſter qui nunquam non Moyſen ſecutus fuit, niſi vbi Moyſes deliquit, & meruit repulſam.

S. Ambroſ.

Miniſtri plures poſſunt eſſe viris in dignitate conſtitutis.

89. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c.* Verum quamuis tunc Moyſes ætatis annum iam ageret octogeſimum primum, cum enim de ſuorum Iſraelitarum liberatione cum Pharaone cœpit agere, annorum erant 80. annus autem ea in re plagiſque inferendis conſumptus fuit; tamen illa ætate & totis vndequadraginta annis poſt adeo bonis firmiſque viribus fuit, vt nec ei oculus caligaret, neque pes vacillaret Deuteronomij vltimo verſu. Quorſum igitur ei miniſter? neque enim mollis, nec delicatus erat, vt abſque neceſſitate, alienis aut manibus aut pedibus vti vellet: etvero duos habebat filios ipſo Ioſue ſeniores, eorum officio ſi quid virium imbecillitas requiſiſſet obſequij, vti ille potuiſſet, & licet vnicus miniſter ei concedi potuiſſet plures alios habuit, vt vidimus in conceptu præcedenti: cur tot ſtipatus ſeruis vir ſanctus, & qui viribus pollebat? quid ait Philo lib. 1. de Moyſe, *Rex erat ipſe Moyſes, Legiſlator, Pontifex & Propheta:* Quid mirum igitur ſi plures habuerit ſeruos? neceſſitas enim negotiorum quibus vacabat, & tanta dignitas plures exigebat. Multa enim ijs qui cum imperio multitudini præſunt, curanda ſunt, multi audiendi, multa cognoſcenda, imperanda, ſignificanda, conſtituenda, non poſſunt vnius hominis oculi, aures, lingua, manus, pedes tot tantiſque rebus ſufficere, alieno & auxilio opus, vt quod per ſe non poſſunt, per alios efficiant. Habet etiam apud homines maieſtatis, & dignitatis aliquid ipſa miniſterij copia, quemadmodum ſi ad res quaſpiam bene apteque gerendas idoneorum adſit inſtrumentorum facultas, quemadmodum tamen ineptus, & ridiculus foret artifex, qui cum duobus aut tribus inſtrumentis, ſuas optime commodiſſimeque res agere poſſet, viginti aut triginta vteretur; imo non vteretur, ſed magno cum onere, & ſumptu circumferret, ea oſtentaret; ijs ſe ſo iactaret. Ita & eorum ridenda ſtultitia, qui famulorum nihil aut neceſſariorum, aut vtilium agmina, vel impedimenta potius magnis impenſis fructuque nullo alunt, & huc & illuc ſecum deferunt, Moyſes igitur quia tantus ipſe, tamque varijs & vtilibus diſtinguebatur negotijs, miniſtros aliquos habuit, ſed neceſſarios tantum; & vtiles, qui non ob inanem pompam eum vndique ſtiparent, ſed ei ad neceſſitatem moderatumque tantarum quas gerebat perſonarum honorem, foris domique adeſſent.

Deut. vltimo. 1

Philo.

Maximus honor viro iuſto miniſtrare.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c. Non equidem animum induxerim, vt hoc ideo tantummodo litteris proditum exiſtimem, quia illius miniſter fuit, nam hoc epitheton non ſemel tantum, ſed iterum iterumque Exod. 33. Num. 11. Deuter. 1. & Ioſue 1. repetitur, cum igitur alijs eximijs gauderet titulis cur his non honoratur? nonne potuit dicere ſacer contextus, ſurrexerunt Moyſes & Ioſue dux bellicoſiſſimus, Amalechitarum victor inclytus? cur ergo ſolum nominatur miniſter Moyſis; cum hæc appellatio in ſuam cedere gloriam minime videatur? ne dicas in eius honorem non cedere, glorioſum enim eſt viris iuſtis miniſtrare, magnum enim videtur Principis alicuius eſſe miniſtrum, regi cuipiam eſſe à cubiculo, à manu, à pedibus, ac multo ſane maius Moyſi miniſtraſſe, qui vetus ſui ipſius Rex, ſummus Dei amicus, Pontifex, & Propheta fuit. 90.

Qui pijs famulatur, pius & virtuoſus euadit.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c. Alio inſigniatur titulo, vt qualis fuerit Ioſue innoteſcat: ſolum miniſtrum Moyſis dicit, forte vt intelligeretur, vnde tantus tamque inſignis virtutis euaſerit Ioſue: quemadmodum enim qui dominis adſunt impijs, eorum ferè motibus imbuuntur, & qui picem tangunt, ab ea inquinantur, ita qui pijs Deumque colentibus, induſtrijs & ſapientibus famulantur; aliquid eorum etiam pietatis, Domini timoris, induſtriæ ſapientiæque condiſcunt, & imitantur. Quomodo enim tantum quotidie omnium virtutum exemplar videret Ioſue, neque inde quidquam proficeret? quomodo tantum religionis, iuſtitiæ, ſapientiæ, comitatis ante oculos propoſitum ſemper lumen haberet, neque illo, ipſius vita moreſque omnes illuminarentur? videt Moyſis in precibus aſſiduitatem, & ardorem, videt in rebus dijudicandis ſolertiam, & æquitatem, in con- 91.

cœlum puriſſimum, & mundum? quia qui ſe ad vilia propter Deum depſimit, ea ſibi io cœlum ipſum non obnubilum non tenebtoſum, ſed ſerenũ, ſed purũ conuertetur. hoc accipeè Luſitan. calamo Luſitaoi. *Quid quaſo Inte immundins? quid vero mundius aut pulchrius cœlo? non ſatis fuit Domino lateres terrenos in cœleſtem ſaphirum mutaſſe, niſi etiam lutum in cœlum mutet, neque in qualecumque cœlum, ſed in mundiſſimum, ô beata vilitas humiliantis ſe propter Deum, qua in cœleſtem munditiam tam facile commutatur.*

Angelorum natura pura & munda eſt.

55. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c. viderunt Deum Iſrael & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt*, alij cum purum eſt, alij cum eſt in monditia: B. Cyrill. in Exod. imo Noſter Seraphicus Doctor per cœlum naturam Angelicam Noſter Doctor Seraphicus. intellexere, quæ licet perfectiſſima, tamen ſub pedibus Dei eſt. ſed cur additum eſt cœlum cum eſt in puritate, ſiue monditia? vt denotaretur, inquit, hic vltimus, quod Beati Spiritus ſuot omnino puri, omniq; labe carentes & mũdi. ſubiicio illius verba 4. parte de Eccleſiaſt. Hierar. c. 1. *Dicuntur Angeli cœlum propter incorruptionem omnimodam, & naturæ ſuæ puritatem, nihil enim habent corpulentiæ, qui ab omnibus corporis paſſionibus ſunt diuiſi. Ideo dicitur in Exodo ſub pedibus eius quaſi cœlum cum ſerenum eſt: vnde ſicut cœlũ ſerenum eſt, ſerena eſt & pura natura Angelorum, cui nulla prorſus adhæret oppilatio carnalium deſideriorum, nulla attingit infectio motuum vel affectionum.*

Niſi virtute ſanguinis Chriſti Domini adiuti, ad perfectionem tendere non poſſumus.

56. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu*, nempe in moutem, quo virtutum perfectio deſignatur: verum cur ante huiuſmodi aſcenſum dicitur, quod ſumptũ ſanguinẽ effuderit Moyſes? quod Iſtaelitas eo tinxerit? vt ſciremus quod niſi virtute ſanguinis Chriſti adiuuemur, ad perfectionis culmen tẽdere nõ Procop. poſſumus, mens eſt Procopij. *Nec aliter ille contenderunt in montem, quam prius excitati ſanguine Chriſti, qui dedit ſemetipſum pretium redemptionis pro nobis, offerens ſuam carnem in irreprehenſibile ſacrificium Deo & patri.*

Deus ab hominibus vt vult ipſe, & quomodo vult, videtur.

57. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & viderunt Deum*, nonne Deus natora iouiſibilis, præcipoe viatoribus? an diuinitatem oculi carnis aſpicere puſſuot? an viſibilis Ioan. 1. inoiſibilitas? nonne verum eſt illud Ioann. 1. 1. Tim. 6. nemo vidit Deum vnquam? & illud 1. Timoth. 1. nemo hominum vidit nec videre poteſt? quæ vox Apoſtoli, imo eius per Apoſtolum Chriſti, & 1. Timot. 1. eius naturam commendans duo hæc ſimul coniunxit, nempe inuiſibilitatem & incotruptibilitatem; Regi ſæculorum inuiſibili, incorruptibili, ſoli Deo honot & glotia in ſæcula ſæculorum: qoomodo etgo teſtatur Moyſes ſe Deum vidiſſe, cum Aaron & alijs

A Sept. ſenioribus? vere equidem, nam eum ſolum in aliqua ſpecie corporea, vel quomodo ipſi Deo placitũ fuit intueri poſſumus, nõ autẽ ſecundum ſuam naturam & eſſentiam. Legendus B. Auguſt. ad Fortunatianum Epiſcopum S. Athanas. Alexand. de videndo Deo, vbi quaſi ſua non eſſet auctoritate cootentus, aliorum teſtimonium in medium adduxit, *Beatiſſimus Athanaſius Alexand. Epiſcopus*, inquit, *cum ageret aduerſus Arrianos, qui tantummodo Deum patrem inuiſibilem dicunt, Filium vero & Spiritum ſanctum viſibiles putant, æqualem Trinitatis inuiſibilitatem ſcripturarum teſtimoniis & diligentia ſua diſputationis aſſeruit inſtantiſſime, Deum non eſſe viſum, niſi aſſumptione creaturæ. ſecundum autem* B *deitatis ſuæ proprietatem omnino Deum eſſe inuiſibilem, id eſt Deum patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, niſi in quantum mente ac ſpiritu* S. Greg. Epiſcop. Orient. *noſci poteſt. Gregorius etiam ſanctus Epiſcopus orientalis apertiſſime dicit Deum natura inuiſibilem, quando patribus viſus eſt ſicut Moyſi, cum quo facie ad faciem loquebatur, alicuius conſpicabilis materiæ diſpoſitione aſſumpta ſalua inuiſibilitate uideri potuiſſe.* & idem Auguſt. Epiſt. S. August. 112. quæ eſt ad Paulinã de videndo Deo, *Inuiſibilis eſt igitur natura Deus, non tantum Pater, ſed & ipſa Trinitas, vnus Deus. & quia non tantum inuiſibilis, verum etiam immutabilis ſic apparet quibus voluerit, in qua voluerit ſpecie, vt apud Deum, integra maneat eius inuiſibilis, incommutabiliſque natura.* deinde ſubiungit, *Ipſe ergo erat in ea ſpecie qua apparere voluerat, non autem* C *ipſe apparebat in natura propria, ea quippe promittitur ſanctis in alia vita.*

In cœlo, myſteria quæ nunc abſcondita, reuelabuntur.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron, & viderunt 58.
Deum, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, & quaſi cœlum dum ſerenum eſt, ſi Deus poſuit tenebras latibulum ſuum, ita vt à nemine videri poſſit, quomodo eius thronus quaſi Saphiris diſtinctus eſt, & quaſi cœlum cum ſetenum, purum, & mundum eſt? accipe ſatisfacientem B. Hieronymum c. 3. io Ezech. *Sicut* S. Hieron. *Cryſtallo, puriſſima atque lucentia in cœlis demonſtrantur, quæ noſtrum oculatum corpus illuminant, ſic in Saphiro, id eſt in throno Dei, & ſuper firmamentum quod cœlum accipimus, abſcondita atque ſecreta & incomprehenſibilia Dei* D *ſacramenta monſtrantur, qui poſuit tenebras latibulum ſuum, & in nube videtur & in caligine: vnde in Exodo ſcribitur, & ſub pedibus Dei erat quaſi opus lateris Saphiri, & ſicut ſpecies firmamenti cœli munda.*

Vita cœleſtis non mutabilis, ſed ſtabilis.

Aſcenderunt Moyſes & Aaron &c viderunt 59.
Deum, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis Saphirini, Saphiro ſignificatur vita cœleſtis, maxime quia dicitut iuxta Sept. & ſicut ſpecies firmamenti cœli: firmamentum autem cœlum appellari quis neſciat? verum cur Saphiro denotanti vitam cœleſtem additur lapis ſiue later? poterat enim dici ſicut opus Saphirinum, prætermiſſo latere: nonne later quadratæ figuræ eſt? bene ergo vnum cum altero iungitur,

vt denotetur vitæ cœleſtis ſtabilitas & firmi- A
S. Auguſt. tas. annuit B. Auguſt. in cat. *Forma lateris in eodem ſaphiro quadraturam ipſam vel ſtabilitatem ſignat.*

Vt ad montem Domini peruenias, varia virtutum genera tibi neceſſaria.

60. *Aſcenderunt Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & Septuaginta de ſenioribus, & viderunt Deum*, an myſterio caret, quod hi quatuor ſpeciatim nominati, nec non Sept. ſeniores montem conſcenderint? quomodo quatuor hæc nomina interpretentur, & quid numerus ſeptenarius deſignet, videamus: Moyſes interpretatus ſumptus de aquis, munditiem denotat, aquis enim ſordes abluuntur, Aaron montaneus, ſignificat fortitudinem, Nadab manſuetus, Abiu ſpontaneus, promptam voluntatem declarans, Septuaginta qui eſt numerus conſtans ex ſeptenario decies ducto, vel ex denario multiplicato ſepties, adumbrant adimpletionem legis diuinæ, nempe decalogi, mediante ſeptiformi gratia Dei. en vt myſterio non caret, hos quatuor ſic nominatos, cum aliis Septuag. montem conſcendere! qui enim ad montem Domini peruenire deſiderat, non vnica ſolum pollere debet virtute, ſed omnibus ornari: moralitas eſt Patriarchæ Paludani, teſte doctore Pepino, cuius verba do, *In primis debet eſſe Moyſes, id eſt ſumptus de aquis per munditiæ puritatem; ita Aaron, id eſt montaneus per fortitudinem, Nadab, id eſt manſuetus, per tranquillitatem. Abiu, id eſt ſpontaneus per promptam voluntatem, item debet adimplere denarium legis diuinæ, adiutus ſeptiformi gratia Spiritus ſancti, in hunc modum, talis homo tendet & perueniet ad contemplationem conditoris.* Patriarcha Paludan.

VARIET. LECT. Verſ. 11.

V*Vlg.* Nec nõ ſuper eos qui procul receſſerãt de filiis Iſrael miſit manũ ſuam, videruntque Deum, & comederunt & biberunt. B

Sept. Et de electis Iſrael non diſſonus, nec vnus, & apparuerunt in loco Dei, & manducauerunt, & biberunt, *ita Cyrill. Alex.*

Cald. Principibus autem filiorum Iſrael, nullum incommodum fuit, & viderunt gloriam Dei, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis, accepta fuerunt quaſi comediſſent, & bibiſſent.

Onk. Quæ accepta fuerunt, cum beneplacito perinde ac ſi bibiſſent & comediſſent.

Pag. Et ad principes filiorum Iſrael non miſit manum ſuam, & viderunt Deum.

Mont. Et ad ſeparatos filiorum Iſrael, non miſit manum ſuam. *Ita Oleaſt.*

Cajet. Et ad primates filiorum Iſrael.

Leonard. Marius Ex principibus Iſrael nemo vel vnus periit.

Nobilius. Nemo detrimentum accepit.

Iacobus Bonfrerius. Non interfecit nec vnum.

CONCORDIA.

TOta diuerſitas lectionum oritur ex voce C אציל atſile, & ex Hebræa phraſi, manum mittere, in Hebræo igitur habetur vox אצילים atſilim quam Cald. Pagninus principes vertunt. Cajet. primates, Sept. & Cyrill. electos. Ar. Mont. & Oleaſt. ſeparatos reddiderunt, à radice אצל atſil, quod ſeparare ſignificat, hæc propria vocis ſignificatio, אציל atſil vt ſeparatum ſignificet: ſed adhuc dubia poteſt eſſe huius vocis accommodatio: principes enim & viri nobiles ac primarij dici poſſunt, אצילים atſilim, quod à vulgo & populi fæce ſint quaſi ſeparati, & ſegregati, & ita fere ſumpſerunt hanc vocem ſuperiores omnes. Hieron. tamen אצילים atſilim, & ſeparatos, intellexit eos qui procul remanſerant, & quaſi D à Deo ſe longius ſeparauerant] quod autem ad phraſim mittere manum pertinet, Pagnin. eam cum noſtro interprete retinuit, Caldæus vero & Sept. ſenſum eius expreſſerunt, qui hic ſpectatur, eſt enim quando abſolute ponitur de Deo, generalis periphraſis complectens omnem Dei actionem, & iuxta contextum vel ad bonum pertinet ſeu fœlicitatem, vel ad malum ſeu pœnam, & tunc ſignificat grauem percuſſionem vſque ad mortem, vel mortem ipſam: ſic dixit Apoſt. Heb. 10. horrendum eſt incidere in manus Domini, & Pſal. 38. à fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, ſeu à pœnis mihi à te inflictis: huc pertinet manus Dei extenta, brachium excelſum, ſeu eleuatum, manus fortis, quæ omnia ſignificant Deum vt grauiter punientem, ſimiliter quod Deus dicitur manum ſuam ſuper aliquem confirmare, vel aggrauare. Vnde optime vertit Cald. principibus Iſrael nullum fuit incommodum, eo ſenſu accipi debet, quo habent Sept. οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς etſi enim verbum διαφωνία communiter ſignificet diſſentio, quomodo etiam accipitur, Ioſue 23. lib. Reg. 5. ita cum aliquibus verti poſſit, ex principibus Iſraël nemo vel vnus diſſenſit: tamen quia verſio iſta neque cum contextu neque cum phraſi Hebræa conuenit, vertitur bene cum Leonardo Mario, ex principibus Iſrael nemo vel vnus periit. ſic enim accipitur in ſimili phraſi. Num. 31. οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς quod noſter vertit, ne vnus quidem defecit ſeu occiſus eſt, & pro eo quod eſt apud Ezech. periit ſpes noſtra, abſciſſi ſumus, Sept. habent ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν διαπεφωνήκαμεν Bonfrerius autem ait, crediderim legendum, οὐ διεφώνησεν οὐδὲ ἕνα non interfecit nec vnum, Nobilius autem ait, fortaſſe poſſet reddi nemo detrimentum accepit, nam ſimili quadam notione videtur accipi. 1. Reg. 3. οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς.

EXPOSITIO.

N*Ec ſuper eos qui procul receſſerunt*, à caſtris ſcilicet, aſcendendo ad montem; hi autem erant Moyſes, Aaron, & duo filij eius, nec non ſeptuag. ſenes, qui montem aſcenderunt, ſecundum Dei præceptum, hi enim erant principes & electi de populo Iſrael, *miſit manum ſuam*, non eos percutiens, nec lædens, ex pluribus enim ſcripturæ locis aperte conſtat, communem fuiſſe opinionem vt cum Deus inuiſibili forma & appareret aut loqueretur, conti- A nuo mortuum aut moriturum putarent quem alloqueretur, hinc Iacob Geneſ. 32. mirabatur, quod cum Deum vidiſſet facie ad faciem, nõ eſſet mortuus. vnde dicitor, *Deum vi'erunt*, & nihilominus non fuerunt percuſſi, iu aliquo læſi, aut corpore immutati, *comederunt enim & biberunt*, cum reliqui hominum ad huiuſmodi ſpectacula coucidant, illi in oullo attoniti, nec læſi biberunt & comederuot in ſignum lætitiæ.

CONCEPTVS.

Ita alacres eſſe debemus ex beneficiis à Deo acceptis, ac ſi opipare comediſſemus.

61. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt de filiis Iſrael, miſit manum ſuam. videruntque Deum & comederunt & biberunt*, Cald. *viderunt gloriam Dei, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis, quæ accepta fuerunt quaſi comediſſent & bibiſſent*, idem habet Onkelus, quare abſolute non dixerunt, comediſſe & bibiſſe, ſed tanta lætitia affectos, quaſi cumediſſent & bibiſſent? innuere videtur ita alacres fuiſſe ex Dei viſione, & quod accepta fuerint à Deo ſacrificia ſua, ac ſi opipare comediſſent, lauteque bibiſſent, *Non ſpernendus eſt*, inquit Ludouicus Iſtella, *horum verborum ſenſus quem innuit Targũ cum legit, & gauiſi ſunt in ſacrificiis ſuis quæ accepta fuerunt, quaſi comediſſent & bibiſſent: ſic ergo Deus ſe illis videndum præbuit, vt gaudium maximum ex eius viſione perceperint & ſatiati adeo Dei viſione, & alacres ac ſi comediſſent & bibiſſent.*

Ludouicus Iſtella.

Dei gloria in carnis maceratione & ieiunio.

62. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt & biberunt*, non dicuntur vidiſſe gloriam Dei, ſed Deum, quaſi illorum viſio non multum pertinuiſſet ad gloriam Dei: nihilominus cum dicitur paulo inferius quod aſcenderit montem ſecundo Moyſes, mentio fit gloriæ Dei, habes enim, cum aſcendiſſet Moyſes, habitauit gloria Domini ſupra Sinai, cur in iis noo nominatur gloria Dei: & nominatur quando ſolus Moyſes accedit, de eis equidem dicitur, videruntque Deum & comederunt & biberunt, forſan conuiuiis & D compotationibus ſobriis celebrantes & honorificantes feſtum Dei ſibi apparentis; de Moyſe autem ſolo aſcendente dicitur, *Quod fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, abſque vllo potu aut eſo: quod autem conuiuiis & potationibus, celebres Deum imperfectorum hic cultus & religio, illud magis ad gloriam Dei ſpectat, qood in maceratione & ieiunio adoretur diuinitas.

Ex conſolatione ſpirituali reſultat etiam in corpus lætitia.

63. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt de filiis Iſrael, miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt & biberunt*, neſcio cur hæc duo B coniunxit ſacer contextus, nẽpe vidiſſe Deum, & comediſſe? quæ enim connexio viſionis diuinæ & compotationis? nam abſtineotia & ieiunio ea obtinetur. nonne dicere poſſumus, ideo coniunctiooe copulatiua hæc duo connexa fuiſſe, ad innuendum ex conſolatione ſpirituali reſultare etiam in corpus lætitiam? annuit Seraphinus concl. 3. huius cap. *Viderunt Deum, ecce conſolatio ſpiritualis; comederunt & biberunt, ecce lætitia corporalis; nec mirum, nam corpus per animam regitur: vnde cum anima læta effecta eſt, naturali quadam concomitantia corpus quoque exhilareſcit, quod confirmat Pſalmiſta, cor meum & caro mea exultauerunt in Deum meum, en exultationem bonam carnis exultatio cordis cauſat, & alibi, in ipſo ſperauit cor meum C & adiutus ſum, & refloruit caro mea, en ex cordiali gaudio refloret caro bonorum.*

Seraphinus. Pſal. 83. Pſalm.

Imperfectiores diuinitus recreati adhuc terreſtrium memores, non item perfecti, ſed ad maximas virtutes eriguntur.

Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuam vi'eruntque Deum, & quid deinde ſequitur? *comederunt & biberunt*, verum cum aſcendiſſet ſolus Moyſes, vidiſſetque gloriam, quid de eo dicitur? an quod comederit, quod biberit? imo quod ibi fuerit quadraginta diebus totidemque diebus, nempe ieiunaos. quid hoc eſt? Moyſes Deum videt, & ex hoc ieionium exercet, Iſraelitæ alij præfati ſimiliter Deum vident, & ad bibendum & comedendum aſſurgunt, quomodo ex eadem cauſa varij effectus, nempe abſtinentia & com- D potatio? quia imperfectiores diuinitus recreati, adhuc ſunt terreſtrium memores, non item perfecti, qui inde ad maximarum amplexom virtutum eriguntur. obſeruatio eſt præfati Seraphini, in appendice dictæ concluſ. *Mira res! ex vna cauſa diuerſiſſimi procedunt effectus, at videas, quod videntium Deum alij ſunt perfectiores, vt Moyſes: alij ſunt imperfecti vt Iſraelitæ, quid inde? perfectiores magis Deum vident in tantumque de huius viſione gaudent, vt corporis quodammodo obliuiſcantur, ideo ad ieiunium accenduntur, imperfecti minus Deum minuſque de huius viſione gaudent, ac ideo poſtquam ipſum Deum viderunt ad corporalia licita citius reuertuntur; perfectiores tanquam aſſueti magis in Dei viſione*

C 4. Seraphin.

perſeuerant, ac magis perſeuerare ſatagunt: idcirco recreationum corporalium non recordantur, imo cum Propheta taliter affecto clamant, de neceſſitatibus meis eripe me Domine: imperfecti tanquam in hoc officio inexperti & magis adhuc corporeis aſſuefacti quid faciunt? diu in tali viſione perſeuerare nequeunt, ſed crebrioribus recreationibus ne frangantur indigent, vt rurſus ad videndum Deum exurgere poſſint.

Deus ſuam facientibus voluntatem propitius eſt.

65. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael, miſit manum ſuam.* Cald. *principibus filiorum Iſrael nullum incommodum fuit.* Nobilius nemo detrimentum accepit, nonne aſcenderunt in montem Dei? nonne Deum viderunt? nõne ſcrutator diuinæ maieſtatis ab ea opprimetur? quomodo ergo in nullo offenduntur? quomodo immanent illæſi? quia Deo obedientes montem conſcenderunt, *Propitius eſt* (inquit Oleaſt.) *Deus his qui faciunt voluntatem ſuam, ita vt impune ipſum etiam videant, qui autem curioſus eſt ſcrutator maieſtatis à gloria Domini opprimetur: in arenam deſcendit Iacob cum Domino, ſed quia humiliter premebat eum & vrgebat, licet facie ad faciem Deum viderit, ſalua tamen facta eſt anima eius.*

Oleaſt.

In gloria bonorum ſatietas.

66. *Nec ſuper eos qui procul receſſerunt ab eis, miſit manum ſuam viderũtque Deum*, vbinam? in mõte, Cyrill. mons cunctis peruius hominibus, cœlum ipſum eſt: quid poſtquam huiuſmodi montem conſcenderunt eis contigit? viderunt Deum, quo viſo comederunt & biberunt inquit textus: imo eo conſpecto, à cibis abſtinere debebant, quid enim obtenta Dei viſione aliud reſtat concupiſcendum, cum omnium ſit aggregatiu bonorum? non inepte additur poſt viſionem Dei adeptam, quod comederunt & biberunt, qua phraſi in gloria bonorum ſatietas adumbratur habenda; ſic breuiter annotat Anſelmus Laudunenſis, *In loco Dei manducant & bibunt, ſuauitatem ſaturitatemque ſignificantes in regno æternitatis.*

Anſelmus Laudun.

Non omnes eodem beneficio digni cenſentur.

67. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filiis Iſrael, miſit manum ſuam*, Noſter Lyran. exiſtimat hîc poſitionem Dei, ſignificare reuelationem ſui, ſicut ſubſtractionẽ manus, occultationem; ſicque ſenſus erit, non ſe ſubſtraxiſſe quantum ad viſionem, non à principibus nominatis, ſed ſolum à populo communi. Verum cur etiam populus hac Dei viſione non recreatur? cur ſolum Moyſes & Aaron & ſeptuaginta è plebe Iſraelitica? quia non omnes eodem beneficio digni cenſentur. fauet noſter Lyranus. *Secundum hoc populus communis non vidit Deum ſed tantummodo illi qui erant principales in populo, ſcilicet Moyſes & illi qui erant cum eo & principes tribuum.*

Noſter Lyran.

In eccleſia Dei non comedendum, non bibendum.

68. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant miſit manum ſuam, videruntque Deum & comederunt, & biberunt*, ſi ſanctitati loci aliquid deferendum, ſi reuerenter ſuſpiciendus & deuotè colendus, quomodo dicitur quod in monte Dei comederint & biberint? nonne arguebat Apoſtolus eos, qui in Eccleſia cibis indulgebant? nonne habetis domos ad comedendum & bibendum? ſi quis eſurit domi manducet: in quæ verba ait. Steuartius, addit notabilem huius ſalutaris admonitionis cauſam, ne grauem Dei offenſionem mortis, æternæ nimium, ſententiam incurrant, ſi in his quæ ad huius rei dignitatem ſpectant, officij non fuerint, prout decet, memores] cur ergo in monte Dei principes comedunt bibuntque? ne tibi perſuaſum habeas in eo comediſſe, ſed ſolum poſt deſcenſum, & ad caſtra regreſſum: quod annotat Card. Cajet. *Non in illa parte montis in qua adorauerunt Deum & viderunt, comederunt & biberunt, ſed ex tali viſione non impediti ſunt, quin libere comederent & biberent, & nihilominus quia rationi conſentaneum eſt vt hæc adoratio & viſio fuerit mane ante horam prandij, intelligi poteſt etiam reditus ad caſtra ad comedendum & bibendum.*

Steuartius. Cardin. Cajet.

Sanguis Chriſti Domini à malis nos liberat.

69. *Nec ſuper eos qui procul receſſerant ab eis, miſit manum ſuam, videruntque Deum*, nonne aliàs miſit manum ſuam, vel minatus eſt eam miſſurum, cum dixit quicumque montem conſcenderit morte morietur, lapidibus opprimetur, vel iaculis confodietur? quomodo ergo non læduntur in aliquo, imo omni gaudio circumfuſi, opipare comedunt? nonne ſanguine fœderis erant conſperſi, de quo ſanguine loquens Angelic. Doctor ait c. 9. Epiſt. ad Hebræos lect. 4. ſanguis ille fuit figura ſanguinis Chriſti per quem nouum teſtamentum confirmatum eſt. eum præiuit B. Athanaſ. cap. 9. Epiſt. ad Hebræos, lege B. Ambroſ. lib. 1. Epiſt. 2. ad Simplic. ne mireris ergo nunc licet montem conſcenderint, Deumque viderint, in nullo diſcrimen accepiſſe; ſanguis enim Chriſti à malis nos præſeruat & liberat, vt habet Abbas Rupert. cap. 43. lib. 3. *Antequam reſperſi eſſent ſanguine fœderis quod pepigit eum eis Dominus, miſerat manum ſuam ſuper eos, terribilem ac tremendam dicendo, omnis qui tetigerit montem morte morietur, lapidibus opprimetur, aut iaculis confodietur; nunc autem, quia fœderati, quia fœdere ſanguinis erant conſperſi, non miſit ſuper eos manum ſuam, nec prohibuit eos viſione ſua, qui præ timore ſuperius dicto procul receſſerant, terminóſque conſtitutos aſcendere non poterant.*

Doctor Angel. S. Athanaſ. B. Amb. Rupert.

VARIET. LECT. Verſ. 12.

Vlg. Dixit Dominus ad Moyſem, aſcende ad me in mõtem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata quæ ſcripſi, vt doceas eos. A

Cald. Aſcende in conſpectu meo in montem.

Biblia ant. legunt. Daboque tibi duas tabulas lapideas, vt doceas filios.

CONCORDIA.

VErum eſt antiqu. Bibl. *Duas* legiſſe, verum in emendatioribus non habetur, & vetera exemplaria SS. Germani & Dionyſij, conſentiente Complutenſi editione non legunt duas, ſicut nec filios Iſrael, ſed ſolum eos.

EXPOSITIO.

D*Ixit Dominus ad Moyſem*, per internam mentis inſpirationem, & poſt reditum ad caſtra, *aſcende ad me in montem*, puta in altiora montis Sina, *& eſto ibi*, non vna hora, vel vno die, ſed multo tempore, vt Moyſem de agendis poſtea diſponeret, Moyſes autem populum monuit de hac in monte mora contrahenda ne eis foret improuiſa, *Daboque tibi tabulas lapideas*, quas plures autumant ex Saphiro fuiſſe, *Et legem & mandata quæ ſcripſi*, id eſt legem & decem præcepta moralia, quæ tibi ore tenus dedi, ſed nunc in tabulis ſcripta conſignabo, in quibus dicitur lex B ſcripta fuiſſe, quia in ea ſcripta fuerunt principalia decem legis præcepta, porro tabulæ illæ per Angelum in Dei perſona apparentem atque loquentem, firmatæ ſunt, & inſcriptæ, igitur digitis Dei dicuntur mandata Dei decem conſcripta, & quia dixit Dominus, *quæ ſcripſi*, intelligi poteſt, vel quod nunc erant ſcripta in tabulis, vel cito ſcribenda, quoniam in ſcripturis ſæpe loquitur Deus de futuris per modum præteriti, propter certitudinem veritatis, *vt doceas eos*, quia obſeruare omnino oportet ni perire velint.

CONCEPTVS.

Rigor legum manſuetudine principis condiatur.

70. *Dixit Dominus ad Moyſem, aſcende ad me in montem*, & licet ſoli Moyſi hoc dictum fuerit, tamen certiſſimum eſt ſolum non aſcendiſſe, nam immediate poſtea dicitur, quod cum eo eum fecit aſcendere Ioſue: verum cum nihil ſit dictum à Deo de Ioſue aſcenſu, cur ſecum Moyſes eum fecit aſcendere? an timuit ſolus Deum conuenire? an montis præcipitia expauit? an feras obuias habere credidit à quibus Ioſue fortitudine foret liberandus? nequaquam, nihilominus prudentiſſime vbi legem excepturus, montem conſcendebat, comitem accepit Ieſum Naue, in cuius nomine ſanctitatis vnguentum parabat legalibus rigoribus, niſi enim rigor legum manſuetudi- D ne & benignitate principis condiatur, vix ſtatus reipublicæ poterit conſiſtere, neſcio ſi hanc veritatem contemplans Theophilus Antiochenus l. 2. ad Autolicum. *At mundus*, inquit, *veriſſima ratione cõparatur mari, quemadmodum enim mare ni ſubinde ſentiret & experiretur fontium fluminumque fœcundum influxum & alimentum caperet ex ſalſugine ſua, vſque dulcibus aquis diluta, iamdudum intercidiſſet: ſic & mundus ni haberet leges & Prophetas manantes, & ſcaturientes dulcedinem & miſericordiam, propter peccatum & malitiam quæ duo in ea potenter regnant, certe iamdudum interiiſſet.*

Theoph. Antioch.

C *Ab aliis ſe ſeparet qui meditaturus quæ de lege Dei proponere & docere debet.*

Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata vt doceas eos, quid. nonne cum eo erant Aaron, Nadab & Abiu, nec non Septuaginta ſeniores populi? cur igitur ſimul cum Moyſe montis cacumen aſcendere non iubentur, cum iam cœpiſſent conſcendere? nonne præcepta Dei & legem populo propoſiturus erat? ne tibi ergo ſit mirum, quod ſine eorum comitatu Deum conueniat, quia ab aliis ſe ſeparare debet, qui meditaturus eſt, quæ de lege ſunt, vt aliis aperiat. *Iubetur ſequeſtrare* (inquit Lippoman.) *ſe totum ab aliis omnibus tam plebibus quam principibus, & ſeſe familiarius applicare Deo ad contemplationem rerum diuinarum in loco ſolitudinis, vt Domino docente diſcat, quæ populum ſit mandata Domini docturus.* Lippom.

Lex diuina pretioſiſſima, omnibuſque anteferenda.

Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem Si omnia mundi bona hominibus conceſſurus eſſet, an tot mirabilibus ad ea admittenda inuitaret, ſicut ad legis ſuæ amplexum? recole enim quæ dicta ſuperius, & fateberis nec cum panem Angelo- 72.

rum in deſerto dederit, nec rum aquarum multitudinem ſitientibus, imo fere præ ſiti animam exhalantibus conceſſerit, non ea promiſiſſe, quæ ad legis receptionem intuemur; cur tot portenta, tot miracula in legis exhibitione? vt eam tanquam vtiliſſimam & omnibus bonis anteponendam ſuſciperemus, huius vtilitatem ſic deſcribit auctor Moyſis Viatoris lib. 8.

Lex optima rerum
Intemerata regit certo veſtigia ductu.
Non tibi ſpectatum rapidis fornacibus aurum,
Contendat pretio, nec te reſonantius vllum,
Perſonat argentum neque ſe carbunculus auſit
Luminibus conferre tuis, non vllus ab inde
Emerſus certare lapis, tu gemmea collo,
Torquis, honoratum quo ſe veriſſima dono,
Iactat libertas, regalis & geſtat in auro &c.

Virgo ſanctiſſima legem Dei peperiſſe videtur

73. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem*, ſecundum plurimorum (è quorum numero eſt B. Epiph. tract. de geminis) ſententiam, huiuſmodi tabulæ erant ex lapide Saphirino, quid indicat legem in Saphiro ſcriptam fuiſſe & hunc lapidem quaſi illam producere? non contemnenda reſponſio Procopij. Procop. *Saphyrus commonſtrat B. Virginem de qua vaticinatus Iob inquit, terra ex ipſa egredietur panis ſubter verſus eſt quaſi ignis locus Saphiri, lapides eius. quibus verbis deſignatur potiſſimum virginis corpus, & quod legem Dei pepererit.* Iob.

Lege potenter attrahimur.

74. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas*, nempe Saphirinas & legem nempe in eis deſcriptam, ſed cum vellet eam deſcribi in materia pretioſiſſima, vt eius pretium denotaretur, nonne adamas? nonne carbunculus ſuperant in valore Saphirum? obſerua quid proferat cit. Gazæus de Saphiro. Procop. *Saphirus*, inquit, *omnem vicinam materiam potenter attrahit*. en cur potius in Saphiro quam in quouis alio lapide pretioſo lex Dei ſcribitur? vt innueretur eius virtus & efficacia, ad animas hominum potenter & libere ad ſui amorem attrahendas.

Legem ne credas pernicioſam imo vtiliſſimam.

75. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem*, cur legē polliceris, vt abundent delicta & peccata augeantur? Rom. 5. ait enim B. Apoſtolus Romanor. c. 5. lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, ne ergo lex ſeruanda in tabulis ſcribatur, ſed potius in aquis, ne peccatum vires & augmentum accipiat. Verum quis negare & aſſerere præſumit legem in adiutorium & vtilitatem non fuiſſe datam? vt quia ipſi naturæ quodammodo inſerta ſunt iuſtitiæ ſemina, addita eſt lex cuius auctoritate & magiſterio, ingenium naturæ proficeret, ad fructum iuſtitiæ faciendum, ſicut enim natiuitas interit, niſi nutrimenta habeat, quibus adoleſcat; ita & naturale ingenium iuſtitiæ, niſi habeat quod reſpiciat, & veneretur, non facile proficit, & ægrotat, & ſuperuenientibus cedit peccatis, conſuetudine enim delinquendi premitur, ne creſcat in fructu, & per hoc extinguitur: verum obiectio non manet ſoluta, ſi enim lex ſubintrauit vt abundaret delictum, non videtur quod danda foret, ſed potius non admittenda, verum Ambroſ. hanc obiectionem diluentem audiamus Ambroſium in Epiſtol. ad Romanos. Prouidenter data eſt lex, ſed populus veterem ſequens conſuetudinem multiplicauit peccata, vſu enim ipſo cœpit plus peccare quam ante peccauerat; & ſic factum eſt, vt data lege non minuerentur, ſed abundarent peccata: Apoſtolus enim oſtendit, quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit, quomodo autem legis vitio creſcebant peccata quæ comminatur, ne peccetur, ſed ſubintraſſe dicitur, vt abundaret peccatum. Verum eſt, quia quaſi profutura intrauit, & cum humilitate; poſtea autem cœpit dominari iis quibus præceperat, ne peccarent, & peccabant: oſtendere enim cœpit lex abundantiam peccatorum, eumque interdixerat plus fiebant quam facta erant, igitur hoc modo vt abundaret delictum data eſt lex; commendans enim Apoſtolus fidem per quam vtique peccata delentur, legem dicitur feciſſe vt abundarent peccata, quæ non data eſt vt abolerentur peccata ſed vt abundarent, dum ante legem peccatores oſtendit, & poſt legem reos omnes tenuit, vbi autem abundauit peccatum ſuperabundauit gratia, manifeſtum eſt, quia cum abundaret peccatum, ſicut dixit, ſuperabundauit gratia, dum donum Dei venit ex promiſſione & omnium peccata contexit, vt inuidia Diaboli doleat ſe nihil profeciſſe? quia enim cum data eſſet lex ad vtilitatem humanam, id egit Diabolus vt ſuadendo illicita inuerteret, vt quod profuturum datum erat in contrarium proficeret, dum mandata concepta ſunt, vt non vtilitas de lege commendatio gratiæ Dei, ſed iudicium ad vindictam procederet.

Docenda ſunt præcepta quæ docuit Dominus.

Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mandata vt doceas eos, ſi iuſtus eſt Moyſes, & nihil niſi æquitati conſentaneum ſtatuet, cur in ſua poteſtate non eſt poſitum, mandata populo imponere, legem præſcribere, ſed vult Deus, vt ea quæ ſcripſerit, populum doceat? quia non alia docenda ſunt præcepta quam quæ docuit Dominus, *Non Moyſes, non Apoſtoli*, inquit Venerab. Beda tractat. de Tabern. cap. 1. *Non quilibet doctorum alia debet populum Dei docere præcepta quam quæ docuit Dominus, quæque conſilij ſui decreto nobis obſeruanda præſcripſit, & in quorum obſeruatione vitam eos habere æternam voluit, ſicut nec* 76.
Venerab. Beda.

do illis quæ fieri iuſſit, doctores quicquam prætermittere oportet, ſed omnia quaecumque ille mandauit ſuis neceſſe habent committere auditoribus.

A

Amore Dei & virtutis, temporalia non ſentiuntur incommoda.

77. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi*, in eo per plurimos dies manſurus, quid? nonne ille mons tribulis & ſentibus fertilis? quis frumento & vino fœcundum eſſe dixit? ſi ergo iubes eum conſcendere, & in eo commorari, maximo temporis ſpatio, cur ſimiliter non præcipis vt cibos ſecum deferat, cum nulli in eo reperiri debeant? & tu ô Moyſes cur cibi potuſue curam abiicis? nonne fame conſumeris? præuide futuram indigentiam? non B præuidet, imo nec deinde ſentit, amore enim Dei, quo Moyſes flagrabat, temporale non ſentiebat incōmodum: pro quo eleganter Tertullianus lib. de idololatria fatur. *Nemo eorum quos Dominus adlegit, non habeo dixit, quo viuam, fides famem non timet, ſcit enim famem non minus contemnendam propter Deum quam omne mortis genus, didicit non reſpicere vitam quanto magis victum?* vt ſanctorum eſt hominum pro Deo vitam contemnere, ſic illorum eſt victum deſpicere, famem non præuenire.

Tertull.

Niſi Chriſto Ieſu Domino ducente & aſpirante, nullus poteſt eſſe diſcipulus Dei.

C

78. *Aſcende in montem ad me, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem*, vnus Moyſes vocatur à Domino, vt excipiat legis diſciplinam, nec tamen ad Dei ſcholam ſolus aſcendit Moyſes, ſed Ioſue ſecum habet comitem: cum à Deo non videatur vocatus Ioſue, cur ſine eo non aſcendit Moyſes? quia niſi Ieſu ducente & aſpirante, nemo Dei diſcipulus legiſque diuinæ auditor eſſe poteſt, tibi profero D. Ambroſij teſtimonium in Pſalm. 47. ſic dicentis. *Moyſes ille peritus in omni ſapientia Ægyptiorum, in montem aſcendit, atque in nubem intrauit, vt operta & occulta cognoſceret, adhærente ſibi ſocio Ieſu: quia nemo ſine vero Ieſu poteſt incerta ſapientia & occulta comprehendere, & ideo in ſpecie Naue Ieſu veri* D *Saluatoris ſignificabatur affutura ſapientia, per quam omnes fierent dociles Dei*, vane de Moyſis diſciplinis gloriatur, qui Ieſum non habet, quando nec ipſe Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum peritus, niſi de Ieſu ſocio non poterat, ad diuinam legis ſcholam peruenire, nec fieri diſcipulus Dei.

B. ambr.

In via virtutis non ſiſtendum, ſed vlterius progrediendum.

79. *Aſcende ad me in montem*, Moyſes iam in monte conſtitutus erat, cur ergo ad aſcendendum vlterius euocatur? qui enim ad aliquem peruenit locum, ſuperflua eſt iuſſio, vt illum petat, Seuerus in cat. Græca, non in montem tantum quem iam aſcenderat, ſed ad me, inquit, vt ſublimem adhuc aſcenſum proponat, cur ſublimior adhuc aſcenſus ei proponitur? quia nullus apex tam ſublimis attingitur, quin non reſtet adhuc ſublimior attingendus, neſcio ſi ad hoc reſpiciens Salomon Prouerb. 4. ait, iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectam diem, quem locum explicans B. Dionyſius Areop. cap. 4. de diuinis nominibus, videtur ſe noſtro accommodare inſtituto, ait enim. *Dicendum eſt vt intelligibilis lux bonum ipſum dicitur, quod omnem ſupercæleſtem ſpiritum ſpirituali impleat luce, omnemque ignorantiam pellat, erroremque abigat ex animabus, quibus ſe inſinuauerit, eiſque ſacra lucis conſortia tradat, ſpiritualeſque illarum oculos purget, obductamque ignorantiæ caliginem tergat; traditque illis primum quidem exigui conſortis luminis, deinde vbi illa deguſtauere lucem, maiorique eius tanguntur deſiderio, ſeſe eis magis infundat, & copia vberiore lucis infulgeat, quia dilexerunt multum ſemperque ad anteriora intendat, quantum aſpirari ad ea pro captu poſſunt*, pende, *ſemper ad anteriora intendat*; non vult Deus vt aliqua virtutis via ſed ſemper vt progreſſum in ea faciamus, nec non ad anteriora tendamus; debet enim virtus ſicut aurora creſcere, deinde procedere vſque ad perfectum diem.

Seuerus ſulpicius

Dionyſ. Areop

Qui docturus eſt iuſtitiam Dei, in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet.

8 *Aſcende in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem & mandata, vt doceas eos*, quid neceſſe fuit in montem conſcendere, vt in eo acceptam legem alios doceret? nonne etiam ſi in valle conſtitutus accepiſſet, potuiſſet alios de illa inſtruere? bene iubetur Moyſi montis conſcenſus, vt accepta lege, alios informet, quia qui docturus eſt iuſtitiam Dei, & eius præcepta, non in valle ſtare, ſed in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet. hoc exprimit Auctor Imperfectus homilia 9. in Matth. qui explicans illa verba Euangelij loquentis de Chriſto Domino, aſcendit in montem, ait, *Vt oſtendat nobis quoniam in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet, qui docet iuſtitiam Dei, qui docet, verborum ſuorum ſit ipſe exemplum vt magis opere doceat quam ſermone, qui autem ambulat per conuallia vitæ terrenæ, & loquitur altos ſermones non alterum inſtruit, ſed ſeipſum caſtigat: nemo enim poteſt in valle ſtare, & de monte loqui, ſi in terra eſt animus tuus, vt quid de cælo loqueris? ſi autem de cælo loqueris, in cælo conſiſte.*

Auctor operis imperfecti nc.

Diſcipulus

Diſcipulus boni magiſtri debet eſſe imitator.

81. *Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem, & mādata, vt doceas eos,* quod in montem aſcendent alios docturus, non miror, quia aliorum doctor in altitudine ſpiritualium virtutum conſiſtere debet. Verum vt audiat verba Dei & illius ſermones excipiat, & præcepta attendat, cur debet eſſe in monte? quia ſicut præceptor eius nempe Deus in cacumine montis conſiſtebat, ſic Moyſes diſcipulus altitudinem montis petere debuit, diſcipulus enim magiſtri in virtute eminentiſſimi debet eſſe imitator. Sic erudite præfatus Auctor Imperf. *Qui audit iuſtitiam Dei, ideo debet in altitudine bonorum operum conſiſtere, quia diſcipulus imitator debet eſſe magiſtri: ſi autem in peccatis viuas & audias iuſtitiæ verba, iudicium tibi non ſalutem acquiris, audis vt quid doctorem appellas, cuius non vis eſſe diſcipulus?* Citatus Auctor operis.

A mala ſuſpicione nos reuocat Deus.

82. *Aſcende ad me in montem, daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* cur daturus legem, eam illi pollicetur? nonne potuit, nulla pollicitatione præuia illi tribuere? expectatio enim alicuius eximij promiſſi quodammodo animum affligit. Voluit prius polliceri, ſed qua de cauſa? vt tam fauſtum nuntium annuntiaret populo. Cur populus ſit certior de promiſſione legis à Deo ſcribendæ? ne ſi à Deo datam neſciret, ſuſpicaretur eſſe Moyſis, eamque haberet contemptui. *Ne ſuſpectam legem poſtea haberent, manibus Moſeh delatam,* inquit Oleaſt. *prædicit Dominum ſe eam illi daturum.* Oleaſt.

Euangelium contra omnes iniurias firmiſſima defenſio.

83. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi; daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* cur tabulas lapideas in quibus lex eſſet deſcripta? nonne ſufficeret in papyro, aut pelle ſcriptam eorum populo delatam annuntiari? Audiamus quid reſpondeat Seuerus in Cat. Græc. *Nec tabulas pollicetur ſimpliciter, ſed lapideas, nec quales iam Moyſes acceperat, ſed quæ digito Dei ſcribendæ erant, nempe Euangelium contra iniurias omnes communitum ſtabile.* Seuerus.

A

Timor incuſſus efficax eſt ad reprimendas conſuetudines peſſimas.

84. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas, & legem:* Cum ore tenus data eſt lex, quid horrore plenum non auditur, & viſitur? recolite quæ cap. 20. referuntur, & nihil non inuenietis, quin ſit timoris incuſſiuum. Quomodo nunc cum ſcripta præmittitur, Deus videtur? montem conſcendunt ſeniores? Moyſes ad illius verticem peruenit? quia cum primo nempe ore tenus data eſt lex, adhuc populus varijs abductus erroribus detinebatur, timore ergo tunc concutiendus erat, vt hoc medio peſſimæ illius conſuetudines frænarentur. B Conſentit Guill. Pariſ. tract. de Leg. cap. 1. *Dat eis legem cum horrore magno, non enim poterant abduci, imò abrumpi ab inueteratis moribus, niſi in oſtenſione magnalium, & timore magno, propter quod omnipotentem in oſtenſione magnalium, & terribilem in ardore ignis, in vocibus & clangore buccinæ, ſe eiſdem exhibuit & oſtendit: multum enim efficax eſt vis timoris ad mitiganda corda, ad exterminandas veteres conſuetudines, & mirabiliter eſt humilians corda dura, atque ſubijciens imperio eius qui timetur.* Guillel. Pariſienſ.

C

Qui alijs præeſt, pluries ad Deum in oratione aſcendere debet.

85. *Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, daboque tibi tabulas lapideas:* Quoties iam montem aſcendit? hic eſt enim tertius aſcenſus, inquit Hugo Victor. primus fuit in die quo venerunt in montem Sina, in quo admoniti ſunt Iſraelitæ de purificatione ad ſuſcipiendam legem tertia die: ſecundus fuit poſt audita decem mandata à Domino, ad audiendum iudicia, quæ huc vſque narrantur. Modo tertio aſcendit, cur toties Deum in aſcenſu montis conuenit? nonne omnium conſtitutus erat D Iſraelitarum princeps? ergo toties ad Deum in montem conſcendat, qui enim alijs præeſt, pluries Deum in oratione debet conuenire. Quia, vt inquit Gregorius Magnus in ſuo Paſtor. *Magna ſublimitas magnam debet habere cautelam, honor grandis grandiori debet ſollicitudine circumuallari. Et ideo plura à Deo, & pluries in oratione petere debes, vt ſuo ſatisfaciat muneri.* Hugo Victor. S. Gregor. Magn.

VARIET. LECT. Verſ. 13.

VVlg. Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, aſcendenſque Moyſes in montem Dei.

Sept. Et ſurgens Moyſes & Ieſus qui adſtabat, & aſcenderunt in montem Dei.

Cald. Et aſcendit Moyſes in montem, in quo reuelata fuerat gloria Domini.

eſt Deo Moyſes cum ille incredulus, præſentem non intuemur Ioſue, qui à latere ipſius S. Ambroſ. non diſcedebat. Erudite D. Ambr. lib. 12. Officior. cap. 20. ſic talem miniſtrum extollit, *Cum in Dei tabernaculo diuina reſulgeret præſentia, & videretur maieſtas Domini, ſolus erat in tabernaculo Ieſus Naue, Moyſes tum Deo loquebatur, Ieſus pariter nube tegebatur ſacra, Presbyter & populus deorſum ſtabant, Ieſus cum Moyſe ad accipiendam legem aſcendebat: omnis populus intra caſtra erat, Ieſus extra caſtra in tabernaculo teſtimonij, cum columna nubis deſcenderet, & loqueretur cum Moyſe, quaſi fidus adſtabat miniſter, nec exibat de tabernaculo iuuenis tum ſeniores longe poſiti diuina trepidarent miracula, vbique igitur inter admiranda opera & reuerenda ſecreta ſancto Moyſi indiuiduus adhærebat.* Deinde paucis intermiſſis ſic concludit, *quod Moyſi negatum eſt, ſolus eligitur, vt populum introduceret in terram repromiſſionis:* preme illud, *quod Moyſi negatum eſt, &c.* ſolus quippe Moyſes punctus eſt negatione ingrediendæ terræ promiſſionis, quam mulctam Ioſue euaſit: præclarus ſanè miniſter qui nunquam non Moyſen ſecutus fuit, niſi vbi Moyſes deliquit, & metuit repulſam.

Miniſtri plures poſſunt eſſe viris in dignitate conſtitutis.

89. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c.* Verum quamuis tunc Moyſes ætatis annum iam ageret octogeſimum primum, cum enim de ſuorum Iſraelitarum liberatione cum Pharaone cœpit agere, annorum erant 80. annus autem ea in re plagiſque inferendis conſumptus fuit; tamen illa ætate & totis vndequadraginta annis poſt adeo bonis firmiſque viribus fuit, vt nec ei oculus caligaret, neque pes vacillaret Deuteronomij vltimo verſu. Deut. vltimo. Quorſum igitur ei miniſter? neque enim mollis, nec delicatus erat, vt abſque neceſſitate, alienis aut manibus aut pedibus vti vellet: etvero duos habebat filios ipſo Ioſue ſeniores, eorum officio ſi quid virium imbecillitas requiſiſſet obſequij, vti ille potuiſſet, & licet vnicus miniſter ei concedi potuiſſet plures alios habuit, vt vidimus in conceptu præcedenti: cur tot ſtipatus ſeruis vir ſanctus, & qui viribus pollebat? Philo. quid ait Philo lib. 1. de Moyſe, *Rex erat ipſe Moyſes, Legiſlator, Pontifex & Propheta:* Quid mirum igitur ſi plures habuerit ſeruos? neceſſitas enim negotiorum quibus vacabat, & tanta dignitas plures exigebat. Multa enim ijs qui eum imperio multitudini præſunt, curanda ſunt, multi audiendi, multa cognoſcenda, imperanda, ſignificanda, conſtituenda, non poſſunt vnius hominis oculi, aures, lingua, manus, pedes tot tantiſque rebus ſufficere, alieno & auxilio opus, vt quod per ſe non poſſunt, per alios efficiant. Habet etiam apud homines maieſtatis, & dignitatis aliquid ipſa miniſterij copia, quemadmodum ſi ad res quaſpiam bene aptcque gerendas idoneorum adſit inſtrumento-A rum facultas, quemadmodum tamen ineptus, & ridiculus foret artifex, qui cum duobus aut tribus inſtrumentis, ſuas optime commodiſſimeque res agere poſſet, viginti aut triginta vteretur; imo non vteretur, ſed magno cum onere, & ſumptu circumferret, ea oſtentaret; ijs ſe ſo iactaret. Ita & eorum ridenda ſtultitia, qui famulorum nihil aut neceſſariorum, aut vtilium agmina, vel impedimenta potius magnis impenſis fructuque nullo alunt, & huc & illuc ſecum deferunt, Moyſes igitur quia tantus ipſe, tamque varijs & vtilibus diſtinguebatur negotijs, miniſtros aliquos habuit, ſed neceſſarios tantum, & vtiles, qui non ob inanem pompam eum vndique ſtiparent, ſed ei ad neceſſitatem moderatumque tantarum quas gere-B bat perſonatum honorem, foris domique adeſſent.

Maximus honor viro iuſto miniſtrare.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, 90.
&c. Non equidem animum induxerim, vt hoc ideo tantummodo litteris proditum exiſtimem, quia illius miniſter fuit, nam hoc epitheton non ſemel tantum, ſed iterum iterumque Exod. 33. Num. 11. Deuter. 1. & Ioſue 1. repetitur, cum igitur alijs eximijs gauderet titulis cur his non honoratur? nonne potuit dicere ſacer contextus, ſurrexerunt Moyſes & Ioſue dux bellicoſiſſimus, Amalechitarum victor inclytus? cur ergo ſolum no-C minatur miniſter Moyſis; cum hæc appellatio in ſuam cedere gloriam minime videatur? ne dicas in eius honorem non cedere, glorioſum enim eſt viris iuſtis miniſtrare, magnum enim videtur Principis alicuius eſſe miniſtrum, regi cuſpiam eſſe à cubiculo, à manu, à pedibus, ac multo ſane maius Moyſi miniſtraſſe, qui verus ſui ipſius Rex, ſummus Dei amicus, Pontifex, & Propheta fuit.

Qui pijs famulatur, pius & virtuoſus euadit.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, 91.
&c. Alio inſigniatur titulo, vt qualis fuerit Ioſue innoteſcat: ſolum miniſtrum Moyſis dicit, forte vt intelligeretur, vnde tantus D tamque inſignis virtutis euaſerit Ioſue: quemadmodum enim qui dominis adſunt impijs, eorum ferè motibus imbuuntur, & qui picem tangunt, ab ea inquinantur, ita qui pijs Deumque colentibus, induſtrijs & ſapientibus famulantur; aliquid eorum etiam pietatis, Domini timoris, induſtriæ ſapientiæque condiſcunt, & imitantur. Quomodo enim tantum quotidie omnium virtutum exemplar videret Ioſue, neque inde quidquam proficeret? quomodo tantum religionis, iuſtitiæ, ſapientiæ, comitatis ante oculos propoſitum ſemper lumen haberet, neque illo, ipſius vita moreſque omnes illuminarentur? videt Moyſis in precibus aſſiduitatem, & ardorem, videt in rebus dijudicandis ſolertiam, & æquitatem, in con-

ficiendis negotijs curam, & diligentiam, in A reſponſis dandis hominumque animis tractandis prudentiam, & lenitatem, &c. Sicque & quod præſens tum admiraretur, & poſtea in omni vita imitaretur. Quod confirmat Beatus Ambroſius loco citato, (S.Ambroſ.) *Oſtendant adoleſcentes eorum ſe imitatores eſſe quibus adhæſerint, & ea conualeſcit opinio, quod ab his acceperint vitæ ſimilitudinem cum quibus conuerſandi hauſerint cupiditatem, inde tamus Ieſus Naue, quod non ſolum eum erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula, verum etiam ſanctificauit ad gratiam.*

In his quæ ſunt Dei, ſummo mane vigilandum.

92. *Surrexerunt Moyſes & Ioſue miniſter eius &c.* An humi iacebant? an alicubi ſedebant? B nequaquam hoc dicitur: cur igitur de eis aſſeritur, quod ſurrexerint? Cardinalis Cajetanus ait, (Cardin. Cajetan.) *Dicendo ſurrexerunt, innuit quod mane ſurrexerint à ſomno, ad hoc vt aſcenderent.* Et hoc facile crederem, quod ſummo mane à ſomno excitati, montem conſcenderent, quia in his quæ ſunt de Dei obſequio, non pigritandum, ſed etiam ſummo diluculo inuigilandum.

Sine Ieſu profunda legis, & myſteria eius non intelliguntur.

93. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c.* Nullus tecum aſſumendus videtur, cum tibi dixerit Deus, aſcende ad me in montem, C alijs etiam ſenioribus in caſtris derelictis, imo & fratre tuo Aarone: cur ergo legem à Deo accepturus, miniſter tuus, & ille Ioſue eligitur? prudenter equidem, nam ſine Ieſu profunda legis, & myſteria eius non intelliguntur. Annuit Seuerus in Cat. Lipp. (Seuerus Sulpitius.) *Cum interiorem ſcripturam ſpiritualem dico ſenſum, & profunda legis accepturus eſſet Moyſes, Ieſum Naue ſecum aſſumpſit, qui figuram Ieſu Domini, & Seruatoris noſtri gerebat, neque enim ſine Ieſu profunda legis, & myſteria Euangelij intelligi poterant.*

Ieſus in veteri teſtamento, vel typicè, vel manifeſtè deſignatur.

94. *Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter eius, &c.* D Ecce Ioſue quaſi repente cum Moyſe apparet, & cum illo montem conſcendit, & ſubito obuoluitur ſilentio, licet tamen, vt diximus, in rectè actis cum Moyſe ſemper reperitur. Quid hoc eſt? niſi quod Ieſus in veteri teſtamento aliquando typicè, aliquando manifeſtè deſignatur. *Ioſue miniſter Moyſis,* inquit Venerab. Beda (Ven. Beda) tractatu de Tabernaculo capite primo, *Dominum Saluatorem, & nomine deſignat & actione, qui miniſter Moyſi rectè vocatur, qui apparens in carne Moſaycæ legis in ſe cæremonias ſuſcipere dignatus eſt, quia non ſoluere legem, ſed venit adimplere, Moyſi in omnibus veſtigia ſequitur, quia in cunctis quæ ſcribit vel loquitur Moyſes ille vel typice, vel manifeſte deſignatur, quaſi comes indiuiduus ſi bene quæritur, inuenitur.*

Deus euehit quos humillimos probauit.

Surrexerunt Moyſes, & Ioſue, aſcendenteſque Moyſes in montem, vt Deo familiariter colloqueretur, quod ſane maxima puri hominis exaltatio, fratri eius maiori negata. Cur ita euenit? reuoca in memoriam maximam Moyſis humilitatem, pluries enim ex animi demiſſione Deo reluctatus. Ne ſibi honorẽ principatus oblatũ admitteret. Obſecro Domine mitte quem miſſurus es, &c. Quid eſt quod Moyſes toties Dei voluntati reſiſtit? & vna difficultate reiectâ, alteram ſtatim inueniat? & quorſum Deus illius toties renutum ſpectat, & ſuſtinet? ab illius honore, cur non ſtatim reijcit? & Aaronem non eligit, qui ipſius coram Pharaone, & populo legatione fungatur? vel à principio, cur non illum Moyſi præbet in munere ſocium, vt ſic Moyſen ad principatum trahat, & importunis eius reſponſis, & geminatis imperij dedignationibus aditum intercludat? prouide ſatis, & ſapienter in hoc cum Moyſe congreſſu ſe geſſit Deus, vt cauſam exhiberet; quare cum Aaron natu prior eſſet, quàm Moyſes, non illum, ſed hunc ad tantam gloriam deſtinaret; ſi in aliquo ordine Moyſes fratre maiore non iret anterior, cum Aaron tum pius, & iuſtus, tum primogenitus exiſteret; abſque cauſa Deus Moyſen illi videretur præponere, vt ergo vtroque inter ſe collato, Moyſis virtus excelſior ſplendeat, & ſic cur maiori fratri, eique iuſto Prælatus appareat: Nam ex duobus, alijs excellentiæ circumſtantijs de medio repulſis, qui virtute excedit, præcedere debet dignitate & primatu. Decreuit Deus vt omnipotẽtia ſua in Moyſe honorando cũ illius humilitate in palæſtrã deſcenderet; ideo eum toties Deus honore, & maieſtate expugnat, gloriæ iaculis appetit, poteſtate & dominio arietat, vt Moyſes intra ſuæ vilitatis arcem ſe recipiendo, & ſuæ fragilitatis clypeum tot authoritatis incurſibus opponendo, mira eius humilitas ſtuporis cunctis præbeat ſpectaculum & obedientiæ, cum tandem inuiſo potentiæ iugo, ceruicem ſupponit. Quod quidem in fratre Aaron non euenit. Quem cum Deus ſocium maieſtatis adiungeret, reſiſtentiæ vel humilitatis nullum ſpecimen præbuit; ſed ſtatim tanto oneri, & honori occubuit voluntarius. En diuinum ingenium, vt nota cauſa eſſet quare ex duobus pijs fratribus, & Deo gratis minor maiori præhabeatur, & ille à Deo exaltetur, vt ei in monte loquatur. Nempe quia Moyſes altioris virtutis, & excelſioris humilitatis inſigne extulit, & obedientiæ ſigna. Auſcultare Ambroſ. in Pſalm. 118. (S. Ambroſ.) *Deſpectus erat Moyſes, nec ſibi idoneus videbatur, cum ad liberandum Hebræorum populum mitteretur, ſed facilius iſte deſpectus eligitur.*

VARIET. LECT. Verſ. 14.

VVlg. Senioribus ait, expectate hic, donec reuertamur ad vos, babetis Aaron & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos.

Sept. Quieſcite hic donec reuertamur ad vos, & ecce Aaron & Hur vobiſcum, ſi cui acciderit iudicium, adeat ad eos.

Cald. Quicumque habuerit iudicium, accedat coram eis.

A *Onk.* Qui habuerit cauſam, veniat in conſpectu eorum.

Pag. Quiſquis habuerit cauſas, accedat ad eos.

Mont. Sedete vobis in hoc, &c. quis Dominus verborum accedat ad eos, *ſic etiam Vatablus.*

Oleaſt. Si quis ſuperior verborum.

CONCORDIA.

SCite admodum noſter Vulg. hunc Hebraiſmum מי בעל דברים יגש אלהם mi bahal debarim iggas alehem, qui Dominus vel ſuperior verborum accedat ad eos: B recte inquam reddidit per hæc verba, ſi quid natum fuerit quæſtionis referetis ad eos.

EXPOSITIO.

SEnioribus ait, nempe ſeptuag. ſupra nominatis, necnon Aaron, & filijs eius, expectate hic nempe in caſtris ad quæ redierant, donec reuertamur ad vos, Ioſue enim mecum egredietur cui manna illi cibus potuit eſſe Moyſem expectanſ, *habetis Aaron & Hur*, qui Mariæ maritus fuit, hi erunt iudices, & præſides veſtri, *ſi quid natum fuerit quæſtionis referetis ad eos*, in arduis, ſi quæ ſe offerant ſicut ad me ſi præſens adeſſem, ſic ad illos lites deducite, ipſi quid præſtandum ſit deffinient.

CONCEPTVS.

Chriſti D. & Spiritus ſancti auxilium neceſſarium in diuinis litteris explicandu.

95. *Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos*: cur ſi quid difficile in reſolutione proponatur ab Iſraelitis, conueniendi ſunt potius Aaron & Hur, quam Nadab & Eliu, vel aliqui alij ex ſeptuaginta ſenioribus? per Aaron Chriſtum Dominum intelligit Petrus Damianus opuſcul. 38. qui eſt de ſancto Luca, & per Hur Spiritum ſanctum. En cur potius, ſi quæ quæſtio difficilis oriatur conueniendi ſunt Hur & Aaron, quam alij! quia Chriſti Domini, & Spiritus ſancti auxilium neceſſarium eſt in aperiendis ſcripturarum difficultatibus. Refero verba eit. Cardin. *Adſit vtinam Aaron, id eſt mons fortitudinis Chriſtus, adſit & Hur ignis, ille videlicet qui eſt ipſe de quo ſcribimus, Spiritus ſancti, vt per nos etiam minimum videlicet Eccleſiæ ſuæ membrum, quod nonnullos latet, aperiat, & huius quæſtionis nodum, quaſi quoddam myſtici libri ſignaculum clauis Dauid Chriſtus abſoluat:* Audiant ſcioli, audiant praui doctores qui iniquitatis frigore correpti, & imbecilles ingeC nij hebetudine onerati, ſola ſuperbia armati, irruere in diuina audent, nec Chriſti opem quærentes, nec diuinæ gratiæ munimine fulti; nullus ergo in ſacrarum litterarum ſenſibus eruendis fidat ingenio, fidat acumini, obtuſum quodlibet acumen eſt, ſi Spiritus ſancti lumine deſtituatur: vide perfidorum hæreticorum errores, in quos fœdiſſime lapſi in ſacrorum Bibliorum explicatione, & hoc ſubſignabis. Igitur qui exponere ſacros libros parat, Chriſti auxilium poſcat, diuinique Spiritus ardorem.

Petrus Damianus c. 1.

Si qua tentatione grauamur, ad Chriſti Domini, & Spiritus ſancti gratiam recurramus.

D *Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos*: ſi quid difficultatis contigerit, Hur & Aaronem conſulite: quænam illa difficultas quæ compellere nos poteſt, vt hos duos viros conſulamus? Si ex Sancti Petri Damiani ſententia dictum fuit, Aaronem denotare Chriſtum, ſicut Hur Spiritum ſanctum, reſpondere pote- 96.

rimus hanc difficultatem grauem eſſe tentationem grauiter nos prementem, & quæ reijci non poteſt, niſi Chriſti Dom. auxilio & gratia Spiritus ſancti adiuuemur. Id habet Stephanus Cantuar. Stephan. Cant. apud Tilm. *Aaron habitaculum fortitudinis eſt Chriſtus, Hur ignis Spiritus ſancti, quorum cuſtodiæ commendamur à Patre, & ſi qua quæſtio, id eſt nos grauat aduerſitas, aut pulſat tentatio, ad eorum ſuffragium recurramus: nec dubium ſi perſiſtimus, per montem fortitudinis infirmitas roboratur, & per gratiam Spiritus ſancti ignorantia illuſtratur, vnde bene in remedium contra hæc duo habemus auxilium Filij, & Spiritus ſancti, vt dicamus, Dominus illuminatio mea, contra ignorantiam, & ſalus mea, contra infirmitatem.*

Si amore Dei & proximi firmemur, nihil timendum habemus.

97. *Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis referetis ad eos:* Quid quæſo per Aaronem & Hur, præter ea quæ à nobis dicta ſunt poſſunt intelligi? per Aaronem amor Dei, quia mons fortitudinis interpretatur, & quis eſt mons fortitudinis, niſi amor omnipotentis? vis noſſe quam fortis mons iſte ſit, charitas, ait Apoſtolus, nunquam excidit, & charitas omnia ſuffert: 1. Corinth. Hur qui lumen ſiue ignem ſignificat, amorem proximi nobis euidenter inſinuat, quod enim amor proximi lumen ſit, Ioannes oſtendit, dicens, qui diligit fratrem in lumine manet. Verum licet Aaron adumbret amorem Dei, ſicut & Hur amorem proximi: quid denotatur Iſraelitis, quod in abſentia Moyſis recurrant ad eos, ſi quid quæſtionis natum fuerit? forte quod ſi tanto duce abſente, ſuos quidam occupet animos timor, nihil tamen ſibi pertimeſcendum erit, ſi Dei & proximi amore firmentur. Hoc docet Galfridus in Alleg. Tilm. Galfridus. *In Aaron & Hur amorem Dei, & proximi accipite, quia in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ: nihil eſt quod timeatis, ſi tales conſiliarios vobiſcum habueritis.*

Inter viros probos, contentio & lites oriri non debent.

98. *Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis referetis ad eos:* an Moyſes loquitur ſenioribus, vel potius populo, cum ait, ſi quid natum fuerit quæſtionis ad eos recurrite? vel vt ait Cald. ſi quis habuerit iudicium accedat ad eos? Tenet Abulenſ. ſermonem habuiſſe ad populum, non autem ad ſeniores. Verum cur non loqueretur etiam ſenioribus? nonne potuit litigium oriri inter eos, & ſic opus habere iudice iuſtitiam adminiſtrante? poteſt equidem, tamen regulariter inter viros iuſtos contentio, & lites non oriuntur, at è contra inter plebeios, & ſic eis, non autem alijs Moyſes loquebatur. *Hoc erat,* inquit Abulenſ. quæſt. 17. Abulenſ. *quantum ad diſpoſitionem populi potius (ſcilicet quod ſi natum fuiſſet quid quæſtionis ad eos referre deberent) cui Aaron & Hur præeſſe debebant, dum Moyſes abſens erat: nam inter ipſos ſept. viros ſeniores qui erant viri probi, non credebat poſſe naſci aliquod ſcandalum, aut quæſtio, in qua ad iudices recurrere deberent, ſed intelligebat de popularibus qui viri imperfecti ſunt, & inter eos frequenter quæſtiones oriuntur, quæ à iudicibus determinationem accipere debent, & his præeſſe volebat Hur & Aaron.*

Viri licet iuuenes ſi maturi ſint conſilij, ſenes cenſentur.

Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, &c. & ait, expectate hic, ergo filij Aaron, nempe Nadab & Abiu tecum montis verticem poſſunt conſcendere, non enim de numero ſeniorum ſunt, nam præter eos, ſunt ſeptuag. ſeniores, tum etiam quia ſenilem minime attigerunt ætatem: tamen cum locutus eſt ſenioribus Moyſes, etiam filios Aaron comprehendit, licet iuuenes, quia maturi erant conſilij & viri prudentes. Fauet Abolenſ. *Ipſi licet non eſſent de numero ſeniorum ſeptuaginta ipſi tamen vocantur ſeniores, quia ipſi erant viri maturi conſilij.* 99. Alphonſus Toſtatus.

Iudices & hi prudentiſſimi ita neceſſarij reipublicæ, ſicut & corpori anima.

Habetis Aaron, & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis referetis ad eos, Quaſi diceret, eos me abſente in litibus veſtris dirimendis, iudices habebitis: verum cum tibi incognitum ſit, quanto temporis ſpatio, moram in monte contrahes, forte enim breuiſſimo permanebis, ſuperſede à iudicum inſtitutione: imo nec ſuperſedeas, iudices enim ita neceſſarij regimini populi, ſicut anima corpori; & ſicut anima nec paululum abeſſe poteſt à corpore, quin reddatur exanime, & omni deſtitutum vitali actione, ita ſi iudices abſunt à republica omnia in pernieiem ruent, & nullus ordo reperietur: Toſtatus teſtis eſt Abulenſ. huius veritatis, *Nihil magis neceſſarium quam iudex eſt, quia iudex eſt in ciuitate, ſicut anima in corpore. Voluit ergo Moyſes, ſciens quod in populo naſcerentur aliquæ quæſtiones, conſtituere vicarios ſuos, ſeu delegatos ad vniuerſitatem cauſarum, vt eſſet qui regeret: nam vt ait Salomon Prouerb. 8. vbi non eſt gubernator corruet populus.* Prouerb. 8. 100

VARIET. LECT. Verſ. 14.& 15.

V*Vlg.* Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem.

Sept. Et aſcendens Moyſes, & Ieſus in montem.

Vulg. Et habitauit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus, ſeptimo autem die vocauit eum de medio caliginis.

A *Sept.* Et deſcendit gloria Dei ſuper montem Sina, & operuit eum nubes ſex dies, & vocauit Dominus (*ſic etiam legunt Biblia antiq. Latina aliqua*) Moyſem de medio nubis.

Mont. Et clamauit ad Moſech in die ſeptimo.

Caiet. Texit eum nubes ſex diebus.

CONCORDIA.

LIcet ſolum dixerit interpres Moyſen aſcendiſſe, & Sept. addiderint etiam Ioſue, tamẽ non ſibi contradicunt, nam verum eſt vtrumque aſcendiſſe, ſed non ad eamdem partẽ montis, Moyſes enim ſolus fuit in illius vertice cum Deo. ſcio aliqua vetera Biblia tam manuſcrip- B ta quam impreſſa habere cum Sept. *Dominus*, tamen vetutiſſimi Latini codices SS. Germani, Dionyſij, & Victoris hanc particulam *Dominus* non habent, dictio hanan & caliginem, & nubem ſignificat.

EXPOSITIO.

C*Vmque aſcendiſſet Moyſes*, poſtquam conſtituiſſet iudices ſuper populum, *operuit nubes montem*, ita vt Moyſes & Ioſue, qui cum eo aſcenderãt, vlterius progredi non auderent, *& habitauit gloria Domini ſuper Sinai*, quidam per gloriam Domini intelligunt Dominum glorioſum, alij dicunt eiuſmodi gloriam non aliud fuiſſe quam ignem, aut flammæ ſpeciem, quæ in ſuperiori nubis parte ſeu vertice montis emicabat, vti verſus ſequens indicat. Sinai autem nominat, vt ſciamus de quo monte loquatur, *tegens illam nube ſex diebus*, repetitio eſt ſuperioris: addidit autem ſex diebus, non quod ſeptima die nubes receſſerit, ſed vt indicaret moram Moyſi, qui antequam iterato acceſſitus medium nebulæ non fuerit ingreſſus, C *ſeptimo autem*, poſt aſcenſum, *vocauit eum*, nempe Dominus, voce quadam ſenſibili, quaſi formata in intimis nubis, & in denſiſſima illius parte vnde ſubditur, *de medio caliginis*, de parte nubis quæ erat denſiſſima & caliginoſa.

CONCEPTVS.

Dominus à ſuis aliorum inuidiam repellit.

101. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montẽ*, Moyſem ad te aſcẽdere iubes, cur ergo nube caliginoſa montem tegis, ne te poſſit intueri? non ſolum propter Moyſem, ſed potius propter populum, mons caligine denſiſſima cooperitur, ne quam familiaris eſſet Deo Moyſes, agnoſcerẽt, & ſic in eum ferretur inuidia. obſeruatio eſt Oleaſt. *Sapienter valde noluit Do-* D *minus populum cognoſcere, quid familiaritatis apud ſe ſeruus haberet, ne alios inuidia permotos in eum prouocaret.* Oleaſt.

Occaſionem ſuperbiendi à iuſtis adimit Deus.

102. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem*, nihilominus ilico ad verticem illius non peruenit, nam habitante gloria Domini in monte, & nnbe eum per ſex dies òbtegente, ſolum die ſeptimo, à Deo vt vlterius aſcenderet, vocatus eſt. cur ſibi dilectum & familiarem, per tot dies expectare iubet, antequã ad ſuum admittatur colloquium? ne ex familiaritate Dei ad aliquod tempus dilata, ſuperbiendi occaſionem ſumeret, annuit cit. Luſitan. *Vide* Luſitanus. *qualiter prudentiſſimus artifex cuncta temperauerit, noluit populum videre quam familiaris illi ſeruus eſſet, ne inuidia torqueretur, & voluit ſeruum ad ſeptem dies eum in monte expectare, ne ex familiaritate ſuperbiret: ſolet enim homo etiam iuſtus ex diuinis fauoribus inſoleſcere, ideo ad menſuram cuncta oſtendenda ſunt & præſtanda.*

Ad colloquium Dei multa præparatio requiritur.

Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, nec ſtatim ad Dei præſentiam peruenit ei 103.
collocuturus, legemque ab eo accepturus, ſed in parte montis quam attigerat, cum nube obtectus eſt & per ſex dierũ ſpatium permanſit: in ſeptimo enim vocatus de medio caliginis, Dei maieſtatem adiit. cur non ſtatim primo die eum vocauit Dominus? cur tot dies in expectando Deo conſumit? vt Moyſes ab humano conſortio ſeparatus, & multa gloria circumdatus, (habitauit enim gloria Domiui ſuper Sinai ſex dies) ſe ad diuinum colloquium præpararet, & glorioſus quodammodo fieret, antequam cum Deo gloriæ colloqueretur.

Tanti æſtimatur lex à Deo, vt eam daturus, in ſua maieſtate appareat.

Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes mon- 104.

tem,& habitauit gloria Domini ſuper Sinai, gloria Domini dicitur, quædam magnitudinis eius repræſentatio, vt ſicut cum quis venit cum magno veſtium apparatu, cum turba magna, cum equitum multitudine, dicitur venire in gloria ſua, quia hæc exteriora demonſtrant magnitudinem ſtatus eius. cur Deus ſic in ſua apparuit gloria: nonne vbique præſens? repræſentationem maguitudinis gloriæ ſuæ deponat. Imo deſcendit cum gloria ſua in montem Sinai; tanti enim facit legem ſuam, vt eam daturus non ſimpliciter, ſed in ſua maieſtate appareat.
Abulenſ. *Quando Deus* (inquit Abulenſ.) *in aliquo facit aliqua ſigna demonſtratiua magnitudinis & virtutis ſuæ*, (vt cum dat legem,) *dicitur ibi eſſe gloria Domini, ſic autem erat in monte Sinai, quia apparebat ibi nubes totum montem operiens, & caligo magna in cacumine montis, & ignis magnus, quia nulla alia res niſi Deus cauſare potuiſſet, ideo vocatur gloria Dei.*

Cum otiari putas virum iuſtum, crede eum contemplationi deditum.

105. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem*, ſeptimo autem die poſtquam eum conſcendit, vocauit eum Dominus de medio caliginis, verum cum nullis occuparetur negotiis Moyſes ſex diebus antecedentibus hunc ſeptimum quo vocatus eſt, quid agere potuit? non enim ad caſtra deſcendebat ſuos inuiſurus, cum præcepiſſet ei Deus, vt in eo ſtaret; forte otio deditum eum credes? ſed falleris, contemplationi enim diuinæ vacabat, annuit cit. Epiſ. q. 19. *In iſtis ſex diebus nunquam Moyſes deſcendit de monte, vt iret ad caſtra, vel ad alium locum, ſed manebat in contemplatione, & expectans Dominum quando eum vocauerit.*

A Deo proteguntur ſpecialiter, qui legem ſuam ſcrutantur.

106. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem*, mons in quo legem Moyſes accepit, altitudinem perfectionis, quæ in eadem lege conſcribenda erat, deſignat; cur ergo nube tegitur? ſiam altitudo perfectionis ad quam tendimus, conſpici debet, nubes autem illius intuitum impedit, quid nubes deſignare poteſt? Dei perfectionem: bene ergo nubes operuit montem, in quo danda eſt lex, & eos, qui eam ſeruaturi, montem dictum conſcendunt, quia à Deo ſpecialiter proteguntur, qui legem ſuam meditari
Vene. Beda. contendunt. conſentit Venerab. Beda in tract. de tabern. *Nubes quâ mons tectus eſt, gratiam diuinæ inſinuat protectionis, qua tanto amplius quiſque fruitur, quanto altius ad ſcrutanda mirabilia de lege Dei, reuelatis oculis cordis aſcendit.* deinde ſubiûgit, *nec montem ſolummodo, in quo Moyſes aſcendit, nubes operuit, ſed & populum per deſerta gradientem, qui nequaquam altera viâ poterat aſcendere, nihilominus nubes cælitus miſſa obumbrauit, vnde ſcriptum eſt, expandit nubem in protectionem eorum, quia nimirum Dominus omnes timentes ſe puſillos cum maioribus cæleſti benedictione protegit.*

A *Lex Dei perfectam viuendi regulam promulgat vnicuique, & ſecundum opera ſua reddit.*

Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai. Cur cum danda eſt lex, hic mons nominatur? nam non ignotum ſuper huoc montem Dominum deſcendiſſe: quomodo interpretatur hic mons? menſura mea ſiue amphora mea. dicamus ergo non tantum ſublimitatem montis, verum etiam nomen illius in quo lex data eſt, deſcribi, vt per hoc vocabulum, denotaretur quod lex Dei perfectam viuendi regulam annuntiet, & quod vnicuique ſecundum opera ſua reddat. ſic explicat Vener. Beda. *Sinai interpretatur menſura mea, ſiue amphora, diuinitus ergo procuratum eſt vt mons in quo lex daretur, amphora mea vocaretur, quaſi ipſo Domino per hoc vocabulum ſignificante, quod lex ſua perfectam viuendi regulam omnibus promulgaret, & vnicuique ſecundum opera ſua redderet, iuxta hoc quod ait ipſe Matt. 7. in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini, & in qua menſura menſi fueritis remetietur vobis.* 107. Beda. Matt. 7

Deus donum bene operandi tribuens, bene operantes ne deficiamus, protegit & illuſtrat.

Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem & habitauit gloria Domini ſuper Sinai. Cur aſcendente montem Moyſe, nube circumdatur? gloria Domini illuſtratur? an deficiente nube, aſcenſus ei denegaretur? remoueatur ergo. imo non ſolum montem, ſed & Moyſen operiat, quia Deus donum bene operandi tribuens (quod denotatur per aſcenſum Moyſis in montem Domino iubente) bene operantes, ne deficiant protegit & illuſtrat. *Aſcendens Moyſes* (inquit Raban. Maur.) *nube & gratia Domini tegitur, vt inſinuetur myſtice, quia quicumque mandata Domini operibus iuſtis exequitur, diuina vtique protectione dignus exiſtit, idem namque Dominus qui Moyſem in montem aſcendere iuſſit, aſcendentem quoque ſua nube & claritate circumdedit, quia qui donum nobis bene operandi tribuit, ipſe nos bene operantes ne deficiamus, illuſtrat, ne tentamentis antiqui hoſtis, quaſi feruoribus ſolis exuramur protegit.* 108. Rab. Mauri

Poſt operum perfectionem, requies nobis promittitur æterna.

Cumque aſcendiſſet Moyſes operuit nubes montem, per ſpatium ſex dierum, ſeptimo autem à Domino eſt vocatus: cur Moyſe aſcendente, ſex diebus nube tegitur mons Sinai, ſeptimo autem ad altiora à Domino vocatur? nonne in lege ſex diebus operari iubemur, in ſeptimo autem requieſcere? bene ergo poſt ſex dierum curriculum, ſeptimo die à Domini vocatur, poſt operum enim huius vitæ perfectionem, ad requiem vocamur æternam. Do iterum Archiep. Mogun. *Septimo die vocat ad altiora Dominus Moyſen, quia poſt operum perfectionem, requiem nobis lex promittit æternam, & qui in altitudine rectæ actionis Domino aſſiſtere curauimus,* 109. Archi. Mog.

iam ad eius viſionem atque colloquium aſcendere mereamur, iuxta illud Pſal. 83. ambulabunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Pſalm 83.

Vocatio Dei hominem pœne deficientem recreat & confirmat.

110. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem,* per ſex dies, ſeptimo autem à Deo vocatus eſt Moyſes: aliqui tenent per illos ſex dies integros, non comediſſe nec bibiſſe, verum nonne inedia conſumitur, & præ fame perit, qui per tot dies cibo priuatur? quomodo ergo Moyſes animam non exhalauit? nonne à Domino ſeptimo die vocatur? quid? an dicemus vocationem Dei ita efficacem, vt hominem pœne deficientem recreet & confirmet? ita ſentit Rupert. c. 45. lib. 3. de Trinit. *Fuerit hoc omnino humanæ poſſibilitatis, quod præ auiditate cœleſtium epularum panem non comedit, & aquam non bibit. Cæterum niſi illum die ſeptimo Dominus vocaſſet, natura hominis in ſemetipſa reſidens, in breui penitus aruiſſet, vocauit ergo illum de medio caliginis, cuius vox ſuauis ac ſuper mel & fauum eſt dulcis, ex vocatione ſua ſic inopem hominis naturam ditauit, vt vſque ad quadrageſimam diem, non ſolum cibi & potus, ſed & totius humanæ conditionis poſſet obliuiſci.* Rupert.

Propriæ gloriæ magnificentiam reputat Deus, bona quæ nobis confert.

111. *Cumque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini ſuper Sinai,* hoc vocabulum *gloria* frequenter in ſacris litteris oſtendit, quod in vnaquaque re maximè commendat, magnificat, ac clarificat rem, eamque facit ſpectabilem, & laudabilem: in quo ſenſu ingentem diuitiarum copiam, & exuperantiam Regis Salomonis Chriſtus Dominus apud Matt. 6. vocauit gloriam. & Eſter. 1. dicitur Aſſuerum paraſſe grande conuiuium, vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, arboris proceritas, pulchritudo & vbertas fructuum, agri gloria vocatur, vnde apud Iſaiam 35. dicitur, gloria libani, decor & gloria carmeli: & ſic hic deſcendit gloria Domini, quia Deus maximè glorioſus, admirabilis & venerabilis adueniebat: cur in tanta maieſtate & gloria apparet Deus, legem Moyſi populoque daturus vtilem? quia propriæ gloriæ magnificentiam reputat Deus, cum nobis confert beneficia. quod optimè confirmat Paulus Rom. 8. dicens, omnes peccauerunt & egent gloria Dei, dicendum enim videbatur, egent veniâ & gratia Dei, & certe D. Hieron. lib. 6. comment. in Iſai. ita citat hunc locum, verum Latini codices emendatiſſimi omnes habent gloria, ſicque legunt Latini Patres, & expoſitores, non quaſi homines non egeant prædicto gratiæ beneficio, ſed quia dum illud præſtat, ſuam oſtentat & manifeſtat gloriam. Ideo D. Paulus, cum venia & remiſſio peccatorum maximè commendet & magnificet bonitatem Dei, ipſius gloriam hoc ipſum appellat. quod clarius oſtendit lectio B. Cyprian. lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 22. vbi ait, omnes peccauerunt & egent claritate Dei, qui clariorem & glorioſiorem ſe oſtendit dum noſtræ ſuccurrit miſeriæ, ideoque Anſelmus hoc loco cit. ait. *Egent gloria Dei, id eſt, vt Deus magis magiſque glorificetur in iis tribuendo beneficia gratiæ ſuæ, per veniam quotidianam delictorum;* Clarius Dionyſ. Carthuſ. *Egent gloria Dei, hoc eſt miſeratione diuina, ſcilicet gratia per quam Deus glorioſus apparet, qui ex ſua liberrima bonitate ſaluat electos, & gloriam ſuam oſtendit in noſtra miſeria & neceſſitate.* Scio hos vt Ruymundum Paſqualium, Bitontum aliter hunc locum D. Pauli exponere, ſed B. Anſel. & Dionyſij mihi ſufficiunt auctoritates.

Rom. 8 — S. Hieron. — S. Cypri. — Anſelm. — Ruym Paſq. N. Cornel. Muſſ Bitõt.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

Vulg. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſrael.

Sept. Super cacumen montis coram filiis Iſrael.

Cald. Et viſio gloriæ Domini erat, ſicut viſio ignis ardentis, in vertice montis, in oculis filiorum Iſrael.

Mont. Et aſpectus gloriæ Domini, ſicut ignis comedens.

Oleaſt. Viſa eſt gloria Domini ſicut ignis ardens in capite montis.

Caiet. Et aſpectus honoris Ieouah, ſicut ignis conſumens in vertice montis oculis filiorum Iſrael.

CONCORDIA.

Concordat noſter Vulg. cum Sept legentibus εἶδος ſpecies, nec diſcordat ab Hebræo habente כמראה mare quod proprie viſionem ſignificat, ſed hoc in loco viſio & ſpecies idem ſignificant, Hebraice eſt כאש אכלת quod reddi poteſt ignis ardens, conſumens, vel comedens: in conſpectu vel oculis filiorum Iſrael vtroquemodo verti poteſt לעיני lehene.

EXPOSITIO.

E*Rat autem ſpecies gloriæ Domini quaſi ignis ardens,* ideſt nubes illa quæ repræſentabat maieſtatem Dei, vel gloriam eius, erat quaſi ignis: ſed dices, quomodo erat ibi quaſi ignis

at dens gloria Domini, cum dictum eſt quod Deus erat in medio caliginis illius m[illegible] po- teſt dici quod caligo iſta erat circumfuſa circa verticem montis, in ipſo tamen montis vertice erat ſpecies ignis, & eleuabatur vltra ca[illegible]ligi- nem, ita vt videri poſſet ab his qui erant in ca- ſtris, dicitur quaſi ignis, non vero quod verè ignis, ſed veri ignis ſpeciem ad viuum præfe- A rens, ſicut & igneæ linguæ quæ ſuper Apoſto- los apparuerunt Act. 2. *ſuper verticem montis*, id eſt montis cacumen, quod tranſlatitie vertex dicitur, dicitur autem quod ſicut ignis ſupra verticem montis erat, quia in reliqua parte montis apparebat in forma nubis, ipſum mon- tem circumſtantis, *in conſpectu filiorum Iſrael*, à quibus exiſtentibus in caſtris videbatur.

CONCEPTVS.

A Ieſu venit, quod Deum præſentiamus patrẽ.

112. *Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis*, Ecce quid Iſraelitæ in Deo conſpiciunt, nimirum ignem ardentem, & omnia vorantem, & conſumentem. ſic enim legit Caiet. verũ audiamus, quid petat Philip- pus Ioann. 14. à Ieſu, Domine oſtende nobis patrem. cur cum ab antiquis viſus ſit Deus tan- quam ignis ardens, & omnia conſumens, non poſtulaſti hoc modo à te videri? cur petis à Ieſu Deum patrem conſpici? quia à Ieſu venit, quod Deum præſentiamus patrem. Cyrilli Alex. lib. 9. in Ioann. c. 28. obſeruatio eſt. *Priſci Deum in ſpecie ignis viderunt & audiuerunt, nos multo verius in Ieſu & per Ieſum patrem vidimus*, Ieſus fecit quod Deum non ignem conſumentem, ſed ſentiremus amabilem patrem.

Zelo accendamur in legis tranſgreſſores.

113. *Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens*, daturus legem Dominus venit per ignem, cur per eum? nonne conuenientius eſſet, vt in rore veniret? ſic enim animos Iſraelitarum ad legis ſuæ obſeruantiam attraheret manſuetudine, & non rigore per ignem denotato: nihilominus in igne venit, monens eos quibus legis cuſto- dia data eſt, vt exardeant zelo in legis tranſ- greſſores: ne tamen quis dicat hoc ſolum in le- ge ſcripta præceſſiſſe, audiat quid dicat Lucas
Actor 2. Act. 2. factus eſt repente de cælo ſonus, tan- quam aduenientis ſpiritus vehementis, & re- pleuit totam domum vbi erant ſedentes, & ap- paruerunt diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum: etiam Deus igneus venit daturus legem Euangelij, vt Apo- ſtolos exacuat, adurat, pungat, exciter in pec-
Coloſſ. catores tranſgreſſores legum, ob hoc putat Ru- pert. lib. 5. in Exod. c. 46. dictum illud Coloſſ. 2. quæ ſunt vmbra futurorum, quaſi ignis, in quo Deus apparuit, exhibens legem Moyſi, fi- gura fuerit eius ignis, quem Spiritus ſanctus ſuſcitauit in cordibus diſcipulorum contra
Rupertus. tranſgreſſores legis: excipe Rupert. *Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſrael; ta- lis quoque ſpecies gloriæ Domini exemplar cæle- ſtium fuit. nam vbi quinquageſimo die, ſicut ſu- pradictum eſt, gratia cæleſtis affulſit; & vt itidem, ſpecies gloriæ Domini, quaſi ſpecies ignis, & ap- paruerunt illis diſpertitæ linguæ, tanquam ignis, ſeditque ſupra ſingulos eorum, vtrobique viuaci- tas quæ zelum & feruorem ſpiritus aduerſus pec- cata præſignauit.*

Lex neminem acceptat.

114. *Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens*, diximus ſuperiori conceptu Deum daturum le- gem, figuram ignis detuliſſe, quod etiam in Euangelio factum eſt, nam Spiritus ſanctus da- turus legem in corda diſcipulorum, ignem etiã intulit, 2. Actor. & apparuerunt diſpertitæ lin- Actor 2. guæ, tanquam ignis, quid ignis cum lege? quod
B ſicut ignis æque[illegible]iet ac calefacit, ſiue ille pau- per, ſiue diues ſit, omnia itẽ æque adurit, ſiue illa pretioſa ſint ſiue vilia. ſic lex in omnes æqualis, neminem acceptat, ſtudioſos amplectitur, ſon- tes punit & caſtigat: hoc animaduertit Philo Philo. lib. de iudice, qui de lege loquens igni eam comparat & ſubiungit. *Eſt ſicut ignis quæcum- que admouentur calefaciens.*

Deus varios effectus in hominum vtilitatem producit.

Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens, xij. iam in nube, iam in caligine gloria Domini vi- ſa eſt, cur adhuc in igne ardenti? vt varios effe- ctus in noſtram vtilitatem producat. *In nube enim apparet* (inquit Vener. Beda) *quia nos ab* Beda. *æſtu tentationis protegit, in caligine vero, quia po-*
C *tentia maieſtatis à nulla poteſt creatura compre- hendi: in igne autem ardente, quia mentes fidelium ſupernorum bonorum & cognitione irradiat, & ſpe & dilectione accendit.* Sane corda electorum non ſolum dono gratiæ cæleſtis illuſtrat, ſed & ardore charitatis ſuæ inflammat.

Perfecti perfectius myſteria Dei contem- plantur.

Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens, 116. *in conſpectu filiorum Iſrael.* Filij Iſrael non in monte exiſtentes, ſed in caſtris, & à longè hu- iuſmodi gloria fruuntur, Moyſes vero proximè eam contemplatur, & quaſi ea circumfuſus, il- lam penetrat: quomodo ſors diuerſa in populo Iſrael, & in eius gubernatore? cur non omnibus
D datum eſt ex eodem ſitu eamdem videre gloriã Domini? quia perfecti perfectius myſteria Dei contemplantur. accipite Rabanum Maurum. Rab. Maur. *Hanc quidem Domini gloriam filij Iſrael aſpiciũt ab inferioribus & à longe, Moyſes vero altius aſ- cendendo penetrat, quia nimirum abdita myſterio- rum diuinorum perfecti quique perfectè, & ſubli- miter vident, ac nos noſtræ memores fragilitatis & inertiæ, etſi huc intrare comprehendendo ne- quimus, ſaltem credendo, ſperando, diligendo in proximo manere atque aſpectare curemus.*

Impias ratiocinationes in myſteriis ſuis deſtruit Deus.

Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens, 117.

Caiet. *ſicut ignis conſumens.* Cur ſub hac ſpecie videtur gloria domini? an vt metum Iudæis duræ ceruicis incutiat? quidni? ignis enim etiã incuſſiuus eſt terroris: verum addamus etiam gloriam Dei ſub igne, & hoc conſumente conſpici, vt denuetur myſteriis Dei fidem abhibendam, ratiocinationes impias abigendas, (Procopius.) imo tandem igne abſumendas: annuit Procop. *Ignis ſymbolum eſt Deum abſumere impias ratiocinationes, non ſecus vt ignis obſtantia quæque.*

Malitia impiorum inexcuſabilis apparet.

Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens,
118. *in conſpectu filiorum Iſrael*, Cald. *in oculis filiorum Iſrael.* Cur hæc vltima particula ſubiungitur? ſuperflua enim videtur, nam ſi in vertice montis hæc gloria viſebatur, certo certius eſt, potuiſſe conſpici ab Iſraelitis exiſtentibus in caſtris. nonne infra dixerunt Aaroni, fac nobis (B) Deos qui nos præcedant, Moyſi enim neſcimus, quid acciderit? en ergo cur adduntur hæc vltima verba, *in conſpectu filiorum Iſrael*, ſcilicet viſam fuiſſe gloriam Domini, vt ignorare non (N. Abulenſ.) poſſent Mnyſen hac gloria circumdatum, in monte cum Deo eſſe. obſeruatio eſt Abul. Ex hoc patet quod multum rcprebẽdendi erant Iudæi, qui propter abſentiam Moyſis petierant ſibi fieri Deos, dicentes ſe neſcire quid cõtigerat Moyſi, non tamen habebant aliquem (A) colorem ignorandi quid factum eſſet de Moyſe, nam viderant ſeniores Iſrael qui cum Moyſe ierant, quomodo aſcendente Moyſe in munte, operuit nubes mnntem, videbant autem ipſi nunc vt dicitur in littera, quomodo adhuc maneret illa gloria Domini, quæ operuerat montem aſcendente Moyſe, ergo ſcire debebant certiſſime quod ibi manebat cum Domino.

Nihil Deo dignum, ſed Deus dignum illud efficit.

Erat ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens, 119.
cur non in aliqua digniore ſubſtantia venit, vt in excellentiore maieſtate appareret? cur quaſi in ignis elemento deſcendit, quod ſatis abiecta creatura eſt, cum ſit irrationalis? verum cur in digniore ſubſtantia deſcẽderet, cum nulla Deo de ſe ſit digna, imo ipſe dignam efficiat? quod bene expendit Tertull. lib. 3. aduerſus Marci. c. 10. *Si creator meus per rubum quoque & ignem idem poſtea per nubem & globum, cum homine congreſſus eſt, & elementorum corporibus in repræſentationibus ſuis vſus eſt: hæc exempla ſatis oſtendunt Deum non egiſſe aut falſa, aut etiam veræ carnis paratura. cæterum ſi ad certum ſpectamus, nulla ſubſtantia digna eſt, quam Deus iudicat, quodcumque induerit ipſe dignum facit.*

VARIET. LECT. Verſ. 18.

VVlg. Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

(C) *Sept.* Et intrauit Moyſes in medium nubis & fuit ibi in monte quadraginta dies, *ſic Cald.*

EXPOSITIO.

INgreſſus *Moyſes medium nebulæ,* relicto Ioſue, cui iuſſit vt eum expectaret, *aſcendit in montem*, ad eum locum in quo Dominus ſe præſentem exhibebat, *& fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus*, an in his includendi ſint ſex dies illi priores, ita vt in vniuerſum quadraginta diebus tantum in monte fuerit, an vero illi excludendi, ita vt vniuerſim quadraginta ſex dies in monte exegerit? res non planè liquida, nam ſolemnis Hebræorum traditio eſt, quadraginta ſolũ dies in monte man- (D) ſiſſe, id habet Seuer. Holan. c. 6. R. Abraham (R. Abraham Genebrad.) in cabbala hiſtorica, quæ habetur apud Geneb. qui eamdem ſententiã ſequitur in lib. 1. Chron. nec non aliqui alij, quam probant ex Sept. Cald. & Heb. contextu, habent enim & intrauit Moſes in medium nubis, & aſcendit in montem, & fuit ibi in monte 40. dies & 40. noctes. imo Ioſephus ait Moſem per quadraginta dies à ſuis abfuiſſe, non per 46. tandemque 40. diebus totidemque noctibus elapſis reuerſum fuiſſe, quod conſentaneum eſt (Deut. 6.) Deuter. 9. vbi ait Moyſes, perſeueraui in monte quadraginta diebus & noctibus, nam alioqui cum vt duram Hebræorum ceruicem inflecteret, ſuos pro iis labores & moleſtias explicare cœpiſſet, potius quod ad eum finem vtilius erat dixiſſet, ſe diebus 46. totidemque noctibus in monte perſeueraſſe quam 40.

His non obſtantibus, cum pluribus aliis vt Tornielio, Serario, &c. ſentio tanquam magis textui conſentaneum ipſique veritati, quod (Tornielius Serarius.) commoratus fuerit Moyſes in monte quadraginta ſex dies, noctesque totidem: nam ſuperius dictum, postquam aſcẽdiſſet Moyſes montem, eum texiſſe nubem ſex diebus, poſt hoc verò vocaſſe Deum ipſum Moyſen intra nubẽ eamdem. ſed alio iam loco, ſtatu, alioque modo affectum, tunc enim medium nubis ingreſſus eſt, quod in editiſſimo ipſius montis erat vertice, & quidem ardentis ignis inſtar: poſtea vero ſubditur, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. ſi ergo totum, quo in monte fuit, tempus accipiamus, id eſt tam in inferiori, quam in ſumma illius parte, tam in nebula quidem, ſed extra eius medium, quam intra medium, dies neceſſario exiſtunt quadraginta ſex.

Nec obſtant aliorum auctoritates, nam quis non videt cum Sept. & Cald. & Hebr. dixerunt aſcendiſſe in montem, & in monte fuiſſe quadraginta dies, quis inquam non videt per montem vltimo loco poſitum, verticem illius intellexiſſe? nam ſeptimo die poſtquam montem conſcenderat, vocatus fuit à Deo ad illius cacumen: non officit etiam illa deſumpta ex

Deuter. laborum exaggeratio, quia non ſimpliciter ſe in monte ait fuiſſe quadraginta diebus totidemque noctibus, ſed nihil edentem nihil bibentem (nam ſex prioribus diebus verior eſt opinio manna comediſſe & bibiſſe ex fontibus, qui erant in moote) id vero longe plus eſt, & ad propoſitum finem aptius, quam ſi 46. dies & noctes illic ſe fuiſſe diceret, nullamque illius inediæ facetet mentionem, aut ſi faceret eam non toti dierum illorum 46. numero adiungeret, ſed eorum parti tantummodo ſcilicet 40. minutint enim hæc dierum fractio vim & impetum otationis minuiſſet, vt auctoritatis & momenti tantum non haberet.

Fuit ibi in vertice montis quadraginta diebus, & 40. noctibus, nec manducans, nec bibens, vt patet diſtinctè ex Deut. c. 9. verſ. 9. ait enim ibi ipſemet Moyſes, quando aſcendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas, perſeueraui in monte quadraginta diebus & 40. noctibus, panem non enmedens & aquam non bibens, hoc eſt nullum cibum aut potum guſtaos, panis enim Hebraiſmo pro quouis cibo, & aqua pro quouis potu ſumitur. Deut 9

CONCEPTVS.

Iudex tam in latione legum quam in executione, nihil faciat vnde timere poſſit.

120. *Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, fuit ibi 40. diebus, & 40. noctibus.* Nempe nec panem manducans, nec aquam bibens: ecce Moyſes oon niſi pet quadraginta dierum ieiunium accepit leges, quas promulget populo, & quibus eum iudicet: verum eur Deus ante dandas leges, tam longo ieiunio vacuat virum ſanctum? vt in illo vacuetur tota hominis infirmitas, quo transferatur in ſuperiotem & diuinam naturam, quæ nihil ferendis legibus contrariuio admittat, vnde habeat quod timeat: pulchre id docet Chryſol. ſer. 166. dicens. *Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio ita humano defæcatus eſt, & exindutus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam: merito hic talis legem ſancire meruit, qui totum quidquid in homine lex vrgere potuit, peramiſit.* Non prius legum cuſtos promulgatut, & vindex quam vbi oſtenditur, quaſi legi in ſe conttariari non poſſet, facit hoc ad rationem iudicis, quod nihil conttarium legibus admittat, vnde ipſe aliquid timeat. Petrus Chryſolo.

Ieiunans ad diuinam videtur accedere dignitatem.

121. *Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, fuit ibi quadraginta diebus totidemque noctibus*, maximam cum Deo familiaritatem habens, diuino fruens colloquio, & gloria Dei quæ in montem deſcenderat: vndenam tot à Deo accipit beneficia, vt in vertice montis quaſi amicus cum amico nempe Deo familiariter loquatur? fuit ibi 40 diebus panem non manducans: no mireris ergo gloriam Dei vidiſſe, ieiunans enim ad diuinam videtur accedere dignitatem. quod recte expendit Tertul. lib. aduerſus phyſicos c. 6. *Moyſes quadraginta diebus & 40. noctibus ſupra humanæ naturæ facultatem ieiunium perennauit: ſpirituali fide virtutem ſubminiſtrāte, & vidit oculis gloriam Dei, & audiuit auribus Dei vocem & corde conie cit Dei legem iam tunc docentis, non in ſolo pane viuere hominem, ſed in omni verbo Dei.* Tertull.

Ieiunus par fere cum Deo domicilium habet, & quaſi æqualis videtur.

122. *Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, fuit ibi 40. diebus & 40. noctibus*, manſit ergo in vertice montis, per quadraginta dies, à cibo & potu abſtinens: recurramus ad id quod dicitur, quod in monte Chriſtus transfiguratus, Moyſi & Eliæ, in gloria ſua apparuerit Matt. 7. oonne Abraham Deo dilectus? oonne Iacob cum Deo decertans victor euaſit? &c. quomodo ergo non illis, ſed potius Moyſi & Eliæ glorioſum ſe oſtendit? quia hi duo proceres Moyſes & Elias, tam familiares Deo per ieiunium euaſerant, vt pene pares Deo viderentur, tanta eſt enim circumſcripti victus prærogatiua, vt Deum præſtet homini contubernalem, pareio re veta pari, ait S Hieron. lib. 2. aduerſ Iouinian. *Dominus noſter atque ſaluator non ob differentiam virginitatis & nuptiarum, vt quidam putant, ſed ob ieiuniorum conſortia, Moyſem & Eliam transfiguratus in monte ſecum oſtendit in gloria, quia etiam S. Petrus tria tribus tabernacula præoptabat, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum & Eliæ vnum, vt qui paria ieiuniorum ſpatia nempe 40. dies & 40. noctes tranſegiſſent paribus domiciliis reciperentur.* S. Hieron.

Apud Deum non ordo dignitatis attenditur, ſed virtutis.

Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, mira fuit profecto illa locorum ſtationiſque diſcretio, quæ in accedeodo ad Deum populo præſcripta fuit: nam populus nec fines montis attingere auſus fuit; ſed iuſſus fuit vt in radicibus montis expectaret, Ioſue altius his quidem, ſed non cum Moyſe cacumen montis aſcendit: quid quæſo myſterij in hac gradatione, & diffetentia præhabita includitur perſonarum, vt Moyſes propius cum Deo agat, eminus Ioſue, Aaron & ſeniores à longiori interuallo, & reliqua tandem popularis turba humilior ad montis oram circumiacens? dices Moyſen omnibus munere & dignitate anteuertere. ſit ita, nonne Aaron dignior erat Ioſue, vt pote ſacerdos, & ſeniores ſeptuaginta digniores, qui cauſis populi, & moderamini præerant, in quos etiam ſpiritus Moyſis erat effuſus? ſane apud Deum non ordo dignitatis attenditur, ſed virtutis; & ex eius aſſeclis, qui altiorem gradum conſcendunt, ſublimiotem etiam occupant locum, gradatim ad Deum ſcandunt populus, Aaron, & ſeniores, Ioſue & Moyſes, & alij aliis eminentiores ſunt, vt perſpicuum ſit, quod qui virtute cæteris præſtant, præſtant & vicinitate erga Deum; nam aſcenſus ad Deum pet gradus non dignitatis, ſed meritorum fit. hoc iudicium tulit Greg. Naz. orat. 2. in Paſcha. *Tunc igitur non eodem ſtatu, atque* 123. S. Greg.

ordine

ordine omnes dignos habitos fuiſſe conſtat, verum hunc alio, illum alio, vnumquodque vt opinor, pro purgationis ſuæ modo ac ratione, quidam etiam prorſus arcebantur, ipſiſque ſolius vocis audiendæ poteſtas fiebat, nimirum iis, qui belluinis erant moribus, diuiniſque myſteriis indigni: in ordine ſuo vnumquemque permanſiſſe ait, ordinem vocat non dignitatis, ſed virtutis; nam quem virtus præſcribit, ordo ad Deum aſcendendi eſt: & ita explicat theologũ interpres ſuus Nicetas.

Qui ad temporalia caligat, Deum mentis acie attingit.

124. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem*, viſurus Moyſes Deum & collocuturus, medium nebulæ aſcendit, quod quidem non leuem mihi ingerit difficultatẽ, nam nebula magis Deum poterat occultare, quam viſibilem reddere: verum ſi in medio nebulæ eſſemus, nonne illa nobis caliginẽ obduceret rebus temporalibus caducis & terrenis? quid mirum igitur ſi ingreſſus medium nebulæ Deum videat, & colloquatur? nam qui ad temporalia caligat, Deum puris oculis & acie mentis attinget.

Legem adimplere non poteſt cibo indulgens nimio.

125. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem*, in quo, ſine cibo & potu per 40. dies totidemque noctes permanſit. quid eſt, quod leges accepturus, quas ferat Iſraelitis, tam prolixo macerat corpus ieiunio? nam ita debilis euadet, vt tabulas lapideas in quibus deſcriptæ ſũt leges ad populũ deferre nõ poterit: hoc ſane ſignificatum eſt, quod ſi ieiunus debet eſſe qui leges accipiat, minime eas adimplebit temulentus, & vino potuque madens. hoc accipe à Philone lib. 2. de alleg. legis. *Qui autem ita eſt diſpoſitus, totum ventrem eiuſque voluptates cum aliis quæ inde naſcuntur, eluit & repurgat à ſordibus, non vnam aliquam partem, ſed in tantum iſta contemnit, vt vel neceſſarios cibos potuſque aſpernetur, rerum diuinarum contemplatione ſe ſuſtinentem, quapropter alibi de illo teſtatur teſtimonium, per quadraginta dies panem non comedit neque aquam bibit, quando in monte oracula Dei legiſlatoris audiebat.* Philo

Veræ humanitatis Chriſti teſtes non deſunt in lege & in prophetis.

126. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem*, in eo permanens ſine cibo & potu quadraginta dierum totidemque noctium ſpatio, non ſolum Moyſes præceſſit Chriſtum Dominum ſic ieiunans, ſed etiam Elias, qua de cauſa? an vt Chriſto in exemplum forent tam prolixi ieiunij? quaſi vero Chriſtus præceptores habere in virtutibus indigeret, quare igitur? nonne futuri erant aliqui hæretici aſſerentes Chriſtũ D. non hominem verè, ſed phantaſtice, quia tranſegerat 40. dies, totidemque noctes ſine cibo & potu? vt igitur comprobati darentur teſtes veræ Chriſti humanitatis, præceſſerunt duo viri totidem dies ieiunantes. ſuffragatur nobis Rupert. lib. 3. c. 45. *Vtiliter ſatis prouidit diuinitas, quatenus idoneum haberet teſtimonium Chriſti humanitas, ille namque ieiunare habebat 40 diebus, & 40. noctibus, vt pro gula peccatoris primi parentis, innocens hic homo ſecundum ordinata ſatisfactione vapularet, nobiſque in ſe credentibus, quem ille manducando perdidit cibum vitæ æternæ, ieiunando acquireret, ſed hoc ſupra naturam hominis eſt: & idcirco hæretica prauitas quæ illum non verè, ſed in phantaſmate hominem apparuiſſe contendit, tam diurnum ieiunium in ſuæ veſaniæ patrocinium procaciter arripuiſſet: vtiliter ergo nobis diuinitas prouidit, vt duos teſtes veritatis ieiunantis hominis Chriſti humanitas obtineret, alterum ſcilicet à lege, alterum ex prophetis.*

Viri perfecti cum exteriori actione inuigilarunt, illico ad contemplationis ſtudium redeunt.

Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, ſcilicet in illius verticem, nõ ſolum alta conſcendit, ſed etiam abdita penetrat, ſcilicet mediũ nebulæ in ea quaſi occultatus. cur poſtquam caſtra reliquit, poſtquam iudices conſtituit ſuper populum, ſic ſe ſeparat ab hominum conſpectu, vt nulli appareat, niſi Deo? quia viri perfecti, cum exteriori inuigilarunt actioni, illico ad contemplationis ſtudium recurrunt. accipite præfat. Abb. Tuitenſ. c. 46. *Id quod Moyſes medium nebulæ ingreditur, moraliter quoque appetendam eſſe quietem atque munditiam, eis qui ad contemplationem tendunt innuit: quid enim eſt, quod hic vt ſublimia Dei præcepta perciperet alta conſcendit? atque vt interna penetraret ab exterioribus tumultibus occultatus? niſi quod viri ſancti, qui exterioribus miniſteriis deſeruire officij neceſſitate coguntur, ſtudioſe ſemper ad cordis ſecreta refugiunt, ibique cogitationis intimæ cacumen aſcendunt.* 127. Abb. Tuit.

Viri perfecti ſtudium, contemplatio.

Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, in cuius vertice 40. dies totidemque noctes ieiunus permanſit, an cum eo Ioſue aſcenderit? communis ſententia negatiua eſt, licet Serarius affirmatiuam tenere videatur: ſed certum in aliqua parte montis manſiſſe, in quo totum hoc tempus conſumpſit Ioſue, nam ad caſtra non deſcendit, ſi enim ad ea diuertiſſet, ſibi non incognitum fuiſſet, quomodo populus ſibi Deos fieri poſtulauerat, vitulũque adorandum erexerat, quod tamen non agnouit, niſi poſt deſcenſum: nã cum deſcenderet de monte cum Moyſe, & in caſtris tumultuantem populum audiret, dixit, vlulatus pugnæ auditur, non agnoſcens quid in eis agebatur: manſit ergo per tot dierum ſpatium in monte, nec inde diſceſſit, quoad regreſſũ Moyſis in caſtra: quid tunc igitur ſolus agebat? cum eſſet vir perfectus, non dubitandum quin contemplationi ſtuderet. teſtem profero Abulenſ. *Vacabat contemplationi interim, nihil aliud habens quid faceret, quia vir bonus & perfectus erat, vtpote qui tanti viri ſcilicet Moyſis famulus erat ſemper ei adhærens.* 128. Abulenſ.

Omni tempore, ieiunio exultationis ieiunare licet.

Ingreſſus Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, & ibi fuit 40. diebus & 40. noctibus, ſcilicet ab omni cibo & potu abſtinens, per aliquot ergo ſabbata quæ apud populum Iſraeli- 129.

tecum ſacra habebantur, ieiunauit, cur ſaltem his diebus feſtiuis, à ieiunio non abſtinuit? an Moyſen imitari debemus, diebus dominicis ieiunantes? nequaquam, interdicitur enim tunc temporis ieiunium, patet Can. de Conſecr. diſt. 6. dicendum tamen, quod licet ieiunium luctus & afflictionis aliquibus diebus non permittitur, ſed ieiunium exultationis & S. Thomas. lætitiæ non interdicitur. audiamus Angelic. Doctor 2. 2. q. 147. art. 5. ad 3. *Ieiunium exultationis ex inſtinctu Spiritus ſancti procedit, qui eſt ſpiritus liberalis, & ideo hoc ieiunium ſub præcepto cadere non debet, ieiunia ergo quæ præcepto Eccleſiæ inſtituuntur ſunt magis ieiunia afflictionis quæ non conueniunt in diebus lætitiæ, propter quod non eſt ieiunium ab Eccleſia inſtitutum in toto tempore Paſchali, nec etiam in diebus dominicis, in quibus ſi quis ieiunaret con-* S. Auguſt. *tra conſuetudinem populi Chriſtiani, quæ vt dixit Auguſt. pro lege habenda eſt, vel etiam ex aliquo errore (ſicut Manichæi ieiunant, quaſi neceſſarium tale ieiunium arbitrantes) non eſſet immunis à pec-* S. Hieron. *cato, quamuis ipſum ieiunium, ſecundum ſe conſideratum omni tempore ſit laudabile, ſecundum quod Hieron. dixit ad Lucinum, vtinam omni tempore ieiunare poſſimus.* Sed clarius hoc confirmat Seraph. in append. concl. 4. qui poſtquam dixit ieiunium exultationis eſſe, quod fit propter eleuationem ſpiritus in Deum, & guſtum maiorem ſpiritualium, ſubiungit, *huiuſmodi ieiunio ieiunare ſecundum ſe licet in dominica, in tempore Paſchali, clarum enim eſt quod Moyſes in tanto tempore & ſabbato & multis ieiunauit ſabbatis, cui ſabbato dominica ſuccedit, &c.*

In contemplatione diſcimus, quid facere debeamus.

530. *Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem*, mons iſte, (vt pluries diximus) faſtigiũ eſt contemplationis, cuius aſcenſio vera eſt ſui cognitio: in hunc montem Dominus deſcendit, Moyſes aſcendit, ſed cur in hoc monte de tabernaculi conſtructione Dominus docuit, & de tabernaculo faciendo Moyſes didicit? per Petrus Rauennas. tabernaculum fœderis intelligit Petrus Rauen. in alleg. Tilmani ſtatum perfectionis. quo poſito ſubiungit. *Qui ergo montem quaſi per nebulam aſcendit, id eſt qui diligenter aſcendit, qualis ſit reſtat vt ex diuina reuelatione cognoſcat, qualis eſſe debeat, quale mentis ædificium Deo conſtruere, quibus obſequiis oporteat hunc placare.*

A cibo ieiunans, Deum habet pro alimento.

Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem, fuit ibi 40. diebus & 40. noctibus, ſcilicet abſtinens ab omni cibo & potu, quomodo incolumis vitam tranſigere potuit, nullo paſtus alimento tot dierum ſpatio, cum eam hoc cibo vltra diem ſeptimum regulariter protrahere non poſſumus? quomodo ergo eam ſibi conſeruare Moyſes potuit, non ſolum vltra diem ſeptimum, ſed trigeſimum nonum ſine ſui diſpendio? quia ſibi Deum pro alimento habuit, teſtatur Septimius lib. de reſurrectione carnis c. 61. *Quadraginta diebus Moyſes & Elias ieiunio functi ſolo Deo alebantur, iam tunc enim dicebatur, non in pane viuet homo, ſed in Dei verbo.* 531. Tertull.

Licet ſanctorum preces ſint efficaciſſimæ, aliquando pro obſtinatis & ingratis nihil proficiunt.

Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit montem, & fuit ibi 40. diebus, & 40. noctibus, 532.
S. Cyrill. exiſtimat quod primis ſex diebus, Cyrill. cum per viſiones accepiſſet Moyſes myſterium conditi orbis, & quo quemque diem Deus inſignem feciſſet, omnia ſuo ordine in hos commentarios iubente Deo retuliſſe: ſed Procop. arbitratur, aliis 40. diebus coram Deo, pro populi incolumitate preces fudiſſe, quomodo ergo non exauditus Moyſes, cum nullus eorum terram promiſſionis ingreſſus fuerit præter vnum aut alterum? omnes enim in ſolitudine vitam cum morte mutarunt: quia tanta eſt aliquando hominum ingratitudo & obſtinatio, vt efficaciam precum ſanctorum impedire videatur. ſubiicio verba Procopij. *Tot an-* Procopius. *norum ſpatio computato die pro anno, ingrata illa generatio Iudæorum corrumpenda, & abolenda erat in ſolitudine, pro quibus ſupplicauit totidem diebus Domino, præcipue eo tempore quo leges dandæ erant.*

SYNOPSIS CAPITIS XXV.

Deus exigit dona voluntaria à populo pro confectione tabernaculi, rerumque ad ipſum pertinentium, ex quibus præcipit fieri arcam auream, ad ponendas in ea legis tabulas, habentem propitiatorium, à duobus cherubinis ſuſtentatum: ei etiam iubet Dominus fieri menſam auream, cum ſacris vaſis, & candelabrum aureum habens ſeptem lucernas, quarum rerum modi, & formæ exacte à Domino exprimuntur.

VARIET. LECT. Verſ. 1. & 2.

Vlg. Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens.

Cald Locutus eſt Dominus cum Moyſe.

Vulg. Loquere Filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offeret vltroneus, accipietis eas.

Sept. Dic filiis Iſrael, & accipite primitias ab omnibus quibuſcumqoe viſum fuerit cordi, & accipietis primirias meàs.

Cald. Loquere filiis Iſrael, vt ſeparent coram me ſeparationem primitiarum, ab omni viro A qui voluerit ex corde ſuo, accipietis ſeparationem meam.

Onk. Cuius cor voluntarium erit, tollatis ſeparationem meam.

Pag. Accipient mihi oblationem ab omni viro, cuius cor ſponte offeret eam, capietis oblationem meam.

Mont. Et accipient mihi eleuationem ab omni viro, quem ſpontaneum faciet eum cor eius, capietis eleuationem meam.

Caiet. Ab omni homine qui ſponte volet ipſe cor eius, accipietis eleuationem meam.

EXPOSITIO.

NOſter interpres qui vertit primitias, ſecutus eſt Sept. legentes λάβετέ μοι ἀπαρχάς ſumite mihi primitias, verum improprie, & nō in ſuo rigore ſumenda eſt hæc tranſlatio nominis תרומה pro primitiis, nam dictio illa Hebraica proprie ſumitur pro eleuatione, aut ſeparatione, & ex conſequenti pro oblatione. deſcendit enim à verbo רום quod eſt eleuare, exaltare, quia huiuſmodi dona tollebantur, & colligebantur à ſponte offerentibus, ſignificat etiam ſeparare, quia ſeparabantur à communibus vſibus, veluti anathemata quaſi ſuſpendebantur ad diuinum cultum, ex illis promo- B uendum. vnde vt optime notat Vatab. in ſchol. תרומה quarumcumque rerum munificum, & liberale donum ſignificat, quod Domino ſeparatur: apud Hebræos autem oblationes non vno tantum ritu offerebantur Domino, aliquoties enim quod oblatum erat, eleuabatur coram Domino in altum, vnde ea oblatio dicta eſt terumah, quod leuandam dicere poſſumus: aliquoties quod oblatum erat, mouebatur coram Domino, ad quatuor fines mundi, ſcilicet verſus Orientem, Occidentem, Meridiem, & Septentrionem. vnde ea oblatio dicta eſt תנופה quod mouendam dicere poſſis נף

enim eſt hinc i · le mouere aut ventilare, verbum נדב nadab voluntarie ſeu ſponte offerre, A vltroneum offerre, ſeu liberalem eſſe ſignificat.

EXPOSITIO.

Locutus eſt Dominus, locutione intellectuali, *loquere filiis Iſrael*, cum ad eorum caſtra, deſcenderis, *vt tollam mihi*, ad gloriam meam & honorem, nec non in cultum meum, *primitias* non ſegetum, quod exigeret proprietas vocabuli, ſed partem quamdam deſtinatam pecuniæ cuiuſque, vt opus diuinum ad conſtruendum tabernaculum, ſicut primitiæ ſulent Deo ſeparatim offerri: non accipienda igitur hoc loco vox primitiæ in ſuo ri- B gore, ſed tantum pro eo quod eſt in qualibet re præſtantiſſimum & optimum, *ab omni homine qui offeret vltroneus*, voluntarium ſeu vltroneum proprie dicimus, quod homo facit motu & electione propria, nulla inductus vehementiori perſuaſione, exhortatione, multo minus timore aliquo, aut metu coactus, *accipietis eas*, ab illis qui primitias libere offerent.

CONCEPTVS.

Hilarem datorem diligit Deus.

1. *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, ab omni homine qui offeret vltroneus*, Nonne ſatis erat dixiſſe, tollant mihi primitias omnes Iſraelitæ? nam omnes tenebantur ſua exhibere munera ad tabernaculi ædificationem & ornatum. cur ergo addidit qui offeret vltro-
S.Auguſt. neus? quia vult datorem voluntarium & hilarem, lege B. Auguſt. in tract. de viſitatione
S.Ambr. infirmi ſerm. 1. Bona eſt à malo declinatio (inquit) ſed neceſſaria eſt ad bonum faciendum feſtiua & efficax, & cum hilaritate exhibitio, hilarem enim datorem diligit Deus, *& Ambroſ. cap. 9. 2. ad Corint.* vnuſquiſque ſe- C cundum propoſitum cordis non ex triſtitia aut neceſſitate, hilarem enim datorem diligit Deus, docet illos tunc prodiſſe hoc in futurum, ſi læto animo fiat, ex iis enim qui inferunt, hunc elegit Deus cui retribuatur, qui corde deuoto operatur quaſi theſaurizans ſibi apud Deum. quia qui inuitus facit propter præſentem pudorem, ne aliis inferentibus turpis inueniatur, mereedem non habet.

Quod Deo damus, ſuum eſt, non noſtrum.

2. *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias*, cur hanc particulam *mihi* addidiſti, cum ſufficeret dixiſſe, tollant primitias ſuas, vel vt habent Septuag. accipite primitias ab omnibus? dixit accipite mihi, vel tollite mihi, quia quod Deo damus, ſuum eſt non noſtrum, acci-
S. Auguſt. pe cit. S. Auguſt. lib. 5. hom. 6. *Dediſti Deo, hoc dediſti, quod tibi dedit Deus, numquid inueniſti vnde dares? homo mendice quid habes quod non accepiſti? ergo Dei dono das Deo, ex eo quod tibi dedit, accepit à te, nam mendicitas tua, aiſi prior ipſe dediſſet, inaniſſima remaneret.*

Non dati quantitas, ſed dantis affectus penſatur.

3. *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias ab omni homine, qui offeret vltroneus*, cum omnes Iſraelitæ non eſſent eiuſdem fortunæ, & bonorum, alij enim aliis ditiores, alij inopes, an etiam colligent à pauperibus munuſculum, ſi libenter illud offerant? nam riſui apud diuites expunentur, ſi v. g. obolum dederint. nunne dicit Deus tollite mihi? qui non dati quantitatem, ſed dantis affectum penſo & pendero. legatur B. Ambroſ lib. 1. de viduis p. Archi.Med.
2. Docuit ſcriptura quam miſericordem in pauperem & liberalem viduam eſſe conueniat, nec paupertatis debere contemplatione reuocari, quia liberalitas non cumulo patrimonij, ſed largitatis deffinitur affectu dominica voce: illa vidua omnibus antefertur de qua di- Luc. 21.
ctum eſt Luc. 21. vidua hæc plus omnibus miſit, in qua moraliter Dominus inſtituit vniuerſos, ne quis à collatione miniſterij paupertatis pudore reuocetur, nec ſibi diuites blandiantur, quod plus videantur conferre quam pauperes, vberius eſt enim munus à paruo quam theſaurus à maximo, quia non quantum detur, ſed quantum reſideat & expenditur.

Qui libere aliquid Deo offert, primitias illi offert.

Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, ab omni homine qui offert vltroneus, deinde aperiens, quaſnam deſideret primitias, explicat, 4.
aurum & argentum & æs, &c. quid? nonne primitiæ dicuntur reſpectu frugum, ſegetum? &c. D quid ergo aurum, argentum & æs primitias nominat? nonne addit, quas offeret vltroneus? qui ergo aliquid liberè Deo offert, primitias illi offert, licet munuſculum eſſet tenue, recte id animaduertit Abbas Tuic. lib. 4. cap. 2. *Vl-* Rupert.
troneus offert, qui non coacta ſeruitute, ſed ſpontanea charitate quidpiam offert, ergo charitatis oblationes ſiue magnæ, ſiue paruæ ſint primitiæ Domino ſunt, & ad cæleſtis tabernaculi eius ornatum proficiunt, è contra quidquid è triſtitia offertur ſerotinam eſt, & ad decorem domus Domiai proficere aoa poteſt.

Non ſolum ſponte, ſed etiam ex intimo corde aliquid Deo debemus offerre.

Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, 5.

ab omni homine, qui offeret vltroneus. Caiet. qui ſponte volet cor eius, Cald. ab omni viro qui voluerit ex corde Onk. cuius cor voluntarium erit. nonne ſatis eſt, vt oblatio Deo facta ſit libera & voluntaria? cur ergo additur, vt ex corde fiat? quia non ſolum ſponte, ſed etiam ex intimo corde aliquid Deo debemus offerre. *Offerentis Deo conditiones,* inquit Caiet. *deſcribuntur ab ipſo Deo duæ, altera quod ſponte velit, altera appoſitiue quod cor eius velit, vult enim quod non ſolum ſponte, ſed ex intimo corde velit offerre quicumque offert.* Caiet.

Res oblata Deo licet ſit humana, in diuinam tranſit.

6. *Loquere filiis Iſrael vt tollant mihi primitias,* Pag. accipietis mihi oblationem, Mont. & accipient mihi eleuationem ab omni viro: cur eleuatio dicitur donum Deo offerendum? an quia vt diximus in Concordia, quia in altum coram Domino eleuabatur? bene equidem, ſed addamus, ideo oblationem dici eleuationem, quia licet ſit humana, tranſit in diuinam. obſeruatio eſt præf. Card. *Quod offerebatur Deo appellatur eleuatio tum ab actu eleuandi cum offerebatur Deo, eleuatis manibus, tum ex dignitate, quia ex re profana eleuabatur ad rem diuinam; res enim Deo oblata in diuinum tranſit ordinem.* Cajet.

Quæ à nobis Deus requirit ſibi danda, in noſtram cedunt vtilitatem.

7. *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias,* an vt ditior fias? nequaquam, bonorum enim noſtrorum non indiget Deus, cum ipſius ſit terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo: nihil à te requirit tanquam egenus, ſed vt in tuam cedat vtilitatem, ex donis enim quæ colligentur, tabernaculum ædificabitur, vt tibi Deus ſit propitius in eo, tuiſque ſuccurrat neceſſitatibus. *Conſidera* (inquit Oleaſt.) *qualiter omnia quæ à nobis exigit Deus in noſtram conuertit vtilitatem, omnia enim hæc poſtulat, vt ei domus quæ inter eos habitare poſſet conſtituatur.*

Si quid boni agimus, totum hoc diuinæ gratiæ tribuamus.

8. *Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias,* quænam tibi ſunt primitiæ gratæ quæ mihi tolluntur, aut tibi? cum ſatis eſſet dixiſſe colligantur primitiæ ab omni populo Iſrael, ad ædificationem tabernaculi, illiuſque ornatum: primitias dixit ſibi tollendas, quia quidquid boni agimus, quale eſt munera Deo offerre, diuinæ gratiæ non nobis tribuendum. Beda. Nos primitias (inquit Vener. Beda in tract. de taber.) bonorum operum Deo tollimus, quando ſi quid boni agimus, totum hoc diuinæ gratiæ tribuimus, veraciter & intimo corde profitentes, quod ne initium quidem bonæ actionis aut cogitationis aliquid poſſumus habere niſi à Domino, mala autem noſtra ſemper à nobis diabolo inſtigante & cœpta & conſummata, nonniſi Domino donante laxanda eſſe fatemur. Pelagiani primitias bonorum operum ſuorum volunt Deo tollere, ſed ſibimetipſis poſſidenda retinere, quia boni aliquid à ſeipſis abſque gratia Dei habere ſtulta præſumptione autumant.

Operis virtuoſi præſtantia, non tam ex aliis quam ex eo quod fiat propter Deum, ſumitur.

Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, 6. deinde numerans quaſnam requirat, aurum inquit & argentum, &c. deinde ſubiungit, & pilos caprarum: hæc ergo ſunt quæ primitiarum nomine, à Deo pro tabernaculo conſtruendo, exiguntur. cum autem hîc primitias vocat, non intelligit laboris alicuius primitias, vt ſæpe alias, ſed vt notat Theod. q. 70. intelligit prima & præſtantiſſima bonorum omnium. Quo Theodor. poſito notandum venit, quod inter prima & præſtantiſſima bona, vbi aurum & argentum, vbi purpura numerantur, numerentur etiam caprarum, quid caprarum capilli, pro tabernaculo ædificando, argento & auro metallis pretioſiſſimis? ſane vbi capilli caprarum, pro tabernaculo ædificando in Dei honorem offeruntur à corde perfecto, poſſunt etiam inter præſtantiſſima ferre primas, vt dicat Rupert. Rupertus. lib. 4. c. 5. *Multum ab auro & argento pili caprarum in pretio differunt, & tamen ſub eodem vocabulo primitiarum poſiti ſunt, nec dubitandum pilos caprarum & pelles arietum, interdum auro & argento lapidibus pretioſis priora fuiſſe apud cordium inſpectorem Deum,* ſunt equidem minutiſſima quæque apud Deum prima, ſi fiant vel propter eum offerantur.

Voluntas diuina ſuarum actionum regula.

Loquere filiis Iſrael, vt tollant mihi primitias, 10. &c. vt hæc audiret à Deo, & alia quædam quadraginta dierum ſpatio totidemque noctium manſit in monte. verum cur tot diebus cum Deo moratur? nam perexiguo tempore Deus eum docere potuit de omnibus quæ Moyſes poſteritati tradidit, imo in inſtanti omnium eorum cognitionem infundere potuit, vnde ergo in his omnibus addiſcendis tot dies noctesque conſumpſit? ne huius rei rationem perſcrutari velis, voluntas enim diuina ſuarum regula eſt actionum. *Horum à mortalibus* (inquit Abulens.) *nulla cauſa dari poteſt, nam hæc conſiſtunt in multa diſpoſitione Dei, qui forte ſuam voluntatem ſolam, quæ eſt regula omnium actionum cum in eo idem ſit velle & intelligere, pro cauſa habent, vel ſi aliquid habeant conformitatis ad aliquas humanas actiones, propter quas Deus vult circa talia tantum tempus pertranſiri, illæ res nobis incognitæ ſunt, quia alta ſunt conditoris noſtri iudicia & inueſtigabiles viæ eius.* Abulens.

Mens noſtra erga Deum, & eius oblationes promptiſſima & deuotiſſima ſit.

Loquere filiis Iſrael vt tollant mihi primitias, 11. non dixit, præcipe filiis Iſrael, ſed ſolum lo-

quere, inſinuans eis meam voluntatem, vt non A ſolum mihi quaſcumque primitias offerant, ſed aurum & argentum, & quæcumque pretioſa, an ea dederunt ſine coactione? imo tot obtulerunt, vt neceſſe fuerit eis dicere, vt à donis offerendis abſtinerent, quomodo ita libenti animo feruntur ad tabernaculum Deo conſtruendum? quia mens noſtra erga Deum, & eis oblationes dandas promptiſſima & deuotiſſima debet eſſe. annuit præf. Alphonſ. Toſtat. in fine q. 2. *Non oportuit fieri aliquam impoſitionem, ſcilicet vt cogeretur populus ad offerendum: nam ſciebat Deus eos, tam ita promptos ad offerendum, quod non oportuit eis imponi præceptum, ſub coactione, ſed ſolum quod denuntiaretur eis, quia ipſi libentiſſime offerrent neceſſaria.*

Alphonſus Toſtat.

Viri ſancti humilitatem ſemper in omnibus præ ſe ferunt.

Loquere filiis Iſrael vt tollant mihi primitias, cui hoc iuſſit Deus? ſane Moyſi, ait enim textus, locutus eſt Dominus ad Moyſen, nonne ipſe erat Moyſes, qui hæc referebat, qui poſteritati hæc conſignabat: cur ergo non ait, locutus eſt mihi Dominus? non ſibi hæc dicta fuiſſe deſcribit, ſed quaſi Moyſes alius eſſet à ſeipſo, ex profundiſſima humilitate dixit Dominum non ſibi, ſed Moyſi locutum fuiſſe. *Nota,* inquit Doctor Pepinus, *quod ipſe Moyſes ex humilitate loquitur de ſeipſo, quaſi de quodam alio, ſicut & Euangeliſtæ interdum loquuntur.* Guill. Pep.

VARIET. LECT. Verſ. 3. ad 5.

Vulg. Hæc ſunt autem quæ accipere debetis aorum, & argentum, & æs. B

Sept. Et hæc eſt primitia quam accipietis ab eis.

Cald. Hæc eſt ſeparatio quam tolletis ab eis.

Pag. Et iſta eſt oblatio quam capietis ab eis.

Mont. & Caiet. Et hæc eſt eleuatio.

Vulg. Hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, & pillos caprarum.

Sept. Et coccum duplex & byſſum tortam, & pilos caprinos.

Cald. Et coccinum.

Onk. Et linum.

Mont. Et vermiculum cocci, & byſſum, & capras.

Vulg. Et pelles arietum rubricatas, pelleſque iantinas, & ligna ſetim, *ſic Aquil. Syma. Theodot.*

Sept. Et pelles hyacintinas, & ligna imputribilia.

Cald. Pelleſque taxonum, *Onk.* pelles taxorum, *alij* taſorum.

Oleaſt. Pelleſqoe heccaſſim, *ita & Caiet. alij* pelles melis *alij* violacei coloris.

CONCORDIA.

Reuoca in memoriam id quod diximus in C ſuperiori concordia, de dictione Hebraica תרומה, coccum bis tinctum habet Vulg. ex Hebræo legente תולעת שני & rectè interpres vertit bis tinctum, nam certum eſt illud שני ſcheni à שנים eſſe quod duo ſignificat, licet dicat Caiet. id ſuperfluere: verum quis neſcit coccum bis tinctum, ſplendidiorem & pulchriorem colorem eſſe? nam materia non ſimplici vice tincta, ſed ſecunda illoſtriorem colorem habet: hoc quidem obſcurius redditur à Cald. legente coccinum: vbi Vulg. habet byſſum, Sept. legunt byſſum tortam, Eugubin. neſcio quo hoc tendat (inquit) per byſſum, intelligunt Hebræi linum tenuiſſimum, cuius tela in opus diuinum eſt adhibita: ſed ſane D Sept. non reprehendendi, quia eo tendunt vt innuant linum tortum, & iam telam effectam: pilos caprarum legit Vulg. & recte, licet Hebraice ſit capras, nam capræ hic non ſunt intelligendæ, quas Deus non exigebat, ſed potius aliquid caprinum, & vt tabernaculi extructio ſatis indicat, pilos caprarum, è quibus vnum ex tabernaculi velis, confectum eſt.

Pelles ianthinas vertit interpres, Sept. hyacinthinas, ſed nulla diſcordia quia inter ianthinum & hyacinthum colorem, nullum eſt diſcrimen, vel ſi ſit, adeo exiguum eſt, vt nihili cēſeatur. vnde & in Latinis codicibus M.S. quos apud me habeo, *hyacinthinas* legitur, ita & alibi, Sept. hyacinthinum vbi noſter ianthinum vertit, vt Ezech. 16. calceaui te ianthino, Septu. calceaui te hyacintho, ad quem locum Hieron. diſertè oſtendit, idem eſſe ianthinum & iacynthinum, in Heb. eſt תחשים tachaſim quam dictionem plures non ad colorem referunt, ſed ad ſpeciem animalis, eſt autem melis, quam recentiores taxum vocant, animal vulpis magnitudine, apibus infeſtum, melliſque auidum, vnde & nomen mellis accepiſſe putatur, ſed vt rectè Eugub. Oleaſt. Hebræi: diuinant ſine fundamento, nec ea quæ de hoc animali dicunt, meli conueniunt, eſt enim animal ſordidū, & colore ingratū, cū ipſi animal illud de quo hic ſcriptura (ſecundum eos) velint maculoſum fuiſſe, & variis coloribus reſperſum: alij Hebraizantes dicunt taxum animal mundum eſſe varij coloris, ſed ſequendus noſter interpres, qui vbique iantinum, & Septuag. qui hyacinthinum reddiderunt. ligna ſetim Septuag. reddiderunt non ſolum hic, ſed in toto pentateucho ξύλα ἄσηπτα ligna imputribilia, quæ autem hæc ſint ligna ſetim &

imputribilia, dicemus in expoſitione. Nota addi hic in eodem verſu in fine à Sept. in Baſilienſi, & regio codice lapides ſardios, quod tamen in Hebr. Cald. & noſtro textu deeſt, veriſimile ſuo loco tranſpoſitum, & debere reA poni, verſ. 7. pro eo quod nos habemus lapides onichinos: nam ita & hos lapides ijdem Sept. vocant, qui futuri erant in ſuperhumerali, coccus & vermiculus, hîc pro eodem ſumuntur; vide expoſitionem.

EXPOSITIO.

HÆc *ſunt quæ accipere debetis*, ad conſtructionem & ornatum tabernaculi, *aurum*, aurum primo nominat tanquam inter metalla pretioſiſſimum. Quod ad ethymon huius vocis attinet, dictum eſt latius, quaſi id quod cuſtoditur, quia præcipuè cuſtoditur, Græciſque cuſtodire *ὠρεῖν*, ſeu à ſimilitudine coloris auroræ nomen traxiſſe putant: alij quod mentes hominum aueriat, eſt enim vere aurum eloquentiſſimus efficaciſſimuſque perſuaſor ad omnia. *Argentum*, quod Hebræis eſt כסף cheſeph, id eſt deſiderabile, quia nemo ferè à pecunia, vel argenti deſiderijs liber eſt, *& æs* quod dignitate, & perfectione proximum eſt auro & argento. Tibi mirum videbitur, quod nulla hic fiat mentio ferri, ſtanni, & plumbi, cum maximè vtilia ſunt ad ædificationem. Dicendum ſolo ære Iudæos etiam ferri vſum ſuppleuiſſe, quod tunc rarior eſſet vſus ferri. Æris nomine etiam ferrum cótinetur, prout aliquando ferrum pro ære ponitur, vel æs ſimul comprehendit.

Et hyacinthum, cum hyacinthi multæ ſint ſpecies, tot de colore lanarum ſunt ſententiæ, ſunt enim quæ ad rubrum plus inclinant, aliæ à fuluo croceum repræſentantes, aliæ cæruleæ, quas temporum conſtitutionibus plures affici referunt, ita vt cœlo placido pelluceant, ingrato vero tanquam eius iniurias ægrè ferentes, triſti aſpectu compareant, vt vel hinc cœleſtis naturæ eſſe aſſeuerent. Hyacinthum exigit Deus cærulei cœleſtiſque coloris, tanquam pretioſiſſimum, *& purpuram*, purpura rubei coloris eſt, ſiue rutili & ſubrufi de ſanguine purpuræ, quæ florem illum expetitum veſtibus in medijs faucibus habet: ſed potius dicendum quod purpura piſcis eſt, ſeu potius concha, cuius ſanguine tingitur lana, quæ hoc rubeo colore nigricante infecta: vnde pariter purpura dicitur, ex qua olim fiebant, & etiamnum fiunt regiæ veſtes. Vnde & eius vſus fuit hic in tabernaculo, *coccumque bis tinctum*, coccum eſt granum tinctorum, frutex eſt ſullonius, cui adhærent grana, quibus fit lanarum color præcipuus, hæc autem grana intra ſe progignunt vermiculum rubei coloris, eius ſanguine rubricantur lanæ, quæ idcirco coccus, & Hebr. vermis appellatur, vel vermiculos. Solebat autem lana, vt magis ruberet, bis hoc ſanguine vermiculi imbui, ſcilicet primo, cum adhuc eſſet lana, & ſecundo cum denuo in fila eſſet deducta, *& byſſum*, non conueniunt auctores in origine byſſi. Nam Hieronym. de Hieronym. de Prado.
B Prado tom. 2. in Ezechiel. verſ. 10. ait byſſum eſſe linum candidiſſimum, & molliſſimum, ſiue eſſe lanuginem arboris, quæ medium eſt inter lanam & linum, nam origine linum eſt, & mollitie, lana, & texta linum refert, eſt inquam lanugo arboris nuci incluſa, quam vulgo Goſſypium vel xylon, nos Galli *coton* vocamus, Hiſpani algadon. Verum dicendum byſſum eſſe genus candidiſſimi, & ſubtiliſſimi linio, byſſus pretioſiſſima, erat linũ naſcens in Ægypto, & Palæſtina, in plantæ cuiuſdam folliculis, qui ſimiles ſunt folliculis papauerum, indeque aliqui fieri autumane telam quæ inſtar amianti igne non conſumitur, ſed purgantur, *& pilos caprarum*, ex his dicuntur vela confecta cilicina, non quod duritiem habue-
C rint, vel ſcabritiem aſperiorem, cum pili caprarum molliſſimi ſint, ſed quod è pilis primum in Cilicia confecta eſſent, alioquin re vera & molliſſima erant, & pretioſiſſima noſtris camelotis ſimilia.

Pelles arietum rubricatas, hoc eſt rufas & rubentes, vt eſt rubicundum, & in ſanguineum colorem tendens, *pelleſque ianthinas*, quæ vel violæ florem referunt, vel hyacinthi, de cuius colore ſupra, huiuſmodi autem lanæ erant potius ex ouibus, quam ex quocumque alio animali, ſicque vertit noſter Catholicus Gallus interpres: Cui fauet Ioſeph. inferebant (inquit) aurum, & argentum, & aurum, &c. crines quoque caprarum, & pelles ouium partim quidem hyacinthino, partim vero puniceo
D colore tinctas. *Ligna ſethim*, vox שטים ſethim pluralis numeri eſt, à ſingulari ſeta, quæ non eſt cedrus, cum in Hebr. dicatur ארז erez: ſed quædam arbor, quæ vt Hieronym. ſcribit in eremo ſpinæ albæ habens ſimilitudinem, quoad flores & folia, nam quoad magnitudinem & durationem omnino ei diſſimilis eſt, cum in maximam altitudinem pariter & craſſitiem excreſcat, & imputribile lignum habeat. Conſule conceptum tertium verſ. 8.

CONCEPTVS.

Nobis duplex mortificatio eſt neceſſaria, externa & interna.

12. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum & argentum, &c. coccumque bis tinctum*, cur quæſo alias materias ſimplices nominat, & coccum bis tinctum poſuit? nam aliqui etiam ex noſtris dicunt, hæc verba *bis tinctum* ſuperflue- re, coccus rubeus ſignificat paſſionem, & mortificationem Ieſu Chriſti, quæ vt duplex erat interna & externa, ſic etiam dupliciter à nobis adamari debet, nunquã enim perfectus Chriſtianus exiſtes, niſi interne & externe, duplicato paſſionis murice purpuraſcas. Quod rectè

ad Galat. 5. confirmat Paulus ad Galat. 5. Qui autem ſunt A Chriſti, carnem ſuam crucifixêrunt cum vitijs & concupiſcentijs. Quæ verba explicans Guerricus Abbas ſerm. 2. in Ramis ait, Guerricus Abbas. *Nouerat vir multæ ſcientiæ, & experientiæ, multos eſſe qui crucifigerent carnis concupiſcentias, & ſinerent regnare vitia cordis, multos è contrario qui fiducia pacati cordis mortificationem corporis: eapropter Apoſtolus vt crucifixis tam vitijs interioribus, quam concupiſcentijs exterioribus mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctimoniam in timore Dei.* Duo ſunt extrema homini fugienda, vel quod ſic fidat exteriori mortificationi, vt nihil de modecandis intimis animi vitijs curet, vel quod ſic totum ad intima cordis, & ſpiritualis nequitiæ conuertat, vt externam patui ducat.

B

Non paruum Deo obſequium præſtat, qui vnius linguæ bonos ſermones in aliud transferi idioma.

13. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, & argentum, & æs,* poſt auri & argenti oblationem, nihil peius offerri mandatur conſtruendo Domini tabernaculo, quam æs, & quid in ære ſignificatur, adeo bonum & pretioſum, vt inter auri & argenti pretioſa offerri mandetur? in ære intelligebat Paul. 1. ad Corinth. 13. linguarum ſonum, 1. Corint. 13. ſi linguis hominum loquar, charitatem autem Angelorum non habeam, factus ſum velut æs ſonans: ecce vt in ære linguarum ſonus explicatur, vt hinc pateat quam debeat poni inter pretioſa labor qui eſt in eo C poſitus, vt boni ſermones ab vno idiomate in aliud notius transferatur. Aiebat ad hæc Origenes hom. 13. in Exod. Origenes. *Ita ergo loqui linguis & interpretari ex alia in aliam linguam, æris oblatio eſt, neceſſe enim eſt omnia habere tabernaculum Dei, & nihil deeſſe in domo Domini:* multum decoris, multum doctrinæ defuiſſet, niſi adfuiſſet multorum labor, qui ſapientiam Græcam & Hebraicam Latinitate donarunt.

Deus non ex indigentia, ſed ex clementia & bonitate noſtra accipit dona.

14. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum & argentum, & æs:* Quid? qui vnico verbo omnia ex nihilo formaſti, nihil ab hominibus petens: D in viſceribus terræ aurum & argentum formas ad tui conſtructionem tabernaculi, nonne inſolens homo gloriari poterit, te ab eo aliquid accepiſſe? te in aliquo ditaſſe? verum vana eſſet eius gloriatio & iactantia, ſi enim à nobis aliquid accipit, non ex indigentia eſt, ſed ex mera clemẽtia & bonitate. *Animaduertendum,* inquit Petrus Cellenſ. lib. 1. expoſitionis Tabern. Petrus Cellenſ. *quia bonus & diues Dominus, etſi non indiget bonorum noſtrorum neceſſitate indigentiæ, tamen non recuſat dona noſtra bonitate clementiæ ſuæ, magnum ſiquidem de profundo diuitiarum ſuarum mihi conferet donatiuum, ſi acceptauerit tantillum peccatoris obſequium: cui æterno & incommutabili vix idoneum reputatur cæleſte & Angelicum præſtabilius, quàque inclinatur ſumma maieſtas ad creaturam ſuam, ſi obſequia eius non recuſauerit, quam ſi ſupererogans* A *ſua beneficia, humanis voci poſtulata præbuerit, vſu enim iam ex conſuetudine Deus gratis nobis ſeruire didicit, raro autem nec ſine priuilegio gratia ab aliquo reciproce ſeruitia exigit.*

Dei tabernaculo (quod eſt anima) conſtruendo charitatem perfectam adhibe.

Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum & argentum: cur aurum primo loco offerendum 15 præcipit? dices, quia inter omnia metalla pretioſiſſimum & perfectiſſimum. Verum myſticè id à nobis exponendum, quid auro denotatur? ſane charitas, quid de auro dicitur? quod cætera metalla igne perficiantur, aurum tamen ſtatim aurum eſt cum capitur, quod non ita intelligendum quaſi nullum ſit aurum, quod B fornace aut igne egeat, cum auri igne purgati frequentiſſime vtique ſcripturæ meminerint, ſed ſæpe ita purum naſcatur, vt non habeat alia metalla admixta, neque egeat purgatione. Vnde rectè noſter Barthol. Angl. lib. de rerum propriet. tract. 16. cap. 4. Bartholom. Anglicus. aurum temperatius eſt omni metallo & purius: ſi hanc conditionem ad myſticum ſenſum transferat pulcherrimum erit charitatis encomium, quam adhibere debes ad Dei tabernaculum (nempe ad animam tuam) conſtruendum: nam vt cæteras virtutes cæteris metallis conferamus, nulla eſt inter eas, quæ non habeat admixtum aliquid, quod igne probari non debeat, ſola charitas in ſe perfecta eſt. Quam ſic eleganter deſcribit S. Proſper lib. 3. de Vita contemplat. c. 13. S. Proſper. *Charitas eſt recta voluntas ab omnibus terrenis,* C *ac præſentibus prorſus aduerſa, iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita igne quodam Spiritus ſancti, à quo eſt, & ad quem refertur, incenſa, inquinamenti omnis extranea, corrumpi neſcia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, ſupra omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potentiſſima, in omnibus ſemper iuncta, &c. hæc eſt charitas vera, germana, perfecta, quam excellentiorem viam vocat S. Apoſtol. 1. Corinth. 12.* hanc ergo adhibe Dei tabernaculo (quod erit anima tua) conſtruendo.

Vis charitatis maxima.

Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs: diximus præcedenti conceptu 16. auro denotari charitatem, quæ requiritur ad ædi- D ficationem tabernaculi Domini, ſed qua de cauſa præter rationem aſſignatam in præcedenti conceptu, quo diximus charitatem adumbrare aurum illam repræſentat? aurum inter metalla fortiſſimum, incudi, malleo reſiſtens. Sic enim de eo loquitur præf. Barthol. Auro, inquit, inter metalla quoad ſubſtantiam nihil ſolidius aut compactius, & ideo in igne poſitum non euaporat, nihilque inter metalla eſt ductius, quia tantæ eſt ductibilitatis, quod inter incudem & malleum ſine ruptione, & diſſolutione partium in bratheas, id eſt tenuiſſimas laminas dilatatur, quæ conditio rectè competit charitati, cuius vis maxima eſt, nulli ſciens cedere. *Intellige,* ait Auguſt. in Pſalm. 47. *vim charitatis, ipſa ſit virtus, quam nemo vincit, huius ignem, nulli fluctus ſæculi, nulla flumina tentationum extinguunt, de*

hæc dictum eſt, valida eſt vt mors dilectio: quomodo enim mors quando venit, reſiſti ei non poteſt, quibuſlibet artibus, quibuſlibet medicamentis occurras, violentiam mortis vitare non potes, quia mortalis natus es: ſic contra violentiam charitatis mundus nihil poteſt, à contrario enim ſimilitudo data eſt de morte, quomodo enim mors ad auferendum violentiſſima eſt, ſic charitas violentiſſima ad ſaluandum.

Vera ſapientia, ſoli Deo adhærere.

17. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: Aurum primo requiritur vt ædificetur tabernaculum, in quo cum populo electo ſuo maneat, & ille cum eo. Sed cur ad hoc requiritur aurum? quia vt ait Petrus Cellenſ. lib. 1. de Tabernac. deſignat claritatem veræ ſapientiæ. Sed quænam vera eſt ſapientia? an rerum diuinarum contemplatio? non ea ſola, ſed ſoli Deo adhærere, ſicque ex auro conſtrues illi tabernaculum, vt tecum ſemper maneat. Sic obſeruat Vuolfangus Sedulius tract. de Templo Salomonis myſtico cap. 7. *Si rurſus de auro loqui fas eſt, mox tibi ſapientiæ aurum occurrit, non hac ratione ſola qua fideles diuina contemplantur creduntque in Deum viuum, & quem miſit Ieſum Chriſtum, ſe offert, ſed & ea, quæ in omni tentatione probatum reddit Chriſtianum animum, quæ facit omnia relinquere, & illi ſoli adhærere qui eſt totus deſiderabilis, ſic ſolatium in ſola bonâ conſcientia quærere; quæ denique facit animum à ſeipſo deficere, & in ſolum Deum ſe extendere, hoc enim vna Chriſtianæ diſciplinæ perfectioniſque ſumma comprehenditur, hoc vno omnia ſtudia noſtra nobilitantur, poſtremo hoc vno verè Chriſtiani ſumus.* Vuolfangus Sedulius,

Deum ore & opere confiteamur.

18. *Hæc ſunt quæ accipere debemus, aurum, & argentum, & æs, &c.* Cuncta hæc quæ Dominus ſibi à priore populo ad faciendum ſanctuarium materialiter offerri præcipit, nos quoque qui ſpirituales filij Iſrael, id eſt imitatores Dei eſſe deſideramus, ſpiritali intelligentia debemus offerre, quatenus per huiuſmodi oblationes voluntarias, & ipſi ſanctuarium, & in nobis facere mereamur, & ipſe in medio noſtri habitare, hoc eſt in corde noſtro ſibi manſionem conſecrare dignetur, verum quando aurum, argentum, & æs offerimus? *Aurum*, inquit Venerab. Beda tract. de Tabern. cap. 3. *cum claritate veræ ſapientiæ quæ eſt in fide rectâ reſplendemus, argentum cum & ore noſtro confeſſio fit in ſalutem, æs cum eamdem fidem publica prædicatione diuulgare gaudemus.* Ven. Beda.

Ab idololatriæ occaſione Deus ſuos reuocat.

19. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: Vt mihi tabernaculum in quo ſacrificia offerantur, ædificetur, ſed cum vbique ſis præſens, cur tabernaculo, in quo immenſitas tua detineatur, indiget? non tanquam indigens illud ſibi vult conſtrui, ſed vt hoc loco ſuos ab idololatria retineat, in eo enim ſuis

A indulgere ſacrificijs, ſuos ſacros exercere ritus poterant. Fauet nobis Theod. *Sicut illos iuſſit ſimul in promiſſas ſedes veniſſent templum ſibi condere vbi operarentur, ne temerè ſacrificantes, in malas dæmonum ſuperſtitiones impietatemque dilaberentur: ita dum per deſerta caſtra metarentur, voluit ergo ſibi tabernaculum, quod vno cum agmine aſpectaretur, quo tertus illis eſſet ſacrorum locus ſecretus ab aliorum ritibus, vbi vota perſoluerent, atque hoc neceſſarium fuit, adeo procliues erant de quacumque occaſione Deos introducere alienos, vix Moſes menſem abfuerat, atque ſibi vitulum de more Ægyptiorum conflauerant.* Theod.

Quæ ab alijs tuliſti, licet debite, Deo eroga.

B

20. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: Nonne Iſraelitæ diuites facti ſunt ex auro & argento Ægyptiorum, à quibus mutuauerant, in præmium ſuæ ſeruitutis? cur ergo nunc Deus ea exigit, cum eorum iactura paupertati ſuccumbat? quia quæ ab alijs tuliſti debite, debite Deo præcipienti eroga. *Cum iuſſiſſet Iſrael Deus*, inquit Cyrillus in Cath. Græca, *vt ab Ægyptijs aurum, argentum, veſtes exigerent in mercedem diuturnæ ſeruitutis, non immerito primitias appellauit quæcumque ex ijs offerri voluit, quæ ſe auctore ſuſtulerant.* S. Cyrill.

Non vnica virtus, ſed plures requiruntur ad conſtruendum Deo tabernaculum.

C

21. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: varia & pretioſa metalla, ſed his non contentus, ſubiungit hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum, & byſſum. Deinde requirit varias animalium lanas, haſque eximijs tinctas coloribus. Nonne ſatis eſſet, quod hominibus magis eſt in optatis, nempe aurum & argentum ab eis exigere? cur hyacinthum, purpuram, & alia pretioſa ab eis requirit? quia non vnica vel altera virtus, ſed plures quarum prædicta ſunt ſymbola ad conſtruendum, non manufactum, ſed ſpiritale Deo tabernaculum requiruntur. Producendus in medium Petr. Abbas Cellenſ. 1. p. Tabern. *Compendioſa expoſitione aurum deſignat claritatem veræ ſapientiæ, argentum nitorem ſacræ eloquentiæ, æs oris confeſſionem ad ſalutem, hyacinthus cæleſtem conuerſationem, purpura paſſionem corporis, coccus bis tinctus Dei & proximi conuerſationem, pili caprarum pœnitentiæ habitum, &c.* Abbas Cellenſis. D

Talis debet eſſe firmitas ſanctorum, vt nullo corrumpantur vitio.

22. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: Deinde varios lanarum colores poſtulat, imo etiam & ligna, ait enim & ligna ſethim. Septuag. ligna imputribilia: vbi aurum & argentum apparent, cur ligna viſuntur? ſane ligno ſanctus deſignatur, teſte Dauide, tanquam lignum quod plantatum eſt, ſecus decurſus aquarum: Verum cur lignum non abſolutè, ſed imputribile requiritur? quia Pſalm. 1.

ſanctorum firmitas non qualiſcumque debet eſſe, ſed in æternum duratura. *Ligna ſethim*, inquit præf. Abbas, *ſanctorum firmitatem deſignant, quæ nullo corrumpitur vitio.*

Non quodlibet aurum & argentum, ſed conflatum in Eccleſia, requiritur ad ædificationem diuini Tabernaculi.

23. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*: Aliud eſt aurum Iſraelitarum, aliud Ægyptiorum, ſicut & argentum, argentum populi Iſrael eſt eloquium ſalutare: argentum Ægyptiorum, eloquium idololatrarum, & hæreticorum, quia hæretici ſic de nitore eloquij ſui ſuperbiunt, vt nulla ſacrorum librorum auctoritate ſolidentur. Sicut Ægyptij ſic de argenti ſui poſſeſſione gloriantur, vt non à Deo, ſed à ſeipſis habere exiſtiment, ſicut & aurum, quo ſapientia deſignatur, quaque nempe vera ſic eſſe præditos autumant. An illud aurum, an illud argentum in Ægypto conflatum exigit Deus? nequaquam, inutile enim conſtruendo Dei tabernaculo, imo & conſtruentibus perniciosum & lethiferum. Quod doctè [S. Gregor. Magnus. Iob 28.] expendit B. Gregor lib. 18. Moral. in cap. 28. Iob explicans hæc verba, argentum venarum ſuarum habet principium, & auro locus eſt, in quo conflatur, ait, Vera fidelium ſapientia, cui vniuerſalis Eccleſia locus eſt, tribulationem nobis perſequentibus patitur, ſed à cunctis peccatorum ſordibus perſecutionis veſtræ igne [Prou. 17.] purgatur, vnde ſcriptum Prouerb. 17. in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis: quo in loco poteſt hoc quoque conuenienter intelligi, vt de ſua increpari ſtulta paſſione hæreticis videantur, nam ſæpe pro Ieſu Chriſti Domini ac redemptoris nomine multa patiuntur, ſeſeque eiſdem paſſionibus eius fieri martyres ſperant, quibus ſancti viri vocentur. Dicitur, auro locus eſt in quo conflatur, nam iuxta hoc quod iam & ante nos dictum eſt, quiſquis extra Eccleſiæ vnitatem patitur, pœnas pati poteſt, martyr fieri nó poteſt, quia auro locus eſſe in quo conflatur, quid itaque ad hæc dicitis hæretice? conflari per afflictionem carnis, vel etiam per martyrium vultis, ſed locus in quo debeatis conflari neſcitis: audite quid ſancti prædicatoris voce dicitur, auro locus eſt in quo conflatur. Hunc ergo conflationis locum quærite, hanc fornacem qua aurum apte purgari valeat inuenite. Vna eſt Eccleſia, in qua qui conflari voluerit, ab omni etiam poterit peccatorum ſorde purgari, ſi quid pro Deo amaritudinis, ſi quid tribulationis extra hanc poſiti ſuſtinetis incendi poteſtis tantummodo, non purgari.

Tabernaculum Dei repræſentans mundi opificium.

24. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*, deinde, *hyacinthum, purpuram coccumque bis tinctum, & byſſum*: Cur hæc quatuor requiruntur ad velim materiam, nam vel tria ſufficerent, vel alia in eorum locum induci potuerunt? Audiendus eſt Philo Hebr. lib. 3. [Philo.] de vita Moyſi; Ad hanc textrinam electa eſt materia omnibus cæteris viſa præſtantior elementis mundi, par numero, habens etiam cum eis quamdam ſimilitudinem, videlicet cum terra, aqua, igne, & aere: nam byſſus ex terra, purpura ex aquâ prouenit, aerem hyacinthus refert colore nigricantem naturaliter, ſicut coccus ſimilis eſt igni, quod vterque rubeat: nam neceſſe erat vt qui templum manufactum patri omnipotenti condere inſtituerant, ſumerent aliquid eſſentijs ſimile, ex quibus mundus eſt conditus. *Idem habet fere Theodor.* [Theodor.] Culmen innitebatur varijs cultum coloribus, ad imaginem quatuor elementorum: nam color cæruleus & hyacinthinus aera referebat, coccinus repræſentabat ignem, purpureus aquam, byſſus poſtremo terram, vnde prouenit. *Verum eruditiſſimè inter omnes Guillel. Pariſ. lib de Legibus cap. 2.* [Guillel. Pariſienſ.] Tentorium interius, quod operiebat Sancta ſanctorum figura erat, & cœli, propter hyacinthum, & ignis propter coccum, & aquæ propter purpuram, cuius color nobiliſſimus ex aquis ſumitur, videlicet ſanguis piſcis, qui murex vocatur, & terræ ſimiliter figura erat, propter byſſum, byſſus enim ex terra gignitur, ex his enim quatuor coloribus miro artificio, & pulchritudine intextum erat tentorium: *deinde concludit*, totum tabernaculum figuram totius mundi gerebat.

Nihil facundia validius.

25. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, argentum, & æs*, Horum ſymbola metallorum deſcribens Petrus Riga tract. de Tabern. dicit. [Petrus Riga.]

Auro mens ſapiens, argento ſermo notatur,
Nil non vera loquens, parus & abſque dolo.

Deinde æs, & eius ſignificationem exprimens ſic proſequitur.

Æs reſonans ſonitu, ſibi ſubiugat omne metallum.
Facundoſque notat, ore tonante viros.

Optimè quidem, æs omne metallum ſubiugans denotat facundos, quid enim facundia validius & efficacius de Rhetore Domino dicebat Salomon 4. Cantic. [Cant. 4.] Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. Ad funiculum coccineum, quem in ſalutis ſignum appendere in feneſtra iuſſa eſt Rahab, reſpici plures ex Sanctis Patribus, ac interpretibus monuere, ſicque vittæ & funiculo labia comparantur, quia verbis facundis veluti funiculo vinciuntur, & fortiter attrahuntur auditores: quod tetigit In Cantic. Theod. [Theod.] his verbis, *Tanquam funiculo quodam capiuntur auditores, & vinciuntur, nam eloquium tuum eos demulcet & retinet.*

Studet Deus vt homines reuerentiam ſibi exhibeant.

26. *Hæc ſunt quæ accipere debetis aurum, argentum, & æs*: Deinde eximios requirit lanarum colores, varios lapides pretioſos, & maximi pretij ſibi tabernaculi conſtruendi gratiâ: cur tabernaculum tantæ maieſtatis, in quo conſtruendo tot theſauri conſumendi, tantâ auri

copia, & argenti expendenda, &c. vt homines his allecti exterioribus, ſibi reuerentiam exhibeant. Sic ſentit Angel. Doctor 2.2. q. 111. ar-
S. Thomas. tic. 4. in concluſione, *Totus exterior cultus Dei ad hoc præcipuè ordinatur, vt homines Deum in reuerentiâ habeant: habet autem hoc humanus affectus, vt ea quæ communia ſunt, & non diſtincta ab alijs, minus reuereatur: ea vero quæ habent aliquam excellentiæ diſcretionem ab alijs magis admiretur, & reuereatur. Et inde etiam hominum conſuetudo inoleuit, vt Reges & Principes quos oportet in reuerentia haberi à ſubditis, & pretioſioribus veſtibus ornentur, & etiam ampliores & pulchriores habitationes poſſideant.*

Per multas tribulationes introeundum in regnum cælorum.

27. *Hæc ſunt quæ accipere debetis, aurum, &c.*

A Hyacinthum, purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum. Septuag. byſſum tortam, &c. Omnia hæc, inquit D. Proſper lib. de Promiſſ. par. 2. c. 2. ſigna fuiſſe ipſius legis reſonant teſtimonia, in hyacinthino colore pallor eſt quidam cum ſplendore concordans, ieiunijs eleemoſyniſque, in ieiunijs pallor, in eleemoſynis ſplendor refulget, qui hyacinthi figuram oſtendit: purpura veſtis eſt regia, qua ipſe rex noſter Chriſtus Dominus in ſua paſſione indutus eſt, in cocco bis tincto martyria ſancta rutilant, quæ ſemel baptiſmo in ſanguine Chriſti tinguntur, atque ſuo effuſionis cruore ſunt retincti] Sed quid byſſus denotat? Ioann. Apocal. 19. ait; iuſtitiæ ſanctorum
B ſunt. Verum cur byſſus torta eſt, ſecundum lectionem Septuag? quia inquit præf. Epiſcopus Rhegienſis, *Per multas tribulationes oportet iuſtos introire in regnum cælorum.*

VARIET. LECT. Verſ. 6. & 7.

V*Vlg.* Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum & thymiamata boni odoris.

Sept. Thymiamata ad oleum vnctionis, ad compoſitionem thymiamatis.

Cald. Oleum ad luminaria, aromata in oleum vnctionis, & incenſum aromatum.

Onk. Oleum pro luminari, aromata pro oleo vnctionis, & pro incenſo ſuauium odorum.

Pag. Et pro thymiamate aromatum.

Mont. Oleum luminari, aromata oleo vnctionis, & ſuffimento aromatum.

Alij teſte Vatab. Ad vnguentum odoriferum.

Oleaſt. Et ad ſuffitum Aſamim, *alij*, & pro incenſo ſuauium odorum, & ad ſuffitum odoratum.

Vulg. Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale.

Sept. Et lapides ſardij, & lapides in ſculpturam, ad ſuperhumerale, & poderem.

C *Cald.* Et lapides, vt impleant celaturas ephod, & rationalis.

Onk. Et lapides plenitudinis, ad includendum eos in ephod, & in pectorali.

Pag. Et lapides plenitudinum pro ephod, & pro pectorali.

Mont. Lapides onychis.

Oleaſt. Lapis ſoham.

Tyguri. Lapides qui includantur.

CONCORDIA.

QVod nos dicimus vnguentum Hebraicè eſt לשמן המשחה leſmon hâmiſcha in oleum, ſic Cald. & alij pro oleo vnctionis, nonnulli vnguentum odoriferum habent, quæ omnia nihil aliud ſunt quam quod vertit Latinus interpres: & thymiamata boni odoris Hebraiſ. eſt ולקטרת הסמים velikroret haſammim: dictio ketoret ſignificat ſuffumigationem, incenſum, ſiue thymiama, jam vero omne genus aromatum, ſolumque inuenitur in plurali numero, videlicet ſammim. Vnde rectè verti poteſt, vt in varijs verſionibus habemus, & vt incenſum aromatum & aromata ad ſuffitum odoratum. Cum autem Sept. ponunt thymiama in oleum vnctionis, & ad compoſitionē thymiamatis, priori loco nomine thymiamatis, ſimplicia aromata intelligunt, poſteriore vero compoſita: lapides onychinos, Hebr. lapi-
D des שהם ſcheham, quod noſter interpres conſtanter vbique vertit, lapides onychinos, Sept. tamen hanc vocem varie vertere. Vbi Vulg. habet, & gemmas ad ornandum, Hebraicè eſt ואבני מלאים, & lapides plenitudinum, ſiue impletionum, lapides plenitudinum vocantur gemmæ, quæ auro & argento includi ſolent, atque ita replent locum factum in re aliqua argentea quem palam vocant, vt videmus in annulis: has autem gemmas parabant ad ornandum, vt habet Vulg. ſuperhumerale & pectorale: alij vertunt ad includendum in ephod, id eſt qui implent loca vacua & capſulas, pro ipſis includendis fabrefactas. Vnde Cald. habet, & lapides vt impleant cælaturas ephod: Sept. ϗ λίθοις γλυφῆς, & lapides in ſculpturam, quæ omnia nequaquam à Latinæ litteræ ſenſu diſcordant.

EXPOSITIO.

A

OLeum ad luminaria concinnanda, pro lucernis in candelabro diu noctuque lucentibus, *aromata*, ad vnguentum pro oleo vnctionis, quo inungendum erat tabernaculum, eius vaſa ac ſacerdotes, ſi de huiuſmodi oleo vnctionis, ſiue vnguento ſcitu digna velis diſcere, conſule Fortunatum Sacchum lib. 2. ſacrorum oleochryſmaton. *Et thymiamata boni odoris*, hoc eſt ad conficiendum incenſum, quod ante Sancta ſanctorum in altari incēſi adolendum erat. Thymiama autem dixerunt Latini, Græco retento vocabulo, quo θυμιαμα genus ſuffumigij Græci appellarunt: dicitur autem thymiama ἀπὸ τοῦ θυμιάω, vel ἀπὸ τοῦ θύω, quod duo ſignificat, nempe ſuffire, ſuffumigare, & odores incendere, & in hoc ſenſu de eo hic eſt ſermo. Secundo ſignificat immolare, ſiue occidere, & ſacrificare, quin etiam ſacrificium θύον dictum volunt ἀπὸ τοῦ θυμιάσεως, quod mortalium primi ex combuſtis arboribus, ſiue plantis earumque partibus, & fructibus ſuffitum Deo impenderent.

Fortunatus Sacchus.

B

A *Et lapides onychinos*, onychinus lapis eſt Indicus & Arabicus, permixtum habens in ſe colorem ad ſimilitudinem humani vnguis, Græci etiam vnguem onicem dicunt, Indicus autem onix ignis colorem habet, albis cingentibus venis, ſiue zonis: onix vero Arabicus, nigri coloris cum candidis zonis. Plura ſunt huius lapidis genera, ſed præcipuè quinque, *& gemmas* varias in rationali, ſeu ſuperhumerale collocandas, de quibus infra c. 28. *ad ornandum ephod, ac rationale*: duplex genus veſtimentorum ſacerdotalium, ephod nempe, ſeu ſuperhumerale, quod erat veſtis quædam humeris vtrimque ſuperpoſita, ac conſtans

B duabus partibus æqualibus, quarum vna tergum, altera pectus ad vmbilicum vſque tegebat, in quo duo lapides onychini inſeri debebant: ac rationale, ſeu pectorale quod ſummus ſacerdos in pectore ſuo portabat, & cui inſeri etiam debebant duodecim gemmæ pretioſæ, continentes nomina duodecim Patriarcharum populi Iſrael.

CONCEPTVS.

Sacræ ſcripturæ ſuauiſſimum odorem ſpirant, & hunc ſalutiferum.

28. *Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiama boni odoris*, Non

C eſt peregrinum, diuinas litteras thymiamati comparari. B. Auguſt. in Pſal. Prol. de Pſalmis loquens ait, Pſalmus Angelorum opus eſt, exercituum cœleſtium ſpiritale thymiama. Succinit B. Baſil. hom. 1. in Pſalm. 1. Pſalmus Angelorum opus, cœleſtis reſpublica, ſpiritalis ſuffitus. Verum cur additum eſt *boni odoris*? quia aliqui terreni odores caput lædunt, inducunt etiam delirium: ſed thymiama quod requirit Deus, debet eſſe odoriferum & ſalutiferū, quales ſunt ſcripturæ, quæ delirij amuleta ſunt, omnem animi languorem ſanantes. Hanc vim in hoc thymiamate ſubodoratus

D eſt Philo Carpat. ad illa ſacra epithalamij verba, genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentarijs Cantic. 5. ſic enim ait, *Genæ Chriſti ſunt ſacræ ſcripturæ quæ vnguentum ſuauiſſimum ſpirant ad omnem animi languorem ſanandum, non ad voluptatem tantum*, hæc odoramenta hæc Scripturæ ſacræ vnguenta ſunt etiam ad ſalutem, ad ſanitatem.

S. Auguſt.

S. Baſilius.

Philo Carpat.

Cant. 5.

Sacræ ſcripturæ quo plus trita plus redolent.

29. *Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiama boni odoris*, Non ſolum thymiamate, ſed & aromatibus ſacræ adumbrantur ſcripturæ: vt explicat cit. Philo ad illa verba Cant. genæ illius ſunt areolæ aromatum, ait enim? [Dum ſponſi, inquit, maxillas aromatum areolis, quas proferunt, pigmentaria ſponſa comparat, diuinam ſcripturam intelligit, quæ vt ſuauitatem odoris ſanctiſſimæ fidei, & vnguenta virtutum omnium, ad quemlibet morbum animi languoremque ſanandum amabiliſſime ſpirat.] Verum, vt hæc aromata ſuauiorem exhalent odorem, ſpirent fragrantiam, quid agendum? terenda ſunt. Sic cœleſtis ſapientiæ aromata ſunt frangenda, conterenda ruminando, vt maiorem imo & ſuauiorem odorem emittant. Ad rem S. Eucher. hom. in Dedic. Ecleſiæ, ſic enim ait, *Sicut aromata quando teruntur, ſuauius redolent, ita Sacra ſcriptura quanto plus ruminatur & frangitur, tanto ſuauiorem parit odorem.*

S. Eucherius.

Oratio ſanans animi paſſiones.

Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiama boni odoris: Hoc ad conficiendum incenſum, quod ante Sancta ſanctorum in altari adolendum erat. Incenſum autem iſtud ex thure optimo mixtum erat, quo oratio deſignatur. Verum cur thuri oratio comparatur? quomodo in thure preces accipiuntur? ſcrutemur eius vim virtutemque; medici eo vtuntur ad interiores paſſiones, vt oculorum ægritudines, & vulnera curent. Dic igitur thuri rectè orationem comparari, quia efficaciſſima ad ſanandas animi paſſiones. Ita explicat Heſichius in 2. c. Leuit. *Hoc eodem modo oratio quoque plurima operatur, hæc quippe maxime animæ paſſiones ſanat, hæc etiam intelligibilium oculorum ſanat vulnera.* 30.

Heſichius.

Sanctitatis thymiama, tribulationis igne probatur.

Oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, 31.

vnguentum, & thimiama boni odoris, thymiamate nonnulli animæ ſanctitatem adumbrari ſentiunt, & rectè, ſicut enim thymiama conficiebatur ex multis ſuauiſſimi odoris materijs: Sic vera animi ſanctitas, non vnica virtute, ſed pluribus conſtat: verum nonne thymiama igni admotum, ſuauiorem ſpirat odorem? itane de ſanctitate ſentiendum? quidni? nam ex igne tribulationis ſuauiſſimam coram Deo immittit flagrantiam. Feſtiuè S. Cyrill. Alex.

S. Cyrill. lib. 4. Glaphy. in Geneſ. *Quemadmodum probatiſſima thymiamata igni admota, odoris, quo prædita ſunt, ſpecimen edunt, ita etiam ſancta anima igne quodammodo probata per tentationes, & labores luculentius multo exiſtentis in ipſa multimodæ virtutis argumentum edit.*

Actibus charitatis & miſericordiæ fulgeamus.

32. *Oleum ad luminaria concinnanda*, vt ſemper in tabernaculo luceant, verum cum hæc à ſanctuario temporali ad ſpiritale transferre poſſimus, quid eſt, quod oleum ad concinnanda luminaria habere debemos? *Quia*, vt inquit

Venerab. Beda. Vener. Beda in tract. de Tabern. cap. 3. *fructibus charitatis, & miſericordia fulgere debemus:* ſed cur aromata & thymiamata boni odoris? *Quia opinionem*, ſubiungit præf. Auctor, *bona noſtra actionis multis ad exemplum benè viuendi longe lateque diffundimus.* Idem ferè habet

Petrus Cellenſ. Petrus Celleoſ. 1. p. Tabern. *Oleum ad luminaria, fulgentes fructus charitatis, & miſericordiæ, vnguentum, & thymiama boni odoris opinionem boni operis ad exemplum bene viuendi.*

C

Compunctio in oratione requiritur, & humilitas.

33. *Oleum ad concinnanda luminaria, & thymiamata boni odoris*, Cald. & incenſum aromatum, Onk. pro incenſo ſuauium odorum, quibus oratio deſignatur, quod Spiritus ſanctus

Apocal. 4. docuit etiam Apocal. 4. vbi dicitur de 24. ſenioribus, qui habebant ſinguli cytharas, & phialas aureas, plenas aromatum, quæ ſunt

Apocal. 8. orationes ſanctorum. Et iterum c. 8. Stetit Angelus iuxta altare, habens thuribulum aureum in manu ſua, & data ſunt ei incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei, & aſcendit fumus incenſorum aromatum. Per Dauid quoque docemur orationem incenſum

Pſalm. 140. eſſe, Pſal. 104. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Thymiama autem hoc Deus fieri iuſſit, vt infra cap. 31. ex quatuor aromatibus ſtacte, onyche, galbano boni odoris, & thure lucidiſſimo. Verum cum hæc quatuor virtutes quæ orationem comitari debeant, adumbrant, ſingulis eas conceptibus aperiemus: nunc ſolum inquiremus, cur hæc aromata nominantur ad confectionem thymiamatis orationis expreſſiui? cur prius ſtacte ponitur? ſtacte gutta eſt arboris myrrhæ, vt

Pſalm. 44. Pſal. 44. dicitur, myrrha & gutta & caſia: quare per expoſitionem cum dicat myrrha, addit & caſia, ne nomine myrrhæ . lignum arboris myrrhæ quis intelligeret, ac ſi diceret, myrrha

A non vtique lignum, ſed gutta, quæ eſt gummi arboris illius, nulli autem dubium, quin iſtud gummum quod myrrha dicitor, conſumptiuum ſit putredinis & vermium. Et ideo corpora mortuorum, vt à putredine & vermibus maneant illæſa, myrrha condiuntur. Hoc gommio bene compunctio intelligenda venit, quæ vermes peccatorum conſumit; en cur in thymiamate orationem ſignificante gutta apponitur; compunctio enim, vt ſit Deo grata & accepta oratio eam debet comitari. Siſtêdus Guil. Par. Guillelm. Pariſ.

lib. de Rhet. diuina cap. 42. *Quia igitur gratia compunctionis fœtulentiam, ſiue ſpurcitiam præteritæ vitæ exterminat, vermeſque vitiorum & peccatorum mortificat, & conſumit, ipſum etiam ſuauitatis odorem ſpirat in odoramento iſto ſcilicet orationis, ideo merito primo ponitur gratia*

B *compunctionis, quæ offenſas vitiorum & peccatorum tollit, & iram Dei placat, qui nuſquam exaudit orantes, donec eis placatus ſit; ſecundum quod compoſitionem thymiamatis ingreditur eſt onyche, quæ ſecundum aliquos oſtreola parua eſt, ad vnguis humani magnitudinem, quæ quidem boni odoris eſt, ſicut nonnulli piſciculi.* Onycha quæ adeo parua eſt, quid denotat niſi humilitatem, quæ comes indiuidua debet eſſe orationis? *Vt eſt ordo congruentiſſimus*, inquit præf. Epiſc. Pariſ. *vt gratiam compunctionis, in qua eſt vina recognitio vitiorum & peccatorum, comitetur humilitas, quia nihil adeo diſplicet Deo, ſicut ceruix erecta poſt peccatum.*

Benignitas ſiue manſuetudo orationis ſit comes.

Oleum ad concinnanda luminaria, & thymiamata boni odoris: Diximus non ſolum ſtactem 34.
& onychem, ſed etiam galbanum thymiamatis compoſitionem ingredi: galbanum vero idcirco potiſſimum boni odoris, inde dictum videtur, quoniam mirificæ virtutis eſt odor ipſius, extinguit enim venena draconum, ſerpentes arcet & diffugat: quid eo denotatur, & cur thymiamatis compoſitionem ingreditur? rectè benignitas, ſiue manſuetudo, qua vitia venenata arcentur, intelligitur, ad orationem autem, & hæc neceſſaria. Quod latè expendit præf. Epiſc. Pariſ. *Venenata peccata, & vitia venenoſa, vel potius venenata vitia, & peccata malignitatis intelliguntur: hoc autem eſt pro animo vel vitio nocendi, ſine quo nunquam ſunt, qua-*

D *lia ſunt odium, ira, inuidia, & ſuperbia: & quæ ſine iniuria & læſione proximorum nunquam in aliquo eſt, auaritia, quæ amore lucrorum adeo excæcat eos quos poſſidet, vt aliena nec conſiderent, nec reputent: quapropter noxia animalia, ſiue maximè venenata reputandi ſunt merito, vel habendi: cauſa autem in hoc euidentiſſima eſt, quoniam tanquam peſtilentis, ſiue peſtiferi aliys hominibus ſunt: quare manifeſtum eſt beneuolentiam, ſiue benignitatem non ſolum ſtudium nocendi, ſed etiã omne alienum exterminare: at his in quibus galbanum, merito ipſa intelligitur: debes etiam ſcire quia peccata huiuſmodi, & vitia cruenta, ſiue ſanguinolenta dicenda ſunt, nec mirum tibi videatur, ſi gratia iſta locum habet magnum in oratione, neceſſe enim eſt benignos benignitatem apud Deum benignum inuenire, quemadmodum, & miſericordes miſericordiam.* Hac autem omnis

Iudith 9. *Iudith quæ in oratione ſua dicebat ad Dominum, tu Domine cui manſuetorum, & humilium ſemper placuit deprecatio.* A

Actio orationem comitetur.

35. *Oleum ad concinnanda luminaria, & thymiama boni odoris*, ad cuius compoſitionem concurrebat thus lucidiſſimũ, quod vocatum galbanum, id eſt incenſum album, vocatur & incenſum maſculum, quod fortius & maioris virtutis eſt, cum in omnibus animalibus maſcula ſunt potiora, & fortiora. Intellexit ergo Moyſes thus lucidiſſimum, id eſt puriſſimum, quoniam de puritate eſt luciditas, quid hoc thure lucidiſſimo denotatur? deuotio pura, B imo puriſſima, & rectè quidem, quoniam in oratione efficaciſſima, maxima mẽtis deuotio requiritur. *Thus iſtud*, inquit præf. Guillelmus Aluernus, *nihil rectius intelligi poteſt, quam in oratione deuotio, nec tibi dubium eſt, quantum valeat, & quantum condiat, quantumque per omnia melioret orationem deuotio, cum dicat auctoritas, quia qui indeuotus orat, iudicium contra ſe poſtulat, in ipſa vero deuotione puritas, quid aliud intelligi poteſt, quam ſicut legitur in Exodo in thure luciditas?* (Guillelmus Aluernus.)

Ornatus in ſacerdotibus non improbandus, quia religionem populo infundit, & ipſi, eo ad virtutem alliciuntur.

Oleum ad concinnanda luminaria, &c. & lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, & rationale, Summi Pontificis: pretioſi ergo lapides ſummum adornant ſacerdotium, nam onyches fuere in vtroque latere ſuperhumeralis ſummi ſacerdotis, & aliæ erant duodecim gemmæ pretioſæ, quibus rationale ſeu pectorale eius decorabatur: mitto reliquum illius ornatum ſplendidiſſimum, & ditiſſimum: cum à ſummis ſacerdotibus vitæ exemplum ſumi debeat, cur ita ſuperbe adornantur, cum potius humiliter veſtibus indui deberent, vt ſubditòrum ſuperbia deprimeretur & coerceretur? ne tamen in ſummis ſacerdotibus exteriorem cultum necnon & hunc ditiſſimum ornatum vituperes, quia ſic & religionem populo infundit, & ipſimet ſacerdotes eo ad virtutem amplexandam inuitantur. Sic obſeruat Theod. *Nec minus & ſacerdotes magnificè exornatos voluit, vt populo religionem incuterent, & ipſi monerentur quanto ſit animus apparatu decorandus multiplici virtute.* 36. (Theod.)

VARIET. LECT. Verſ. 8. & 9.

V*Vlg.* Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum.

Sept. Et facies mihi ſanctuarium, & apparebo in vobis, vel videbor.

Cald. Et facient coram me ſanctuarium, & habitare faciam maieſtatem meam in medium eorum.

Vulg. Iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi, & omnium vaſorum in cultum eius, ſicque facietis illud.

C *Sept.* Et facies mihi ſecundum omnia quæcumque tibi oſtendo, & in monte exemplum tabernaculi, & exemplum omnium vaſorum eius ſic facies.

Cald. Iuxta omnia quæ ego oſtendo tibi, ſimilitudinem tabernaculi, & ſimilitudinem omnium vaſorum eius, ſic facietis.

Oleaſt. Secundum quod ergo videre facio te ædificium.

CONCORDIA.

ET habitabo Sept. verterunt ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν, & videbor in vobis, quibus eleganter expreſſerunt, quo ſenſu Deus peculiariter dicatur habitare inter homines in locis quibuſdam aut templis, nempe per orationes quæ ibi ſpecialiter fiunt, & per quas gloriam ſuam magis quam alibi manifeſtat Deus, & ſic ſenſus Sept. erit, facient mihi ſanctuariũ, & in eo vobis gloriam meam per nubem, vel alia viſibilia ſigna oſtendam, permanente ſuper tabernaculum nube, perinde ac ſi in eo habitarem: vbi habet Vulg. imo Cald. & Sept. habent ſimilitudinem, legit ſolus Oleaſt ædificium, & ait, conſulto non vertimus ſecundum ſimilitudinem, quemadmodum omnes noſtri D verterunt, dicentes tabnit ſignificare ſimilitudinem, cum re vera ſignificet fabricationem, & ædificium, nam vbicumque iſti tabnit ſimilitudinem vertunt, tam bene vertas fabricam & ædificium, vt Pſal. 100. Mutauerunt gloriam ſuam betabnit, id eſt in ſimilitudinem bouis. Sed quis non videt, quod licet tabnit alibi ædificium, vel fabrica reddi poſſet, hic non ita vertendum? an ipſe doctior Sept. Cald. & Vulgato interprete? tum illud quod in monte monſtrabatur erat ſimilitudo eorum quæ à Moſe erant facienda, non autem ædificium, vel fabrica, nam exemplar vel ſimilitudo ædificij, non eſt ipſum ædificium. (Pſalm. 100.)

EXPOSITIO.

F*Acientque mihi ſanctuarium*, quod idem eſt hîc ac tabernaculum, imo & dictio mikdas non ſolum commune eſt tabernaculo, ſiue ſanctuario, ſed etiam templo à Salomone poſtea conſtructo. Sic vero dictum tabernaculum ſanctuarium, quod ſacra in eo perage-

rentur, nam quod Deo conſecratum eſt, ſanctum ſcriptura vocat, quaſi eo auguſtius iam factum ſit, & diuinæ quodammodo venerationis particeps, *& habitabo in medio eorum*, id eſt inter illos: quod igitur eo in loco publica ſacta tractentur, & Deus tam verbo ſuo quam ſacrificijs, & ritibus ſignorum oſtenſionibus, ſpecialius quam alibi reueletur, ideo habitare ſpecialius dicitur in medio eorum.

Iuxta omnem ſimilitudinem, & integram repræſentationem tibi reuelandam figuræ, magnitudinis, ac materiæ, non ſolum taber-

A naculi quod erit veluti templum quoddam partiale ad peregrinantis populi commodum, ex quibuſdam tabulis ligni ſethim deauratis compactum, habentibus ſuas vtrimque incaſtraturas, vt poſſit altera alteri à ſummo vſque deorſum ſimul firmiter compaginari & connecti, ſed etiam *& omnium vaſorum*, quæ fieri debent ad ornatum ſanctuarij, *& in cultum eius*, ne ſi tuo ſenſu, & arbitrio tuo ipſa confingerentur, populus forſan exiſtimaret, minus illa eſſe Domino accepta & placita.

CONCEPTVS.

Ita ingrata hominum conditio, vt Deum ſecum commorari volentem abijciat. B

Facientque mihi ſanctuariū, ad quid? vt tibi
37. ſolum offerantur ſacrificia? vt ritus ſacri peragantur? nequaquam, ſed vt inhabitem in medio veſtri. Inenarrabilis ſane Dei miſericordia, qui cœlum terramque adimplet, qui immenſus eſt, omnibus præſens per eſſentiam & potentiam, ſpecialius tabernaculum, vt in medio Iſraelitarum habitet, requirat. Verum an ſecum commorari volentem ferre potuerunt? imo tanta fuit eorum ingratitudo & malitia, vt pluries eum ſceleribus ſuis ad abeundum prouocauerunt. *Sæpiſſime*, inquit Oleaſt. *aduerſus Iudæos ira permotus ſum, qui* C
Oleaſt. *Deum volentem ſecum habitare è terrâ ſuis facinoribus expulerunt, quid enim hominibus vtilius eſſe poterat, quam Deum ſecum morantem habere, quem in ſuis neceſſitatibus interpellarent?*

Sine temperantia aliæ virtutes non apparent.

Facientque mihi ſanctuarium, ex his quæ ſu-
38. perius dixi colligendo, nempe ex auro, & argento, ære, hyacintho, purpura, cocco bis
Petrus Riga. tincto & byſſo: Petrus Riga in lib. ſuo de aurora, horum ſignificationes declarans ait.

Vir prudens, fortis, iuſtus, moderator, in illis
Quatuor exprimitur.

Nempe hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo.

Claro ſignatur prudentia clara hyacintho.
Paret, & illa polo, condidit iſta polos.
Bis tinctus coccus, mens fortiter ardens,
Fratris amore prius, poſt in amore Dei.
Iuſtitiam ſignat, quæ veſtit purpura Reges.
Regia iuſtitiam. ſceptra tenere ſolent.

Deinde proſequitur de byſſo, dicitque temperantiam denotare, cum byſſus quæ frigida eſt temperet omnia. Verum cur vltimo loco ponitur, cum color albus præferendus eſſe videatur? vt denotetur quod licet alias virtutes habueris, alijs coloribus deſignatas, ſi tamen tibi defuerit byſſus, nempe temperantia, nullius erunt æſtimationis: Ita ſentit cit. Presbyter.

Si careant huius virtutis honore, nitorem
Tres aliæ perdunt, nilque vigoris habent.
Hac prudens Salomon, ſi non caruiſſet, abyſſus
Fœmineæ labis non ſepeliſſet eum.

Non fortis Samſon oculos gemeret, neque iuſtū
Oziam leprâ tangeret ira Dei.

Sancti non ſine violentia, & afflictionibus regnum cœlorum adepti ſunt.

Facientque mihi ſanctuarium, quod cum 39.
pluribus conſtare deberet, nempe metallis pretioſiſſimis, lino & lana multicolori, lapidibus & gemmis magnæ æſtimationis, ab eo tamen non arcet ligna: ait enim, accipietis & ligna ſethim: Septuag. & ligna impotribilia, de quibus lignis & eorum ſignificationibus canens præf. Riga ait.

Ligna ſethim nulla torpent putredine, iuſtos
C *Signant, in cœlis qui ſine fine virent.*

Huiuſmodi autem ligna ſethim videntur fuiſſe arbores quæ vocantur ſpinæ: nam Iſaiæ 41. Iſaiæ 41.
hoc nomen שטה ſchitta eſt quod Septuag. verterunt buxum, noſter interpres cum Theodotione, ſpinam vertit, ſicut & Ioelis 3. verſ. 18. Ioel. 3.
Interpres noſter & Symmachus torrentem, vel vallem ſpinarum, in Hebr. torrentem ſothim verterunt. Scio D. Hieronymum, vt diximus in expoſitione verſ. 2. non ſpinam dixiſſe, ſed ſpinæ ſimilem, ait enim in Iſaiæ 41. eſt genus arboris naſcentis in eremo (Arabiæ ſolitudinem intelligit) ſpinæ albæ habens ſimilitudinem. Vnde omnia ligna arcæ & tabernaculi facta ſunt inſtrumenta quæ appellantur ſethim, quod lignum imputribile, & D leuiſſimum, omnium lignorum tam in fortitudine, quam in nitore ſoliditatem ſuperat & pulchritudinem.] Idem Ioelis 3. eſt genus arboris in eremo ſpinæ albæ ſimile, colore & folijs non magnitudine. Alioquin tam grandes arbores ſunt, vt latiſſima ex illis tabulata cædantur. Sed vtramque ſententiam concordare poſſumus, ſi dixerimus huiuſmodi ligna ſethim fuiſſe arbores dictas ſpinas, ſed noſtris in magnitudine abſimiles, & incorruptione. quo poſito, cur ligna imputribilia, quæ ſanctos in cœlo perpetuo virere ſignificant, ſpinæ ſunt quæ manus lacerant & perfodiunt ſuis cuſpidibus? quia ſancti qui in æternis ſedibus virent, non hunc virorem ſibi compararunt, ſine ſpinis tribulationum & afflictionum, ſic enim Presbyter Rhemens.
canit præfatus auctor.

Spina ſethim notat hoc nomen, quia vi, quia pœnit,
Et quia tormentis, itur ad aſtra Dei.

Non à quibuſcumque tabernaculum Dei conſtruendum.

40. *Facientque mihi ſanctuarium*, non omnes Iſraelitæ, ſed duo egregij artifices. Septuag. facies mihi ſanctuarium, ita vt ſecundum Septuag. videatur hoc præcepiſſe Moyſi, imo in fine huius capitis, & à Domino dicitur: vide omnia facias ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Cur non omnibus præcipit, vt illud efficiant, cum omnibus futurum ſit commune? quia non à quibuſcumque tabernaculum Dei conſtruendum, ſed à pijs & à veris Iſraelitis. Hanc veritatem habeamus à calamo D. Bernardi tract. de Vita ſolit. *Quid reſponſum eſt Moyſi cum fabricaturus eſſet tabernaculum? vide inquit, omnia facito ſecundum exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte non à ſæculi hominibus: docet fieri tabernaculum Dei cum hominibus: ipſi quibus in altitudine mentis oſtenditur exemplar veri decoris domus Dei, ipſi ædificent ſibi, ipſi quibus ſolitudo interiorum ſuorum contemptum, & negligentiam indicit omnium exteriorum, ipſi ædificent ſibi formam paupertatis, & ſanctæ ſimplicitatis ſpeciem, & paternæ frugalitatis lineamenta.*

S. Bernard.

In Angelis Deus tanquam in ſuo tabernaculo moratur.

41. *Facientque mihi ſanctuarium*, Vbinam? in terris, nonne etiam in cœlis? & ſic cur non dicemus ſanctuarium eius etiam eſſe beatos ſpiritus Angelicos quibuſcum cōmoratur à tempore quo creati fuere? Mens eſt Melliflui Doctoris loco cit. *Oſtendit Dominus Moyſi tabernaculum in monte, & vaſa eius in cultum conſecrata, quia eidem ſecum tanto tempore demoranti, manifeſte demonſtrauit, quanta pietate, humilitate, & munditia virtutes Angelicæ ſuo creatori gaudeant obedire, quæ ſunt perfectum in omnibus tabernaculum eius, qui nunquam in eis, ex quo conditi ſunt, manere atque inhabitare ceſſauit.*

Mellifluus Doctor.

Angelorum exemplum, in omnibus quoad poſſumus, ſequamur.

42. *Facientque mihi ſanctuarium*, deinde, quomodo fieri deberet, ait, *iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendam tibi*: cur vt eos non quaſi ad aliquid impoſſibile cogeret, non ait facietis ex parte ſimile, non autem iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi? nonne diximus tabernaculum Dei in cœlis eſſe ſanctos Angelos: cur etiam non aſſeremus in terris tabernaculum eius ſpiritale eſſe ſanctas animas, quæ relictis huius mundi coniugijs, vitam Angelicam imitantur? Verum non dixit Deus Moyſi, vt faciat tabernaculum quaſi ſimile ei, quod ſibi monſtratum eſt, ſed iuxta omnem ſimilitudinem, quia non quomodocumque Angelicum inſtitutum, ſed in omnibus quoad poſſumus, imitati debemus. Notandum, inquit *Bernard.* diligentius, quod ſanctuarium Domino facere filij Iſrael iubentur, non ex parte ſimile, ſed iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtendit Moyſi: ſi ad Angelorum in cœlis conſortia tendimus, debemus vitam eorum, in terris, quantum nos noxia corpora tardant, terrenique habitant artus, moribundaque membra, ſemper imitari. Quod ſi forte requiris (*S. Abbas proſequitur*) in quo hoc tabernaculum cœleſte homo terrigena, ſpiritales carnalis imitari valeas? *ait*, diligunt Dominum & proximos, hoc imitare, ſubueniunt miſeris, & ſi non Angelis qui omnes beati ſunt, certe hominibus, hoc imitare: humiles ſunt, mites ſunt inuicem, placati ſunt, diuinis parent iuſſis, hoc in quantum vales imitare: nihil mali, nihil otioſi, nihil iniuſti loquuntur, agunt, cogitant, diuinis indefeſſi laudibus mente & verbo aſſiſtunt. Hoc quantum potes imitare, & ſanctuarium Domino, iuxta templum quod Moſi in monte monſtratum eſt ædificaſti, venienſque Dominus & Saluator noſter, manſionem apud te faciet, quin & poſt hanc vitam in illud tabernaculum quod imitaberis, perpetuo beatum introducet.

Citat. Abbas.

Angeli varia ſunt Dei vaſa.

Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi in cultum eius, & vaſorum eius. Non ſolum Bernard. tract. de Vita ſolit. per vaſa tabernaculi (quod eſt ciuitas cœleſtis Hieruſalem) intelligit beatos ſpiritus Angelicos, ſed etiam Abbas Cellenſ. ait enim. Sunt iſta vaſa in honorem magnæ domus, & vtilitatem, de quibus ſequitur, & omnium vaſorum in cultum eius, quaſi myſticè alio vaſe bibat Deus, incircumſcriptus ſpiritus alio comedat, alio ſedeat, alio manus abluat, alio pedes, alio incenſum accipiat, alio lucernam accendat, alio manna reponat, alio theſauros recondat, alio quolibet, alia congrua diuinitati officia exhibeat. Verum quomodo huiuſmodi Angeli vaſa poſſunt eſſe, quibus vel comedat, vel bibat Deus? &c. Acutè ſatisfacit nominatus Abbas, *Cherubim & Seraphim charitate inflammati, quaſi ori diuino cibum & potum deferunt, cum omnimoda alijs ſpiritibus vicinis ordine & amicitiæ dignitate aſſiſtunt. Throni in veritate ſtantes ſeſſionem placidam, & placitam præbent. Principatus & poteſtates, quaſi aquam & manutergium ſuggerunt, cum nos defendendo ab hoſtibus gratiam ſecuritatis, & audaciam repugnandi conferunt. Dominationes pedes abluunt, cum noſtra peccata ſuis poſtulationibus imminuunt, & Dominationem ſuper peccatis acquirunt. Virtutes incenſum boni odoris accendunt, cum de ſanctorum virtutibus gratias incomprehenſibili maieſtati referunt. Archangeli lucernam accendunt, cum myſteria profunda ſecretorum cœleſtium reuelando exponunt. Angeli manna reponunt, cum à nobis diuina abſcondunt conſilia, & theſauros includunt, cum à malignis ſpiritibus noſtra bona opera defendunt, & in conſpectu Agni deferunt.*

43. S. Bernardi. Abbas Cellenſ. ep. de Tabern.

Quam eleuata ſunt opera Dei à noſtris quantumcumque ſint eximia.

44. *Facientque mihi ſanctuarium, iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi:* Quid? nonne potuit ei dicere, conſtrue mihi tabernaculum ſecundum ideam perfectam, quam concipere poteris? ingenium tibi non deeſt, ſicut nec erga cultum meum affectus, materiam colliges à populo Iſrael, aurum, argentum, &c. non negabit: nihil tale dicit Deus, ſed facies tabernaculum iuxta omnem ſimilitudinem tibi oſtendendam, quia noſtra opera quantumcumque eximia, ſi cum operibus Dei conferantur, in nihilum deſinunt. *Quam eleuata ſunt à noſtris*, inquit Oleaſter, *opera tua Domine! vt nihil in terris inueniatur, ad cuius imitationem fiant quæ pertinent ad cultum tuum, ſed opus ſit exemplari cæleſti, cui quæ ad tuum miniſterium pertinent aſſimilentur, & hinc perpendes quid noſtra quantumcumque pulchra, ac ſubtilia videantur, valeant ad eius obſequium, niſi ſua infinita bonitate vellet ea acceptare.* — Oleaſter.

A terrenis inducamur ad cæleſtium cognitionem.

45. *Facientque mihi ſanctuarium, iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtendam tibi*, cur in ratione exemplarium diuinæ actionis Apoſtolus modum immutauit? nam Deus dicit, iuxta omnem ſimilitudinem tabernaculi, quod oſtenſum tibi, & omnium vaſorum in cultum eius, ſic facietis illud: item in vltimo verſu huius capitis, inſpice & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt, manifeſte hîc eorum quæ mandabat facere Moyſi, & quæ demonſtrabat illi exemplaria eſſe dixit. Econtra Apoſt. Hebr. 8. ea quæ fecit Moyſes, illorum exemplaria nuncupauit, quæ Deus illi demonſtrauit, ait enim: ſi ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos, cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera, qui exemplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtium. Et continuo ſubiungit teſtimonium iam dictum, quo Deus cœleſtia potius exemplaria eſſe dixit terreſtrium, ſicut reſponſum eſt Moyſi. Vide omnia, inquit, facito ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt. Quomodo ergo Apoſtolus verſa dictione, tabernaculum Moyſi exemplar dicit fuiſſe cœleſtis tabernaculi? Satisfaciat B. Rupert. lib. 4. cap. 2. Moyſi Deus loquebatur, & ei cœleſtia priuſquam faceret terreſtria, ſpiritualia prius demonſtrabat, quam carnalia, quando vel quali deuotione demonſtrabat, viſione interna, viſione Prophetica. Loquebatur enim illi facie ad faciem, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum, non celando illi conſilium ſuum, faciendo illum ſecretorum ſuorum conſcium; cum ergo loqueretur ad illum, ſicut loqui ſolet homo ad amicum ſuum, numquid illi occultaret ſummum amicitiæ ſuæ fructum? idem futurum Chriſti filij ſui, cœleſte ſacerdotium? imo tam de præteritis quam de futuris docuit eum. Numquid non cum authoritate ſcripturæ Moſaicæ dicit Ioannes: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil? etenim prior ille ſic locutus eſt, quia dixit Deus fiat & factum eſt, per Verbum factum eſt: ergo multo magis illud amico ſuo non abſcondit, quod Verbum caro futurum eſſet, quod Deus & homo Chriſtus propitiatio pro peccatis noſtris futurus eſſet: quod idem in tabernaculo ſuo (quod eſt præſens Eccleſia) menſam corporis, & ſanguinis ſui poſiturus eſſet: quodque idipſum tabernaculum Chriſtus, ipſe magnum candelabrum cunctis Spiritus ſancti donis lucens illuſtraturus erat. Itaque cum prius hæc ſpiritualia ſiue cœleſtia vidit, & poſt modum carnalia populo illi Sancta ſanctorum fecit, ipſa cœleſtia illi exemplaria dicuntur, & ſunt. Porro Hebræi (ad illos enim epiſtola illa Apoſtolus loquitur) prius tabernaculum manufactum, prius arcam, propitiatorium, menſam, candelabrum omnia manu facta nouerunt, & de illorum ſimilitudine commonebantur ab Apoſtolo, vt ſe extenderent ad cognitionem cœleſtium: rectè igitur iſtis è contra hæc terreſtria dicta ſunt exemplaria fuiſſe cœleſtium, exemplaria verorum, exemplaria inquam, & vmbræ futurorum iam nunc tabernaculi ipſius ſtructuram Deo duce, & candelabro quod ille eſt prælucente ingrediamur.

Hebr. 8. — Rupertus. — Exod. 33. — Ioan. 1.

Vbi perfectio ibi Dei inhabitatio.

46. *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum*, diximus dictionem Hebræam reſpondentem ſanctuario, ſignificare tam tabernaculum quam templum. Præcipit ergo Deus, vt ſibi præparetur tabernaculum ab Iſraelitis, vt in medio eorum (qui nullo loco circumſcribitur cum ſit immenſus) habitet. Sed quid per huiuſmodi tabernaculum intelligere poſſumus, cum fuerit omnibus numeris abſolutum? fuit enim perfectum ſecundum exemplar Moyſi à Domino monſtratum. Quis autem dubitat quàm abſolutiſſimum fuerit: intelligere ergo ex eo poſſumus omnibus partibus ſuis integrũ ſtatum perfectionis. Verum cur ſubiungit Deus, & habitabo in medio eorum? quia vbi perfectio ibi Dei inhabitatio. Profero eadem ſane verba Richardus è S. Victore in tractatu de nonnullis alleg. tabernaculi, *Per tabernaculum fœderis intellige ſtatum perfectionis, vbi perfectio animi ibi & inhabitatio Dei, quanto ad perfectionẽ appropinquatur, tanto mens arctius Deo fœderatur.* — Richardus Victor.

Vtraque diſciplina tam mentis quam corporis neceſſaria.

47. *Facientque mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum*, huiuſmodi ſanctuarium, vel tabernaculum conſtabat atrio exteriori, quod erat ſub dio, patebatque omnibus, quo diſciplina corporis, ſicut per tabernaculũ diſciplina mentis à præfato Richardo Vict. intelligitur. Verum cur atrio indiget tabernaculum? nonne

vnum ſine alio conſtare poteſt? ſanè atrium A neceſſarium erat, vt ingreſſus fieret ad tabernaculum: bene ergo vtrumque requiritur, quia vtraque diſciplina tam mentis, quam corporis deſignata neceſſaria eſt. *Vbi enim exterior diſciplina deeſt*, inquit nominatus Au- Richard. Victorinus. ctor, *interior pro certo obſeruari non poteſt, diſciplina vero corporis inutilis certè ſine diſciplina mentis, atrium ſub dio & aperto iacet, & diſciplina corporis omnibus patet.*

Ne diſſideas à te ipſo, ſi Deo tabernaculum velis conſtruere.

48. *Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum*, Septuag. facies mihi, verum quo tempore id præcepit Moyſi? cum in vertice montis eſſet diuinæ maieſtati adhærens B ſæcularibus curis abſtractus, & ab omni hominum tumultu ſeparatus, ſoli diuino intentus colloquio: en cui Deus præcipit ſibi tabernaculum conſtrui vt in eo habitet! & tu ſane ſi à te non diuiſus, ſi à te non diſſidens, ſed totus Deo adhærens, dignum Deo tabernaculum præparabis, tecumque in æternum manebit. Sic conſulit B. Bernard. cap. 6. de Interior. do- S. Bernard. mo, *Studeamus Deo templum ædificare in nobis, primo quidem vt in ſingulis nobis, deinde vt in omnibus ſimul inhabitet, qui nec ſingulos dedignabitur, nec vniuerſos. Primo igitur ſtudeat vnuſquiſque ne diſſideat à ſemetipſo, quia omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet, nec intrabit Chriſtus, vbi parietes inclinati fuerint, & materiæ depulſæ. Vult habere anima corporis ſui domum integram, & exire* C *eam neceſſe eſt, ſi fuerint à ſe inuicem membra diſperſa. Videat igitur & ipſe ſi deſiderat Chriſtum per fidem inhabitare in corde ſuo, id eſt in ſeipſo, videat & ſollicitè caueat, ne à ſe inuicem membra eius diſſideant, id eſt ratio, voluntas, & memoria, dignum habitaculum parat Deo, cuius nec eſt ratio decepta, nec voluntas peruerſa, nec memoria inquinata.*

Dominus ad ſui reuerentiam, & timorem nos prouocat, & inuitat.

49. *Facient mihi ſanctuariũ, & habitabo in medio eorum:* Quod non ita intelligitur, vt in manufactis ædificijs ſic concludatur Dominus, vt non & alia loca impleat, cum dicat ipſe, cœlum & terram impleo, ſed quod eo in loco pu- D blica ſacra tractentur, & Deus tam verbo ſuo quam ſacrificijs, & ſignorum oſtentionibus, ibidem ſpecialius quam alibi reueletur. Sanctuarium igitur ſibi fieri iubet, vt in eo Dominus Deus illis ſemper adeſſe credatur, certius & religioſius, qui nuſquam abeſt. Verum inquires, cur Deus vult vt credatur à nobis certius & religioſius adeſſe alicubi quam alibi? vt ad ſui reuerentiam & timorem magis nos prouocet, quo magis enim eum præſentem crediderimus, eo magis eum venerabimur. Adeſt pro Lippom. nobis Lippom. *Vt admoneantur præſentiæ Domini ſui, & ſic eum timeant præſentem ſibi, & reuereantur illius prouidentiam, omnia exactiſſime vſque ad minima diſpicientem, ne quis abeſſe ſibi omnium patrem ac iudicem cogitet.*

Cognitio Dei ſine dilectione, non ſufficit ad ipſius inhabitationem.

Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in 50. *medio eorum*, eſt de ratione tabernaculi vel templi, quod ſit habitaculum Dei: ſecundum illud Pſal. Deus in templo ſancto ſuo. Vnde Pſalm. omne illud in quo habitat Deus, poteſt dici templum, habitat enim Deus principaliter in ſeipſo, quia ipſe ſolus ſe comprehendit: vnde & ipſe Deus templum Dei dicitur Apocal. 21. Apoc. 21. Dominus Deus omnipotens, templum illius eſt, habitat Dominus in domo ſacrata per ſpiritualem cultum, qui in ea ſibi exhibetur, habitat Deus in omnibus per fidem, quæ per dilectionem operatur, ſecundum illud Epheſ. 3. Epheſ. 3. habitare Chriſtum per fidem in cordibus veſtris. Vnde & ad probandum, quod fideles ſint templum Dei, ſubiungit, quod inhabitantur à Deo cum dicit, & ſpiritus Dei habitat in nobis, Spiritualiter dicitur Deus tanquam in familiari domo habitare in ſanctis, quorum mens capax eſt Dei per cognitionem & amorem, etiamſi ipſi in actu non cognoſcant & diligant, dummodo habeant per gratiam habitum fidei, & charitatis, ſicut patet de pueris baptizatis. Sed cum duæ ſint mentis operationes, quibus Deus in nobis habitare dici poteſt, nempe ipſius cognitio & dilectio, an prima ſine ſecunda ſufficit, vt mens ſit illius habitaculum? Audi negatiuè & verè reſpondentẽ Angelicum Doctorem c. 3 epiſt. 1. ad Corinth. Angelicus Doctor. lect. 5. *Cognitio*, inquit, *ſine dilectione non ſufficit ad habitationem Dei: ſecundum illud 1. Ioan. 4.* 1 Ioan 4. *qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in illo, vnde eſt, quod multi cognoſcunt Deum, vel per naturalem cognitionem, vel per fidem informem, quos tamen ſpiritus Dei non habitat.*

Deus vult, vt in hoc ſæculo ad futuræ magnitudinem trahamur.

Facient mihi ſanctuarium, & habitabo in 51. *medio eorum*, Deus non adducitur aliquâ indigentiâ, vt à nobis petat ſanctuarium, quaſi non habens, vbi reponat ſancta ſua. An minus amplum eſt cœlum? an non cœlum cœli Domino? an ſunt ſancta quæ non capiat amplitudo Dei? reuera cœli pleni ſunt Dei gloriâ, quæ eſt ſanctuarium quod firmauerunt manus Dei, terra vero maledicta in peccato Adæ inanis, & vacua: cur ergo ſibi ſanctuarium non eo indigens poſtulat fieri? Optime Venerabilis Petrus Abbas Cellenſis 1. p. Abbas Cellenſis. de Tabernaculo, *Placuit profundo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, inclinare ex hoc, ad rigandum ex ſuperioribus ad inferiora, vt ſaltem ſimilitudinem gloriæ Dei, in ſpeculo & ænigmate viſibilis ſtructuræ Moſaici tabernaculi, perciperet maieſtatem verorum bonorum interiorum oculus illuminatæ rationis, & æſtimaret vtrumque de ſimilitudine veritatem, & ineſcaretur viſibili ſpecie ad inuiſibilem glorioſæ ſubſtantiæ explanationem, præmonſtrantur inſolita figuræ viſibus humanis, vt reducta cogitatio à ſolitis meditetur ſubtili reuolutione, præter hæc quædam magis eſſe inſo-

inſolita, quorum claritate æterna inuiſibili contubernio impregnata, pro modulo ſuo temporaliter relucent iſta ſancta ſæcularia, quæ tantum ad A *ſimilitudinem illectricem, non ad veritatem ſatiatricem commodata ſunt.*

VARIET. LECT. Verſ. 9. & 10.

V*Vlg.* Arcam de lignis ſetim compingite, cuius logitudo babeat duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum ſimiliter & ſemiſſem.

Sept. Et facies arcam teſtimonij, ex lignis imputribilibus, duorum cubitorum & dimidij longitudo, & cubiti & dimidij latitudo.

Mont. Et facient arcam ligna ſetim, duo cu- B biti & dimidium longitudo eius, & cubitus dimidium latitudo eius, & cubitus & dimidium & ſtatura eius.

Ioſeph. Et facies heorou, *Caiet.* & facies thecam.

Vulg. Et deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris, facieſque ſupra coronam auream per circuitum.

Sept. Et inaurabis eam auro puro intrinſecus & extrinſecus, inaurabis eam, & facies ei cymacia aurea, tortilia in circuitu.

Cald. Cooperieſque eam auro mundiſſimo intus & foris, facieſque ſuper eam circulum aureum per circuitum.

Arias. Et operies eam auro mundo à domo, & à foris operies eam, & facies ſuper eam coronam auri vndequaque.

Caiet. Veſties eam auro mundo intus & foris, & facies ſuper eam limbum auri in circuitu.

Complut. editio Sept. Facies & vndulas aureas.

CONCORDIA.

IAm diximus de lignis ſetim & imputribilibus, & nunc etiam addimus, quod cum Latinis & Græcis, imo & Hebræis nomen deeſſet quod arbores illas ſetim ſignificaret, vt pote quæ non naſcantur, niſi in Arabiæ de- C ſertis Iudeæ conterminis, in quibus tum etiam Iudæi verſabantur, neceſſario ſubſtituerunt voces Græcas & Hebræas, quæ non ipſas, ſed locum in quo naſcuntur, vel proprietatem quam haberent ſignificarent: ſi autem Latine redditum eſt nomen Hebræum ſetim, vt Iſai. 41. Ioelis 3. non tam ipſas arbores, quam alias ipſis agnatas, & pœne ſimiles denotat, & quia vnus aliam, alter aliam conditionem in hoc ligno attendit, in qua arbores nonnullæ conuenirent, idcirco ab ipſis diuerſimode vox illa Hebræa eſt verſa: verum eſt Hebraicè haberi ארון Aron quæ vox ad ſignificandam arcam quamuis ſeu ciſtam, in ſacra ſcriptura vſurpatur, eademque vſurpatur ad hanc arcam ſignificandam, & ita illud beoron apud Ioſephum D vox Hebræa corrupta eſt, vti & plures voces Hebreæ, apud ipſum fere corruptæ ſunt: verbum Hebraicum צפה etiam tegere & operire ſignificat: vbi habemos intus & foris, Hebraice eſt מבית ומחוץ quod Montan. vertit à domo, & à foris, ſed retinuit Hebraiſmum qui vſurpat eſſe in domo, pro eſſe intra, quod ea quæ domi ſunt, intra eſſe videantur, nam idem eſt Hebræis eſſe domi, & extra, quod eſſe intus & extra, vnde hoc eodem capite habes, erunt annuli lebatim leuadim, id eſt intra vectes, Hebraicè in domibus vectium, vocat autem annulos domos vectium, quod vectes intra illos eſſent veluti in domibus ſuis: licet coronam verterit interpres & rectè, ſed Cald. poſuit circulum, ad denotandum quomodo corona illa ſumenda, non quaſi rotunda eſſet, nam formæ quadrangularis erat, ſicut & arca, ſed quod totam arcam in ſuperiore parte circuiret & ambiret, Sept. hanc coronam κυμάτια cymatia tortilia, iiſdemque vocibus infra vtuntur verſ. 24. & 25. vbi de coronis & labiis, quæ menſam ambire debebant, ſermo eſt. Porro κυμάτια quidam vocant ſupremam epiſtylij partem, quæ ſupra columnam prominet, ab horum κυματίων ſimilitudine prominentes hos in menſa & arca limbos, per catachreſim appellarunt Septuag. κυμάτια.

Sept. poſuerunt arcam teſtimonij, quæ etiam dicitur fœderis, & teſtamenti, dicitur arca fœderis quod in ea eſſet lex per quam Dominus fœdus percuſſerat cum Hebræis ſe fore eorum Deum, & benefacturum eis, ſi legem ſeruarent: eadem dicitur arca teſtamenti, quod nomen fœdus pactumque ſignificat, vt Pſalm. 82. ſimul aduerſum te teſta- Pſalm 82.
mentum diſpoſuerunt tabernacula Idumæorum & Iſmaelitæ, atque inde lex Dei eadem Pſal. 77.
ratione vocatur teſtamentum Pſalm. 77. non cuſtodierunt teſtamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare. Eadem de cauſa dicta eſt arca teſtimonij, lex enim Dei dicitur teſtimonium, quia in ea teſtatum reliquit Deus, quid fieri vellet à ſuis, quod ſæpe occurrit in Pſalm. Pſal. 118.
118. beati qui ſcrutantur teſtimonia eius, & poſtea, in via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, inde etiam tabernaculum ipſum vocatur tabernaculum fœderis & tabernaculum teſtimonij, quod in ſe legem contineret, ſiue arcam legem habentem.

Mirantur quidam, interpretem in Complutens. vertere & vndulas aureas, nam cymatia non tantum paruas vndas & fluctus, ſed & metaphora ab vndis ducta, ſignificant ſuptemam 1o columnis epiſtilij ſiue capitelli partem, quod ſiguificatum apposite hic imitati A Sept. limbum arcæ eminentem vocauerunt, cymatia eaque tortilia, id eſt fixa quidem ſed tortili opere, & hoc fortaſſe voluit interpres Compl. noua vndularum metaphura Latina, Græcam vſitatam in cymatiis affectans.

EXPOSITIO.

ARcam orditur à nobiliſſima parte ſanctuarij, nempe ab arca fœderis quæ quaſi thronus Dei futura erat & locus, vnde oracula fundebantur, ad quam honorandam cætera quæque quoquo modo ſanctuario deſeruiebant, omnia referebantur, ex cuius ſanctitate tabernaculũ, totum atrium, ſuppellex vniuerſa, ſanctitatem participabant, quæ apud Iſraelitas non ſolum tempore peregrinatioois huius, ſed plurimis poſtea ſæculis, vſque ad vrbis & templi cladem, vicem Dei gerebat in terris: ſi paucis totam de arca velis diſcere hiſtoriam, quæ per eam miranda patrauerit Deus, conſule Iacobum Bouſrerium in hoc capite: *de lignis ſetim compingite*, iam de lignis ſetim ſuperabunde diximus, quæ maxime compacta, & corruptionis expertia, incredibilis leuitatis ac pulchritudinis erant, proprie autem loquitur cum ait *compingite*, nam compingere eſt coniungere, & pertinet ad ea quæ de pluribus coniunguntur per plurium artificium, ſicut naues, & ipſa arca, quæ ex pluribus componebatur lignis, *cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos &c* hic non agitur de cubito geometrico, ſiue regio, ſed communi & humano, ſic Ioſeph. cum alijs definit lib. 3. antiq. c. 6. longitudo eius erat quinque palmorum, altitudo vero & latitudo trium palmorum, & ne in palmo ſit aliqua ambiguitas, ſemper pro *palmorum* in Græco eſt σπιθαμῶν id eſt ſpithamarum, habet autem ſpithama digitos doodecim, eſt enim interuallum inter mediom digitum & pollicem, cubitus autem eſt interuallum à brachij flexu ad extremum medij digiti & digitos habet viginti quatuor. hic eſt cubitus vulgaris, de quo loquitur hic Moyſes, nec eſt vllus maior cubitus præter regium, qui viginti ſeptem digitos continet, & geometricum qui ſex cubitos habet.

Iacobus Bouſrerius.

Arca igitur erat inſtar paruæ ciſtæ quadratæ, vel potius quadrangolæ, arbitratur Caiet. integram plano fuiſſe arcam quatuor lateribus, fundo, & operculo conſtantem, quod cum Dominus arcam exigat vult integram, & omnibus partibus abſolutam: qualis autem figura eius fuerit, qui ductus, quis modus artificij nihil eſt in ſcriptura expreſſum, ſed totum ad artificum ſapientiam relictum, quorum fuit B proportionis arcæ habere rationem.

Et deaurabis eam auro mundiſſimo, quod deaurare dicit Vulg. non per modum coloris intelligas, vel appoſitionem foliorum aureorum, ſed quod laminis aureis intus & extra fuerit cooperta, ex verbi enim Hebraici proprietate, hoc ſatis deprehenditur, quod abſcondere, cooperire & veſtire ſignificat, vnde recte Ioſephus, eratque intus & extra lamineis aureis incruſtata, & Philo lib. 3. de vita Moyſis erat munita (inquit) craſſis laminis aoreis.

Ioſeph. Philo.

Facieſque ſupra coronam aurcam per circuitum, cum non fuerit figuræ rotundæ, corona improprie dicitur, fuit enim ad formam & quantitatem arcæ gyratio quædam, quæ & limbus in ſuperiori arcæ parte, huiuſmodi autem limbus, ſiue corona fuit in ipſo arcæ operimento, quod diſtinctum fuit ab ipſo propi- C tiatorio, quod non fuit pars arcæ, vt ex eo ſatis conſtat, quod non ex ſetinis tabulis auro vtrimque confectis, vt arca, ſed ex ſolido auro conſtabat, nec par erat arcam perpetuo indecore apertam, ſi non cœli certe pulueris & animalculorum iniuriis expoſitam circumferri, aliquanto enim ſpatio propitiatorium ab arca diſtabat: quoniam vero arcam aperiri oportebat, vt in eam inferrentur efferrenturque quæ Deus iuſſiſſet, opercula etiam cum reliquo arcæ corpore connecti oportuit, ſed nexibus opinor aureis, aureaque cera, ne minor his eſſet honos quam quatuor circulis quibus circumferebatur.

CONCORDIA.

Chriſti Domini corona, ſancti.

Arcam de lignis ſetim compingite, Sept. *de lignis imputribilibus*, arca poteſt eſſe illa triumphans Eccleſia, quæ cœli velamentum tranſgreſſa, iam moratur & habitat ſancta ſanctorum: de hac arca Ioannes ait, & apertum eſt templum Domini in cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo; omnis autem arcæ dimenſio aliquid imperfectionis habere videtur, quoniam in longitudine & latitudine, nec non in altitudine dimidium præter vnum aut duos cubitos habet. hoc autem ideo fit, quia nobilis illa & cœleſtis arca nondum perfecta eſt, ne- D que vſque ad cœli conſummationem perficietur, quotidie namque aliquid ædificatur in ea quotidie deferentibus Angelis lapides, id eſt ſanctorum animæ illuc aſcendunt, è quibus eius muri ædificentur. ſed cur hæc arca compingitur de lignis ſetim, id eſt de lignis fortibus, & imputribilibus, quæ tamen ſpinea ſunt? diximus enim non ſolum huiuſmodi ligna ſetim ſpinæ albæ ſimilia, verum etiam ſpinoſa eſſe: cur è ſpineis lignis hæc arca compingitur, nempe cœleſtis illa ciuitas? reſpondet Bruno apud Tilm. *Arca de lignis ſetim compingitur, de lignis ſpinarum quibus Chriſtus coronatur, nempe ædificatur Hieruſalem ſancta, Chriſti namque ſan-*

52. Bruno.

Eli ſunt, quoniam pro ipſis & certauit, & vicit, & A *coronatus eſt.*

Chriſtus Dominus tanti fecit coronam ſpineam, vt diadematibus aureis facile præferat.

53. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris.* Arca, quæ prima omnium in tabernaculo fieri iubetur, non incongrue ipſam Domini & Saluatoris noſtri Incarnationem deſignat, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei; quæ videlicet arca, bene de lignis ſetim compingi iubetur, ligna quippe ſetim leuis & imputribilis naturæ eſſe feruntur, non multum à lignis albæ ſpinæ diſtantia: arca ergo de lignis ſetim B facta eſt, quia corpus dominicum ex membris conſtabat, omni vitiorum labe carentibus, & hæc eadem lignis ſpinæ ſimillima, quia etſi non in carne peccati, tamen in ſimilitudine carnis peccati venit. longitudo arcæ longanimem Domini ac Redemptoris noſtri patientiam, qua inter homines conuerſatus eſt, inſinuat: latitudo amplitudinem ipſam charitatis, qua inter nos venire & habitare voluit. altitudo ſpem futuræ ſublimitatis, quia vel ſeipſum poſt paſſionem ſuam glorificandum, vel glorificaturum eſſe prænidit. vnde & apte longitudo arcæ, erat duorum cubitorum propter miracula videlicet & doctrinã, quibus refulgebat in mundo; quod vero poſt duos cubitos etiam ſemiſſem arca in longitudine habebat, poteſt ad humanæ tarditatem fragilitatis referri, quæ dicta vel opera Saluatoris ſublimia, necdum C pro vt dignum erat capere valebat. vnius cubiti erat latitudo arcæ, ob diſpenſationem ipſius dominicæ charitatis, qua electos ſuos in Deo adiuuare curauit, non ſolum cubito vno, ſed ſemiſſe conſtabat, videlicet ob ſignificationem noſtræ fragilitatis, qua necdum in hac vita poſiti, perfectè vel ipſum Deum diligere, vel dilectionem, quam erga nos habet Deus, comprehendere ſufficimus. altitudo quoque arcæ aptiſſime erat cubiti vnius & dimidij, videlicet, propter ſignificationem vnicæ ſpei, qua vel Dominus ipſe cum eſſet in carne nobiſcum futuræ ſuæ reſurrectionis, & poſterioris gloriæ præſtolabatur euentum. arca intus, & foris auro mundiſſimo deauratur, quia aſſumpta à filio Dei humana natura, & intus virtute Spiritus ſancti plena erat, & foris, hominibus aperte ſancti Spiritus opera præmonſtrabat. verum cur arcæ corona aurea imponitur, cum Chriſtus Dominus non aurea ſed lignea, ſed ſpinea coronatur? verum eſt diadema & illud ex ſpinis capiti ſuo impoſitum, ſed quia pro ſalute hominum, ideo apud eum tantæ erat æſtimationis, vt etiam coronæ non ſolum aureæ, ſed lapidibus pretioſiſſimis contextæ præferret. hoc voluit dicere Venerab. Beda lib. de tabern. cap. 3. (Beda.) Arcæ bene corona aurea circumdari præcipitur, quia Chriſtus apparens in carne, atque ad redemptionem generis humani veniens, certum expectabat tempus & horam, quando ſuſceptam pro nobis mortem cum ipſo mortis auctore ſuperaret, atque ad A patrem victor in cœlos aſcenderet. de hac corona dicit Apoſt. Hebr. 2. (Hebr. 2.) cum autem qui modico quidem ab Angelis minoratus eſt, videmus Ieſum propter paſſionem mortis gloria, & honore coronatum, de hoc in Apocal. 6. (Apoc. 6) Ioannes, & vidi & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper illum, habebat arcum, & data eſt ei corona, & exiit viuens vt viueret: equus quippe albus Eccleſia, eques qui illi præſidebat Dominus eſt, qui habebat arcum, quia contra poteſtates aëreas, ad bella veniebat; data eſt ei corona gloriæ, quia regnum mortis moriendo deſtruxit.

In Chriſto omnia quæ nobis neceſſaria, repoſita ſunt.

B

54. *Arcam de lignis ſetim compingite,* neſcio quomodo non ſolum Venerab. Beda, ſed & alij, vt Petrus Abbas Cellenſ. arcam aſſerunt ſymbolum eſſe Chriſti Domini, nam quid arca communius? ecce in qualibet domo plures inueniuntur, quid autem Chriſto Domino rarius & pretioſius? vnicus enim cum filius eſſet in vnitate ſuppoſiti, naturam aſſumpſit humanam. verum in domo nonne arca maxime neceſſaria eſt? quia in ea non ſolum panis reponitur, ſed etiam veſtes, theſauri, & quælibet alia ſub claue ſignanda & conſeruanda: non immerito igitur Chriſtus arcâ deſignatur, quia in eo omnia nobis neceſſaria recondita ſunt. accipe (Abb. Cell.) Præf. Abb. 1. p. de Tabern. ſic loquentem. In Chriſto reponitur opus noſtræ ſaluationis, quaſi panis refectionis, reponitur veſtimen- C tum dealbationis, vt legitur, quotquot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis: reponitur nihilominus & pecunia redemptionis, vt ibi, redemptionem miſit Dominus populo ſuo, reponitur & theſaurus totius diuinitatis corporaliter: arca igitur eſt, nec ſemper aperta, ne ſtudium quærendi tollatur, nec inclementer clauſa, ne iuſtitia quærentium fruſtretur, ad hanc arcam paruuli qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, accedunt, & panem petunt dicentes, panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, ad hanc canes & catelli conuertuntur ad veſperam cum famem patiuntur, quia tandem peccatores & nouiter ad Chriſtum conuerſi, acriter remordentur in conſcientia de malis ſuis, fracturas ſeu buccellas miſerationum Dei D enixe quærunt.

Chriſti Domini corpus, licet igni paſſionis ſuperpoſitum, non euanuit in cineres combuſtionis, ſed conualuit in impaſſibilitatem reſurrectionis.

55. *Arcam de lignis ſetim compingite,* præter ea quæ de huiuſmodi lignis corruptionis expertibus dicuntur, vnum aſſerit de eis non vulgare præf. Abbas Cellenſ. nempe quod igni appoſita, non afficiantur damno combuſtionis, ſed induantur ſoliditate robuſtiori; verum ſi corpus dominicum è ſacris viſceribus virginalis vteri, conceptum & natum, obumbrante Spiritu ſancto lignis

ſetim congrue comparatur, incorruptibile ſiquidem fuit, quod neque computruit aliquando in ſtereore humanæ conuerſationis, nempe corruptione peccati; nec in ſepulchro corruptionis, non dedit enim ſanctum ſuum videre corruptionem: leue etiam, quia nulla renus peccati originalis ſeu actualis oppreſſum grauedine, ſuper pennas ventorum adhuc in carne deambulauit, vndaſque ſolido itinere calcauit, & poſt mortem & reſurrectionem ad dexteram patris, leuatis manibus corpore aſcendit. ſed quomodo ligno ſetim in hoc ſimile, quod igni appoſitum non afficitur damno combuſtionis, ſed induratur ſoliditate robuſtiori? reſpondet acutè præf. Abbas. *Quia igni paſſionis ſuppoſitum corpus dominicum tanquam lignum ſetim non euanuit in cineres combuſtionis, ſed conualuit in impaſſibilitatem reſurrectionis: exarſit namque inuidia Iudaorum aduerſus Ieſum, vt ait Pſalmiſta, tanquam ignis in ſpinis, ſed rubus Moyſi in flamma ardens, non eſt combuſtum in pœnâ ſuâ, pœnam noſtram euacuans, & à culpa per pœnam, naturam liberans.*

Chriſtus in puritate, naturam angelicam ſuperans.

56\. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris,* nonne ſatis erat dixiſſe, vt deauraretur auro? cur addidit mundiſſimo? vel ſaltem cur non dixit mundum ſiue purum, non autem mundiſſimum? ſi diximus huiuſmodi arcâ Chriſtum Dominum deſignari, cuius longitudo patientia fuit & longanimitas eius tam in doctrina quam in operatione, cuius latitudo ſumma eius charitas, quia nos adunare ſibi voluit, dicens patri, vt ſint vnum in nobis, ſicut & nos vnum ſumus: cuius & altitudo cognitio, qua perfectè ſciuit, quanta gloria, etiam in hac carne corruptibili, vel ſibi præparata erat in cœlis, vel nobis verum quomodo dicitur Chriſtus deauratus intus & foris? deauratur, quia nec paſſio, nec propaſſio vitij ianuas animæ eius pulſauit: auro mundiſſimo deauratur, quia natura eius humana vnita diuinitati, nec ſapientia Dei priuata fuit, nec gloria: auro mundiſſimo deauratur, quando cogitabat cogitationes pacis, & non afflictionis: foris autem auro mundiſſimo deauratur, cui tam facile fuit bonum poſſe quam velle: auro mundiſſimo foris, quia foris redemit quod intus creauit; intus, nam inuiſibili maieſtate hominem creauit, foris in humili forma & habitu redemit: auro mundiſſimo foris deauratur, cum dicit, quis ex vobis arguet me de peccato? auro mundiſſimo foris deauratur in transfiguratione, imo & in reſurrectione. verum liceat addere cum Abbate Cellenſi, ideo dictam arcam
Abb. Cell. illam deauratam auro non mundo ſed mundiſſimo. *Quia (inquit) Ieſu tanta puritas animi, tanta operum magnificentia extitit, vt nec Angelica natura aſſequatur puritatem, nec ſcriptura apprehendat miraculorum maieſtatem.*

Omnia ſunt in Chriſto eximia & regia.

57\. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris.* Cum in ea includi debeant tabulæ legis, nonne ſatis erat vt intus laminis aureis tegeretur? cur etiam foris deaurari debet? argento vel ære cooperiatur: ſi fœderis arca toties diximus fuiſſe Chriſti ſymbolum, merito non ſolum intus, ſed etiam foris, auro & illo mundiſſimo, regium quid denotante deaurari debet, quia in Chriſto Domino omnia ſunt eximia, omnia ſunt aurea, omnia regia. Fauet S. Cyrill. lib. 4. in Ioann. *Tota erat inaurata auro puro extrinſecus & intrinſecus, cuncta quippe in eo pretioſa ſunt & regia, tum diuina, tum humana, & in omnibus ipſe primatum tenet, vt Paulus ait ad Coloſ. 2. aurum autem præſtantiam & excellentiam ſupra omnia denotat.* S. Cyrill. ad Coloſ.

Deipara Maria intus foriſque virginitatis fulgens ſplendore.

58\. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam intus & foris auro mundiſſimo.* Non tibi dubium beatiſſimam Virginem cum arca teſtamenti, ſanctos Patres frequentiſſimè comparare: D. Method. Martyr oratione in Hypapante Domini, D. Hildephonſ. hom. 2. de Aſſumptione Virginis, Heſich. hom. 2. de Deip. Chryſipp. hom. de eadem Deip. & plurimi alij quibus Eccleſia ſubſcribens de ſupremo mundi artifice Virgineo in vtero incluſo canit, ventris ſub arca clauſus eſt. & verè non ſolum legis, ſed & legiſlatoris arca fuit, cuius tanto altior erat ſanctitas, quanto ſublimiorem diuinitatis theſaurum ſuo in pectore conſeruabat. verum quid denotatur arca illa intus, & foris auro mundiſſimo deaurata? quod Deipara Maria intus foriſque Virginitatis ſplendore fulgere deberet. fauet omnino B. Ambroſ. Arcam quid niſi ſanctam Mariam dixerimus? ſiquidem arca intrinſecas portabat teſtamenti tabulas, Maria autem geſtabat hæredem: illa intra ſe met legem, hæc Euangelium retinebat: illa Dei vocem habebat, hæc Verbum: verumtamen arca intus foriſque auri nitore radiabat, ſed & ſancta Maria, intus foriſque ſplendore Virginitatis fulgebat, illa terreno ornabatur auro, iſta cœleſti. Methodi. Hildeph. Chryſipp. S. Ambroſ.

Virgo ſanctiſſima ad patrocinandum promptiſſima.

59\. *Arcam de lignis ſetim compingite &c.* huiuſmodi arca fœderis quædam fuit turris fortitudinis, quæ Iſraelitas tuebatur, vnde medium locum eorum tenebat, vt ab omnibus miſericordiam imploraturis adiretur: an Virgo ſanctiſſima in hoc cum arcâ conferenda? nullus hanc veritatem in dubium reuocare poteſt, nam nobis & beneuolentius, & indulgentius, & promptius patrocinatur, nec

non efficacius, teſtem adduco melliſluum A
Bernard ſerm. 2. in feſto Pentecoſt. expli-
D. Bernard. Pſal. 37. cautem illud Dauid. Pſalm. 37. operatus eſt
ſalutem in medio terræ, ait. Operabatur
„ ſalutem in medio terræ, in vtero videlicet
„ Virginis Mariæ, quæ mirabili proprietate
„ terræ medium appellatur: illam enim ſicut
„ ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad re-
„ rum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum
„ reſpiciunt, & qui in cœlo habitant & qui
„ in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos
„ qui ſumus, & qui ſequentur & nati nato-
„ rum, & qui naſcentur ab illis: illi qui ſunt in
„ cœlo vt reſarciantur, & qui in inferno vt
„ eripiantur, qui præceſſerunt vt prophetæ
„ fideles inueniantur, qui ſequuntur vt glori-
ficentur. *& paulo poſt*, Ergo beatam te di-
„ cunt omnes generationes genitrix Dei, do-
„ mina mundi, regina cœli, quæ omnibus ge- B
„ nerationibus vitam & gloriam genuiſti, in
te enim Angeli lætitiam, iuſti gratiam, pec-
„ catores veniam inuenerunt: in æternum
„ merito in te reſpiciunt oculi totius creatu-
ræ, quia in te & per te, & de te benigna ma-
„ nus omnipotentis, quidquid creauerat, re-
„ creauit: in medio igitur omnium, Beatiſſi-
ma Virgo conſtituitur, vt omnium neceſſi-
tatibus promptiſſima patrocinetur.

Beatiſſima Virgo firmior acies arcæ exercitu.

Arcam de lignis ſetim compingite, in
60. difficillimis prælijs arca fœderis contra ho-
ſtes admouebatur, quod D. Athanaſ. lib. de
S. Athan. interpret. Pſalm. ad Marcellinum expreſſit, C
[Si bellum, inquit, populo ingrueret, arca in
qua erant tabulæ legis, ante omnes præce-
debat. hoc ſufficiebat illis pro quauis acie
in ſubſidium, niſi in baiulis arcæ, aut in po-
pulo aliquod ſcelus aut hypocriſis hæreret.
fida quidem & ſana affectione opus eſt, vt
lex noſtra precibus cooperetur,] ecce vt ſe-
cundum Athanaſ. Iſraelitæ arcam ſecum de-
ducebant in prælium, tanquam munitiſſi-
mam aciem in ſuum præſidium, an Virgo
in hoc arcæ conferenda? imo longè firmior
acies, cum à cœleſti ſponſo dicatur terribilis
Cant. 6. vt caſtrorum acies ordinata Cant. 6. illa
enim Deipara cum vna ſit, ſicut erat arca
tamen in ſuorum tutelam patrociniumque
ſeruorum, interprete Ruperto contra mali-
Rupertus. gnos ſpiritus in procinctu eſt, ſecundum D
caſtrorum ſimilitudinem; imo non ſolum
contra aduerſarios ſpirituales, imo & tem-
porales patrocinium ſuum implorantibus,
S. Auguſt. confert victoriam, vnde à B. Auguſt. ſerm.
de Natiuit. B. Virg. dicitur virtus pugnan-
tium, palma victorum. hinc mos noſtrorum
ſummopere laudandus, qui in prælijs vir-
ginis imaginem geſtabant, quæ victoriam
tribuere poteſt, & ſæpe tribuit: Imperatores
Romanorum Mariæ imaginem belli ſo-
ciam aſſumere conſueuerunt, quod tetigit
Nicetas Chomates in Alexio duce dum ait,
*Genitricis imago quam Romanorum Impera-
tores belli ſociam aſciſcunt*,] eiuſdem Virgi-
nis imaginem per muros Conſtantinopoli-
tanos, cum vrbs ab hoſtibus obſideretur, A
circumlatam colligit Baronius ex Epiſtol.
Greg. Papæ ad S. Germanum Conſtanti-
nop. Patriarch. tom. 9. anno Chriſti 717.
mitto Authurum Angliæ regem, vt ſcribit
Vuilhelmus Malmesburſcienſis lib. 1. de ge-
ſtis regum Angliæ, qui in obſidione Bado-
nici montis fretus imagine matris Dei,
quam ſuis armis inſuerat, nongentos ſolus
adorſus incredibili cæde profligauit. Si plu-
ra ſcire deſideras de Patrocinio B. Virginis
aduerſus hoſtium noſtrorum incurſus, lege
Nicetam Choniatem lib. 5. annal. Thomam
Bozium de ſignis Eccleſ. Dei lib. 9. c. 10. &
plures alios.

Trinitas Virginem ſanctiſſimam ſibi ſanctificauit, ac templum ſanctiſſimum ſibi conſecrauit. B

Arcam de lignis ſetim compingite, præ- 61.
ter citatos iam auctores, qui tenent arcam
typum Virginis geſſiſſe, adeſt etiam Ber- S. Bernard.
nard. ſerm. de B. Maria incipiente, Aue Ma-
ria, idem ſentiens. Quia ſicut arca facta eſt
ex lignis ſetim, quæ ſunt ſpinoſa, ſic Maria
de ſponſo & hiſpido Iudæorum populo
procreata eſt, qui vtique ſpinoſus detractio-
ne, aridus fuit vnctione diuinæ gratiæ, vnde
ſpinoſus, ſpineam coronam regi ſuo exhi-
buit, & in eum ſicut ignis in ſpinis exarſit:
vel Eua ſpina, Maria roſa, re vera Eua ſpina
fuit quæ & virum ſuum ad mortem pupu-
C git, & poſteritati ſuæ aculeum infixit pec-
cati, Eua ſpina vulnerando, Maria roſa om-
nium affectus mulcendo, Eua ſpina infigens
omnibus mortem, Maria roſa reddens ſalu-
tiferã omnibus ſortem. Sed myſterione ca-
ret, quod arcam fecit Beſeleel, Oliab in ope-
re habens ſocium? quomodo interpretatur
Beſeleel? vmbra Dei, & Oliab protectio
mea, & ſic prior ille Spiritus ſancti, iſte vero
typum tenebit filij, de illo dicitur ad Ma-
riam in Conceptione filij, virtus Altiſſimi
obũbrabit tibi Luc. 1. item ad Ioſeph. Matt. Luc. 1.
1. noli timere accipere Mariam coniugem Matt. 1.
tuam, quod enim ex ea natum eſt de Spiri-
tu ſancto eſt, iſte vero ad patrem clamat Pſalm. 16.
Pſalm. 16. protege me à facie impiorum qui
me afflixerunt, item de eodem, Pſalm. 70. de Pſal. 70.
ventre matris meæ, tu es protector meus:
D non ſine myſterio igitur dicendum Beſeleel,
& Oliab, arcæ teſtamenti fuiſſe artifices,
ſed vt denotaretur, quod Trinitas ſancta
Virginem ſanctiſſimam ſibi ſanctificauit,
ac ſanctuarium ſuum conſecrauit, accipe
hanc veritatem ex calamo melliflui Docto-
ris. *Beſeleel cum ſocio arcam teſtamenti
fabricauit, ſancta quoque Trinitas Virginem
ſibi ſanctificauit ac templum ſanctiſſimum
conſecrauit, hoſpitiumque mundiſſimum ſibi
præparauit, thalamum quoque de quo ſponſus
præ filiis hominum, ſpecioſus in publicum pro-
cederet decenter præornauit: neque enim pa-
ter abeſſe potuit, vbi eius Spiritum & Fi-
lium cooperari voluit: quæcumque enim pa-*

ter facit, hæc eadem ſimiliter & filius facit, neque enim poteſt filius à ſe facere quidquam, niſi quod viderit patrem facientem: de ſpiritu Pſal. 32. *quoque legitur Pſalm. 32. verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: pater in conſecratione Virginis exhibuit claritatem, filius humilitatem, Spiritus ſanctus charitatem, pater lumen exhibuit rationis, filius cinerem humiliationis, Spiritus ſanctus oleum dilectionis, &c. pater exhibuit potentiam, filius ſapientiam, Spiritus ſanctus omnium virtutum gloriam, pater eam perficit, filius eam purificat, Spiritus ſanctus eam pacificat.*

Merces æterna ſemper ſpectanda.

62. *Arcam de lignis ſetim compingite, facieſque ſupra coronam auream,* cur aurea corona ſupra arcam ponitur, cum deinde ſuper eam fieri debeat propitiatorium? rectè corona aurea ſupra arcam quæ Deum repræſentat, ponitur, quia fidelis quæque anima propoſita gloriæ cæleſtis mercede, nihil aliud extra ipſam quærere debet, nihil aliud ambire, rectè huc flexit Petrus Abbas Cell. Abb. Cell. 1. part. de Tabern. *Super arcam coronam auream faciemus, cum propoſita mercede cæleſti, extra hanc nihil quærimus, nuſquam euagamur, ab ea nunquam mente excidimus.* Hæc nos corona iugiter ambiat & cingat, terrena omnia calcabimus, reiiciemus & æternorum tantum cupidi erubeſcemus ſæcularibus curis diſtendi & occupari.

Legis nexus & corona.

63. *Arcam de lignis ſetim compingite, facieſque ſupra coronam auream,* An ſine myſterio ſuper arcam, qua lex conſeruabatur, corona aurea æternæ ſalutis ſymbolum ponitur? nequaquam ſane, ſed ad innuendum quod ille facile ſolliciteque diuinæ legis præcepta cuſtodiet, qui aſſidue in cæleſtis gloriæ magnitudinem oculos conijciet, leuis huic omnis labor, imo & nullus, nullus anguſtiis premitur, dum lætus per Paradiſi amœnitates mente perambulat; lapidibus ſanctiſſimis ille protomartyr Stephanus petebatur, nec turbatur tamen, imo nec ſentire videbatur, cur ita? an quia nomine coronam præferens, coronam quoque conſiderabat, quâ cœlo cingendus, nempe dum videret cœlos apertos, cæleſtium amore captus, ita cœleſtibus inhiabat, vt lapidum non ſentiret imbres. huc voca S. Eucherij verba hom. 1. de S. Euch. S. Steph. *Dum occupabatur,* inquit, *in ſtupore & amore cæleſtium merito ingruentum non turbatur duro imbre ſaxorum,* turbaris non lapidum ictibus, ſed leuis puluiſculi iactu, nil mirum non repoſita cœlo præmia ſpectas, ſed terrena reſpicis, ſed teipſum.

Nulla boni operis ſit interruptio.

64. *Arcam de lignis ſetim compingite, facieſque ſupra coronam auream per circuitum,* non neceſſe erat addere per circuitum, corona enim cui imponitur, circuit & ambit, an ſuperflue additum dices? nequaquam ſed appoſitè, ad innuendam hoc perfecto circuitu perſeuerantiam, nec vllam in bono opere intermiſſionem faciendam. quod pulchrè notauit præf. Abbas eodem loco. *Hic per circuitum, vt nulla pars animæ ſtudiorum interruptionem admittat, nulla vitæ pars excurſum extra Deum faciat,* Dei tabernaculum animatum dici non meretur, qui per circuitum hæc ornamenta non habet, gloriæ coronam, non habebit qui bonorum operum circulo, atque corona deſtituetur, qua in gyrum ab omni parte ambiatur. Petrus Abbas.

Indignus corona, qui coronâ perſeuerantiam non refert.

Arcam de lignis ſetim compingite, facieſque ſupra coronam auream per circuitum, circuitus ille perſeuerantiam deſignat, teſte Gilleberto Abb. ſerm. 4. in Cant. Bonus circuitus, vbi quis poſteriorum oblitus, ad anteriora extendit ſemetipſum, ſi quomodo comprehendat: bonus circuitus uno modo cum noua ſemper & occultiora comprehenduntur, ſed cum iam apprehenſa nouo & recenti ſemper affectu reuoluuntur, cum non modo quod reſtat penetratur, ſed quod iam penetratum eſt frequenter iteratur: ſed cur corona aurea vbi circuitus? quia dignus diademâte aureo, qui vſque in finem perſeuerauerit, æternaturum præmium ſperet, qui perſeuerantiæ litat, quæ ad præmium & coronam mediatrix eſt. Sic enim eam indigetat B. Laurent. Iuſtin. lib. 2 de perſeuerantia vbi varia congerit huius virtutis encomia. ſic autem ſcribit *Perſeuerantia eſt ſummi regis filia ſingularis, finis virtutum earumque conſummatio, ſine qua neque qui pugnat victoriam, nec palmam victor conſequitur: nutrix eſt ad meritum, mediatrix ad præmium, ſoror patientiæ, conſtantiæ, charitatis vinculum, ſanctitatis propugnaculum: tolle hanc, nec obſequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo, ſola eſt cui æternitas redditur, vel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente Domino, qui autem perſeuerauerit vſque ad finem hic ſaluus erit.* Igitur qui coronam ſperat, circuitum ambiat, qui gloriam & illam perennaturam expectat, hinc ſe indiſſolubili vinculo ei iungat. 65. Gilleb. Abb. S. Laurent. Iuſtin.

Animam noſtram ſancto virtutum circuitu ambiamus.

Arcam de lignis ſetim compingite, facieſque ſupra coronam auream per circuitum; non eſt dubium, quin arca de lignis ſetim imputribilibus, ſit figura animæ noſtræ immortalis, incorruptibilis: verum cur in circuitu eius corona aurea, cum veſtienda eſſet intus ac foris laminis ex auro? vt ſcias animam tuam virtutum quæ verè aureæ ſunt, corona circuire. hunc circuitum ſpiritualem agnoſcit B. Ambroſ. lib. 8. in Luc. his verbis. *Ex fide autem charitas, ex charitate ſpes, & rurſus in* 66. S. Amb.

ſe ſancto

ſe ſancto quodam circuitu refunduntur: vere anima Dei arca quæ in circuitu coronâ virtutum ornatur.

Longanimitas patientia, non ſolum in bonis præſtandis, ſed & in malis ferendis.

67. *Arcam de lignis ſetim compingite*, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos, & quæ arcæ fabricam abſoluerunt, ad animæ virtutes transferre poſſumus: ligna in arcam, virtutes in animam, vt cohæreant, compinguntur, imputribilitas, perſeuerantia eſt, quaſi enim putreſcunt & deficiunt, qui cum ſpiritu cœperint, carne conſumantur: leuitas nempe lignorum ſetim, tractabilitas morum, maxime vt leuari facile poſſit ſurſum: in latitudine eſt cubitus, vt ad quoſcumque poſſumus & quantum poſſumus, etiam ad remotos, etiam ad inimicos opem ferendo, manum extendamus: ſimiliter etiam in altitudine nobis ſit cubitus, vt quæ ſurſum ſunt, in omni actione noſtra quæramus. Longitudo illius eſt longanimitas patientiæ, quia impatiens animus vincitur moleſtiis, quod quaſi breuior extra eas non protenditur, æterna non meditatur: ſed quare duo cubiti? an in virtutibus duplicitas inuenitur? nequaquam, ſed contra duplicitatem impugnantium opus eſt duobus cubitis, quandoque enim amici, quandoque impugnant inimici, vel quia interdum alius palam, alius clam perſequitur, opus eſt in longitudine cubitis duobus. ſed cum Galfrido in alleg. hoc addamus. *Duo cubiti, duplex longanimitas in malis tolerandis & bonis præſtolandis, Væ enim iis qui alterutrum perdiderunt*, ſubiungit, *cum duobus cubitis vel cum vno additur, & dimidius, vbi integer cubitus perfectionem, dimidius imperfectionem deſignat, quia in ipſis perfectis non deeſt imperfectio, vnde Paulus non quod iam apprehenderim aut iam perfectus ſim.* & paulo poſt, *quicumque igitur perfecti ſumus hoc ſentiamus.*

Tilm. Galfrid.

Quanto quiſque in ſe humilior, apud Deum altior.

68. *Arcam de lignis ſetim compingite, cuius longitudo habeat duos & ſemis cubitos*, verum altitudo erat cubiti vnius & dimidij, & licet fiat nulla ipſius profunditatis mentio, tamen ita profunda fuit vt alta, nam ſublimitas ab imo ſurſum profundum menſuratur, & à ſummo deorſum. Verum cur arca quæ virtutum chorum deſignat, vel animam iuſti, ita alta atque profunda? quia quanto quiſque iuſtus in ſe humilior, tanto apud Deum ſublimior. *Cæterum*, (inquit præfat. Galfridus) *quam profunda eſt arca tam etiam alta eſt, & tam ſublimis apud Deum cuiuſque vita, quam humilis apud ſe eius conſcientia, nec modo qui ſe humiliat, ſed quantum ſe humiliat exaltatur.*

Galfridus.

Finis, non pugna coronat.

69. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris*, aurum
70. fides, quæ igne probatur, hac deauratur intus & foris vt coram Deo & hominibus intentio pariter, & actio ſit fidelis, & vt reſiſtamus fortes in fide tentationibus, ſiue ab exteriori ſuggeſtione, ſiue ab interiori occaſione irruentibus: verum cur corona ſuper eam, & hæc in circuitu? an quia pondus æternæ gloriæ in cœlis non ſolum excedens merita, ſed & vota? & hæc in circuitu, quia omnibus vere fidelibus promittitur. Verum cur corona in ſummitate non autem in angulis, vel in baſi arcæ? reſpondet præfatus auctor, *Corona in ſummitate poſita, deſignat quod finis non pugna coronat.*

Citatus Abbas

Eccleſia neminem ad ſe venientem repellit.

Arcam de lignis ſetim compingite, & eam deaurabis auro mundiſſimo intus & foris, quod auro vndique circumtecta ſit, nonne denotat quod ſancta Eccleſia verbo & opere, ſapientia & ſermone tota refulgeat? verum aurum quo tegitur intus & foris non ibi natum, ſicut nec capilli caprarum & aliæ pelles, nec non cætera quæ ad tabernaculi collecta ſunt conſtructionem, ita ſane, ſed quo myſterio? bene S. Bruno Carthuſ. Patriarch. lib. de laudibus Eccl. cap. 6. *Aurum & lapides, & ligna, cæteraque quibus templum Domini conſtructum eſt, non ibi nata ſed aliunde allata ſunt: ſic igitur Eccleſia ex omnibus gentibus ædificata, omnes homines recipit, neminem ad ſe venientem repellit, & Tyrus & populus Æthiopum ijque qui fuerunt in ea glorioſa ſunt hæc, quæ & iuſtis & peccatoribus magnam ſpem dare poſſunt, & immenſam ferre lætitiam.* 70.

S. Bruno Carthuſ.

Contemplatio etiam erga ſenſibilia, vt ab eis ad inuiſibilia Dei perueniamus.

Arcam de lignis ſetim compingite, per arcam fœderis, inquit Richard. à ſancto Vict. tract. de alleg. tabernaculi fœderis gratia contemplationis intelligitur, quæ quaſi quoddam dilectionis pignus, ſuis amatoribus à Domino confertur. Verum cur dicitur, vt ligna ſetim compingantur vel componantur ad arcæ conſtructionem? deinde vt huiuſmodi ligna auro mundiſſimo tegantur? nam ligna ſetim pulcherrima ſunt, nullo indigentia ad maiorem venuſtatem, religio eſſet ſilentio obuoluere reſponſionem præfati doctoris. Contemplationum genera ſunt plurima, duo verſantur circa creaturas viſibiles, duo circa creaturas inuiſibiles, quæ quatuor figurantur in arca: ad primum contemplationis genus videntur pertinere, res viſibiles in conſiderationem & admirationem adducere; ſecundi generis eſt, latentes rerum cauſas in lucem producere, & in earum admirationem animum ſuſpendere, in illo rerum viſibilium multitudinem, magnitudinem, vtilitatem, cum exultatione miramur, in iſto rerum viſibilium rationem cum admiratione rimamur: primum deſignatur in lignorum compoſitione, ſecundum in lignorum deauratione, quid eſt enim in rebus viſibilibus rationis aſſignatio, niſi quædam quaſi ligni deauratio? attende quantum ſit inter lignum & aurum, hoc eſt inter ea quæ ſubiacent 71.

Richard. Victorin.

" rationi, rerum viſibilium ſpeciem ſpeculamur imaginando, rerum viſibilium cauſas rimamur ratiocinando, de lignis autem ſetim facienda eſt arca, quæ ſunt valde imputribilia, de rebus corporeis quædam ſententia vera.

Cum contemplaris ne ſiſtas in cognitione ſolum rerum Phyſicarum.

72. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam intus & foris auro mundiſſimo*, nonne anima quæ contemplationi ſtudet, deaurata dicenda? ſicut enim aurum alia ſuperat metalla, ſic contemplatio alias mentis operationes: vnde Chriſtus Magdalenæ dixit, optimam partem elegiſſe, quia intenta contemplationi vacabat, quod explicans Geometra in cat. in Lucam ait, Martha myſtice typum gerit vitæ actiuæ, Maria autem contemplatiuæ, quam alteri Chriſtus præfert: tum, quomodo deauranda eſt intus & foris, ſi contemplationis ratio denotatur arca? quia interior eſt contemplatio: hunc nodum ſoluit præfat. Richard. *Deaurare eam debemus non tantum extrinſecus, ſed etiam intrinſecus, aliud enim eſt phyſicas rerum cauſas perſpicere, & aliud iuſtitia rationem in rerum diſpoſitione perpendere, illud pertinet ad deaurationem extrinſecam, iſtud ad deaurationem intrinſecam.*

Ioann. Geomet.

Richard Victorin.

Tres gradus contemplationis circa ſenſibilia.

78. *Arcam de lignis ſetim compingite. cuius longitudo habeat duos & ſemiſcubitos, latitudo cubitum & medium, ſicut & altitudo*, ſi arcâ gratia contemplationis intelligitur, quæ conuenientia inter latitudinem, altitudinem, & longitudinem arcæ, cum contemplandi ſtudio? nam licet altitudinem in eo inueniamus, cum in ſpeculatione ſubleuamur: at longitudo & latitudo nequaquam cum ea conuenire videtur, ſed fallitur qui hoc aſſerit, nam vt bene præfat. Doctor. *Primum contemplationis genus tribus diſtinguitur gradibus, primus eſt in rebus, ſecundus in operibus, tertius in moribus: conſideratio illa quæ eſt in rebus, pertinet ad arcæ longitudinem, conſideratio quæ eſt de operibus ad arcæ latitudinem: conſideratio quæ eſt de moribus ad arcæ altitudinem: naturaliter autem latitudine prior eſt longitudo, altitudo vero naturaliter eſt vtraque poſterior: ſic ſane res ipſæ naturaliter ſunt priores quam qualibet earum operationes, ſi vero res & earum operationes deeſſent, mores locum non haberent: conſtat ergo primam conſiderationem, pertinere ad arcæ longitudinem, ſecundam ad eius latitudinem, tertiam vero ad ipſius altitudinem.*

Præfat. Doctor.

Diuinitas verbi aurum, quo humanitas fulgebat intus & foris.

79. *Arcam de lignis ſetim compingite, & deaurabis eam auro mundiſſimo intus & foris*, ſi arca Chriſti Domini typus eſt, neſcio cur deauratur intus & foris auro mundiſſimo? nonne diuinitas auro figuratur? teſte ſponſa de eo dicente, caput eius aurum optimum? bene ergo arca

Cant. 5.

A non ſolum intus, ſed & foris deauratur, diuinitate enim tanquam auro Chriſti Domini ſancta humanitas, non ſolum intus ſed & foris fulgebat. in medium ad uco B. Cyrill. Alex. l. 9. de adorat. in ſpirit. & verit. *Arca, vt ego ſentio, imago ac figura Chriſti eſt, nam ſi conſideremus qua ratione ille vnigenitus ſit homo factus, illud ex Deo patre verbum in eo templo, quo ex virgine ſumpſit tanquam in arca diuerſatum fuiſſe videbimus, habitauit enim in eo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ad Coloſ. 2. verbum autem Dei, erant illa in arca teſtimonia, ac ligna quidem arca imputribilia, erant auro etiam puriſſimo ac probatiſ. imo interius & exterius ornata. incorruptibile namque erat corpus Chriſti, quod vi atque ſplendore verbi inhabitantis & viuificantis ſancti ſpiritus natura, atque efficientia tanquam auro quodam, in incorruptione contineretur*, deinde B concludit, *Symbolum eſt eius aurum ipſum ſplendidiſſima diuinitatis, qua ſanctum illud corpus veluti illitum erat, quaque ſuum ipſa ſplendorem & incorruptionem ineffabiliter immittebat vt ipſa profecto ſola. & quidem per ſe nouit diuina illa, & quæ intelligentiam omnem ſuperat, natura.*

S. Cyrill. Alexand.

ad Coloſ.

Diuinæ legis cuſtos omnibus abundat, illius autem tranſgreſſor ſeuere punitur.

Arcam de lignis ſetim compingite in qua non ſolum tabulæ legis, ſed et. in Manna, & virga Aaronis: arca legem Dei in ſe continens, ſane ſymbolum diuina mandata cuſtodientis. Verum cur Manna in ea? cur panis cœleſtis, & cur C virga? merito hoc vtrumque cum lege ſeruatur, hoc vtrumque legem comitatur, vt ſignificatum nobis eſſet, quod qui diuinæ legis cuſtos eſt, omnibus abundat, per manna omnem ſaporem ſapiens, denotatis; illiust nſ reſſor ſeuere punitur, quod per virgam declaratur: teſtem huius veritatis profero B. Iſidor. Peluſ. Epiſt. 73. lib. 4. *Arca imago fuit ac typus hominis diuina oracula cuſtodientis, manna vero & virga Aaronis qua germinarat, ſignificat illud quidem quod diuinarum legum cuſtos particeps etiam futurus ſit fructus & alimenti diuini, iſtâ quod eorumdem tranſgreſſores quique in ſacerdotium non conuenienter inſiliunt, puniendi ſunt.* 80.

Pe ſiot.

Noſtram præuenit Deus ingratitudinem & mendacium.

D *Arcam de lignis ſetim compingite*, in qua incluſæ fuerunt legis tabulæ, Sept. *Facies arcam teſtimonij*, quæ ita dicta, ratione tabularum legis digito Dei ſcriptarum, quæ teſtimonium appellantur ſæpiſſime in ſacro contextu. erant enim tabulæ illæ quaſi Chirographum pacti inii inter Deum & populum Iſraeliticum, quo populus obligatur ad obſeruantiam & cultum Dei, iuxta leges ab ipſo latas, in quibus ille conſenſerat. verum nonne poterunt memores eſſe illius pacti quod mutuo inierant, quamuis nulla eſſet arca, nec tabulæ in ea incluſæ? bene Oleaſte. *Nouit Dominus mendacia noſtra, & quam facile pacta reſcindamus, ideo voluit arcam fieri, qua pactum quod cum Iudæis pepigerat, aſſeruaretur.* 81

Oleaſt.

VARIET. LECT. Verſ. 12. ad 13.

Vulg. Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero.

Sept. Et fabricabis illi quatuor annulos aureos, & impones ſuper quatuor latera, duos annulos in latere vno, duos annulos in latere altero.

Cald. Et effundes ei quatuor annulos aureos, & pones ſuper quatuor angulos eius.

Onk. Fundas quoque per ea quatuor annu- A los aureos.

Leonard. Marius. Per quatuor arcæ pedes.

Mont. Quatuor annulos ſuper coſta eius vna, & duos annulos ſuper coſta eius ſecunda.

Vulg. Facies quoque vectes de lignis ſethim & operies eos auro.

Sept. Facies autem geſtatoria ligna imputribilia, & inaurabis ea auro.

Onk. Quos obducas auro.

CONCORDIA.

Ponuntur in Hebræo duæ dictiones præcedentes ויצקת לו veiazkta lo & fundes, & hoc effundes, ſimiliter Sept. ϗ ἐλάσεις αὐτῷ ſed has interpres reduxit ad verbum, *Et facies*, præmiſſum: quas pones per quatuor angulos eius, aliqui, ſuper quatuor eius pedes, quia dictio פעמת paam videtur pedem ſignificare, nam verbum paam ſignificat propriè frequentatis ictibus conculcare, aut vt ita dicam, mal- B leare: vnde paam id eſt per quod frequentatis percuſſionibus terram conculcet, huius autem verſionis rationem reddit Leonardus & ante eum Oleaſt. quia quatuor columellis tanquam quatuor pedibus arca ſuſtentabatur, ne humum immediate contingeret: צלע ſignificat coſtam & latus, & prius latus, coſtam vero quod ad latus ſit animalis.

EXPOSITIO.

Et quatuor circulos aureos, opere fuſorio, circuli autem idem quod annuli, *quos pones per quatuor arcæ angulos*, appoſiti enim fuerunt circa ſuperiorem angulorum partem, ne magis in hanc quam in inferiorem inclinarent, & non omnino in angulis, ſed iuxta angulos in latere, vt annotauit Ricard. Victorin. in expoſitione literali tabernaculi: hos autem circulos exiſtimo, inquit, Cherubim expãdebant alas ſuper locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius deſuper, certe Cherubim ſecundum arcæ longitudinem alas porrigebant, neque ij potuiſſent vectes protegere, niſi iiſdem lateribus longitudinis indocti fuiſſent: & quãuis dixerim huiuſmodi circulos poſitos in lateribus arcæ ſecundum longitudinem, nihilominus ad eam ferendam vt pote oneroſam, quæ laminis aureis intus & foris circumueſtita foret, quãuis limbos, & circulos vectiũ, arcæ operculum, Cherubinos è ſolido puroque auro haberet, intus concluſas tabulas legis lapi- C deas, nihilominos quatuor leuitæ vel ſacerdotes ad eam commode in humeris ferendam neceſſarij fuere: ſiquidem diſtantia quæ erat à vecte ad vectem videlicet vnius cubiti & ſemis, nimia eſt, quam vt poſſit vnius hominis humeris excipi, nam ab extremo humero ad extremum humerum alterum vnius cubiti tantummodo eſt diſtantia, igitur vt humeris vectes incumberent, etiam minor cubito vno inter vectes diſtantia eſſe debuit, at hîc etiam ad cubitum vnum, ſemis additur. *Facies quoque vectes*, qui poſiti in circulis, ſeruiebant vt arca humeris geſtaretur, qui eiuſdem materiæ erant ac arca, & laminis aureis obtecti.

CONCEPTVS.

In Chriſto Dom. Cardinales virtutes, & ab eo propagatum Euangelium per quatuor mundi partes.

77. *Et quatuor circulos aureos*, nempe facies, cum dictum à nobis fuerit, arcam typum geſſiſſe Saluatoris, quomodo conuenire poteſt, quod in eo ſint quatuor circuli? nam hi in arca ſunt conſtituti, vt poſitis in eis vectibus, facilius à ſacerdotibus & leuitis deferretur, minime autẽ ad hunc vſum in Chriſto ſunt neceſſarij: nihilominus dicendum in Chriſto Domino quatuor eſſe circulos, quia inquit Petr. Cellenſ. 1. pag. tabern. *Quatuor principales virtutes prudentia, fortitudo, iuſtitia, temperantia principali-* D *ter in eo tanquam in rege virtutum fuerunt, ſiue quatuor circuli in eo fuerunt, quia ſapientia quæ ex ore eius prodiit, & à fine vſque ad finem totius orbis euolauit.*

Abbas Celleaſ.

Nihil imperfectionis in Chriſti virtutibus.

Et quatuor circulos aureos, Sept. fabricabis illi quatuor circulos, cedo quatuor huiuſmodi 78.
circulos eſſe in Chriſto, propter quatuor principales virtutes, at per alia, quaternario numero diſtincta, potuerunt deſignari: cur ergo potius per circulos quatuor, & hos aureos? non eſt dubium quin in circulo vel annulo, nulla interruptio, nullus defectus, vel exceſſus quoad

aliquor partes, & non alias, ſed totundus & omni ex parte æqualis: dic ergo rectè virtutes illius bene circulis aut annulis comparari, nihil enim omnino imperfectionis habent, & recte ſunt aurei ex auro puriſſimo, virtutes enim illius nihil in ſe vitioſum habent admixtum. *Virtutes* (proſequitur præf. Abbas.) *circulique aurei bene dicuntur, quia nulla in eis obliquatio falſitatis, nulla interruptio vanitatis, nullus exceſſus ſuperfluitatis, nulla coarctatio imperfectionis, totum rotundum de veritate, totum æquale de æquitate, totum integrum de naturæ reparatione, totum perfectum de gloria conſummatione: ſed aurei circuli ſunt, quia vbi neceſſitate nil agitur, ſed naturali bonitate, ſed gratuita executione, virtus colitur, bonum agitur amore boni, bonitas tenetur, nam in Chriſto virtutes fuerunt ſine auaritia, prædicatio Euangelij ſine fallacia &c.*

Petrus Abbas.

B

Quatuor Euangeliſtæ, quatuor circuli aurei arcæ chriſtiferæ.

79. *Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor angulos*, ita vt duo circuli ſint in latere vno, & duo in altero, quinã ſunt hi duo circuli, qui lateri vni adhærent, & duo alii alteri? nam ſi arca Chriſti figura eſt, lateribus eius quis adhærebit? Ioannem ſcio ſuper pectus eius recubuiſſe, ſed ſolum quatuor cinxiſſe eius latera, neſcio, cum duodecim eius fuerint Apoſtoli. Verum non tibi ignotum quatuor fuiſſe Euangeliſtas, qui arcam huiuſmodi Chriſtiferam ſcriptis ſuis in quatuor mundi partibus prædicarunt. Doctiſſime ſic myſtice exponit hos quatuor circulos aureos Venerabilis Beda in tract. de Tabern. Quatuor circuli aurei (inquit) quatuor ſunt Euangeliorum libri, qui merito aurei ſunt propter charitatẽ ſapientiæ, qua fulgent: merito circulis comparati, quia æterna ipſa eſt Dei ſapientia quam prædicant: neque incipiens ex eo tempore neque eſſe deſinens æterna diuinitas, quam homo Chriſtus accepit: vnde imminente hora ſuæ paſſionis, precatur patrem, dicens, & nunc clarifica me pater apud temetipſum claritate, quam habui prius quam mundus eſſet apud te: quatuor autem angulos habet arca, quia ſacramentum dominicæ incarnationis per omnes mundi plagas, in quibus ſancta Eccleſia dilatatur, celebrari non deſinit, & per eoſdem angulos quatuor: quatuor circuli ſunt poſiti, quia in cunctis mundi finibus Euangelium Chriſti ſaluandis fidelium cordibus prædicatur, duo autem circuli in latere vno, & duo ſunt in altero, vel quia duo Euangeliſtæ diſcipulatui ſaluatoris in carne prædicantis, & miracula facientis adhærebant, duo autem alij poſt reſurrectionem aſcenſionemque eius ad cœlos ad fidem eius venerunt: vel quia in figura quatuor animalium, duo qui per hominem & vitulum deſignati ſunt, paſſionum & mortis eius indicia, prætulerunt: duo vero illi qui per leonem & aquilam præfigurati ſunt, victoriæ qua mortem deſtruxit, inſignia demonſtrarunt: homo quippe Dominus per incarnationem mortalis factus apparuit, vitulus vero idem oblatus pro nobis in altari crucis extitit, item leo fortiter ſubigendo mortem, aquila ad cœlos aſcendendo factus eſt, atq; ideo duo circuli in latere vno & duo ſunt in altero, quia nimirum duo Euangeliſtę per ſuam figuram, aſſumptionem in Domino humanæ fragilitatis, & duo alij victoriam qua de eadem aſſumptâ fragilitate ac morte triumphauit, inſinuant.

Venerab. Beda.

C

Ioann. 17.

D

A

Latus quaſi ſiniſtrum Chriſti incarnatio eius & paſſio, dextrũ vero aſcenſio & reſurrectio.

Et quatuor circulos aureos quos pones per quatuor angulos, ita vt duo annuli eſſent in vno latere ſcilicet ſiniſtro, & alij duo in dextro: ſi arca Chriſti figura, quid in Chriſto ſiniſtrum, cum omnia opera, dicta, imo & cogitationes ſint nobis proſpera & dextera? tum ſi Euangeliſtæ ſunt circuli, quinam ſunt à latere dextro, & alij à ſiniſtro? ſcio matrem filiorum Zebedæi à redemptore poſtulaſſe, vt vnus à dextris ſuis ſederet, alter autem à ſiniſtris, tamen repulſam paſſa eſt: nonne duo Euangeliſtæ Incarnationẽ Domini ac paſſionem, alij autem duo reſurrectionem & aſcenſionẽ prædicãt? quo poſito ſic reſpondet præf. Vener. Beda l. 1. c. 4. *Quaſi latus laeuum arca duos habuit circulos, cum Euangeliſtæ duo Incarnationem Domini ac paſſionem figurarunt: ſimiliter lateri dextro duo inerant circuli, quod aque duo Euangeliſtæ reſurrectionem & aſcenſionem eius, quæ ad futura vitæ gloriam pertinent, figuraliter exprimunt.* 8

B

Beda.

Sapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & reſurrectio noſtra, circuli ſunt aurei Chriſti D.

Et quatuor circulos quos pones per quatuor angulos, an B. Apoſt. agnouit huiuſmodi quatuor circulos & eorum memor, poſteritati cõſignauit? ſane implicite eorũ mentionem feciſſe videtur, cum ait de Chriſto, qui factus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio noſtra, quid? an hæc quatuor, circuli quatuor cenſendi ſunt? quis ita expoſuit? Venerab. Abbas Cell. l. 1. de Taber. *His circulis circũfertur arca noſtra, quia in his virtutibus cauſa & effectus noſtræ ſaluationis conſiſtit, in vno latere ſapientia quæ docet, & iuſtitia quæ implet, ponuntur in altera ſanctificatio quæ curat, & redemptio quæ liberat, ſapientia remouet ſtultitiam, iuſtitia iniuſtitiam, ſanctificatio immunditiam, redẽptio pœnã.* 81

C

[illegible]

Vita doctorum & prædicatorum, ſit caſtiſſima, & mortificatione aſpera.

Et quatuor circulos aureos, ſcilicet facies, nec non etiã vectes quibus arca feratur, ſed ex qua materia? de lignis ſetim, inquit ſacer textus: cur de huiuſmodi lignis? an quia corruptionis & putredinis expertia? ſed etiam ſpinea ſunt, & ideo minus ad aliquid gerendum commoda, cum manus ferentium cuſpidibus terebrare poſſent: verum ſi huiuſmodi vectibus doctores & prædicatores adumbrantur, nam cordibus audientium & legentium doctrinam inferunt, recte dicemus ex lignis ſetim imputribilibus & ſpinoſis fieri debuiſſe. Vita enim verè doctoris & concionatoris, debet omni impuritate vitiorum carere, & vtraque mortificatione fulgere. *Doctorum qualis eſſe debeat vita* (proſequitur præf. Abb.) *inſinuat cũ dicit: vnde fieri debeant vectes, quare namque de lignis ſetim ſiunt vectes? niſi vt doctorum vita ſit imputribilis per caſtitatem, fama ſuauis per ſanctam conuerſationem, habitus humilis per propriã ſui abiectionem, lingua modeſta per grauitatem, ment* 8

D

docta per aſſiduam ſcripturarum meditationem, quiaenim vectes, id eſt, prædicatores de lignis ſetim, id eſt caſti & humiles arcam fœderis portare debent, qualis namque Paterfamilias, tales & domeſtici eius, vt enim ſermones cognati ſunt his rebus de quibus loquimur, ſic mores cõcordare debent ſermonibus quibus loquimur, ſit tua electa conuerſatio, vt ſit recta prædicatio, imo ſtudioſius ſatage bene viuere debes quam facunde loqui.

Non ſenſu humano profunda myſteriorum diſcutiamus.

83. *Et quatuor circulos aureos*, facies, nec non vectes de lignis ſetim, tamen auro contectos: nõne lignum ſetim viſu pulcherrimum, cum artificio poſitum? cur ergo eum huiuſmodi vectes ſolum ad arcam ferendam deſeruiant, neceſſe eſt, vt auro cooperiantur? non enim eiuſdem materiæ videntur eſſe debuiſſe, ac arca in ſe cõtinens tabulas legis: ſi per vectes intelleximus prædicatores, aptè auro teguntur, quia arcæ in omnibus ſimiles debent eſſe, id eſt Chriſto D. ſecundum poſſibilitatẽ ex gratia, tum etiam quia ſenſu humano (qui eſt ligneus reſpectu diuinorum) ſupernaturalia attingere non debent. erudite ita & verè dixit toties nominatus Abbas, *Auro operiendi ſunt, quia arca circumtecta erat ex omni parte auro, inconſequens quidem eſt, ſi auro Dei lignum tuum inferas nudum, ſenſu humano profunda myſteriorum diſcutiens, & elauo ligneo venerabilium theſaurorum oſtium aureum reſoluens, certè res Dei diuinis ſermonibus explicanda ſunt.*

Sine fide impoßibile eſt Deo placere.

84. *Quatuor circulos aureos*, facies, *& vectes de lignis ſetim*, qui tamen auro contecti erunt. Galfridus apud Tilm. Anguli cordis noſtri affectiones quatuor, in quibus ponuntur annuli totidem virtutes: obtineat ergo prudentia triſtitiam, & ſalubriter pœnitendo contriſtemur, fortitudo deſideriũ, vt magnanimiter magna deſideremus, temperantia timorem, ne nimium liceat nimia & nimis promerita mala timeamus, & timore ipſo ab omnibus concupiſcentiæ noxiis temperemus: fortiter enim optare, & nimis diligere debemus, non autem timere, quin & deſiderium fortes efficit in tribulationibus timor, à voluptatibus temperantes; iuſtitia quoque gaudium teneat, vt in ea ſola nobis complaceat, de eo ſola mens gaudeat, habeamus etiam vectes duos, tolerantiam laboris, pertinentem ad dextrum latus gaudij & deſiderij. & tolerantiam doloris, ad ſiniſtrum triſtitiæ & timoris, ſed cur operti auro? *Quia fides*, inquit, *aurum eſt, ſunt virtutes tibi morales, frænum iniice voluptatibus, modum pone concupiſcentiis, labores tolera, dolores ſuſtine, ſi aurum fidei tibi deſit, his omnibus ſalutem æternam non conſequeris, ſine fide enim impoſſibile eſt Deo placere.*

Galfridus.

Doctores & prædicatores, fortitudine & perſeuerantia emineant.

85. *Quatuor circulos aureos*, facies, *& vectes de lignis ſetim*, quid per arcam? ſancta deſignatur etiam Eccleſia, cur quatuor circuli aurei per quatuor angulos iubentur adiungi? quia in eo quod per quatuor mundi partes dilatata tenditur, proculdubio quatuor ſancti Euangeli libris accincta prædicatur: verum cur vectes de lignis ſetim fiunt: & quid denotant? nonne diximus, verbi diuini præcones & doctores? nõne ligna ſetim ſunt miri roboris & in ſuo vigore ſemper permanent, omnique carent corruptione? ita eis debent aſſimilari doctores, in omnibus enim, quæ Dei arcam reſpiciunt, debent eſſe fortiſſimi, & nunquam à vero deflectentes. *Vectes de lignis ſetim fiunt* (inquit B. Petrus Dam. ſerm. 14. qui eſt de S. Marco, *qui eiſdem ad portandum circulis inferuntur, quia fortes perſeuerantesque doctores, velut imputribilia ligna quærendi ſunt, qui inſtructione ſacrorum voluminum ſemper inhærentes. ſancta Eccleſia vnitatem denuntient, & quaſi intromiſſi circulis arcam portent, vectibus quippe arcam portare eſt bonis doctoribus ad ſanctam Eccleſiam rudes fidelium mentes deducere*, ô concionator quiſquis ſis tanquam vectem ex lignis ſetim te arbitrare, contemnens terrena omnia quæ putreſcunt, cœleſtia petens quæ marceſcere neſciunt; aureus ſis, vt dum per prædicationis officium quæ ſancta ſunt prædicas, ſplendentis etiam vitæ moribus radies. S. Petrus Damian.

In omni ſapientiæ diuinæ ordinatione cum fine concordat initium.

Quatuor circulos aureos, facies ſcilicet ex auro puriſſimo, quo arbitratur Richard. Victor. in alleg. tabern. expoſitione, ſapientiam diuinam intelligi, nam ſicut inter omnia metalla nihil auro lucidius, nihil auro pretioſius, ſic Dei ſapientia clareſcit præ omnibus, & cum in ſe vna ſit ſimplex, tamen diuerſis vocabulis ſignificatur, vt à nobis facilius capiatur, nũc præſciẽtia, nunc ſcientia dicitur, nũc prædeſtinatio, nunc diſpoſitio nominatur, hi ſunt circuli quos oportet in arcæ lateribus poni: verum cur circulo ſapientia diuina cõparatur? licet enim auro denotetur, imo aurum non ſit æſtimabile in comparatione illius, tamen vix capio, quomodo circulo adaptari poſſit: verum nonne circulus in ſeipſum reflectitur & in ipſo, nec finis nec initium inuenitur? en cur ſapientia rectè eo denotatur, quia vt optime Præf. Richard. *In omni æternæ ſapientiæ ordinatione, concordat initium cum fine.* 86.

Richard. Victor.

Qui Chriſto adhærent, ipſius gloriæ ſunt participes.

Quatuor circulos aureos, facies &c. iam dictum ex pluribus arcam ſymbolum fuiſſe Chriſti Domini: verum cur auro ſunt vectes contecti quibus arca ferenda? cur aurei circuli? cur denique omnia aurea? nonne ex auro mundiſſimo intus & foris arca contecta? quid mirum igitur, ſi omnia quæ illam circumſtant aurea ſunt, qui enim Chriſto adhærent, illius gloriæ ſunt participes, ſenſus eſt. B. Cyrill. Alex. l. 9. de ador. in ſpiritu & verit. *Aurei ſunt vectes qui arcam ſuſtinent, aurei & circuli, aurea denique ſunt omnia, participes namque illius gloria ſunt, qui illum participant, illique claritate & ſanctitate tanquam aurei ſunt, & vſum præbent, quales hi ſancti diſcipuli erant, qui diuinam vim ab eo accipiebant, & superna illius excellentiæ ſplendorem erant, participando, conſecuti.* 87.

S. Cyrill. Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 14. & 15.

V*Vlg.* Induceſque per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, vt portetur ab eis.

Sept. Et introduces geſtatoria in annulos, qui ſunt in lateribus arcæ ad portandum arcam in eis.

Pag. Et induces vectes in annulos in lateribus arcæ, ad portandum arcam cum eis.

Mont. Super coſta arcæ.

A *Vulg.* Qui ſemper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.

Sept. In annulis arcæ erunt geſtatoria immobilia; *Amb.* ſupportatoria.

Cald. In annulis arcæ erunt vectes, non auferantur ab eis.

Pag. Non remouebuntur ab ea, *ſic Ar. ent.*

CONCORDIA.

LIcet in Vulg. non ſit vectes, vt in aliis lectionibus, eſt enim in Hebr. את־הבדים tamen hoc facile ſubintelligendum venit, verbumHebraicum סור ſur remouere, auferre, mobile eſſe, extrahere ſignificat: non eſt diſſenſio in hoc quod alij legunt, ab ea, alij autem ab eis, B quia hi intelligunt quod vectes non ſunt remouendi à circulis, alij autem ab arca.

EXPOSITIO.

IN*duceſque*, nempe vectes immittes, *per circulos, qui ſunt in arcæ lateribus*, maioribus nempe ſecundum longitudinem, *vt portetur ab eis*, nemque quatuor leuitis vel à ſacerdotibus, *qui ſemper erunt in circulis*, cum non ſolum ferenda ſit, ſed omni tempore, nempe eum in tabernaculo fuerit, & deinde cum in templo futura ſit, quod recte expreſſerunt Sept. cum dixere, geſtatoria huiuſmodi debere eſſe immobilia, nullo enim tempore, nec vlla occaſione auferendi erant vectes ab aureis circulis, quod non contingebat in vectibus, aliarum rerum tabernaculi.

CONCEPTVS.

Doctores vel prædicatores Euangelium intonent.

88. *Induceſque per circulos, qui ſunt in arca lateribus*, ſi vectes efficiendi, vt commode & honorifice arca deferatur, in qua ſunt quatuor circuli, ſane ſuperflue mihi dictum videtur quod inducendi vel intromittendi ſunt per circulos: nam ad quid circuli & vectes? niſi vt vectibus intromiſſis in circulis arca deferatur. nonne diximus huiuſmodi circulis adumbrati Euangeliſtas, vel eorum libros, ſicut & vectes doctores & verbi diuini præcones: bene ergo dictum vt inducantur per huiuſmodi circulos, *Necalamus lingua* (inquit Abbas Cellenſ. *hæreticis intingatur atramentis, ſed tantum Euangelicis: non dogmatizet in Eccleſia prædicator ſecundum errores hæreticorum, vel ſecundum ſeductiones Philoſophorum, quorum aqua furtina dulces ſunt, & panis abſconditus ſuauior: in Euangelio, ſenſu vtatur Euangelico, non circulos torquens & extrahens de lateribus arcæ, ſed vectes producens per circulos qui ſunt in lateribus arcæ, vt non ad ſenſum ſuum inclinet Dei verbum, ſed ad Euangelium inflectat, & ſermonem & ſenſum.*

Abbas Cellenſ. de taber.

Doctor vel prædicator, nunquam à diuina lectione recedat, ne ſit alicuius rei ignarus.

89. *Induceſq; per circulos, qui ſunt in arca lateribus*, & ſemel inductos nuſquam auferes ab eis, cur ſemper vectes in circulis? indecens enim videC tur ſemper eis ineſſe, nam cum vectes ideo ſint facti, vt iis in circulis poſitis, arca deferatur, videntur remouendi cum arca alicubi quieſcere debet. imo ſemper eis ineſſe iubentur, quia cum adumbrent prædicatores, nũquam remoueri ab Euangelica lectione debent, vt in illa apprimè edocti omnibus inquirentibus illius reddant rationem. ſic explicat B. Petrus Dam. ſerm. 14. *Et ſemper erunt in circulis nec vnquam detrahentur ab eis, quia nimirum neceſſe eſt, vt qui ad officium prædicationis excubant, à ſacra lectionis ſtudio non recedant: ad hoc namque vectes in circulis ſemper eſſe iubentur, vt cum portari arcam opportunitas exigit, de intromittendis vectibus nulla portandi tarditas generetur: quia videlicet cum ſpirituale aliquid à ſubditis paſtor requiritur, ignominioſum valde eſt, ſi tunc quærat diſcere, D eum quæſtionem debet enodare, ſed circulis vectes inhæreant, vt doctores ſemper in ſuis cordibus eloquia ſacra meditantes, teſtamenti arcam ſine mora eleuent, ſi quidquid neceſſe eſt protinus doceat. unde bene primus paſtor Eccleſiæ paſtores cæteros admonet dicens, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem, de ea quæ in nobis eſt ſpe 1. Petri . ac ſi aperte dicat, ad portandam arcam, nulla mora præpediat, vectes à circulis aliquando non recedant*, eadem prorſus habet B. Greg. Mag. in Paſt. p. 2. cap. 11.

S. D

Doctor vel concionator quod prædicat, operetur.

Induceſq; per circulos qui ſunt in arcæ lateribus, 90.

attamen ſemel induci, non remoueantur, ſed quaſi ſint immobiles, in eis maneant: vnde Sept. erunt geſtatoria immobilia ſemper iuxta arcam, ſemper in circulis arcæ ſunt, & cum arca defertur, & cum quieſcit: quia doctor qui ſub iſtius Domini audientium cordibus & ... portat eum, annuntiando, operari debet quod Euangelizat, & ne latum quidem ... deſcedere ab aureis circulis, nempe ab omni virtutum genere. Ita ſentit Beda. *Vectes ſemper iubentur eſſe in circulis, quia nimirum neceſſe vt qui alijs ſacramenta cœleſtia prædicant, nunquam manus à diuinarum obſeruantia ... aterum contineant.*

Sanctorum ſtatus ſtabilis & firmus.

91. *Inducesq; per circulos qui ſunt in lateribus arcæ,* ſed caue ne contingat aliquando ab eis remoueri, ſed vt aiunt Sept. ſunt geſtatoria immobilia, ſed ſi vectibus, ſancti, ſecundum Ambroſium ſignificantur, cur immobiles? nonne de virtute in virtutem progredi debent? nonne ſemper maiori inuigilare perfectioni tenétur? quomodo ergo immobiles, ſi ſpiritualiter progrediuntur? ſermo poterit eſſe de ſanctis in cœlo, quorum ſtatus eſt immobilis, vel etiam de iuſtis, qui adhuc corpore induti, nihilominus immobiles ſunt in ſtatu virtutum, quem amplexati ſunt, nec vnquam ab eo recedunt. ſubiicio verba præfati doctoris lib. de arca & Noe, *Hic ſimpliciter ligna poſuit, ibi autem ligna quidem ſed imputribilia comprehendit, declarans merita ſanctorum*: addidit etiam illic ſupportatoria immobilia eſſe, *quod ſanctorum ſtatio ſtabilis & firma ſit, quia vitæ probabilis tramitem virtutis ductu ſunt ſecuti, corruptela declinantes conſortia.*

S. Ambroſ.

Sancti ſemper Deo, vel eius vicem gerenti præſtant obedientiam.

92. *Inducesque per circulos qui ſunt in lateribus arcæ*, ita vt tamen ſemper ſint in annulis, ſiue cum arca ſacerdotum humeris ferenda, ſiue cum in tabernaculo, ſiue poſtea in tēplo quieſcere debeat: quare hoc? nam ſi diuerſimode ſe habet arca, cum quieſcit & cum mouetur, cur etiam diuerſo modo non ſe habent vectes, ita vt aliquando ſint in circulis, aliquando ab annulis extrahantur? reſpondet Franciſc. Ribera lib. 2. de templo c. 8. quod eſt de arcæ myſticâ ſanctificatione. *Quia ſancti, & cum erant in hac vitâ mortali, facile quocumque mouebantur à ſacerdotibus, qui ſibi pro Chriſto præerant, utique eorum humeris ferebantur, & cum in cœleſti patria quieſcunt, animos habent ad parendum Deo paratos, & accepta etiam mercede fœlicitatis æternæ, priſtinam ſemper retinent obedientiam.*

Franciſc. Ribera.

Miracula aliquando ad fidei confirmationem, aliquando ad meritum fidelium.

Inducesque per circulos qui ſunt in lateribus arcæ, quam, typum fuiſſe ſacræ Euchariſtiæ aſſerunt B. Greg. Mag. Beda, Chartuſ. & alij in 1. Reg. cap. 7. Num. 21. dicentes male communicantium pœnam pœnâ Rethſamitarũ arcam contra legem intuentium ſignificari, & ſicut arca fœderis vita ... & mors impijs, ſic ſacrum ... Euchariſtiæ Sacramentum: imo ſicut illa apud Hebræos educi conſueuerat ad pugnas præſertim difficiliores, auxilium præbitura: ita Sacra Euchariſtia apud nos, cum aliqua communis vrget calamitas, publicis ſupplicationibus circumfertur, & in publicis ſacrariis adoranda cernitur, imo olim ad ſerenandas maris tempeſtates laboreſque viarum releuandos à nauigantibus ac iter agentibus, pariter ferebatur vt ex D. Ambroſ. de funere fratris ſui Satyri, D. Greg. lib. 3. Dial. c. 36. Surio tom. 6. die 14. Nouemb. quos citat Card. Baronius tom. 1. anno Chriſti D 57. conſtare poteſt. Et ſicut arca continebat legem, ſic Euchariſtia continet verum corpus Chriſti D: verum vrget Iudæus cum hæreticis, ſi ſcripturas ſcrutatus fueris, reperies per arcam teſtamenti miracula nec dum ſenſibilia, ſed etiam ſic publica, vt eorum fama etiam infideles terrore concuteret, & ad reuerentiam eius prouocaret: nonne populo Iſraelitico ſicco pede Iordanem tranſeunte, deferentibus arcam ſacerdotibus, aquæ ſuperiores deſcendentes fluxum ſuum cohibuerunt, in vno loco, ad montis inſtar intumeſcentes? inferiores vero ad mare mortuum fluxerunt, donec populus & ſacerdotes arcam baiulantes alueum Iordanis tranſierunt incolumes? quod cum hoc miraculum perueniſſet ad aures Amorrhæorum & Cananæorũ: ſic terrore perculſit, vt in eis, inquit ſacer contextus, non remaneret ſpiritus: nonne filios Aaron, Nadab, & Abiu, coram arca offerentes ſuper igne alieno incenſum Deus occidit? virgam Aaronis germinare fecit? circa vrbem Hierico, tubis clangentibus ſepties circumdata, mœnia illius penitus corruerunt? capta à Philiſtæis, & illata in fanum Dagon, Idolum illud capite ac manibus mulctatum diſiecit: nonne exiſtens in domo Obededom Gethæi, attulit illi benedictionem, & omnem proſperitatem &c? ſi igitur in conſpectu arcæ, Deum realiter non continentis ſed ſolum tabulas legis, virgam Aaron, & manna corpora inanimata, tot patrata ſunt miracula, quæ nam non fierent in conſpectu noſtræ Euchariſtiæ, quæ per arcam deſignatur, cum dicis ô Chriſtiane Chriſtum Deum & hominem realiter continentem? nonne arca etiam ab infidelibus in maxima habita reuerentia, ita vt eam nimis curioſe inſpicientes, graui mulcta affecti fuerint? nam de ciuibus Bethſamites 1. Reg. 6. legitur, eo quod auſi fuiſſent arcam inſpicere, occiſi ſunt Septuaginta viri honoratiores, & quinquaginta millia plebis. Et tamen Sarraceni & hæretici, ſacramentum noſtrum indigne tractantes, pedibus conculcantes, nullo afficiuntur incommodo, id quod euidenter colligitur quod Deus vel Chriſtus veſter in eo realiter non continetur, talia enim opprobria impunita non ſineret, non enim nunc abbreuiata eſt manus Domini. Sed Iudæum Iudæo opponamus, Iudæum inquam Chriſtianum effectum, nempe Paulum de S. Maria Antiſtitem Burgenſem qui 2. p. ſcrutinii Script. diſt. 5. c. 5. ſic docte reſpondet. Ad tuam admirationem in hac parte tollẽdam & ad os obſtruendũ iniqua loquentiũ, cõſiderare debes quod miracula diuina quę ſupra curſũ naturæ à Deo inſti-

S. Amb. S. Greg. Surius Baronius. 1. Reg. 6. Burgenſ.

rutæ, virtute diuina fiunt, ſe babent quantum ad eorum ptoximos fines in duplici differentia, quædam eorum ſunt à Deo ordinata ad fidei probationem ſicut de primis ſignis ſeu miraculis, quæ Deus fecit pet Moyſem coram populo, de conuerſione vitgæ iu colubrum, & è contra de manu leproſa & ſana, quæ quidem miracula cotam populo facta ſunt ad fidem in eis creandam ſeu cunſptobandam: vnde Exod. 4. Locutuſque eſt Aaron omnia verba quæ dicit Dominus ad Moyſem & fecit ſigna prædicta eotam populo, ſequitur ſtatim, eredidit populus ſimiliter, ex diuiſione maris rubri & Ægyptiorum ſubmerſione viſa per populum Iſraelitieum ſecutum eſt quod populus credidit Domino & Moyſi ſeruo eius Exod. 9. capitulo, & ſic de quamplutimis miraculis veteris teſtamenti, quæ à Deo fuerunt ordinata, vt fidem eius in cordibus populi cauſarent ſeu confirmarent: quæ quidem miracula oportuit eſſe manifeſta coram omni populo. Vnde Deuteronomij vltimo commendat Moyſes de ſignis & portentis quæ diuina auctoritate fecit coram vniuerſo Iſtael: quædam veto fuerunt diuina miracula, quæ non ad fidem cauſandam ſeu roborandam à Deo facta ſunt, ſed potius vt credendo talia miracula quæ occulta ſunt & omnino abſeondita fideles mereantur: vnde homini miracula non diſpoſuit Deus manifeſta eſſe per ſenſum ſeu naturalem cognitionem, ſed occulta, vt eorum fides meritoria eſſet, quæ quidem miracula ſic oeculta & abſcōdita præcipue fuerunt in nouo teſtamento, in cuius parte fides credentium communiter validiot fuit, vt eſt miraculum virginei partus & diuinæ reſurrectionis, quæquidem miracula per fidem ſolum propriè cognoſcuntur & eorum occultatio à quacumque natura naturali cognitione noſtrum meritum efficit vel auget. Vnde de re-

Exod. 4. Exod. 9.

A ſurrectione Domini legitur Ioan. 20. Beati qui me non viderunt & crediderunt, & de iſto modo miraculorum oecultorum tenendum eſt eſſe ſanctiſſimum ſacramentum altaris, hoc enim ſacramentum inſtitutum non fuit ad hoc vt ſacramento viſo populus crederet ſed vt credendo veritatem huius ſacramenti merito proficeret. Vnde Auguſt. de hoc ſacramento dicit, crede & manducaſti, & ideo quanto miracula in hoc ſacramento contenta, quæ maxima ſunt oeculriora ſunt, & nec ab intus vel extra viſibiliter circa ipſum ſacramentum apparent tantum in nobis augent meritum. Vnde nullum ineonueniens ſequitur nec admiratione dignum ex hoc quod publica ſeu viſibilia miracula non fiunt communiter circa hoc ſacramentum, ſicut olim fieri conſueuerunt circa arcam teſtamenti Dei, prout B tu allegaſti: ibi enim miracula ordinabantur ad fidelium fidem confirmandam ſeu cauſandam, & quādoque ad iufidelium terrorē incutiendum, hic autem quæruntur miracula ad meritum credentium augendum, quod quidem meritum euacuaretur vel ſaltem diminueretur ſi talia ſigna viſibilia apparerent.

Deus præfert pulchritudini vtilitatem.

14. *Inducesque per circulos qui ſunt in lateribus arcæ*, ab annulis autem aureis nunquam vectes remouebis, quod ſane indecens mihi videtur, inſolitum enim eſt geſtatoria manere in arcis vel ciſtis, cum in aliquem locum ſunt delata, cur ergo Deus ita præcipit? bene Oleaſt. *Præferre nouit Dominus vtilitatem pulchritudini ve-* C *luti prudens, vt licet indecens videretur huiuſmodi vectes affixos eſſe arcæ, ne tamen contingeret tempore opportuno deeſſe, voluit non ſeparari.* Oleaſt.

VARIET. LECT. Verſ. 16.

V*Vlg.* Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi.

Sept. Et iniicies in arcam teſtimonia quæ dedero tibi.

Cald. Poneſque in arca teſtamentum quod dabo tibi.

Onk. Reponas in arca teſtimonium.

Mont. Et dabis ad arcam teſtimonium.

CONCORDIA.

DIctio עדת hedut teſtimonium verti poteſt, vt factum eſt à Mont. teſtimonium quod dabo tibi. id eſt quod tibi teſtabitur meam voluntatem, Sept. etiam legūt τὰ μαρτύρια teſtimonia tua, Cald. autem teſtamentum, quæ idem ſunt pænitus cum Vulg. lectione, cur autem arca teſtamenti vel teſtimonij, dicta ſit, vide quæ ſuperius diximus.

EXPOSITIO.

P*Oneſque in arca*, non iuxta arcam, ſed intra eam, *teſtificationem quam dabo tibi*, hoc eſt tabulas præceptorum decalogi, teſtificantes fœdus initum inter me & populum meum, vel poſſunt diei legis teſtificatio, quia atteſtationem continent voluntatis diuinæ, hiſque Deus teſtatum reliquit quid velit ab hominibus fieri, quas quidem tabulas lapideas ſolas arbitror fuiſſe in arca, ſecundum illud 3. Reg. in arca autem non erat aliud niſi duæ tabulæ lapideæ, quas poſuit in ea Moſes in Horeb, quod idem legitur 2. Paral. 5. nunquam enim in veteri teſtamento legitur quod fuerit in ea vrna manna continens aut virga Aaron, ſed hæc in tabernaculo fuiſſe patet Exod. 16. dicitur enim dixit Moyſes ad Aaron, ſume vas vnum, & mitte

3. Reg. c. 8. 2. Paral. 5. Exod. 16.

ibi man, quantum capere poteſt gomor, & repone coram Domino, ad ſeruandum in generationes veſtras, poſuitque illud in tabernaculo ſeruandum, & Num. 17. dixit Dominus ad Moſem, refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij vt ſeruetur ibi &c. fecitque Moſes ſicut præceperat Dominus, cum nihil amplius addat, reponi vult in eodem loco in quo antea erat, at prius non erat in arca; legimus enim in eodem capite, loquere filiis Iſrael, & accipe ab eis virgas ſingulas, poneſque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, id eſt coram arca, in qua erat teſtimonium ſiue lex: & poſtea, quas cum poſuiſſet Moſes coram Domino in tabernaculo: nuſquam tabulas legis inuenitemus dici poſitas coram Domino, nam coram Domino dicitur eſſe quod eſt coram arca & propitiatorio, vt c. 27. inferius de candelabro, & collocabunt filij Aaron & filii eius, vt vſque mane luceat coram Domino, ex quo etiam fit, vrnam manna continentem quæ Exod. 16. reponi iubetur, coram Domino non fuiſſe in arcâ ſed coram arca. quare recte Paulus Burg. in addit c. 9. Epiſt. ad Hebræos, dicit tantum fuiſſe in arca duas tabulas lapideas, ſed virgam & vrnam fuiſſe coram arca, vidit hoc Anſelm. hoc eodem c. Epiſt. ad Rom. dicens, vrnam & manna dici eſſe in arca quia erant prope arcam, & Ioſephus qui fuit ſacerdos, quique ſciebat quid in arca continebatur, l. 8. antiq. cap. 2. tenet, ſolas tabulas legis in ea fuiſſe, cui ſententiæ ſubſcribunt nonnulli recentiores doctiſſimi.

Num. 17.
Burgenſ.
S Anſelm.
Ioſeph.

Verum validiſſima eſt obiectio quæque eruditorum torſit ingenia, nempe auctoritas B. Pauli c. 9. ad Hebr. qui loquens de his quæ erant in tabernaculo ait, *Et arcã teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea, habens manna, & virga Aaron quæ frondnerat, & tabulæ teſtamenti*, quam quidem cum inſpicerent contrariari his quæ dicta ſunt ſuperius ex 3. Reg. c. 8. & ex 2. Paral. 5. auſi ſunt dicere, huiuſmodi Epiſtolam ad Hebræos non fuiſſe D. Pauli, nihilominus pro eius Epiſtola & rei veritate pugnandum eſt. die ergo relatiuum *in qua* non eſſe coniungendum cum arca quæ proxime præcedit, ſed cum tabernaculo paulo ante nominato quod græce fœminini generis eſt, hoc eſt σκηνὴ quomodo paulo ante dixerat, tabernaculum factum eſt primum, quæ dicitur ſancta, nunc tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum, in qua vrna aurea habens manna, ſæpe enim ſolet latinus interpres articulum aut relatiuum aptare non voci latinæ ſed græcæ, quia igitur græcè dicitur σκηνὴ fœminei generis, dixit latine *in qua*, ita apud lib. Sapien. cap. 1. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vocis; refert enim græcam vocem πνεῦμα & in Apocal. 10. accipe librum & deuora illum, & amaricari faciet ventrem tuum, & in ore tuo erit dulce, tanquam mel reſpexit enim ad nomen græcum βιβλαρίδιον, neque nouum aut præter Pauli conſuetudinem, videri debet, ſi dicamus relatiuum ſpectare, ad id quod remotius eſt, non autem ad id quod propius poſitum, nam etiam in Epiſt. ad Rom. cap. 1. cit. qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt Dei filius, poſterius relatiuum qui, non ad Dauid proxime poſitum, ſed ad Chriſtum prius appellatum refertur.

Sapien. 1.
Apoc. 10.
Rom. 1.

Quod ſi duriuſculum cuipiam videatur relatiuum *in qua*, non referri ad id quod proxime poſitum erat, id eſt ad arcam, ſed ad id quod erat remotius, hoc eſt σκηνὴ is haud abſurde dicere poterit, in Hebræorum more poſitum fuiſſe, dicere *in* pro *cum*, vt apud Oſeam cap. 4. propter hoc lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, in volucre cœli, ſed & piſces maris congregabuntur, hoc eſt vt habent Sept. cum beſtia agri, & cum volucre cœli, Geneſ. 32. in baculo meo tranſiui Iordanem, & nunc cum duabus turmis regredior, hoc eſt cum baculo meo ſolus nullumque præterea habui comitem: mitto plurimas alias auctoritates idem confirmantes, eadem igitur ratione docebat Apoſt. arcam fuiſſe in oraculo, non tamen ſolam, ſed cum illa fuiſſe vrnam auream, virgam Aaron & tabulas teſtamenti, quemadmodum paulo ante dixerat, tabernaculum habere thuribulum aureum, & arcam, cum arcam haberet in ſe, thuribulum prope ſe: ita cum arca erant vrna, virga, & tabulæ, quamuis tabulæ ſolæ includerentur in arca, reliqua duo nonniſi prope arcam eſſent, ſic enim fere receptum, vt ea quæ prope locum aliquem ſita ſunt, in eo loco eſſe videãtur, vt apud Lucam 13. cum Chriſtus de ſuo obitu loqueretur, non capit (inquit) Prophetam perire extra Ieruſalem ſignificans ſe in vrbe Ieruſalem moriturum, cum tamen extra vrbem mortuus ſit, & Ioann. 10. ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis, porticus tamen non in templo, ſed prope templum erat. quæ cum ita ſint, ſiue *in quâ* referat tabernaculum non arcam, ſiue vt ponatur pro *cum*, ſiue denique in aliquo loco dicatur eſſe, id quod eſt prope illum, apparet Apoſtoli ſententiam nullo modo pugnare cum libris regum aut Paralip.

Oſee 4.
Geneſ. 32.
Luc 13.
Ioann. 10.

Non improbo tamen alios, modos conciliandi Paulum cum lib. Reg. & Paralip. plures enim tenent non ſolum in arca fuiſſe tabulas lapideas, ſed & vas, & manna continens, nec non virgam Aaronis & ſecundum eorum ſententiam aliquos in medium adducemus conceptus.

CONCEPTVS.

Deus vult ſeruari ea quibus conuincamur.

95. *Induceſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, teſtificationem, id eſt leges teſtificantes fœdus initum inter me & vos: nonne traditio poteſt eas ſemper in memoriam reuocare, vt ſi aliquando earum eſſent immemores? ad quid ergo tot ſumptus in arca fabricanda ad earum conſeruationẽ? quia vult Deus ea ſeruari, quibus delinquentes, de criminibus noſtris cõuincamur. *Audis hic* (inquit Oleaſt. *quam curioſe ſeruentur ſcripturæ & teſtimonia quæ aduerſus*

Oleaſt. Iob.

nos iuxt , ne putes aliquo tempore corrumpi aut vitiari poſſe , neſcio ſi ad hoc alludent Iob non ait inſtaurat teſtes tuos contra me.

Anima in peccatis legem diuinam non dignè admittit.

96. *Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, prius arca conſtructa omnibus ſuis partibus abſoluta, laminis aureis intus & foris contexta &c. quam in ea teſtificatio poneretur: nonne potuerunt ante abſolutũ arcæ ornatum, in ea leges deponi ? ſufficiebat enim ad earum conſeruationem, vt arca eſſet ea lignis, omnis expertibus corruptionis, deinde poſitis in ea legibus, potuit intus & foris auro decorari: rectè prius omnibus ſuis ornamentis præparatur, deinde in ea leges diuinæ ponuntur, quia anima, atcâ adumbrata, prius à peccatis debet eſſe libera, prius virtutibus adornari, vt digne diuinam legem poſſit admittere, ita ſentit Petrus Abbas Cellenſ. *Eodem ordine nec non ratione prius arca conſtruitur, ac deinde teſtificatio ponitur in ea, nuſquam cum profecto teſtificatio diuinitatis reponenda, niſi in anima Deo digna, niſi in arca ſanctificationis.*

Petrus Abbas l.p. tabern.

In Chriſto Domino arcana patris, omnis poteſtas iudicij, & ſacerdotii ſumma dignitas.

97. *Induceſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, qua decem legis mandata, quæ in duabus tabulis erant, deſcripta intelliguntur, quæ diximus ſolum in ea contenta, ſed cum alias opiniones probabiles cenſeamus, quæ aſſerunt ex D. Paulo Hebr. 9. præter tabulas teſtamenti etiam fuiſſe in arca manna, nec non virgam Aaronis quæ fronduerat : non alienũ erit ab inſtituto ſciſcitari quid eſt, quod in arca quæ redemptoris noſtri typum gerit ſint tabulæ legis, & virga Aaronis quæ fronduerat, nec non manna cœleſte ? tibi ſatisfaciat Præfat. Abbas. *Tabula teſtamenti deſignant omnem ſcientiam paternorum ſecretorum in Chriſto, & omnem potentiam iudiciorum, in illis enim & fides diuinitatis inſcripta erat, & mandata quibus ſeruire Deo oportet, & iudicij diſcretio, qua ſe odientes damnat & diligentes remunerat: vrna aurea anima Chriſti habent manna, id eſt omnem plenitudinem diuinitatis, virga Aaron poteſtas ſacerdotij iuſta, qua fronduerat altera die reſurrectionis, non expectata communi reſurrectione, hæc omnia in arca, id eſt in Chriſto fuerunt. & hæc eſt teſtificatio quam dedit Dominus.* eadem ferme habet Venerab. Beda in expoſitione tabernaculi.

Petrus Abbas.

Regnum Chriſti non terrenum.

98. *Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, & ex Diuo Paulo etiam poſitum eſt vas manna continens, nec non virga Aaronis, quæ fronduerat: cur addit quæ fronduerat? nonne ſatis erat dixiſſe, *Virga Aaronis*? aduerte huiuſmodi virgam potuiſſe eſſe etiam
Pſalm. 44. ſymbolum regni iuxta illud Pſalm. 44. virga æquitatis virga regni tui, quæ verba explicans Placidus Parmenſis ait, [Meſſias fortis & pulcher, habet etiam regis excellentiam, ideoque ô Meſſia, inquit, qui Deus eſt, ſedes tua regis, non temporaria eſt, ſed permanet in ſæculum ſæculi, & virga ſeu poteſtas adminiſtrandi regnum eſt virga directionis, quod diuinum eſt, non humanum, omnia ſcilicet ad rectitudinem reducere : quod facit, cum meritis præmia, & culpis pœnas, ſeruata iuſtitia adhibet] en cur dixit Paulus virgam quæ fronduerat, & quæ tamen ſemper videbatur floribus plena, ad denotandum regnum Chriſti non temporarium, finem habuiſſe, ſed ſpirituale & æternum eſſe ? quod doctiſſime oſtendit Venerab. Petrus Abbas Cluniacenſ. in tract. contra Iudæos cap. 3. [Percurre (alloquitur Iudæum) Prophetam Iſai. 53. non eſt ſpecies ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aſpectus, deſiderauimus eum deſpectũ, & nouiſſimum virorum, virum dolorum & ſcientem infirmitatem, & quaſi abſconditus vultus eius, & deſpectus, vnde nec reputauimus eum, quid hic regium ſonat ? quid hic regale videtur? vbi aurum. vbi purpura vbi gemmea corona ? vbi argenteum ſolium? vbi potentia & faſtus imperantis ? non eſt ei ſpecies, non eſt decor, non eſt aſpectus, deſideratur tamen deſpectus, nouiſſimus virorum, vir eſt dolorum, abſconditus eſt vultus eius, nec ipſe reputatus eſt: quid dicis ô Iudæe! nonne obſtupeſcis? coactus es iam vi rationis iſta de Chriſto ſentire, vbi ergo in his vniuerſis temporale eius regnum inuenies? vbi gloriam regnantis aduertis? numquid languores ferre, dolores portare, regnare eſt? numquid putari leproſum ? putari à Deo percuſſum ? putari humiliatum regnare eſt ? taceo reliqua, quid agis? nondum Chriſti regnum terrenum, vel temporale ? eſſe non poſſe cognoſcis? &c.]

Placid. Parmes.

Petrus Clun.

Iſaiæ

Legis cæremonia abſcondita, Euangelium omnibus patens.

Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi, hanc teſtificationem ſcio te legem intelligere, quam in duabus tabulis ſcriptam nouimus : verum cur lex in arca clauditur, cum potius coram omnibus eſſe deberet, vt ab omnibus legeretur & ſeruaretur ? tum, nonne diximus, quatuor angulos arcæ Euangelium per quatuor mundi partes diffuſum adumbrare? cur potius extra arcam Euangelium, lex autem in ea ? non enim minoris eſt æſtimationis: reſpõdet Bruno in alleg. Tilm. *Bene lex in arca clauditur, Euangelium autem circa arcam, per quatuor angulos ponitur, quoniam legis ritus & cæremoniæ abſconſæ iacent, Euangeliorum vero præcepta per quatuor mundi partes diffunduntur & prædicantur.* Bruno.

Taxatur impiorum ingratitudo.

Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi, cum qua ex Paulo dicitur, etiam quod continebat vas aureum in quo erat manna, & licet in arca non eſſet, ſed circa eam, eadem ratio dubitandi ſe offert, cur illud in poſteras generationes voluit in tabernaculo ſeruari ? nõne 100.

aliqui ex Iudæis huiuſmodi panem cœleſtem panem Angelorum vilipendentes dixerunt, anima noſtra nauſeat ſuper hoc cibo leuiſſimo? Num 21. Num 21. en cur Deus velit manna in tabernaculo ſeruari, vt impiorum reprehenderetur ingratitudo, & alij ad beneficiorum Dei memoriam prouocarentur? fauet Ioann. Ioannes Arboreus. Arboreus in cap. 9. Epiſt. ad Hebr. *Reſeruabatur in vrna aurea ad poſteriorum memoriam, & ad taxandam Iudæorum ingratitudinem, qui hoc cæleſti cibo abuſi ſunt. dicentes, anima noſtra nauſeat ſuper hoc cibo leuiſſimo.*

Deus vult nos ſuorum beneficiorum memores.

101. *Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, verum circa eam erat virga Aaronis quæ fronduerat, nec non vas aureum manna continens, tria ergo ſeruantur, nempe tabulæ legis, vel teſtificatio, manna cum Aaronis virga: tantæne æſtimationis hæc tria, vt præ aliis tanta cum ſollicitudine cuſtodire debeant? quid excellentius lege diuina populo Iſrael cōceſſa? quid ſublimius pane cœleſti, omnem ſaporem ad vniuſcuiuſque libitum habente? quid tunc maius ſacerdotio, virga Aaronis deſignato? ne ſciſcitaris ergo, cur hæc tria præcipue cuſtodienda iubentur, quia Deus, licet omnium, ſed præcipue maximorum beneficiorum vult nos ſemper eſſe memores, ad hæc Theodoret. Theodor. *Cum natura illa diuina nulla ſpecie formâue deſcribi, ſed neque humana mente capi poſſit, ſymbola ſaltem nonnulla ſuæ potentiæ in adytis reponi voluit, quæque ſua erga Iſraelem maxima beneficia præ ſe ferrent, tabulæ ſi quidem promulgationem legis memorabant, virga ſacerdotium, manna cibum in deſerto paratum ſine piſtrino.*

Sancti præ omnibus beneficiis, ante oculos habent Euchariſticum panem quo in terris educati fuere.

102. *Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi*, aliqui arbitrantur, ea quæ myſticam arcæ ſignificationem ſpectant ad cælum pertinere, omniumque ad ea quæ ſunt in beatorum domicilio referenda, ita vt arca in Sancto ſanctorum, beatos ſignificet in patria cœleſti, quæ facta eſt ex lignis ſetim, quæ imputribilia, & miræ ſunt pulchritudinis, quia ſancti poſt reſurrectionem pulcherrima & immortalia poſſidebunt corpora: auro circumtecta erat, quia & animæ eorum ineffabili ſibi diuinæ viſionis claritate, & corpora admirabili ſplendore Matth. 13. fulgebunt, ſicut ait Dominus Matth. 13 tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. corona aurea quâ circumdatur arca, coronam ſignificat ſanctorum, omnes ſiquidem gloria & honore coronabūtur, vt victores & vt reges, ipſorum eſt enim regnum cœlorum: in ea ſunt tabulæ legis, quoniam electi legem habuerunt, ſemperque in medio habebunt cordis ſui quaſi quid pretioſiſſimum Iſai. 55. populus Iſaiæ meus lex mea in corde eorum &c. verum cum in cœlo Deum intuentur ſicuti eſt, quomodo manna panem Euchariſticum denotans, in cœlo, ante arcam poſitum conſiſtere poteſt? nam ad quid ſub ſpeciebus velatum, ſi facie ad faciem videtur? quia ſancti etiam in cœlo præ omnibus beneficiis ante oculos habent, panem Euchariſticum, quo in terris ſunt enutriti. ſic explicat Franciſcus Ribera lib. 2. de templo cap. 3. *Coram arca aurea vrna manna habens, vt* Franciſcus Ribera. *illius beneficii memoria ſemper apud poſteros maneret, quia beati ſemper ante oculos habent admirabilem illam Dei beneficentiam, qua cœleſti pane id eſt ſacra Euchariſtia dum per deſertum huius vitæ iter faciebant, alti ſunt: ſeruabatur etiam ante arcam virga Aaron quæ fronduerat, quia ſemper iidem memoria retinent ſacerdotium Chriſti inter omnes homines à patre electi, vt ſacrificio corporis tolleret peccata mundi. de eoque illi immortales gratias agant & ſine fine lætentur.*

Lex diuina pretioſiſſimus tibi ſit theſaurus.

Poneſque in arca teſtificationem quam dabo tibi, cum te audiui dicentem Moyſi, vt à populo aurum, argentum, gemmaſque pretioſas, & alia maximi pretij colligeret, deinde vt arcam fabricaret, credidi ideo arcam fieri, vt hæc omnia in ea reconderentur; quomodo ergo ſolas tabulas legis lapideas in arca, auro intus & foris deauratas, reponis? quod in arca reconditur ea pretioſius debet eſſe, quis autem aſſeret, tabulas lapideas auro pretioſiores? aptiſſime quidem legem recondi iubet, non aurum, non gemmas pretioſas, lex enim diuina nobis theſaurus pretioſiſſimus debet eſſe. Barradius. *Conſidera*, inquit Barradius tom. 2. lib. 3. de templo Hieroſo cap. 14. *quid in arca ſua recondat Deus, non aurum non gemmas, ſed legem, verus enim theſaurus lex eſt, ideoque in corde & opere ſumma cura ſeruanda, iuxta* Pſalm. 1. *illud Pſalm. 1 in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte &c. is diues dicitur ab hominibus qui arcam auro gemmiſque refertam habet, is diues dicitur ab Angelis & Deo, qui animam habet refertam legis operibus: quamobrem Dauid, Pſalm. 118. dile-* Pſalm. 118. *xi* (inquit) *mandata tua ſuper aurum & topa-zion: Luc 12 poſtquam Chriſtus diuitis parabo-* Luc. 12. *lam propoſuit qui repente de vita raptus opibuſque eſt ſpoliatus, addit, ſic eſt qui theſaurizat, & non eſt in Deum diues: illi ſibi theſaurizant, & in Deum pauperes ſunt. qui arcas argento complent, pectoris arcam lege diuina vacuam habent, illi in Deum diuites ſunt, qui etſi arcam argento vacuam habent, pectus habent lege diuina pleniſſimum.* 103.

VARIET. LECT. Verſ. 17.

VVlg. Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo, duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo.

Sept. Et facies propitiatorium opertorium, ſeu ſuperpoſitionem auri puri duorum cubitorum, & dimidij longitudo.

Cald. Facies propitiatorium ex auro puriſſimo.

Mont. Et facies opertorium auro mundo.

Vatab. Et facies velamen aut cœlum.

Oleaſt. Facies tegmen ex auro mundo.

CONCORDIA.

DIctio Hebraica כפרת capporeth ſignificat opertorium, operculum, tegmen, velamen, vel propitiatorium, ſeu locum in quo Deus propitiabatur, aut propitius factus Moyſen alloquebatur, à verbo כפר caphar quod vel tegere, vel operire in genere ſignificat, vel in particulari iniquitatem operire, ſiue quod idem eſt, cum Deo accommodatur, propitium fieri: quæ duæ notiones optimè rei huic conueniunt, ſi quidem ab operiendo operculum dictum fuit, pro vt quidam vertunt, eius enim officium fuit ar[illegible]m ſuperne operire, & tegere: noſter autem interpres propitiatorium vertit, vti [illegible] Sept. ἱλαστήριον quod ibi exoratus à populo, & ſacerd[illegible] placaretur Deus, ſeu placatum ſe eſſe, vo[illegible] vel ſigno aliquo ſenſibili demonſtrar[illegible], ſiquidem etiam Sept. vti hic vtramque ſignificat[illegible] complectuntur ἱλαστήριον, ἐπίθεμα propitiatorium, opertorium, ſeu ſuperpoſitionem: [illegible]ſter etiam oraculum [illegible] vertit, [illegible] ſequenti, quod inde Deus oracula ſeu reſponſa ſciſcitant[illegible]us, per ſacerdotes ed[illegible], quamquam & oraculum aliàs pro [illegible] ſanctorum ſumatur.

EXPOSITIO.

FAcies & propitiatorium, quod nihil aliud fuit quam lamina ex auro puriſſimo, æque longa & lata ac ipſamet arca, quantæ autē altitudinis & craſſitiei fuerit, nihil proditur: verum difficultas eſt, an propitiatoriũ illud fuerit operculum immediate contiguum ipſi arcæ, an verò arca ſuum habuerit ſpeciale opertorium ex lignis ſetim, auro tamen contextum; vel an huiuſmodi propitiatoriũ fuit altius eleuatum ad modum cuiuſdam cœli, & exterioris ornamenti: hoc ſecundum teneo cum Angelico doctore 1. 2. q. 102. art. 4. ad 6. [illegible] viris eruditiſſimis Caj[illegible]. Vatab. Oleaſt. Adricomio de vrbe Hieruſalem Num. 19. Prado in 1. Viſ. Ezech. Proph. ſect. 4. ratio mihi videtur ſufficiens ad id aſſerendum, qu[illegible]d cum arca eo fine conſtructa fuerit, vt in ea tabulæ legis recondere[illegible]tur, propitiatoriu[illegible] vt ex eo Deus oracula & reſponſa d[illegible], [illegible] vnum ab alio diſtinctum apparere & e[illegible]e, op[illegible]tium enim ab arca int[illegible]a non diſti[illegible]ur, cum enim arca [illegible]b arcendo dicatur, ſane [illegible] arceret niſi ope[illegible]m e[illegible] eſſet [illegible]mp[illegible]tum. Vi de recte Moy[illegible] Deus [illegible]quitur, poſt ar[illegible]æ totius fabricam & ſtructuram, facies & propitiatorium, debuit autem eſſe eleuatum ab arca propter maieſtatem Dei in eo dantis oracula, ſi enim arcæ contiguum eſſet, non ex eo ſed ex ar[illegible] reſponſa dare videretur, & licet hæ rationes non conuincant, ſane nec quæ pro contraria parte in medium adducuntur, vnde de hac difficultate nihil deffiniunt noſter Lyran. Carthuſ. Emanuel Sa.

CONCEPTVS.

Creaturæ nonniſi propter Deum vel in Deo diligendæ.

104. *Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo*, cuius vtrumque latus tegentes duo Cherubi[illegible] ſe mutuo reſpicientes, verſis tamen in propitiatorium vultibus: quod non leuem ingerit difficultatem, quo enim modo fieri poteſt, vt Cherubini ex vnà parte ſe mutuo reſpiciant, ex alia vero in propitiatorium defix[illegible]m habeant obtutum? etenim ſi verſo in propitiatorium vultu intuentur, mutuo ſe reſpicere non poterunt, ſi vero ſe mutuo reſpexerint, quon[illegible]m modo defixis oculis in propitiatorium conſpicient? verum ex Cherubinorum ſignificatione facilis eſt ſolutio, eam vero ſic tradit noſter Nicol. Lyranus hoc in loco, vt affirmet ideo duos illos à Moyſe conſtructos Cherubinos, propter ſocietatem angelicæ pacis, quæ m[illegible] quam inter duos haberi non poteſt: [illegible]iam ſi [illegible] pacis & amicitiæ ſymbolum ſint, ideo ver[illegible] ſiue defixis in propitiatorium vultibus mutuo ſe reſpicere dicuntur, quod ea veræ d[illegible]li[illegible]nis ſit lex, vt Deum in proximo & pr[illegible]ximum propter Deum diligat, nec vllo eum ch[illegible]tatis affecto proſequatur, qui à Dei dilectione non emanet, & in Deum tendat, at[illegible]e reſpiciant [illegible] deffinient[illegible] [illegible]ar[illegible]m Au[illegible] not[illegible] tract. 8[illegible]. in Ioannem. *Cl[illegible] noſter. quam definit Apoſtolus, de co[illegible] conſcientia bona, & [illegible]de non [illegible] ac di ligimus inuicem, hac diligimus Deum, neque enim* Aug.

enim vera dilectione diligimus inuicem, niſi diligentes Deum, diligit enim vnuſquiſque proximum ſuum, tanquam ſeipſum, ſi diligit Deum, nam ſi non diligit Deum, non diligit ſeipſum.

Deum non inconſulto ſed ſapienter nobis condonat, cui condonationi etiam cooperandum.

105. *Facies & propitiatorium auro de mundiſsimo,* duos cubitos & dimidium tenebit, cur propitiatorium ex auro? fiat ex lignis ſethim, ſicut & arca: aurum ſane ſapientiam adumbrat. bene ergo ex auro fit propitiatorij materia, quia non temere aut inconſulto, ſed ſapienter propitius Deus hominibus condonat, vt nimirum eis ſolum peccata dimittat, qui de ipſis intimo animi ſenſu dolent: quod colligitur ex inchoata & imperfecta propitiatorij dimenſione, quæ conſtat ſiue in longum ſiue in latum dimidio cubito & ſemiſſe, quia propitiatio ſiue peccatorum remiſſio, non tantum ex paſſione Chriſti, ſed ex noſtra etiam pœnitentia coaleſcit, & vnum ens completum, (vt ita loquar) ex vtraque reſultat, en quid ſit adimplere quæ deſunt paſſioni Chriſti? quid etiam configurari morti eius, complantari, configi cruci, conſepeliri? quibus locotionibus frequentius vtitur Apoſt. vt videlicet quaſi ex duabus inuicem partibus, paſſione Chriſti & noſtra imitatione & cooperatione, ſalus noſtra compingatur, & conglutinetur: plura perſtrinxit ex iis Venera. Bruno in alleg. Til. *Fit propitiatorium de auro mundiſsimo, quoniam tam ſapienter propitiatur Deus, vt in ſua propitiatione vnnquam fallatur, quoniam niſi pœniteat, nulli vnquam propitiabitur, & quoniam nec ſemper nec omnibus Deus propitiatur, ideo in propitiatorij quoque dimenſione, imperfectum aliquid, ſemiſſem videlicet & dimidium poſuit.*

Bruno.

Licet Deus incarnatus, ſi non propitius fuiſſet, nihil mihi prodeſſet.

106. *Facies propitiatorium de auro mundiſsimo,* arca de lignis ſethim prius circumtegitur auro, deinde reponitur in tabernaculo, tertio ſupertegitur propitiatorio: nonne eximium ſatis beneficium erat, legem dediſſe ſeruandam in arca, aureis laminis decorata? cur etiam propitiatorium aureum illis conceditur? ſi arca auro intus & foris veſtita, Chriſtum Redemptorem, ſicut lex eius doctrinam ſignificat, ne mireris præter arcam & tabulas legis in ea reconditas, propitiatorium fieri, quia licet Deus incarnatus, licet doctrinam ſuam per omnia mundi climata diuulgaſſet, ni propitius foret, ni condonaret, ni miſericordiæ ſuæ impendiſſet beneficia, nihil nobis profuiſſet, *Quid nobis Domine quid nobis* (inquit Petrus Cellenſ. lib. de Tabern.) *Incarnatio? quid nobis teſtificatio tua prodeſſet, ſi propitiatio deeſſet? cumulo beneficiorum tuorum reatus noſter augeretur, niſi cum beneficiis indulſis beneficium propitiationis ſupererogaretur: nam ſola ingratitudo damnaret, niſi & ingratitudinem indulgentia exciperet, quo namque numeroſiora creatoris beneficia, eo inde eſſe gratioſiora noſtra debuerunt rependi beneficia: ſed vnum præ aliis ſuæ bonitatis ſtrictius religauit beneficiorum vinculum, quo ſpretus non aſperneret, erectus non abiiceret, offenſus non læderet, ſed ſatisfaceret ſibi pro nobis de noſtra iniuria, ſed requireret, ſed reduceret planè, ſi in Ieſu aliquid melius eſt ipſo Ieſu, id mihi propitiatorium, id eſt reconciliatorium: ſed Ieſus totus deſiderabilis, totus amabilis igitur in arca, amabilior in propitiatorio, deſiderabilis ex bonitate, ſed deſiderabilior ex propitiatione, quæ eſt pinguedo bonitatis, quia ſuperexaltat miſericordia iudicio.*

Petrus Cell.

Ieſus totus & in naturæ veritate, & in ſimilitudinis ſpecie, & in nominis appellatione propitius.

107. *Facies propitiatorium de auro mundiſsimo,* cur non de ligno ſethim, cum ſit omnis expers corruptionis, auro deinde contexto? diximus lignum ſethim ex S. Hieron. ſimile fuiſſe arbori ſpinæ albæ, quæ manus contrectantium ſe pungit: en cur propitiatorium Ieſum ſignificans, non ex lignis ſethim, ſed totum ex auro! quia Ieſus totus non ſolum in naturæ veritate, ſed in ſimilitudinis ſpecie, ſicut & in nominis appellatione, propitius & benignus eſt. ſic autem proſequitur præſ. Abbas. De qua materia hoc fiet propitiatorium, an de lignis ſethim? abſit, nam habent ſimilitudinem ſpinæ albæ, & ſi non pungunt per veritatem, timentur tamen propter ſpeciem: ſic ſapientia increata cum redargueret homo homines, & diuina innocentia nullum condemnaret, tamen mala Iudæorum conſcientia grauem ad videndum, propter lippitudinem ſuam repugnabat, timens illum iudicem malorum ſuorum, & non ſaluatorem animarum: merito ergo adhuc propitiatorium quærit puſillanimis mortalium natura, id eſt Ieſum benignum, quod totum & in naturæ veritate, & in ſimilitudinis ſpecie, & in nominis appellatione propitiationem reſonet, indulgentiam propius, gratiam reſudet, quod excipiat lapſum, quod reparet perditum, quod vincat in bono malum: propitiatorium non attendit iudicium, merita non inuenit, ſed facit, non numerat anteactos errores ſed amputat: propitiatorium, veritatem accuſantem procul ſtare iubet, innocentem ſeruare accelerat: propitiatorium natat in ſanguine Ieſu, tanquam nauis in flumine: propitiatorium de proſtibulo meretricem ſuſcipit, & omnes eius abominationes citiſſime diluit: fugitiuum excipit, & patriæ reddit, languidum accipit & ſanat, cæcum & illuminat: leproſum & curat: mortuum, & ſuſcitat.

S. Hieron.

In quinque ſuis vulneribus, nobis Chriſtus eſt propitius.

108. *Facies propitiatorium de auro mundiſſimo,* & bene de auro puriſſimo fuit Chriſtus propitiatorium, in quod latro de cruce, & in cruce vultum defixit, cui non ſolum ſupplicium gratia remiſſionis indulſit, ſed etiam paradiſum eodem die, vera & copioſa Dei propitiatio contulit: de auro puriſſimo fuit propitiatorium Redemptoris noſtri, quia in eo non præcedentia naturæ merita, ſed præueniens gratia ipſam naturam verbo vniuit, & reconciliationem ſeu propitiationem Dei, & hominia compleuit: de auro puriſſimo fuit, qui de Spiritu ſancto conceptus, & de integerrima Virgine natus fuit: de auro puriſſimo eſt, qui gratiam ſuam bonis & malis tribuit; de auro puriſſimo eſt, qui facit, & vbi abundauerit delictum vbi abundet gratia: de auro puriſſimo fuit, qui igne clareſcit, malleo profluit, paſſione dulceſcit, morte vireſcit, contumelia manſueſcit, paupertate affluit, & in pretio omni pretio pretioſius eluceſcit. verum, quid hoc eſt quod huiuſmodi propitiatorium ſolum duos cubitos & dimidium habet in longitudine? diximus cubitum duos palmos exæquare, & ſic duo cubiti & medius quinque palmos efficient, quibus quinque palmis propitiatorij, cur non intelligemus quinque plagas, & vulnera Chriſti Domini, quibus nobis ſpecialiter eſt propitius? religio eſſet ſilentio obuoluere præfati Abbatis noſtro inſtituto accommodata verba eruditiſſima: propitiatorij noſtri quinque palmos in longitudine, quinque illas corporis ſui plagas, non abſurde intelligendum puto, eo vſque etenim longanimitatem patientiæ extendit, vt his prætitulatus, quinque notiſſimis & nominatiſſimis plagis, à quinque nos liberatet capitalibus miſeriis: prima quarum nos vrgebat crudeliter, ſeruitus diaboli: ſecunda fortiter, vinculum peccati; tertia flebiliter excluſio paradiſi; quarta inſtanter, exilium mundi, & pœna temporalis: quinta miſerabiliter, pœna æterna inferni: in his quinque porticibus iacebat languens humana natura, & niſi haberet, hominem imo propitiatorem, qui per ſingulas porticus pedagij pœnas pro ſe ſolueret, & in aquam de latere fuſam, per ſacramentum baptiſmatis inferret, non euaderet. In primo palmo ſiue plaga propitiatorij, à poteſtate diaboli liberemur, de qua dicit Apoſt. regnauit mors (id eſt diabolus) ab Adam vſque ad Moyſen; etiam in eos qui non peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: ait autem Apoſt. quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur: deſtruxit enim eum qui habebat mortis imperium, & ſic à diabolo liberauit: in ſecundo palmo, plaga à peccato (quæ eſt peſſima) vehementer liberamur, quando in ſanguine Chriſti iuſtificamur, id eſt à peccato ſoluimur, & per hoc, à vinculis diaboli expedimur: in tertio palmo & plaga propitiatorij, à tertia plaga quæ eſt excluſio paradiſi ſanamur, cum illud primum Dei decretum iudiciale, ex ſententia veritatis prolatum, de expulſione hominis à paradiſo propter peccatum, immutatum, & melioratione pietatis noſtri propitiatorij, implente ipſo propitiatorio decretum, quod prius promulgauerat ſoluendo, quod non rapuit, vt ſua conſummatiſſima humilitate vinceret culpam, quam contraxerat genus humanum in primi hominis elatione; aperuit itaque paradiſum, & reuocauit erroneum: in quarto palmo & plaga à quarta plaga curamur, quæ eſt affectio temporalis, exilium mundi: ſed interim in ſpe nondum in re: in quinto palmo eſt plaga propitiatorij, ab illa inſanabili plaga quæ eſt æterna pœna liberamur, cum abſoluta morte in victoria, de morte triumphamus dicentes: vbi eſt mors, victoria tua, vbi eſt, mors ſtimulus tuus? hæc de longitudine propitiatorij: habentis quinque palmos.

Abb, Cell,

Rom. 5.
1. Cor. 15.
1. Cor.

Ex eo quod Chriſtus Dominus ab omni labe puriſſimus, factus eſt nobis propitiatorium.

Facies ei propitiatorium ex auro mundiſſimo, materia hæc pretioſiſſima, quæ non ſine myſterio ad propitiatorij perfectionem à Deo requiritur. verum cur additur, vt ex auro mundiſſimo ſit? nam ſatis erat dixiſſe, vt fieret propitiatorium ex auro, Moyſes enim optimum elegiſſet: hoc additum ex mundiſſimo, nam ex eo quod Chriſtus ab omni labe puriſſimus eſt, factus eſt nobis propitiatorium. Ita Tuicenſis Abbas. *Aurum diuinæ in Chriſto ſubſtantia, ſignificat pretium, ſignanter & expreſſe dixit, mundiſſimo, qui videlicet ex eo quod Deus eſt, ex omni labe mundiſſimus, ex eo inquam propitiatorium nobis factus eſt Chriſtus Dei filius, ex eo peccata mundi tollere potuit agnus Dei ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis.* 109.

Tuic. abb.
Hebr.

Gloria quam Deus præparauit diligentibus ſe, incomprehenſibilis.

Facies propitiatorium ex auro mundiſſimo, duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum & ſemiſſem latitudo: verum vbinam eius altitudo? lego arcam longam, latam & altam, cur eiſdem non conſtat menſuris propitiatorium? an minoris dignitatis eſt quam arca? intelligamus quæſo per longitudinem propitiatorij, ea quæ ſunt ad rationalis naturæ inchoationem, per latitudinem quæ ſunt ad eius promotionem, per altitudinem quæ ſunt ad eius conſummationem: creationis ſuæ bona ſunt ei ad inchoationem, iuſtificationis gratia ad promotionem, glorificationis bona ad conſummationem, in his ſe mens contemplatiua exerceat diligenter vt propitiatorium ſuum congruam accipiat menſuram: tria conſideratione digna accipio ex creatione rationalis creaturę, eſſentiæ ſubtilitatem, boni ac mali diſcretionem, arbitrij libertatem, & hæc eſt longitudo propitiatorij ex duobus cubitis & dimidio perficitur iuſtificatio quæ ad latitudinē ſpectat ex inſpiratione di- 110.

uina, & deliberatione propria, qui vero delibe ratio ſit, vnuſquiſque per experientiã nouit, diuina vero inſpiratio qualiter in nobis fiat, quis quæſo comprehendet? ſpiritus enim Dei vbi vult ſpirat, & neſcis vnde veniat, & quo vadat, in imo ergo comprehenſionis cubitum habemus, in altero habere non poſſumus, ecce de propitiatorij longitudine, ecce de eius latitudine, & quæ ſunt ad noſtram glorificationem, pertinere deberent ad eius altitudinem, cur ergo ſi nouimus gloriam, altitudo propitiatorij non præfigitur? cur non nominatur? quia licet nobis notum ſit gloriam eſſe, tamen qualis & quanta ſit, quis comprehendere
Rich. Vict. poteſt? ad hæc Richard. *Pertinent ad eius altitudinem, ea quæ ſunt ad noſtram glorificationem, ſed quis, quo ſenſu comprehendat in quibus noſtra conſtat? quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, hinc facile perpenditur cur propitiatorij altitudo menſura non praſcribitur.*

Sedes optima optimo detur ſedenti.

Facies propitiatorium ex auro mundiſsimo,
111. non ex auro, ſed ex eadem materia, qua arca conſtructa fiat! conuenit enim vt qui æternus & omni carens corruptione, det reſponſa in loco omnis experte cariei, quod reperitur in lignis ſetim: verum nonne Deus erat, qui ſedere debebat ſuper propitiatorium? nonne etiam aurum inter omnia metalla pretioſiſſimũ, bene ergo ex auro & illo mundiſſimo fit, quia ſedes optima, optimo ſedente debetur. *Cauſa quare*
Abulenſ. *totum propitiatorium* (inquit Abul. q. 16.) *eſſet de auro mundiſsimo, erat propter excellentiam ſedentis ſcilicet Dei, quia propitiatorium ſedes Dei*
Pſal. 79. *dicebatur, iuxta illud Pſal. 79. qui ſedes ſuper Cherubim, ſcilicet in medio Cherubim ſupra pro-*
2. Reg. 6. *pitiatorium arca: & clarius ponitur 2. Reg. cum dicitur adduxerunt arcam, ſuper quam inuocatum eſt nomen Domini ſedentis inter Cherubim ſuper eam: decebat ergo vt optimo ſedenti optima atque honorabiliſſima ſedes daretur, prout poßibile erat mortalibus facere.*

Licet Deus ſit propitius, non tamen ſemper omnibus propitiatur.

Facies propitiatorium ex auro mundiſsimo,
112. *duos cubitos & dimidium tenebit longitudo, &c.* ecce vt in longitudine, ſic & in latitudine propitiatorij, quid imperfectum reperitur, ſcilicet medietas cubiti, qui reſpectu vnius integri imperfectus cenſetur. cur in propitiatorio, quo Deus ſe reddit propitium & exorabilem, aliquid imperfectum reperitur? ex auro fit mundiſſimo, ſit ergo eius latitudo ex duobus cubitis & longitudo ex tribus: hæc medium cubiti reperitur in diuino propitiatorio. quia licet Deus quantum de ſe ſit omnibus propitius, tamen non ſemper nec omnibus propitiatur, non quia propitiari nolit, ſed quia ex parte noſtra obicem ſuæ ponimus propitiationi. teſtem profero Vener. Brunon. in alleg. Til. *Quoniam*
Brunon. *non ſemper nec omnibus Deus propitiatur, ideo in propitiatorij quoque dimenſione, imperfectum aliquid ſemiſſem videlicet & dimidium poſuit.*

Deus omnibus dominatur.

Faciei propitiatorium ex auro mundiſsimo, 113.
quod diximus Dei ſedem fuiſſe, ex quo dictus eſt in tabernaculo ſedere, cur potius in eo ſedere dicendus, quam alio in loco? non eſt dubium quin legenti totam tabernaculi ſtructuram ornatumque, & omnia hæc intelligenti, quin meridiana luce clarius ſibi appareat, in eo tanquam in imagine repræſentari totius mundi imaginem: merito ergo non ſolum Deus propitiatorium, tanquam ſedem ſibi eligit, ſed etiam tabernaculum omnium rerum repræſentatiuum, vt omnibus dominari ſciremus, qui enim in aliquo ſedet, eo ſuperior eſt. hanc rationem habet Diodorus in cat. vet. Græc. Diodorus.
Scena ſiue tabernaculum, imago erat, & quidam modulus totius orbis, nec alia ſedes, quoties apud homines eſſe Deus nõ dedignaretur, decẽtior tanto numini poterat excogitari, quæ typum gereret omnium rerum: vt omnibus gentibus innoteſceret illum eſſe apud Hebræos Deum, qui non tabulis ærene alienius artificis indigeret, ſed qui pro vt omnium Domino conuenit in modulo, totius orbis appareret, auguſtumne ac breue illud opus tabernaculi, maximum illud auguſtumque Cœli templum repræſentaret.

Dominus quaſi nullius eſſet erga nos ſeueritatis, non locum iuſtitia ſed ſolum miſericordia, in hoc mundo conſtituit.

Faciei propitiatorium de auro mundiſsimo, 114.
nempe locum in quo ſeſe benignum deprecantibus & propitium exorantibus exhibeat, quot hominum immaniſſima facinora? quanta omnium ingratitudo? quot delicta ſæpiſſime condonata, ſed potius iterata? quæ nam in omnium fere mentibus legis diuinæ obliuio? cur ergo locum non ſtatuis, in quo omnium ſcelera ſeueriſſime punias? cur ſolum propitiatorium, in quo te miſericordem exhibeas, præcipis tibi erigi? quia tantæ miſericordiæ eſt Deus, vt quaſi nunquam exercere deberet iuſtitiam, illius quaſi immemor, ſolum de benignitate exhibenda, de condonandis delictis curat, imo ſedem ſibi eligit, vt in ea omnis immemor iniuriæ, omnes delinquentes & pœnitentes admit- Oleaſt.
tat benigne. *Nuſquam legimus* (inquit Oleaſt.) *Deum inſtituiſſe in hoc mundo domum iuſtitiæ, quæ reos puniret aut ſaltem iudicaret, ſed cum ſit clemens, domum quæ peccatis noſtris propitietur inſtituit, non vnicam ſed pœne infinitas, quot enim ſunt Eccleſiæ, tot ſunt domus propitiationis.* Verum rectè hæc ſubiicit, *non ideo putes te impune peccaturum, quoniam tanto ſeuiorem in alio mundo domum conſtruxit, quanto in hac vita conſtituit benigniorem.*

Licet Chriſtus Dominus ſit noſtra propitiatio, tamen hanc pro nobis meruit ſanguinis ſui effuſione.

Facies propitiatorium de auro mundiſsimo, 115.

S.Paul. ad hoc alludens c. 3. ad Rom. ait, Deus propoſuit Ieſum Chriſtum propitiatorium, dixi quod ad hoc alludebat, nam ſi ſedile Dei erat, etiam Eccleſia Chriſti Domini ſedes: ſi ex eo audiebantur reſponſa diuinæ bonitatis, quibus oſtendebatur propitius populo Iſrael, nonne ex Chriſto diuina reſponſa allata ſunt cœlitus, omni hominum generi? allatum ſcilicet Euangelium, quod nihil aliud eſt quam fauſta & fœlix humanæ ſalutis annuntiatio, verum eſt ne Chriſtus ſolum, vt ſic propitiatorium? reſpondet Paulus, in ſanguine ipſius, & recte, Deus enim eſt propitius nobis per Chriſti ſanguinem, quem pro nobis effudit, *ſic enim nobis meruit Chriſtus*, vere ſubiungit noſter Cornel. Muſſus Bituntinus in cap. 3. epiſt. præf. ad Rom. *propiſiationem Dei nobis omnibus, morte ſua & ſanguine ſuo, quia nonniſi eo moriente ſatisfactum eſt offenſæ, quam Deo irrigauerat protoplaſtus, ipſo dicente quæ non rapui tunc exoluebam Pſal. 58. tunc autem primum offenſus ei qui offenderat propitiatur, cum pro eo factum eſt ſatis.*

Corn. Miſſ.

Pſalm 18.

Chriſtus Dominus licet plurima ſit paſſus, longe tamen pateretur, ſi id humani generis ſalus poſtularet.

516. *Facies propitiatorium de auro mundiſſimo,* quod Chriſtum Dominum ſignificare diximus, per quem nobis pater factus eſt propitius, vt ex Apoſtolo habemus, non eſt autem partim ligneum & partim aureum propitiatorium, ſed totum ex auro, quia eius humanitas cum vera humanitas ſit, non per ſe, ſed per diuinitatem ſubſiſtit, & tota ineffabilibus donis plena eſt, vt in qua diuinitatis plenitudo inhabitat corporaliter: ſed aurum mundiſſimum eſt, quia omni labe peccati caruit: verum cur longitudo eius duorum cobitorum & medij, non autem trium? longitudo fuit duorum cubitorum, quia fortiter & libenter paſſus eſt Chriſtus, quidquid eum pater æternus pati voluit, & quidquid iniuriæ homines intulerunt, & cum malediceretur, ſicut ait Petrus 1. Pet. 2. non maledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iniuſte: impleuit igitur vtramque menſuram id eſt duos cubitos, longanimitate ſua: verum cur tres non adimplet? reſpondet Ribera lib. 2. de templo c. 5. *Multo plura pateretur, ſi ita ſalus humani generis poſtularet, atque ita aliquid ſupra duos cubitos habet longitudo.* deinde explicans, cur ſolum latitudo propitiatorij fuerit cubiti & dimidij ait, *Quia,* inquit, *ſancta Chriſti anima menſuram integram amoris hominibus reddidit, quæ cubito indicatur, id eſt tantum eos amauit quantum amandi fuerunt, ſed Deo menſuram, qua ille dignus erat, hoc eſt infinitum amorem, reddere non potuit, id enim creatæ natura non eſt, atque idcirco cubitum alterum integrum non habuit latitudo.*

1 Petr. 2.

Pram. Rib.

Si tibi contingat in legem Dei peccare, in deſperationem ne labaris, adeſt propitiatorium.

Facies propitiatorium de auro mundiſsimo, quod quidem arcæ impoſitum erat, ſi tantum æſtimationis erat, vt illud in quo ſua daturus eſſet oracula, elegerit Deus, nonne tanquam pars præcipua tabernaculi, à quacumque alia debuit diſtingui & ſeparari? nonne arca ratione legis diuinæ in ſe incluſæ, repræſentabat illius obſeruatores & tranſgreſſores? merito ergo in deſperationem non incidas, adeſt enim tibi præſens propitiatorium, & non longe remotum, vt ſi tibi contigerit in legem Dei peccare, ad illud cito recurras: quod paucis verbis expreſſit Balthaſar Paezius in Cant. paruum Moyſ. tex. 7. anno 1. *Si ſeueritas deterreat, adeſt propitiatorium.* 517.

Paezius.

Habes alios conceptus cap. 37. verſu ſexto.

VARIET. LECT. Verſ. 18. & 19.

Vlg. Duos quoque Cherubim aureos & productiles facies, ex vtraque parte oraculi.

Sept. Facies duos Cherubim aureos tornatiles, & impones eos, ex vtriſque lateribus propitiatorij.

Cald. Facies duos Cherubim de auro ductili, facies eos ex duobus lateribus propitiatorij.

Pag. Facies eos è duabus extremitatibus propitiatorij, *ſic & Mont.*

Alij teſte Vatab. Facies eos opere integro & ſolido.

Oleaſt. Facies illa auro duro aut graui.

Vulg. Cherubim vnus ſit in latere vno, & alter in altero.

Sept. Fient Cherub vnos è latere hoc, & Cherub à latere ſecundo propitiatorij, & facies duo Cherubim ſuper duo latera.

Pag. Fac Cherubim vnum ab extremo hinc, & Cherub alterum ab extremo inde à propitiatorio, facietis Cherubim à duabus extremitatibus propitiatorij.

CONCORDIA.

Dictio מקשה mikſa doctile propriè metallum ſignificat, ſcilicet percuſſum malleo, & induratum, vel complanatum, Oleaſt. duro aut graui, quia huiuſmodi ductile aurum

graoius aut durius videtur, quam ſuſorium Sept. legunt χρυσοῦ τορευτὰ aureos tornatiles, ſed non diſcrepant à verſione Vulg. quod habemus ex vtraqoe parte oraculi, alij legunt vel ex vtriuſque lateribus, vel è duabus eatremi- A tatibus, quod Hebraice eſt מִקְצוֹת בִּשְׁנֵי ſed hic מ pro ב poſitum, vertendumque in duabus non à duabus, & ſic verſu ſequenti in cuius fine pro מ ponitur ל ſuper duas eatremitates eius, vbi noſter interpres vertit in duabos.

EXPOSITIO.

DVos quoque Cherubim, ab ethimologia nominis initium ducemus, Cherubim plurale eſt à ſingulari Cherub. cuius originem quidam nolunt quaſi eſſet כרב cberab quaſi magiſter, hi enim quia ſapientia magna pollent, quaſi magiſtri ſunt, & inferiores illuminant, à tranſpoſitione litterarum כביר chabbir multum magnum ſignificat, vel quaſi multum quaſi magnum, alij per metatheſim ſeu tranſpoſitionem litterarum, deducunt à radice רכב B rachab quod equitare vel currum agere ſignificat, atque hoc ſchemate Dei quadrigam agentes, Ezechieli Cherubini apparuerunt: alij volunt primam litteram כ eſſe ſeruilem: illud autem רוב rub. ſignificare puerum creſcentem, itaque Cherub. ſecundum hos idem erit, quod quaſi puer, quod videlicet Cherubini pueri formam referreut, alij denique voluut כרוב cherub. dictum quaſi כרוב cherob, hoc eſt ſicut multitudo, vt כ etiam ſeruile ſit, videlicet vt, ſiue de magnitudino potentiæ, ſiue de magnitudine ſcientia, ſioe de velocitate ad exequendum Dei mandata, aut alia quauis, excellentia ſermo ſit, Cberub. vnus ſit quaſi multitudo, hoc eſt tantum poſſit, ſciat, feſtinet, & eaeqoatur, quantum multitudo magna poſſit, non hominum tantum, ſed Angelorum.

Cherubim (cuius autem ſint figuræ & formæ poſtea dicemus,) oon liguei, ſed aurei, & malleatorio & ductili opere formati, non fuſi; *ex vtraque parte oraculi*, quidam eos genibus flexis ſuper arcæ aram collocant, non animaduertentes eum ſitum ab aurea corona prohiberi, eaiſtimo ſtantes fuiſſe ſuper baſim aliquam ſuper quam impoſita erat arca. *Chernb. vnus ſit in latere vno & Cherub in altero*, quorum figura non eadem eſt apud omnes, aliqui enim belluinam fuiſſe autumant, nullique notam. nihilominus tenendum eſt humanam habuiſſe; quia Salomon, in tabulatis templi ſculpſit Cherubinos in ſimilitudinem hominis ſtantis, 3. Reg. 7. 3. Reg 7. hos autem eapreſſit, imitando eos qui erant in ſanctuario, cum alia non haberet eaemplaria, ergo & illi humanam figuram præferebant. tum quia Cherubini, qui erant in templi Salomonis oraculo, ſtabant erectis pedibus 2. paral. 3. qoæ eſt propria hominis poſitio, quam proinde repræſentabant. ergo & Cherubini ſauctuarij, qui fuerũt proprio eorum autographa, ſimilem haboeruut figuram, tandem quia figura humana omnium eſt elegantiſſima, ergo ſub humana figura potius quam alia præſtantiſſimi illi ſpiritus apparuerunt. non deſunt viri eruditi aſſerentes duos illos Cherubinos, virili ac mulieri habitu diſtinctos, verum illa ſexuum C diſtinctio nullo firmo innititur fundamento, de ſtatu integro Cherubinorum, & quoad alias circumſtantias dicemus verſu ſequenti.

CONCEPTVS.

Aliqui Angeli ita ſunt perfecti, vt à ſolo Deo edoceantur.

Facies duos Cherubinos aureos, quid Cberu-
118. bini ſignificent, quamuis dictum ſit à nobis in expoſitione, ethymologiam eius uominis inquirentes, tamen originem à qua alij boc nomen deducunt, non improbamus, teſtibus ergo plurimis ſanctis Patribus, vt Areop. lib.
S. Dion. Are. S. Hieron. S. August. de cœl. bierar. c. 7. Hieron. in c. 6. Iſa. Auguſt. q. 165. in Eaod. & aliis nomen Cberubin ſignificat multitudinem ſcientiæ. vnde ſcriptura eis tribuit ſapientiam, dicitur enim Cherub plenus ſapientia, verum, alijne Angeli iaaantur de ignorantia? nonne Throni ſunt Angelorum magiſtri, & illuminatores? nonne ſuperiores docent inferiores? ergo plurium coguitionem habent: tum ſi ſcientia eſt intelligentia, nonne proprium eſt Angelorum intelligere? quis ergo omnibus denegare poteſt ſcientiam plurimorum, ſicut & intelligentiam? cur ergo dicentur præ aliis Cberubini pleni ſcientia? non ita dicuntur qnaſi alij ea careant, verum quia ab ipſo fonte ſapientia eam hauriant immediate. ſic S. Bernard. ſerm. 19. in Cant. conſtituens S. Bernard. Thronos tanquam è cathedra aliorum Angelorum magiſtros & illuminatores, ſubdit. *Illa tamen cæli agmina, quæ Cherubim nuncupantur, ſi eis, ſui vocabuli ſeruetur interpretatio; arbitror nihil babere quod ab ipſis, vel per ipſos accipiant, cum de ipſo fonte ad plenum baurire liceat, ipſo ea* D *per ſe Domino Ieſu dignanter introducente, in omnem plenitudinem veritatis, & theſauros ſapientiæ ſcientiæque, qui in eo omnes abſconditi ſunt, largiſſime reuelante*; & ruſus lib. 5. de conſid. ad Eug. c. 4. *putamus Cherubim ex ipſo fonte ſapientiæ, ex ore altiſſimi baurientes & refluentes, fluenta ſcientiæ vniuerſis ſuis ciuibus*, quod etiam renuit S. Athan. lib. de communi eſſentia dicens, Athanaſ. *Cherubim & Seraphim ſine vllo mediatore, aut interprete à Deo condiſcunt.*

A

Angeli humanam naturam in perfectione ſuperantes.

119. *Facies duos Cherubim aureos*, fiant ex lignis ſetim, ſicut & arca, non enim conueniens videtur vt eiuſdem ſint materiæ cuius eſt propitiatorium, cum illi deſeruiant, cum illud ſuſtentent: aureos fieri voluit, vt ex materia ex qua conſtabant, Angelicam dignitatem ſuper homines repræſentarent, erant enim ex auro omnium metallorum nobiliſſimo, cum homines ex luto efformentur, vt quantum aurum luto præſtat, tantum Angeli hominibus præferantur. vnde D.Greg.Mag.lib. 2. expoſitionis in
S.Greg.Ma. lib.Reg.c.1. Angelos appellat, *vaſa aurea*, homines vaſa ærea, & verius appellare poſſet vaſa lutea, ex quo diſerimine magnum hominibus timorem incutit. *Quid*(inquit)*de æreo vaſe fiet, ſi Deus nec aureis fœtore plenis ignoſcit?*

B

Angeli à nobis fugant malum, & in bono conſeruant.

120. *Facies duos Cherubim aureos, ex vtraque parte oraculi*, cur ex vtraque parte propitiatorij? quales ſunt oraculi partes? remotio malorum & bonorum adeptio: bene ergo Angeli conſtituuntur ab vtraque parte oraculi, accipiunt enim in mandatis à Deo qui propitius eſt, vt malum à nobis remoueant, & in bono ſtabiliant. *Vnus*
Petrus Abb. *propitiatorij Cherub.* (inquit Cell. Abb.) *eſt in latere vno, qui fugat mala, alter in altero, qui acquirit bona nobis, totum enim quantum ad nos officium Angelicum eſt, vt defendant nos à malo & conſeruent in bono.*

Chriſtus Dominus baſis & fundamentum Angelorum.

121. *Facies duos Cherubim aureos*, vbinam locabuntur? in vtraque parte oraculi ſiue propitiatorij. ex quo aliqui deducunt, ſuper propitiatorium vtrumque Cherubinom extitiſſe vnum è latere aquilonari, alterum ex auſtrali, & per vtrumque latus Orientale & Occidentale extenſis alis vtrimque contingentem, ac totum propitiatorium in gyrum circumdantem. verum ſi ſunt ſuper propitiatorium, quod Chriſtum Dominum adombrat, Chriſto Domino ſuperiores erunt? quis autem id aſſeret? dices Chriſto Domino, vt homine ſecundum naturam, maiores, iuxta illud Pſal. 8. minuiſti eum
Pſal. 8. ab Angelis, ſed aliud reſponſum adhibere poterunt, nempe ex hoc loco non tam Angelicæ naturæ præſtantiam ſupra Chriſtum hominem, quam dependentiam à Chriſto Domino deducendam. vt enim colomna à loco cui innititur, ſuam firmitatem ſtabilitatemque deſumit, ita Angelica natura à Chriſto Domino cui inſiſtit, ſuam conſtantiam perſeuerantiamque in bono, ne de illo vnquam rueret, accepit. vnde D.Bernard. ſerm. 21. in Cant. de
S. Bernard. Chriſto Domino locutus. *Qui erexit*(inquit) *hominem lapſum, dedit ſtanti Angelo ne laberetur, ſic illum de captiuitate eruens, ſicut hunc à captiuitate defendens, ſoluens illum, & ſeruans iſtum.*

Iuſtus ſicut Cherub ſit in ſcientia.

122. *Facies duos Cherubim aureos*, quos à plenitudine ſcientiæ dictos non pauci ex ſanctis patribus arbitrantur, pleni ſunt ergo ſcientia; verum qui plenus, non ne & inflatus? nequaquam, nam ſi iuſtus es, plenitudini ſcientiæ ſtudere potes, non autem nouæ ſapientiæ vento intumeſcere, illam enim ſcientiam requirere debet quæ implet non quæ inflat. optimè ego Carenſ. in c.10. Ezech. ad illa verba, & vidi & ecce in fir- Ezech. 10
mamento quod erat ſuper caput Cherubim. *Per Cherubim* (inquit) *intelliguntur viri ſancti, & ſpirituales, in quibus eſt plenitudo ſcientiæ, qui aſcientia ſanctorum replet eos, non euacuat, vel inflat, ſcientia enim vana inflat vt dicitur* 1. Cori. 8 1. Corinth. 8

Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum, non ſolum ſuper ſed etiam præter rationem.

123. *Facies duos Cherubim aureos & productiles, ex vtraque parte oraculi*, Ita vt vnus conſtituatur in latere dextro, alter in ſiniſtro, qui non ſolum propitiatorium, ſed etiam arcam, in qua ſecundum aliquos, man incluſum erat: iuxta Richard. Victor. lib. de Beniamin, vrna illa man continens ſignificat Euchariſtiam, quæquidem Cherubinorum alis contegitur, quia oportet multa animi meditatione perpendere hoc beneficium, & Chriſtum ſub ſpeciebus panis latitantem. verum, quid eſt quod non ſolum vnus Cherub adhibetur, ſed duplex? cum tamen vnus hoc poſſet ſufficienter munus

C

adimplere: Richard. myſteria quæ nobis credenda Deus obiicit, omnia quidem ſupra humanam ſunt rationem, ſed etiam præter eam eſſe videntur, ergo Cherub qui dextrum latus occupat, ea myſteria protendit, quæ ſupra rationem ſunt: alter vero qui ſiniſtrum, ea præ ſe fert diuina arcana, quæ præter rationem eſſe videntur, quale eſt myſterium illud, quod per manna ſignificatur, nempe Euchariſtia, quod quidem non ſolum ſupra humanam rationem, ſed præter eam eſſe videtur: ſanè myſteria quæ viſum ſubter fugiunt, & tamen fide tenemus ſupra humanam ſunt naturam. cæterum panem oculis videre, tactu percipere, guſtu tenere, & tamen fide omnes ſenſus corrigere & firmiter credere ibidem non eſſe panis ſubſtan-

D

tiam, ſed corpus Chriſti, hoc quidem præter humanam rationem eſt: quapropter non modo vno Cherubino obtegendum erat hoc myſterium, ſed etiam duobus, quorum alter dextrum latus teneat, verba Richardi ſubiicio. Rich. Victo.
Sed quia ex duobus Cherub vnus dictus eſt, ſtare ex parte vna, & alter ex altera, ita vt vnus intelligatur ſtare à dextris, alter à ſiniſtris, animaduerte obſecro, quam aptè ex aduerſo opponuntur & ex oppoſito ſtatuuntur, in earum videlicet rerum figuram quarum hæ rationi conſentire, illa vero contraire videntur.

A

In ſumptione Euchariſtiæ mens acuitur ad diuina percipienda.

124. *Facies duos Cherubim aureos, ex vtraque parte oraculi, &c.* qui propitiatorium verſis vultibus reſpiciebant. Cherub plenitudo eſt ſciẽtiæ, ergo qui ad cœleſtium rerum cognitionem pertingere ſatagit, reſpiciat arcam in quâ manna continetur, nam qui Euchariſtiam frequenter ſumit mentem acuit, vt facilius diuina arcana penetrare poſſit: tum etiam Cherubim præ ſe ferebant iuuenum ſpeciem, Euchariſtia enim excuſſa vetuſtate peccati, nos reducit ad ſpiritualem morum iuuentutem. Huius ſententiæ authorem habeo Richard. lib. 4. de Benjamin maiore cap. 20. cuius verba ſubijcio, *Quid itaque aliud eſt Cherubim vultus ſuos in propitiatorium vertere, quam rerum diuinarum ſpeculationem, & inueſtigationem rationalem creaturam attendere, & ex inſpecta ſimilitudine ad diuinitatis intelligentiam altius proficere?* Richard. à S. Victor.

B

Miniſterio Dominicæ Incarnationis & Paſſionis, non defuerunt Angeli.

125. *Facies duos Cherubim aureos, ex vtraque parte oraculi,* Chriſtus qui eſt arca in Incarnatione, propitiatorium eſt in paſſione. Paulo minus ab Angelis minoratus eſt, vt ait Apoſt. ſecundum carnis paſſibilitatem. Sed cur duo Cherubim aurei ex vtraque parte oraculi, ſiue propitiatorij? vt ſciremus nec myſterio Incarnationis Dominicæ, nec Paſſionis Angelos defuiſſe. Audire Petrum Cellenſ. p. 1. Tabern. *Duos Cherubim aureos, id eſt Angelos ex vtraque parte oraculi fieri iubet Dominus, vt plane intelligas miniſterio, & myſterio Dominicæ Incarnationis, nunquam defuiſſe miniſtratorios ſpiritus, qui vt in Euangelio ſcriptum eſt, acceſſerunt & miniſtrabant ei.* Abbas Cellenſ.

C

Qui charitate deſtitutus, indignus qui ſubleuetur.

126. *Facies duos Cherubim aureos,* cur duos, non vnum, cum vnus ad obtegendum alis ſuis propitiatorium ſufficeret? nonne duorum ſymbolo, charitas, vel dilectio Dei, & proximi deſignatur? merito ergo duo fieri iubentur, vt indicetur quod ſi duo fuerint, & vnus eorũ ceciderit, ab alio ex mirifica charitate ſubleuabitur. Si autem vnus ſolus eſſet, id eſt nullius charitatis, indignus eſt ſubleuantem ſe inuenire. Sic præf. Abbas, *Horum ad ſe ſe charitas, & concordia perfecta deſignatur, cum duo fieri iubentur: væ enim ſoli, quia ſi ceciderit non habet ſubleuantem ſe, ſi autem fuerint duo fouebuntur: ſingularitas procul dubio præſumptionis in Lucifero cecidit corrupto fœdere ſocietatis Euangelicæ, in altum ſe tendens, venas in ſe gratiæ rupit: non enim habuit ſubleuantem ſe, quia indignus fuit reparatione, quia charitate gemina vacuus reparari non meruit: hi vero Angeli qui ſeruauerũt ſuum domicilium ſubiectione debita creatori ſeruata, & dilectione mutua cuſtodita, nihilo ſuo mutuo fouentur, & ad partum obedientiæ præparantur.* Præfatus Abbas.

D

Deus in adiutorium noſtrum velociſſimus.

Facies duos Cherubim aureos, exiſtimant aliqui animalia eſſe velociſſima, verum diximus formam humanam habuiſſe: ſed cur ergo non apparent vt adoleſcentuli, cum nullo alarum ornamento, manibus enim ſuis propitiatorium tenere potuiſſent? benè cum alis ſunt iuxta propitiatorium, vt nobis innuatur, quanta cum velocitate in noſtrum Deus accurrit adiutorium. Annuit Oleaſt. *Sunt Cherubim, vt ex ſancta ſcriptura conſtat, animalia velociſſima, curſum ad omnem plagam paratum habentia, ſuper quibus Dominus ſedere dicitur, vt adumbret nobis quam velox veniat in adiutorium noſtrum, equitauit ait puer Domini Pſal. 17. ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorum, ſed ad quid Domine tam præceps volas? erues me, inquit, de inimico forti, ab odio habentibus me, quoniam fuerunt robuſtiores me.* 127. Oleaſter. Pſalm 17.

Si ſcientia ſis præditus, charitate non deſtituaris.

Facies duos Cherubim aureos, ex vtraque parte oraculi, à multitudine ſcientiæ dictos, non pauci autumant: verum cum vnus Cherub ſit in ſcientia multiplex, nonne ſatis eſſet vnus propitiatorio inſidens? cur duo efformari iubentur? nonne numerus binarius charitatem, & dilectionem indicat? rectè ergo non vnus, ſed duo Cherubini efformantur, quia non ſatis eſt, vt in ſcientia ſis multiplex, vt in omni eruditionis genere ſis ornatus, ſi ſemel charitate ſis deſtitutus, dilectione Dei, & proximi vacuus. Obſeruatio eſt B. Auguſt. q. 105. in Exod. *Porro ſi creatura rationalis, inquit, in multitudine ſcientiæ, (quoniam hanc interpretationem habent Cherubim) duobus ipſis animalibus ſignificatur, ideo duo ſunt, vt ſocietatem charitatis commendent.* 128. S. Auguſt.

In vtroque teſtamento, omnis plenitudo ſcientiæ, & eadem Dei ſapientia.

Facies duos Cherubim aureos. Licet velit Ribera, citans Angelomum in Comment. Reg. non poſſe his duobus Cherubinis duo teſtamenta ſignificari, tamen huic opinioni non ſubſcribimus, nam cur vtrumque teſtamentum his non adumbraretur? nonne in vtroque eſt omnis plenitudo ſcientiæ, ſicut in Cherub eſt illius multitudo? nonne in vtroque eſt vera Dei ſapientia, quæ per aurum, ex quo formati ſunt, intelligitur? nonne & in maximo pretio habendum vtrumque, ſicut & aurum inter omnia metalla pretioſiſſimum? Sed præſtat audire Rupert. ſic loquentem, Iuxta prædictam exemplarium rationem duo Cherubim, (quod nomen plenitudo ſcientiæ interpretatur) duo teſtamenta ſunt, vnde ſcientiam Dei ſitientes haurimus, vbi nihil deeſt eorum quæ de Deo quærenda, & ſcienda ſunt: duo Cherubim duo teſtes ſunt, quorum in ore ſtat omne propitiationis noſtræ verbum; aurei ſunt, quia vetus & nouum teſtamentum, eadem Dei ſapientia vera lucent, eadem ſimplici veritate ſunt deſcripta, ſunt deſiderabiles ſuper 129. Angelom. lib. 3. cap. 3. Reg. Rupertus.

" aurum & lapidem pretioſum multum; pro- " ductiles, quia profecto inter tonſiones, & preſſuras ſancta vtriuſque teſtamenti ſcriptu- " ra condita eſt.

Occaſio idololatriæ remouenda.

130. *Facies duos Cherubim aureos*, Vnus ſufficientiſſimus eſſet ad obtegendum alis ſuis propitiatorium, & non grauaretur populus in auri profuſione tanta: ſi vnus ſolus eſſet Cherub aureus, cur ergo duo iubentur fieri? nonne populus Iſrael ad idololatriam proniſſimus? merito ergo nō vnus, ſed duo Cherubim efformari iubentur, vt omnis occaſio idololatriæ ab eis amoueretur, ſciebat enim non duos Deos eſſe, ſed vnicum. Hanc habet rationem D.Thomas 1.2. q. 102. art. 4. ad 6. *Sunt in illo altiori ſæculo ſpirituales ſubſtantiæ quæ Angeli dicuntur, & hi ſignificātur per duo Cherubim, & propter hoc non tantum fuit vnus Cherubim, vt deſignaretur multitudo cæleſtium ſpirituum, & excluderetur cultus eorum ab his quibus præceptum erat, vt ſolum vnum Deum colerent.* S. Thomas.

Idem conceptus confirmatur.

131. *Facies duos Cherubim aureos*, hi autem non in omnium erant conſpectu, nam tabernaculum ad modum orbis conſtructum eſt, Deus enim cum inter cœlum & terram medium extendiſſet firmamentum, ſuperiora dirimens ab inferioribus; ita & tabernaculum medio velo diſtinxit, & inferiorem partem appellauit Sancta, ſuperiorem Sancta ſanctorum, & quemadmodum cecinit Dauid, cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum, ſic quæ loca citra velum continebantur, ſacerdotibus peruia erant, quæ vero intercludebantur velo, adyta erant, neque tractari viderique poterant, niſi à Pontifice Maximo, atque id ſemel in anno; hæc autem erant arca, propitiatorium, & Cherubim. Verum cur à populo Cherubim non obijciuntur conſpiciendi? vt omnis idololatriæ remoueretur ab eo occaſio, ſi enim eos in ſpecie humana aureos vidiſſet, numina crediſſet, & ijs cultum adhibuiſſet. Hæc ratio eſt Guillel. Aluerni lib. de Legib. cap. 2. *Duo Cherubim in abſcondito videlicet intra oraculum poſiti ſunt, ne ſi apparerent vel adorarentur à populo in diuino cultu, vel adorari viderentur: nihil enim quod adorari poſſet apparere voluit Dominus in tabernaculo tempore illo, ſciens leuitatem, & lubricitatem illius populi, quibus ſine leuiſſima occaſione reciderent in idololatriam conſuetam, nec imagines Cherubim apparere voluit, qui enim imaginem vituli paulo ante adorauerant, qualiter ſe ab Angelorum imaginibus continerent, ne eas ſcilicet adorarent? & propter hoc dicebat ei Dominus Deuter. 4. Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt Dominus nobis in Oreb, ne forte decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem.* Pſalm. 113. Guillelmus Aluernus. Deuter. 4.

Non ſolum in diuinis, ſed & in humanis eruditi debent eſſe Prælati.

132. *Facies duos Cherubim aureos*, qui erat in A vtraque parte oraculi, vnus à dextris, alter à ſiniſtris, iſtud oraculum inquit S. Bon. eſt cor humanum, in quo oportet Deum adorare in ſpiritu, & veritate: ſicut dicitur Ioan. 4. ſed cur Cherub, vnus à ſiniſtris, & alter à dextris? cur non potius cum Cherubino, Thronus, vel Dominatio, vel Poteſtas, quam duo ſimul Cherubim? quia non ſolum in diuinis ſolum eruditus eſſe debet (quod intelligitur per Cherubinum lateris dextri) ſed etiam in humanis, quod ſignificatur per alium qui erat in parte ſiniſtra. Profero verba Bonau. *Quaſi à ſiniſtris erigitur Cherub quoad ſcientiam in humanis, vt ſcilicet ſciamus qualiter in medio huius prauæ, & peruerſæ nationis, ſapienter conuerſemur: in alia vero parte debet eſſe* B *Cherub, quoad ſapientiam in diuinis, vt ſcilicet ſecundum ſpiritum diuinæ ſapientiæ nos cæleſtibus conformemur.* Ioan. 4. Seraph. Doctor 2. p. de Eccl. Hier. c. 13.

Prælati puritate conſcientiæ polleant.

133. *Facies duos Cherubim aureos*, Cald. *facies Cherubim de auro ductili*, quod præ alio mundiſſimum eſt: cur potius ex auro hoc quam ex alio? nam neceſſe non erat vt hoc exprimeretur, cum ſatis eſſet dixiſſe, facies Cherubim aureos, dixit ex auro ductili, quod eſt puriſſimum & mundiſſimum, vt indicaretur quod Prælati maxima puritate conſcientiæ pollere debeant. *Aurum puriſſimum*, inquit ibidem Seraph. Doctor, *puram ſignificat conſcientiam & mundam, quæ in viris ſpiritualibus potiſſimè* C *inuenitur, propter quam vita Angelica in ea ſimilis potiſſimè reperitur: Vnde dicitur 1. Paral. cap. 28. aurum puriſſimum dedi, vt fieret ex eo ſimilitudo Cherubim ſecundum opera exemplaris.* 1. Para. c. 28.

Prælati ſubditis, & alijs talentum ſapientiæ ſuæ transfundant.

134. *Facies duos Cherubim aureos*, cur Cherubinis denotantur ſuperiores & Prælati? omne huiuſmodi ſpiritus Angelici occultum ſupremæ ſapientiæ donum ſiue lumen, quod diuinitus accipiunt, ad alios transfundunt? bene ergo iſtis denotantur aliorum rectores, quia ſubditis talentum ſapientiæ in quantum poſſunt, debent communicare. *Iuſti*, inquit præf. D Doctor, *talentum quod ex Dei diſpenſatione recipiunt, non ponunt ſub modio, ſed ſuper candelabrum quod omnibus quantum in ſe eſt communicant æqualiter & exponunt. Et ideo dicit Sapient. cap. 6. Sacramenta Dei non abſcondam, ſed ponam in lucem ſcientiam, & non præteribo veritatem. Verum erubeſcere poſſunt inuidi & æmuli qui Dei donum nituntur ſibi ſolum vendicare: contra quod eſt illud Num. 11. quid, inquit, æmularis pro me, quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det ſingulis ſpiritum ſuum?* S. Bon. Sapient. 6. Num. 11.

Quanto virtutibus es clarior ô præſul, tanto te reputa inferiorem.

135. *Facies duos Cherubim aureos*, Cherubim immediate quidem Deo aſſiſtunt per incommutabilitatem contemplationis & veritatis, circumeunt, tamen ſemper admirando &

laudando incõprehenſibilitatem diuinæ maieſtatis, nam quanto contemplatiui profundius diuinitatis ſecreta comprehendere ſatagunt, tanto ſe minus comprehendiſſe recognoſcunt per omnia. Quid hoc eſt? an hoc conuenire poteſt Prælatis per Cherubinos denotatis? quidni? quanto enim virtutibus, & dono ſapientiæ clariores ſunt, tanto humilius & abiectius de ſe ſentire debent. *Hoc re vera eſt de perfectis*, proſequitur idem ſanctus, *qui nondum ſe comprehendiſſe arbitrantur; imo quanto videntur eſſe virtutibus, & gratia perfectiores, tanto ſe reputent omnibus inferiores, & cum aliqui reputant eos vſque ad Dei ſecretiora iam penetraſſe, vix putant ſe talia incoaſſe.* Ecclef. 18. *Iuxta illud Eccleſ. 18. Cum conſummauerit homo tunc incipit. Et Luc. 17. Cum omnia bene feceritis, dicatis ſerui inutiles.* Luc. 17.

Licet ſis in gratia ſublimis, & quaſi totus deificus, extende tamen viſcera miſericordiæ erga miſeros.

135. *Facies duos Cherubim aureos, & productiles.* Hi aurei ſunt omnino, & ductiles, in quo præſtantia eorum, & naturæ gratia indicatur, ſimulachra enim ductilia, & malleo manuque confecta, abſolutiora ſunt fuſilibus & elaboratiora. Verum extra hos duos Cherubim in tabernaculo à Moyſe poſitos, alij fuerunt collocati in templo à Salomone, qui non toti aurei vt priores, ſed de lignis oliuarum, operti tamen laminis aureis: cur ſolum auro cooperti? cur ex ligno oliuarum? quia licet ſis in gratia ſublimis, & in alijs donis eminentiſſimus vt Cherubim, extendere tamen debes viſcera miſericordiæ erga miſeros. Ribera. *Cherubim qui erant in templo*, inquit Ribera cap. 7. lib. 2. de Templo, *qui docent magna, etiam ſe erga homines affectos fuiſſe, ita ſunt aurei, vt ſint intus oleagini, quia viſcera miſericordiæ in humanum genus ſemper habuerunt.*

In lege gratiæ, myſteria, & naturæ Angelicæ dignitas magis cognita, quam in lege ſcripta & natura.

136. *Facies duos Cherubim aureos*, miror quomodo huiuſmodi Cherubim magnitudo, nec indicatur, nec alarum expanſio, cum eorum qui erant in templo exprimatur & magnitudo & alarum altitudo. Sic enim ſcriptum eſt 3 Reg. c. 6. lib. 3. Reg. cap. 6. Fecit in oraculo duos Cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis, quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera, id eſt decem cubitos habentes à ſummitatē alæ vnius, vſque ad alæ alterius ſummitatem, decem quoque cubitorum erat Cherub ſecundus in menſura: num ecce quomodo Cherubinorum templi magnitudo exprimitur, Cherubinorum autem tabernaculi ſiletur? an minoris ſunt æſtimationis priores quam poſteriores? aduerte tabernaculum Synagogæ typum fuiſſe, templum vero Eccleſiæ: ne mireris ergo quod exprimatur menſura Cherubinorum templi, non autem tabernaculi, quia in lege gratiæ myſteria, & naturæ Angelicæ dignitas magis cognita, quam in A lege naturæ, & ſcripta. Cogitatio eſt eruditi Patris Ribera cap. & lib. cit. Ribera. *Hoc animaduertendum Cherubim qui erant in tabernaculo magnitudinem non indicari, nec alarum: ſicut Cherubim qui ſunt in templo, quoniam tabernaculum Synagogæ typus erat, templum vero Eccleſiæ, & in Eccleſia, id eſt nouæ legis tempore, vt cætera myſteria, ita etiam quæ ad Angelicæ naturæ dignitatem, & ad myſteria ſpectant, quibus hominum ſalutem procurant, multo magis cognita perfectaque ſunt.*

Imagines non ratione ſui, ſed prototypi colendæ.

137. *Facies duos Cherubim aureos*, nonne Deus per Moyſen dixerat, non facies tibi ſculptile, B nec ſimilitudinem omnium quæ in cœlo ſunt deſuper, &c. non adorabis ea, & non coles? ſi ergo ſimilitudo omnium, quæ in cœlo ſunt prohibetur, quomodo fieri Cherubinos præcipit? duo inuicem repugnantia iniungere videtur: nequaquam, nam ſi prohibet ſimilitudinem eorum quæ in cœlo ſunt, fieri, ſtatim addit, non adorabis ea nec coles, quod quidem verum eſt, non enim imago aut ſimilitudo cuiuſlibet rei ſanctæ colenda, & veneranda eſt abſolutè nec ratione ſui, ſed in ordine ad prototypum. Sic licet Deus Cherubim fieri præcipiat, non iubet vt colantur, & adorentur, licet relatiuè in ordine ad beatos Spiritus, quos referunt, poſſit dari duliæ reuerentia & cultus: nec contrarium ſuadet B. S. Agobard. C Agobardus Epiſc. Lugdun. in lib. quem edidit de picturis & imaginibus, cum ait, Adoretur, colatur, veneretur à fidelibus Deus, illi ſoli ſacrificetur, vel myſterio corporis & ſanguinis, quo ſumus redempti, vel in ſacrificio cordis contriti & humiliati, Angeli vel homines ſancti amentur, honorentur charitate non ſeruitute: non eis corpus Chriſti offeratur, cum ſint hoc & ipſi. Non ponamus ſpem noſtram in homine, ſed in Deo, ne forte redundet in nos illud Propheticum, maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor eius. Ierem. 17. Quod Catholici Doctores Eccleſiæ, etiam in illos redundaſſe confirmant, qui Dominum Ieſum Chriſtum, purum hominem fuiſſe credebant, non etiam Deum. Et idcirco errant confidentes in homine, ac per D hoc maledicti. Nemo ſe fallat, nemo ſe ſeducat, nemo ſe circumueniat: quicumque aliquam picturam, vel fuſilem, vel ductilem adorat ſtatuam, non exhibet cultum Deo, non honorat Angelos, vel homines ſanctos, ſed ſimulachra veneratur. Agit hoc nimirum verſutus, & callidi humani generis inimicus, vt ſub prætextu honoris Sanctorum, rurſus idola introducat, rurſus per diuerſas effigies adoretur, vt auertat nos ab ſpiritualibus, ad carnalia vero demergat, ac per omnia ſimus digni, ab Apoſtolo audire ô inſenſati quis vos faſcinauit, & ſic ſtulti eſtis vt cum ſpiritu cœperitis nunc carne conſummamini? Galat. 3. 2 Cor. 10. ipſe enim Satanas, ſicut dicit idem Apoſtol. transfigurat ſe in Angelum lucis: denique comeſſationes & ebrietates introducit, ſub nomine charitatis, ſuperbiam, & duritiem inflexibi-

" lem conſtantiam imperturbati animi eſſe ſimulat; cæcumque furorem cœli rectitudinem vocat. Ideo dicit Ioann. Apoſtol. Nolite omni ſpiritui credere, ſed probare ſpiritus vtrum ex Deo ſint: aſpiciamus picturam quaſi picturam vita ſenſu, & ratione carentem: paſcatur hac viſione oculus, Deum vero veneretur animus, qui & ſanctis ſuis victoriæ coronam, & nobis intercesſionis eorum tribuit adiutoria. Habuerunt namque, & antiqui ſanctorum imagines vel pictas, vel ſculptas (ſic etiam ſuperius eſt oſtenſum) ſed cauſa hiſtoriæ, ad recordandum non ad colendum: vt verbi gratia geſta Synodalia, vbi pingebantur Catholici, veritate fulti, & vi- A ctores, hæretici autem praui dogmatis mendacijs detectis conuicti, & expulſi ob recordationem firmitatis Catholicæ fidei, iuxta morem bellorum, tam externorum, quam ciuilium ad memoriam rei geſtæ, ſicut & in multis locis videmus, ſed nullus antiquorum Catholicorum vnquam eas colendas vel adorandas forte exiſtimauit. Nunc autem error inualeſcendo tam perſpicuus factus eſt, vt idololatriæ, vel anthropomorphitarum hæreſi propinquum, aut ſimile ſit adorare figmenta, & ſpem in eis habere: Loquitur S. Agobardus de Latria, vel de Dulia abſoluta, non autem reſpectiua

VARIET. LECT. Verſ. 20. & 21.

VVlg. Vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium, quo operienda eſt area.

Sept. Erunt Cherubim extendentes alas deſuper, obumbrantes in alis ſuis ſuper propitiatorium, & facies eorum ad ſe inuicem in propitiatorium erunt, vultus ipſorum Cherubim, & impones propitiatorium ſuper arcam deſuper.

Cald. Eruntque Cherubim expandentes alas ſuas ſurſum, obumbrantes alis ſuis ſuper propitiatorium, & facies vniuſcuiuſque è regione alterius contra propitiatorium eorum facies Cherubim.

B *Onk.* Facies eorum ſint verſæ vnius ad alterum, verſus propitiatorium ſint facies Cherub.

Pag. Facies eorum erit altera ad alteram, ad propitiatorium erunt facies Cherubim.

Arias, Et facies eorum vir ad fratrem ſuum, *ſic Oleaſt.*

Cajet. Et erunt Cherubim extenſores alarum ad ſuperna, tegentes in alis ſuis ſupra propitiatorium.

Vulg. In qua pones teſtimonium quod dabo tibi.

Sept. Et in arcam inijcies teſtimonia quæ dedero tibi.

Mont. Et ad arcam dabis teſtimonium, quod dabo ad te.

CONCORDIA.

LIcet diximus huiuſmodi Cherubim faciem habuiſſe humanam, non tamen præciſe hoc inferendum eſt ex verbis Hebr. quæ ſic ſe habent פניהם איש אל אחיו phenaem iſe alachiu, facies ſeu vultus eorum vir ad fratrem ſuum, quia hic loquendi modus vſitatus eſt apud Hebræos, ſæpe enim rebus etiam inanimatis, atque ab humana forma C remotiſſimis, tribuitur. Sic enim cap. ſequenti eadem phraſi de cortinis dicitur, quinque cortinæ erunt coniunctæ, & mulier ad ſororem ſuam, pro vna ad alteram: & Iob 41 vbi de ſquamis Behemot agitur, legimus ex Hebr. vir in fratre ſuo adhærebunt. Noſter autem interpres vertit, vna alteri adhærebit. Iob 41.

EXPOSITIO.

VTrumque latus propitiatorij tegant, nempe latus vtrumque propitiatorij ſecundum longitudinem, *expandentes alas, & operientes oraculum*, quot alas vnus illorum haberet, non dicitur, binæ ſufficiunt, vt mihi videtur, quamuis alia ſententia quatuor tribuens, ſit probabiliſſima, ſic nempe vt alam dextra vnius tangeret ſiniſtram alterius, & ſiniſtra alterius dextram, ſicque extenſione alarum ſuarum totum propitiatorium obtegebant. *Reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium*, non eſt ſenſus quod oculi deberent eſſe, & in ſocium, & in propitiatorium defixi, reſpicere enim nihil aliud eſt, quam voltus debuiſſe eſſe in illam partem conuerſos verſus ſocium, ſcilicet & propitiatorium. Ita vt tergum vel occipitium, neque ſocio nec D propitiatorio obuerterent, an autem oculos in ipſum propitiatorium defixos haberent, velne, probabilior & communior eſt ſententia demiſſos inferne habuiſſe, reuerentiæ cauſa, *in qua pones teſtimonium quod dabo tibi*, repetitio eſt eorum quæ ſupra dicta ſunt verſ. 16. conſule quæ hic à nobis notata ſunt: exiſtimo autem vt iam dixi, huiuſmodi Cherubinos ſtantes fuiſſe ſuper baſim aliquam, ſuper quam impoſita erat arca, figuræ fuiſſe humanæ, binas vnumquemque alas habuiſſe, quarum extenſione propitiatorium obtegebant, quodque ſuſtentabatur eorum manibus: neque enim alæ ad id officium ſatis idoneæ mihi videntur, præſertim cum ad operiendum, atque adombrandum propitiatorium deſtinarentur.

CONCEPTVS.

Humiliatio Chriſti Domini ab impiorum contumelijs defenditur.

138. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum*, ſiue alio nomine propitiatorium, qua de cauſa operiendum cum ſit viſu pulcherrimum? an vt ab eo puluis quo infici poterat, arceatur? an vt ab ardore ſolis defendatur? nequaquam ſane, ſed quia propitiatorio Chriſtus ſecundum naturam humanã deſignatus, ideo vt eius humilitas à maleuolorũ contumelijs, à viris male eruditis protegatur, duo Cherubim alis ſuis
Abbas Tuitienſ. illud operiũt. Teſtis eſt Abbas Rupert. *Expandunt alas ſuas, & oraculum protegunt, quia videlicet humilitatem crucifixi Domini noſtri Ieſu Chriſti à Iudæis & hæreticis blaſphemijs defendunt: nam Iudæi putauerunt eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo, & humiliatum. Ipſe autem, duobus Cherubinis atteſtantibus, vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra, diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus, mortuus eſt pro gente, & non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui diſperſi erant congregaret in vnum.*

Nihil in Chriſto Domino ſiniſtrum.

139. *Vtrumque latus propitiatorij tegant*, in vtroque ergo latere arcæ conſtituti erant iuxta id quod ſuperius dictum eſt, Cherub vnus ſit in latere vno, & Cherub in latere altero; propitiatorium autem ad Saluatorem hominum refertur, ex Paulo dicente ad Rom. quia poſuit hunc Deus propitiatorium per fidem, verum ſi eo deſignatur Dominus, & in vtroque latere ſuo conſtituuntur Cherubim: cur non ait, & præcepit Deus expreſſe, vt vnus eſſet à latere dextro, alter autem à ſiniſtro? nequaquam id dicendum erat, nihil enim in anima Saluatoris ſiniſtrum poteſt reperiri. Acumen eſt Adamantij lib. 3. cap. 3. epiſt. ad
Origenes. Rom. *Non dixit Cherubim vnum ex latere dextro, & Cherubim aliud ex latere ſiniſtro, ſed ait Cherubim vnum ex latere hoc, Cherubim aliud ex latere altero, vt oſtenderet in illo propitiatorio, hoc eſt in anima Chriſti, ſiniſtrum nihil fuiſſe.*

Non ſolum Spiritus ſanctus habitat in anima Chriſti, & Verbum per ineffabilem vnionem, ſed omnia ſua in ea expandunt Sacramenta.

140. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum.* Hi duo Cherubini pennati erant, & non ſolum pennati, ſed & alas ſuas expandentes, imo & oraculum obumbrantes. Nonne ſatis erat Cherubim poſitos in bino propitiatorij latere, vel alas ſolum habere, non autem eas ſuper propitiatorium expandere? Aduerte Orig. loco cit. per vtrumque hunc Cherubinum, Spiritum ſanctum, & Verbum diuinum intelligere, ſicut & propitiatorio redemptoris Chriſti ſanctiſſimam animam totam auream. En cur Cherubini non ſolum collocantur iuxta propitiatorium, non ſolum conſtant alis, ſed & eas omnino expandunt! quia licet Deus in alijs ſanctis habitet per gratiam, at in anima Chriſti Spiritus ſanctus, & Verbum diuinum omnia ſua quaſi expandunt ſacramenta, omnimoda gratia eam obumbrantes. Silentio non obuoluenda verba Adamantij, *Sicut & pennata duo Cherubim, & non ſolum pennata, ſed & alas ſuas pandentia, ſi quis ſanctorum ſummum à Deo teſtimonium habere meruit, dictum eſt quod Deus eſſet cum eo, ſicut ad Ieſum* Origen.
Naue. Dicitur Ioſue 1. Et Deus erat cum ipſo: ſicut fuit cum Moyſe famulo eius, ſicubi vero pol- Ioſue 1.
licitatio maioris à Deo muneris datur, dicitur eis Leuit. 26. & ero in eis, & ambulabo inter Leuit. 26
eos: nullam vero inter homines, ita beatam & excelſam reperies animam, niſi hanc ſolam, in qua tantum latitudinis, tantum capacitatis inuenit Verbum Dei, & Spiritus ſanctus, vt non ſolum habitare, ſed & alas expandere, & nouo Sacramenti ritu, aliquando etiam volitare dicatur.

Maria ſub vmbra Dei ſpeciali, & ideo in ea nullum peccatum.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, obumbrant non ſolum oraculum, ſed & arcam, in 141.
qua ſecundum aliquos includebatur lex & manna, quis nexus Cherubinorum obumbrantium, & legis? hic equidem, quod dignus eſt qui à cœleſtibus ſpiritibus obũbretur, qui legem cuſtodit. Maria arca fuit teſtamenti, legem Dei perfectiſſimè cuſtodiuit, ab omni culpæ vmbra abfuit, obumbratur & ipſa non à Cherubim, non à Seraphim, ſed ipſe Deus vmbram ſuper eam faeit. Iuuant hanc mentem S. Hildephonſi verba ſer. 1. de Aſſumptio- S. Hildeph.
ne B. Mariæ, dum ait, *Recte arca ſacramentum Dei Virgo Maria fuit, ſupra quam ſane propitiatorium, & Cherubim, hinc inde obumbrantia ſignificantur, quia Mariæ nullum extrinſecus obrepſit peccati contagium, ſed intus omnis cuſtodia legis, & manna fuit, quod eſt mirabile Sacramentum, ac propitiatio humanæ ſalutis.* Quomodo ergo peccatum eius menti irrepere potuit, in qua lex, totaque legis cuſtodia fuit? ſi Cherubim arcam obumbrant, ſignum fuerunt, nullam in Virginea arca fuiſſe culpæ vmbram, multo magis id euincit ſancti Spiritus vmbra.

Virgo Deipara Dei legem ſeruans, latere cupiebat.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes tabernaculum. Quid, 142.
quod arca, & propitiatorium quod ſuper arcam, ita à duobus Cherubim obumbratur, vt etiam legis tabulæ intus clauſæ ſecundum aliquos? cur non expoſitæ ſuper arcam, aut ſupra propitiatorium? nonne ſatis erat à Che-

rubim obumbrari, indicabat res iſta Virginem (quæ per arcam ſignificatur) ita ſuis operibus Dei legem ſeruaſſe, vt tamen hoc ipſum vellet latere, bene operari ſatagebat, ſed quod operata erat, nolebat prodi, nolebat hominum oculis exponi. Accommoda iterum hic
S. Hildeph. authoritatem S. Hildephonſi Toletani, *Arca Sacramentorum Virgo Maria fuit, intus enim cuſtodia legis, & manna fuit.*

Angelorum erga Chriſtum Dominum reuerentia & obedientia.

143. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, facies eorum verſis vultibus in propitiatorium,* ſi propitiatorio Chriſtum denotari diximus, quomodo cum ſuper illud eleuentur, ſecundum aliquos, vel ſaltem eo ſint quoad partem corporis aliquam, ſuperiores, & ideo Chriſtum Dominum vt hominem in naturæ dignitate ſuperantes, quomodo nunc verſis vultibus ſunt erga propitiatorium, & demiſſis oculis reuerentiæ gratià? quia licet humanitatem Chriſti infra ſe videant, eiuſdem tamen diuinitatem ſupra ſe agnoſcunt, & ſic ſummam erga ipſum reuerentiam teſtantur, & obedientiam: quare, ſicut oculi ſeruorum in manibus Dominorum ſuorum, ita oculi Angelorum ad Dominum Deum noſtrum, quem illud propitiatorium repræſentabat, vt ad eius nutum promptiſſimi feſtinarent. Huc pertinet illud Zach. 3. *ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt*: Vbi omnes Angelici Spiritus in vnũ Chriſtum Dominum oculos ſuos defigere intelliguntur, vt quæcumque ab eo mandata acceperint, exequantur. Quod ipſe Chriſtus Dominus expreſſit Ioan. 1. *Videbitis,* inquit, *Angelos Dei aſcendentes, & deſcendentes ſuper filium hominis.* Vbi B. Chryſoſt. hom. 20. per Angelorum aſcenſus, & deſcenſus, Angelorum miniſteria interpretatur, licet enim Angeli natura ſuperiores fuerint, gratia tamen inferiores ad nutum ſeruiebant aſcendendo, & deſcendendo, hoc eſt vltro citroque concurſando, & in quamcumque partem mitterentur, eundo.

Zachar. 3. — Ioan. 1. — S. Chryſoſt.

Angeli videntur in noſtram ſolum vtilitatem creati.

144. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum*: cur alas extendunt? dices vt earum extenſione propitiatorium tegant. Verum nonne alium ſenſum præbere poſſumus? nam eas extendere potuerunt non obumbrantes propitiatorium. Audi
Abbas Cellenſ. Cell. Abbatẽ, *Expandunt alas, vt noſtra ad Deũ perferant, operiunt oraculum, vt ad nos auxilium diuinum referant.* En vt Angeli videntur in noſtram ſolum creati vtilitatem! ecce enim noſtras ad Deum perferunt poſtulationes, & neceſſitates, & ad nos Dei fauores, & auxilium referunt.

Sic à Cherubim vnitas diuinæ eſſentiæ prædicatur, vt & Trinitas perſonarum extollatur.

145. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpi-* A *ciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium*: An ſemper ſe mutuo reſpicere debent? nonne aliquando aliud intueri ſibi permiſſum erit? verum ſi ſe mutuo reſpiciunt, nonne mutuo etiam ſibi adinuicẽ loquentur? qui dni? nõne intonant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, & ſic non ſolum Dominum Deum nominant, ſed ter ſanctum eſſe runt? Sic enim à beatis Spiritibus vnitas diuinæ eſſentiæ prædicatur, vt ſimul & Trinitas perſonarum extollatur. *Debent Cherubini,* inquit Ricard. Doctor, *ſe mutuo reſpicere, & alterutræ aſſertionis conſonantiam per omnia conſeruare. Vterque caueat, vt in eo quod affirmat alteri non contradicat, ſic ab vno fiat aſſertio vnitatis, ne in eo euacuetur confeſſio Trinitatis, ſic in altero fiat Trinitatis confeſſio, ne euacuetur* B *in eo vnitatis aſſertio.*

Ricardus in alleg. Tab.

In Angelis differentia ſexus non habetur.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, ecce vt plura dicuntur de Cherubinis, tamen ſilentio obuoluitur, cuiuſnam formæ eſſent, an vnus virilis alius fœmineæ: nihilominus Rabbini, quos ſequitur etiam eruditiſſimus Arias Mont. arbitrantur Cherubinum vnum geſſiſſe formam viri, alium autem mulieris, ſed hoc ridiculum ab omnibus auctoribus nominatur. Et merito, hac enim varia ſpecie in Angelis etiam diuerſitas ſexus denotaretur. Quod quam ſit hoc à veritate alienum docet Theodor. qq. in Geneſ. 146.
Theod. Angelicam incorpoream naturam in mares " C fœminaſque non diſtinguimus: hac enim ſe- " xus diſcretione indiget eorum natura, qui " ſubiecti mortis legibus viuunt, quia enim " mors hominum genus quaſi in ſeruitutem ad- " ducit, nuptiæ liberorum propagationem re- " ponunt, quod interius ipſa conſumpſit: mor- " tale itaque animal hoc habet ad immortalita- " tem tuendam ſibi à creatore Deo tributum, " quod gignere filios ex ſe poteſt, eamque ob " rem morituro quidem homini fœminæ vſum " neceſſarium eſſe cognoſcimus. Angelos vero " quos immortales Deus creauit, fœmineus ille " ſexus omnino ſuperfuiſſet, neque enim augeri, " neque propagari indigent, qui decreſcere " comminuique non poſſunt, neque item com- " miſceri opus habent, qui corporum ſunt " exortes. D

In oratione ſicut Cherubim Deo adhærendum.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium, aliqui tenent geſſiſſe formam deprecantium, & à Deo propitiationem implorantium. Sed cur circa propitiatorium, ita vt illud etiam manibus tenentes verſis vultibus in illud ſemper intendant? licet Angelos referre, vbique & omni tempore deberemus, ſed tunc maximè, cum ante Deum nos oratione ſiſtimus, vt Cherubim tunc Deo hærere debemus, Deo iungi. Quod his verbis habet S. 147.
S. Ephrem. Ephrem. Syrus ſerm. de Virgin. *Eſto totus orationis tempore velut cœleſtis Angelus, ſic contende vt oratio tua ſit ſancta, ac pura, immaculata*

latæ & irrepr...enſibilis, vt cum illam ſurſum aſ-cendere videris, portæ cœleſtes gaudentes vltro confeſtim ei aperiantur; & ipſam cernentes Angeli & Archangeli cuncti lætantes illi occurrant, & coram excelſo atque ſancto throno immaculati Domini ipſam offerant. Sic ergo ſemper orationis horâ eſto coniunctus Deo vt Cherubim. O fœlices qui & ſupero lumine perfuſi, & diuino amore æſtuantes, orationem obeunt, vt Cherubim referant.

Vana gloria in bonis operibus fugienda.

148. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum:* Nonne totum aureum erat, & ideo pulcherrimum? quid enim oculis auro delectabilius? cur non potius detectum relinquitur? cur nõ omnibus exponitur conſpiciendum? ſi ex ligno rudi & informi confectum eſſet, non mirarer equidem, at cum ſit totum aureum, cur ab omnibus palam non viſitur? Rectè Oleaſt. *Conſidera,* inquit, *quid te hic admoneat Deus, ſummus benefactor eſt, & nihilominus tectus, vt te doceat benefacere, & nolle videri in bonis operibus tuis, noli velle videri, iam enim mercedem tuam accepiſti, non aliam in futuro ſeculo habiturus.*

Oleaſt.

Idem conceptus confirmatur.

149. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas ſuas,* & quas? licet diximus fuiſſe ſolum binas in vnoquoque Cherubim, tamen plurimorum opinio eſt, & hæc etiam probabilis, vnumquemque quatuor habuiſſe: ad quid in his ſpiritibus, qui alis non indigent, tanta alarum multitudo? forte vt doceremur quod qui Cherubim ſcientia referre ſtudent, multis alis opus eſſe, vt non euoleot modo, ſed etiam ſua tegant & occultent, ne vanæ gloriæ oculis pateant: volucres qui duas tantum habent alas, nihil occultant, dum eas ad volatum expandunt: nos & volare debemus ima deſerentes, & bona quæ agimus aliorum oculis quantum fieri poteſt ſubijcere, ideo pluribus alis tanquam Cherubim indigemus. Oportunè rem habet Hugo Victor. lib. 2. de Clauſtro animæ cap. 22. *Cherubim,* inquit, *facit in pariete, dum per ſpiritum ſcientiæ quà nouit omnia prudenter diſponere, virtutes ordinat in mente dura, duabus alis à terrenis ſe elenat, & duabus alis ne oculis vanæ gloriæ videatur, corpus velat.*

Hugo Victor.

Deo omnia noſtra tribuenda.

150. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes tabernaculum, &c.* cur cum alas habeant ad volandum, eis ſolum vtuntur ad obũbrandum propitiatorium? vt non ſibi, ſed Deo omnia ſua videantur tribuere. Fauet nobis Auguſt. q. 105. in Exod. *Ideo pennis ſuis propitiatorium obumbrant, quia Deo non ſibi tribuunt pennas, id eſt Deum honorant virtutibus; quibus præſtant.*

S. Auguſt.

A *Viri eruditi vita, & moribus quatuor Sacræ ſcripturæ ſenſus referunt.*

Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas: Verum cur quatuor alas aliqui Doctores eis aſſignant? nonne poſſunt dicere quod huiuſmodi quatuor alæ, quatuor ſenſus Sacræ ſcripturæ dici poſſunt, quos vita & moribus exprimunt amatores ſcientiæ? Huc aduocanda Abſalonis Abbatis verba, qui per Cherubim viros intelligens, qui ſcientiæ lumine illuſtrantur, eis alas ad hunc modum tribuit ſerm. 34. de puriſ. B. Virginis, *Hæ ſunt quatuor alæ Cherubim, quarum duabus volant, & duabus tegunt corpora ſua: ſancti enim viri* B *qui ſunt Cherubim, id eſt, plenitudine diuinæ ſcientiæ illuminati, duabus alis tegunt corpora; quando per hiſtoriam & tropologiam præſentem informant conuerſationem, duabus alis volant, quando allegoria, & anagoge per fidem & charitatem ſurſum eriguntur ad contemplationem:* parum eſt hos Sacræ ſcripturæ ſenſus in libris ediſcere, aut ſcriptis conſignare, niſi vitâ moribuſque exprimantur. 151.

Abſalon Abbas.

Secretorum Dei myſteria indignis non pandenda.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, & operientes oraculum, omnium oculis pateat cum totum ſit aureum, viſuque pulcherrimũ. Cur ergo alarũ extenſione illud C operiunt? quia ſecretorum Dei myſteria non omnibus aperienda, ſed indignis celanda ſunt. Hanc rationem affert Petrus Abbas, *Expandit alas Cherubim, & operit oraculum, quia ſecretorum Dei myſteria prophanis hominibus, & malignis ſpiritibus abſcondit, quia bonum eſt celare regis conſilium, & gloria Dei inueſtigare ſermonem.* 152.

Petrus Abbas 1. par. Tab.

Deum diligere non potes, ſi proximum non diligas.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium, ſi vultus verſos in oraculum habent, cur ſe mutuo reſpicere debent? non enim id neceſſarium videtur, cum propter propitiato- D rium facti videantur. Apte ſe mutuo reſpiciunt, imo ſe prius reſpiciunt, quam verſos vultus in propitiatorium habeant, quia niſi nos charitate & dilectione mutuâ reſpiciamus, in Deum figere oculos non poterimus. Mens eſt cit. Doctoris, *Breui clauſula,* inquit, *concludit quomodo Angelicæ poteſtates ſe in Deo diligant, dicens ſe mutuo reſpiciunt, & quomodo Deum in ſe magnificent ſubiungens, verſis vultibus in propitiatorium, non enim vultus vertunt in propitiatorium, qui ſeſe mutuo non reſpiciunt, quia qui proximum quem videt non diligit, Deum quem non videt quomodo diligere poteſt? in mutuo reſpectu fraterna dilectio, in verſo vultu in propitiatorium, humilis reuerentia ad creatorem noſtrum intelligitur.* 153.

Vbi ſola Dei regnat dilectio, nullum periculum, vbi autem plenitudo ſcientiæ, cauenda eſt ruina.

154. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium:* Pulchrè profectò quod lumina in propitiatorium, Deum ſcilicet repræſentans, conuertere iubeantur: ſed quamobrem, ſi Dei contemplanda eſt facies, Seraphim apud Iſaiam alarum protenſione, ne videatur ſuper ſolium excelſum, & eleuatum, prohibent? *Sex alæ vni, & ſex alæ alteri,* ait, *duabus velabant faciem eius*, Iſai. 6. Quid hoc eſt? niſi quòd Seraphim virtutes Angelicæ ſint inflammati ardoris, charitate exuberant, amores euomunt; vbi igitur ſyncera Dei regnat dilectio nullus metus eſt, vt Deus præferatur creaturis, ſeu videatur, ſeu abſcondatur, ab amore vero ſemper colendus impenſe: verum Cherubim, plenitudo ſcientiæ interpretatur, ſcientia autem inflat, vnde tumor & faſtus. O quot virorum eruditorum pericula! omnis igitur in propitiatorium omnis in Deum conuitus, illum ſolum reſpiciant viri eruditi, aliàs ex nimia eruditione eorum pernicies & ruina.

Iſai. 6.

Probi miniſtri, ſolum Dei voluntatem attendant.

155. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium.* Deſinant intueri oraculum, cum eorum ſtudium videatur eſſe alis illud obumbrare: licet hoc eorum ſit officium, nihilominus vultus verſos habent verſus propitiatorium Deum deſignans, probi enim miniſtri Cherubinis denotati, ſolum in munere ſuo Dei voluntatem attendere debent. Fauet Cyrill. Alexand. ſcholijs de Incarnat. vnigeniti cap. 13. *Propitiatorium namque per fidem factus eſt nobis Emanuel: cæterum cerne Cherubim circumſtantia propitiatorium ſuperobumbrantia quidem pennis, conuerſa autem ad propitiatorium, & pene nutui Dominico oculum intendentia, ad Dei enim voluntatem tantum reſpicit ſancta cæleſtium multitudo.* En probos & fideles miniſtros omnino, qui Dei ſolum voluntatem, ac proinde & eius ſolam exquirunt laudem!

S. Cyrill. Alexand.

In miſericordia Dei maximè ſperandum.

156. *Vtrumque latus propitiatorij tegant,* Sed hoc modo, vt etiam verſos vultus haberent in illud; quod in cœlo in Deum ſemper oculos defixos habeant Cherubim, non miror, ſumma eſt enim eorum beatitudo Deum intueri & diligere: ſed quod in tabernaculo ſimulacbra eorum ita fiant, vt eorum facies ſint verſus propitiatorium non capio. Qua enim de cauſa ita iuſſum eſt? quid propitiatorium denotat, niſi Deum miſericordem & propitium? apte ergo fabricantur verſis vultibus ad illud, vt inſtruamur in miſericordia Dei maximè ſperandum. Mens eſt B. Auguſt.

S. Auguſt.

A q. 105 in Exod. *Vultus eorum ſunt in propitiatorium, quia miſericordiam Dei in qua vna ſpes eſt, valde commendant.*

Inter vtrumque teſtamentum maxima conſonantia.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo. Quid neceſſe eſt, quod ſe mutuo reſpiciant? non exigit huc eorum fabricæ ratio: ſed ſi aduertas his duobus Cherubinis duo Sacræ ſcripturæ teſtamenta denotari, deſines hoc mirari: hoc enim intuitu mutuo denotatur eorum in omnibus ſumma concordia. Mens eſt præf. S. Doctoris, *Inuicem attendunt ſe, quia conſonant, duo quippe teſtamenta his figurantur.* 157.

S. Auguſt.

B

Viri ſancti mutuo ſe reſpiciant, vt inuicem ſe adiuuent.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo, imo non ſe reſpiciant, cum verſos vultus in propitiatorium habeant. Imo licet ſint Cherubini, id eſt viri ſanctiſſimi, viri eruditiſſimi, mutuo ſe debent aſpicere, & adinuicem ſe in neceſſitatibus, & periculis adiuuare, prudenter malorum euentum præuidentes. *Propter quod*, inquit noſter Doctor Seraph. p. 1. de Cœleſti Hierarch. cap. 3. *Cherubim plena oculis fuiſſe leguntur, quia viri Angelici Cherubim cōparati, circumſpectionis gratia, & prouidentiæ dono circumdati ſunt: vndique luminoſi, vt non ſolum propria, verumetiam &* C *aſpiciant vigilanti ſtudio aliena, & ideo forſan facies Cherubim mutuo ſe leguntur reſpexiſſe, quia vnuſquiſque alterius debet eſſe oculus, & alieno periculo velut proprio, cum diſcretionis moderamine contraire.* 158.

Seraphicus Doctor.

Vtrumque teſtamentum gloriam annunciat Domini.

Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium: Diximus ex B. Aug. duobus Cherubinis ſe mutuo reſpicientibus duorum teſtamentorũ concordiam, & conſonantiã denotari. Quod enim vnum promittit, aliud exhibet, & ita diſpoſita inter ſe vt mediatorem Dei, & hominum videant. Sed cur dixit Apoſt. Hebr. 9 & ſuper eam Cherubim gloriæ? an vt habet D Matthæus Gallenus Veſtrapellius in c. 9. epiſt. cit. quia inſignia, glorioſa, & honorantia illud adytum? erant enim honorificentiſſimæ effigies ex mero auro confectæ: an quia gloria Domini quodammodo inſidet, vt habet Benedictus Iuſti. iuxta illud Dauidis Pſal. 98. Dominus regnauit, iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim moueatur terra? an vt habet Chryſ. & poſt eum Theophyl. quod eſſent mira quadam dignitate, & maieſtate præditi! gloria enim in re qualibet, id dici ſolet quod eam ſpectabilem reddit ac veneratione dignã. Ita ſane, ſed ad inſtitutum noſtrum addere liceat, Cherubim gloriæ dictos ab Apoſtolo, quia vtrũque teſtamentum his adumbratum, gloriam propitiatorij, nempe Chriſti Domini annuntiat. Ita ſentit Abbas Tuicenſ. lib. 4. c. 6. *Notãdum quam ſonora dixit Apoſt. enuntiatione,* 159.

Hebr. 9.

Matthæus Gallenus.

Benedictus Iuſtinian.

Pſalm 98.

S. Chryſoſt.

Theoph.

Rupertus.

ſupraque eam Cherubim gloriæ, duo nempe teſtamenta vbique ſpirant gloriam filij Dei, ſapit quiſquis Spiritus ſancti delibutus eſt vnctione, alterum namque eorum, inquit Pſalm.8. Gloria & honore coronaſti eum: alterum Ioann.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre: in his quidem dictis nomen quoque, ſed vbique in tota ſerie ſcripturarum res eſt gloriæ perſonantis iugiter conſona fide. Pſalm 8. Ioan 1.

Dei voluntati ſemper ſimus conformes.

160. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas; reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium.* Quid vtilitatis haurire poſſunt ex propitiatorij intuitu? nam & illa ſimulachra ſunt inanimata, ſicut & propitiatorium. Nonne eo Deus adumbratur nobis propitius? merito igitur de eis dicitur, quod verſis vultibus in propitiatorium intendant, quaſi eius iuſſa expectantes, vt nobis innueretur, noſtræ voluntati cum diuina conformitas. *Docent nos* (inquit Oleaſt.) *ſuis aſpectibus ſancti, qualiter ſemper eſſe intenti debeamus ad voluntatem Dei, & ad Deum ipſum, defecerunt ait Iſaias, oculi mei ſuſpicientes in excelſum.* Oleaſter.

Licet ſis in diuinis eruditiſſimus, quo plura ex his agnoſcis, te ignorare plurima fatendum eſt.

161. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, expandentes alas, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium.* Quid? ſemperne vultus verſus in illud habebunt? quid enim addiſcere poſſunt in illius intuitu, cum in ſuo nomine etiam plenitudinem ſcientiæ denotent? licet ſint Cherubim in ſcientia & eruditione, defixos ſemper oculos in propitiatorium Deum ſignificans, tenebunt, quia licet ſis in diuinis eruditiſſimus, quo plura ex his agnoſcis plurima te ignorare fatendum eſt. Audiendus Procopius, *Propitiatorio adhibentur Cherubim, hi ſemper intuentur ipſum, neſcio ipſius viſione exaturari, nomen autem Cherubim portendit infinitam quamdam notitiam & notitiæ affluentiam redundantem.* Procopius.

Inſpecta Dei ſimilitudo, ad altiora nos euehit.

162. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium:* Quid? in vltimate in illud defixos habebunt oculos, cum ſolum Deum repræſentet? ab eo igitur aliquando eos auertant? non auertunt quidem, licet vltimate verſos vultus in illud habeant, quia illud aſpicientes tanquam Dei ſimilitudinem, ad altiora contemplanda euehuntur. Siſto Richard. Victorin. in alleg. Tabern. *Debent Cherubim vultum in propitiatorium vertere, & ex inſpecta Dei imagine, certius edoceri ad ſublimiora ſcientiæ.* Richard. Victorian.

Silentium in diuinis.

163. *Vtrumque latus propitiatorij tegant, reſpiciantque ſe mutuo.* An quaſi attoniti? cur ad ſimilitudinem loquentium non viſuntur? cur ſolum mutuo ſe aſpicientes conſpiciuntur? quia ſilentium in diuinis pro eorum eminentia, & ſublimitate tenendum, & ideo ſolum ſe mutuo intuentur propitiatorium obumbrantes. In medium adduco Vuolfangum Sedulium c.8. de Sanctis ſanctorum, *Porro quod Cherubim in Sanctis ſanctorum propitiatorium obumbrant, magnum & pene inſcrutabile habet myſterium, in quo diſquirendo etiam ſanctos laborare video, adeo vt nihil pene niſi ſilentium diſcamus, ſilentium inquit quo humana fragilitas diuinæ lucis celſitudine reuerberatur, deſidens, ſtupida in ſe ipſa, haud aliud canens quam quod Propheta Pſal. 138. Conſortata eſt ſcientia tua eſt ex me, & non potero ad eam, expeditur enim poſt longa ſcrutinia, poſt diligentiſſimas lectiones, aut nil ſe intelligere quod humanæ curioſitati ſatisfacere poſſit, dictum eſſe.* Vuolfang. Sedul. in lib de Templo Salom. Pſalm.138.

Perfectio ſcientiæ ſanctiſſimam agnoſcere Trinitatem.

163. *Vtrumque latus propitiatorij tegant,* nempe Cherubim per quos credidit Orig. hom. 10. in num. ſcientiã intelligi Trinitatis, interpretatio enim Cherubim multitudo ſcietiæ, id eſt, perfectionẽ ſcientiæ indicat. Verum ô Origenes, cur Cherubim potius ſcientiã Trinitatis ſignificant quam alij Angeli, qui etiam in diuinis ſunt eruditiſſimi? quia Cherubim perfectionem, & plenitudinem ſcientiæ ſignificant, quæ autem perfectior ſcientia & notitia quam quæ eſt de ſanctiſſima Trinitate? Verba Adamantij ſubijcio, *Sic dicentis Cherubim perfectionem ſcientiæ indicat, & quæ eſt alia perfectio niſi agnoniſſe Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum?* Adamant.

VARIET. LECT. Verſ. 22.

Vulg. Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Iſrael.

Sept. Et innoteſcam tibi inde, & loquar tibi deſuper propitiatorij inter duos Cherubim, exiſtentes ſuper arcam teſtimonij, & ſecundum omnia quæcumque mandantur tibi ad filios Iſrael.

Cajet. Et ſtatuam ibi verbum meum, & loquar tecum deſuper propitiatorio.

Pag. Et conueniam tecum ibi, & loquar tecum de propitiatorio. *Sic Vatabl.*

Aly, Teſtificabor tibi inde.

Cajet. Et ero paratus tibi ibi.

Alij, Conſtituam tibi ibi.

Procop. Supra propitiatorium cognoſcar tibi.

CONCORDIA.

VErbum Hebraicum יעד iaad, multiplicis ſignificationis eſt apud Hebr. ideo varie ab interpretibus redditur: Sed noſter interpres recte reddidit per *præcipiam*, quia alias ſub hac ſignificatione comprebendit: A dictionem מעל meh l, aliqui vertunt de, ſiue è propitiat ...io, id eſt, de ſuperiori parte propitiatorij, vt declarant Septuag. Cald. de ſuper propitiatorio, quæ tamen omnia cum Vulgato conueniunt.

EXPOSITIO.

I*Nde præcipiam, & loquar ad te*, Non oportebit deinceps ad iſtum montem accedere, vt me loquentem audias: *Inde*, id eſt è propitiatorio ad te loquar; an ex nudo propitiatorio vox poſtea prodierit & audita ſit, an etiam præter vocem, corpus quoddam propitiatorio inſederit. Quod vocem redderet, curioſius B
Petrus Thyræus. quæri putat Thyræus è ſocietate Ieſu lib. 2. de Diuinis veteris teſtam. apparit. c. 9. n. 10. tamē etiam vtilis eſt quæſtio, dico ego in aliqua forma ſenſibili apparuiſſe Deū, & in humana forma, nubecula tamen tectum. Quod patet, nam Deus loquebatur Moyſi viſibiliter & manifeſtè, vt dicitur Num. 2. & non in ænigmate, id eſt clarè & apertè, non vero in ambagibus, ex quo ſatis me iudice manifeſtatur Dominum ſe in ſpecie viſibili manifeſtaſſe, velut Imperatorem ſedentem in ſolio inter Sancta ſanctorum in medio duorum Cherubim. Quod autem aliqua forma, & non alia quam humana Deus conſpiceretur, multa ſunt in ſacro contextu, ex quibus id colligere poſſumus, nimirum à facie, ab ore, à pedibus, C à modo ſedendi, à modo loquendi, & ſimilibus. Quæ Deo apparenti in medio duorum Cherubim ſupra arcam tribuuntur, & humanæ formæ ſunt propria. Nam de pedibus diuinis
Cap. Exod. 24. dicitur ſupra 24. quando benedictus Deus ſe conſpiciendum præbuit Moyſi. Aaron, Nadab, Abiu, & Septuag. de ſenioribus Iſrael. Tunc enim dicūtur conſpexiſſe Deum, & viderunt, inquit textus, Deus Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphirini, & quaſi cœlum cum ſerenum eſt. Itaque Deum in ea forma conſpexerunt, in qua pedes agnouerunt: de facie, locus habetur Exod. 33. in
Exod. 33. quo dicitur, loquebatur autem Dominus ad Moyſem facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Itaque in ea figura humanæ ſpeciei, qua homines naturaliter ornantur, & à cæteris brutis diſtinguūtur, in eadem Deus videbatur à Moyſe, eique colloquebatur. Vt vox etiam & vocis articuli, in omnibus humanam imitarentur ſpeciem, ſonum, & articulationem vocum, atque dictionum. De ore ac modo loquendi humano à Deo dicitur
Numer. 12. Numeri 12. cum Aaron & Maria ſoror illius, contra Moyſem quoquomodo murmuraſſent, ſi quis fuerit inter vos Propheta Domini in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum, at non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo fideliſſimus eſt, ore enim ad os loquor ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras, Dominum videt. In quo loco maxime notanda ſunt verba illa ore ad os loquor ei, Hebraicè פה אל פה peh hel peh, vbi duo ora ſignificantur, eiuſdem formæ. Ita vt os diuinum quo loquebatur ad Moyſem, eiuſdem B eſſet formæ cum ore humano, quo Moyſes ſimiliter cum Deo loquebatur: loqui vero alicui ex ore, eſt more humano loqui, & ex forma humana quam Deum retinuiſſe, à ſitura pariter figuræ in qua conſpiciebatur, id eſt à forma ſedendi non obſcurè colligitur. Dicitur enim à propheta in Pſal. 97. laudans Deum à ſitu & forma, illumque excitans ad ſuccurrendum populo, exercituique Iſraelitico, nimis afflicto, & hoc ex debito imperatorio. Quamobrem reſpiciens ad figuram, in Pſalm. 98. qua conſpiciebatur ſuper arcam: qui ſedes ſuper Cherubim, ait, manifeſtare coram Ephraim, &c. & in Pſal. 98. Dominus regnauit, inquit Propheta, iraſcantur populi, qui ſedes ſuper Cherubim moueatur terra. Et alia C plura ibi à Propheta dicuntur, quæ Deum vt Imperatorem Iſraelitici exercitus compellant: c. etiam 3. Danielis, pueri illi qui in fornace ignita inter flammas Deum laudabant; laudes inchoantes à loco quem elegerat, nimirum à templo, illico ſe conferunt ad thronum, quod habebat in templo dicentes. Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula; & habito reſpectu ad illius tribunal, quo in arca viſebatur, ſubdit, benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim. Itaque ex his omnibus ſacris teſtimonijs, non obſcure colligitur, Deum in ſpecie humana, non ſolum patribus ante latam legem, ſed Moyſi, Aaron, & pluries ſacerdotibus, quo[illegible] in templo Hieroſolymitano ſtetit, [illegible] in D humana ſpecie apparuiſſe, & viſum fuiſſe ſedentem ſupra arcam & in ea forma humana oracula reddidiſſe.

Ex quo, nempe inde, *præcipiam & loquar ad te*, de medio Cherubinorum; ob eam [illegible] phraſim illam qua Deum ſedere ſuper Cherubim teſtantur ſcriptores ſacri. Sic [illegible] illa vox ſenſibilis formatur, vt videretur exire ab aliquo qui inter duos Cherubinos ſupra propitiatorium eſſet, *quæ mandabo tibi* per te *filijs Iſrael*, & quæ in rep. Iſraelitica obſeruanda erant.

CONCEPTVS.

Virgo ſanctiſſima longe excellentior Moſaico propitiatorio licet aureo.

165. *Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propi-*
tiatorium, ex eo voces Dei percipiebat, an
maior Mariæ dignitas poteſt eſſe? quidni?
nam ſuper eam non loquitur Dominus tan-
tum, ſed ſui propitiatorij Mariani voces Deus
audit, & orationes exaudit, ac gratiarum ſua-
rum flumina Mariæ interuentu, in nos deri-
uat. In propitiatorio quod Moyſes ſtruxit, lo-
quebatur ad eum Deus, ſed ſpiritale totius
mundi propitiatorium ad Deum ipſum loqui-
tur, & pro humano genere ſemper interpel-
B. Andræas Creteni. lat. Sic enim eam alloquitur B. Andræas Cre-
tenſ. in encomio de Virg. dormit. *Ex quo*, in-
quit, *tranſlata es è terra, te vniuerſus mundus*.
continet commune propitiatorium. Non alienus
S. Idiota. calamus B. Idiotæ à noſtro inſtituto qui lib.
de Virg. Maria in prol. ita inclamat. *O homo,*
quicumque es, probationem vitæ ingreſſus, mi-
ſericordia Domini noſtri Ieſu Chriſti indiges,
ſine qua ſaluari non potes, accede igitur per de-
uotam mentis contemplationem ad glorioſiſſi-
mam Virginem Mariam Matrem eius, quia per
ipſam, cum ipſa, & in ipſa, & ab ipſa habet
mundus, & habiturus eſt omne bonum, ab ea
enim Deus tanquam è propitiatorio loquitur, imo
tanquam propitiatorium ſpiritale ad Deum pro
nobis loquitur & interpellat.

Miſericordia primas iuſtitiæ fert, vtpote Deo charior & vicinior.

166. *Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propi-*
tiatorium, è medio duorum Cherubim: Hinc
Pſal. 17. cecinit vates Pſal. 17. Et aſcendit ſuper Che-
rubim, & volauit, ſed poſtea de iuſtitia Dei
Pſalm. 48. loquens. Pſal. 84 ait, *Iuſtitia ante eum ambu-*
labit, & ponet in via greſſus eius, quid hoc eſt?
cur diuerſus modus loquendi de Deo? Cum
benefacturus proficiſcitur, ſumma pernicitate
fertur, equitat ſuper velociſſimam virtutem,
cum vero iuſtitiæ opera diſcutit, non illi in-
ſidere dicitur, ſed anteambulo illius eſt, &
tunc non pernix incedit, non aduolat, ſed lentè
graditur: *Et ponet in via greſſus ſuos*. Quaſi di-
cat, cum miſericors eſt, ab ipſa diuina pietate
intus impellente vrgetur, nullus eſt tunc, qui
detineat; imo eſt, qui ſtimulet: at vero cum iu-
dex, iuſtitia veluti extra eum eſt, ambulat enim
ante eum, & ipſe à miſericordia impeditus, &
repedatus tardis greſſibus viam init. Optimè
S. Ambroſ. Ambroſ. in Pſal. 37. *Cum iraſcitur in reum,*
differt, cum miſeretur, properat, vt abſoluat.

Docti aliorum imperium non facile ſubeunt.

167. *Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propi-*
tiatorium è medio duorum Cherubim: ex qui-
bus, vt vidimus, Doctores colligunt ſedere
ſuper Cherubim, non autem legimus ſedere
ſuper Seraphim. Cur ita potius quam vice
verſa? aut certe cur non dicitur ſuper vtroſ-
que ſedere? ſcio ſuppoſitionem hanc ſcilicet
Deum ſedere, negaſſe poſt alios antiquiores,
A quendam Iacobum Chium Hæreſiarcham
apud Sixtum Senenſ. lib. 5. Biblioth. anno- Sixtus Senenſis.
tat. 58. docentè Cherubinos non eſſe ſpiritua-
les ſubſtantias inter Angelorum choros nu-
merandas, ideoque in Synodalibus Græco-
rum legibus prohibitum, ne in triſagio An-
gelorum cantaretur, qui ſedes ſuper Cheru-
bim. Quod autem Deus non ſedeat ſuper
Seraphim, huic veritati olim aduerſabantur,
denotati quidem imperiti, qui in publicis
precationibus canebant, qui ſedes ſuper Che-
rubim & Seraphim, vt apud eumdem Sixtum
videre eſt. Sed vtroſque conuincit ſcriptura,
illos, quia aperte dixit Deum ſedere ſuper
Cherubim, vt patet ex Pſalm. 79. 98. Iſai. 37.
hos, quia nuſquam dicit ſedere ſuper Sera-
B phim, vt ſcripturam euoluenti facile patebit.
Quare Hieronym. in c. 6. Iſaiæ hanc verita-
tem quoad vtramque partem admittit. *Legi-*
mus, inquit, *in ſeptuageſimo nono Pſal. qui ſe-*
des ſuper Cherubim, Seraphim autem præter
hunc locum, in ſcripturis canonicis alibi me le-
giſſe neſcio, qui ſtare dicuntur ſuper templum,
vel in circuitu Domini: ergo errant qui ſolent in
precibus dicere qui ſedes ſuper Cherubim & Se-
raphim, quod ſcriptura non docuit. Et rurſus in
epiſt. 143. ad Damaſum. *Illorum*, inquit, *pius*
licet attamen coarguendus error, qui in oratio-
nibus & oblationibus ſuis audent dicere, qui ſe-
des ſuper Cherubim, & Seraphim, nam & ſuper
Cherubim Deum ſedere ſcriptum eſt, ſuper Se-
C *raphim autem nulla ſcriptura commemorat*. Ad
hanc igitur incautam & imprudentem ali-
quorum pietatem deſtruendam, illæ fortaſſe
Synodales Græcorum leges ſicubi extant pro-
dierunt, nam ne dicerent, qui ſedet ſuper
Cherubim, quamuis Senenſis vbi ſupra, nul-
la ſe nuſquam earum legum veſtigia inueniſſe
fateatur. Certum ergo eſt Deum ſuper Che-
rubim ſedere, & non ſuper Seraphim: ſed
cur Cherubinis ſolum inſidet? dicamus vt pa-
cificum eius imperium ſuper omnes creaturas
ſignificetur. Nam qui ſapientibus imperat,
facilius cæteris imperabit creaturis, cum ſa-
pientes omnium difficillime imperium pa-
tiantur.

D *In reſponſis dandis maxima ſapientia neceſſaria.*

Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra pro- 168.
pitiatorium, in medio duorum Cherubim,
ſuper quos ſedere diximus. Sed cum reſpon-
ſa daturus eſt Deus, ex propitiatorio ſiue ora-
culo, cur dicitur ſuper eos ſedere? cur nunc
potius quam aliàs? ſane cum è ſanctuario diui-
na redderentur oracula, in quibus diuinam
ſapientiam ſpectari præcipuè oportebat, opus
fuit Deum ibi ſuper ſapientiſſimos ſpiritus
ſedere, vt ſumma eius in reſpondendo ſapien-
tia ipſis quoque Cherubinis altior, & excel-
lentior oſtenderetur.

Tales ſunt Cherubini, vt indè Deus doceat Angelos, doceat homines.

Inde præcipiam & loquar ad te ſupra propi- 169.

tiatorium, è medio duorum Cherubim, qui ſedes Dei dicuntur. Sed quod eorum encomium, quod in eis tanquam in throno, tanquam in cathedra ſedere dicatur? ſane maxima eorum dignitas indicatur, quid enim ſublimius, quid auguſtius eſſe poteſt illa ſede, in qua Deus vel ad imperandum vt Rex, vel ad iudicandum vt iudex, vel ad docendum, vt magiſter ſedere dicatur? Siſtendus eſt hic B. [S. Bernard.] Bernard. ſerm. 19. in Cant. in hunc modum ſcribens. *Etenim ſi intres regis palatium, nonne cum plenum ſit ſellis, ſcamnis cathedriſque, regia ſedes in eminenti poſita cernitur, & non eſt neceſſe quærere, vbi rex ſedere ſolitus ſit? Nimirum mox occurrit manifeſta ſedes eius, cæteris altior, ornatiorque ſedilibus; ſit quoque omni decoris ornatu, cunctis alijs præeminere ſpiritibus iſtos intellige, in quibus ſpiritali quodam ſtupendæ dignationis munere diuina eligit reſidere maieſtas.* Hæc de ſolio regis, nec minora ſtatim de cathedra magiſtri. *Quod ſi ſeſſio*, inquit, *ſignificat magiſterium, puto illum qui vnus eſt nobis magiſter in cælo, & in terra, Dei ſapientiã Chriſtum ſpecialius, iſtos atque principalius, tanquam propriam ſedem ſua illuſtrare præſentia, & inde tanquam de ſolemni auditorio docere Angelum, docere hominem, ſcientiam.* Magna ſane Cherubinorum dignitas, qui vt ex ipſis tanquam ex proprijs diuinitatis ſedibus, diuina, & excellentia, & eximia manifeſtentur, eliguntur.

Opera diuini amoris in nos intellectu difficillima.

170. *Inde præcipiam, & loquar ad te ſuper propitiatorii, &c.* inter quos Deus manifeſtatur, iuxta illud Pſalm. 79. qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare: quo alluſit Abac. c. 3. in medio duorum animalium cognoſceris. [Pſalm 79. Abac. 3.] Hic eſt interprete D. Iſid. in Exod. c. 46. in medio duorum Cherubim. [Iſidorus Hiſpalenſ. Iſaiæ 6.] Deus inter Seraphim occultatur, teſte Iſaia c. 6. velabant faciem ſuam, hoc eſt ipſorum Angelorum ne viderent, aut ipſius Dei, ne videretur. Qua de cauſa à Seraphinis abſconditur Deus, non ita à Cherubinis? an quia Deus in hac vita abſconditur amantibus, in futuro ſapientibus reuelatur? an quia amantium eſt proprium venerari, quod Seraphim præſtabant velando faciem ſuam? ſapientum vero ſpeculari, quod agebant Cherubim ad ipſam Dei notitiam aſſurgendo? an denique quia diuini amoris opera, qualia ſunt redemptionis, & paſſionis, adeo excellunt operibus diuinæ ſapientiæ, qualia dicuntur opera creationis & gubernationis, vt facilius hæc à nobis quam illa cognoſcantur? non abſurdè quidem dixerim, opera enim diuini amoris ea ſunt, quæ admirari [Pſalm. 9.] poſſumus, aſſequi non poſſumus. Vnde Pſal. 9. inſcripſit Dauid, *Pro occultis filij*, Diuus [S. Hieron.] Hieronymus tranſtulit, *ſuper mortem filij*, quaſi illa mors in qua ſumma Chriſti charitas enituit, occultiſſima, & ſecretiſſima videretur.

In cælo non in ſolo gloria perfecta eſt.

171. *Inde præcipiam, & loquar ad te ſuper propitiatorium, è medio duorum Cherubim*: Cur non è medio duorum Seraphinorum, ſuis alis etiam propitiatorium obumbrantium? vel ſaltem, cur vterque hic ordo munere hoc non fungitur? dices propitiatorium eum in finem conſtructum, quo velut de ſacra tripode Deus oracula funderet. Cum autem de propitiatorio creator docturus eſſet ſuos, congruum erat non alias beatas mentes quam Cherubicas, locum doctrinæ pennis velare, quando Cherub plenitudo ſcientiæ interpretatur. Verum ſi hoc aliquid probaret, ſolum debuiſſe quidem Cherub huc modo fieri, ſed non quidem ſolitarium, ſed ſocijs Seraphicis mentibus. Nam certe ſcientia ſine charitate, & ardore potius inflat quam prodeſt. conueniens itaque erat, ſimul coniungi Cherubicam ſcientiam cui amore Seraphico: aduerte Seraphim de ijs eſſe qui ſolium maieſtatis & incomprehenſibilis gloriæ circumſtant. Sic teſtatur Iſa. c. 6. [Iſai. 6.] Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & plena erat domus à maieſtate eius, Seraphim ſtabant ſuper illud, &c. Cherubim autem pro Dei vehiculo ſunt, teſte Pſal qui ſedes [Pſalm. 79.] ſuper Cherubim. Dic ergo, quod quoniam Seraphicum munus eſt gloriæ conditori aſſiſtere, quæ gloria perfecta eſt atque omnibus modis integra, operæ pretium fuit intra ſanctuarium non fieri, aut depingi, aut alia templi parte. Ne forte qui deſcriptos contemplarentur, putarent in fabrica admiranda magnæ baſilicæ, diuinum aliquid ineſſe, & plenam beatitudinem contineri, vbi tantum eſſet ſplendoris, gemmis ab auro argentoque vndequaque radiantis, cum tamen iſthæc omnia integre conſolari nequeant, non enim in ſolo, ſed ſolum in cœlo gloria perfecta eſt, quæ omnimode ſatisfacere poteſt. In hunc ferè modum Philoſophatur Abulenſ. q. 19. in hoc [Abulenſ.] c. *Quidam*, ait, *reſpondere voluerunt, ſcilicet quod Cherubim ſunt ad miniſterium Dei, videlicet vt alis ſuis velarent ſedem Dei, Seraphim autem ſunt ad gloriam Dei, quod patet: quia Iſai. 6. dicitur & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus exercituum plena eſt omnis terra gloria eius: in præſenti autem vita, non eſt nobiſcum gloria, ergo non debebant fabricari Seraphim ſuper propitiatorium, ſed Cherubim.*

In negotijs tuis arduis Deum conſule.

172. *Inde præcipiam*, Pag. *conueniam tecum ibi, & loquar ad te de medio duorum Cherubim*, non ſolum Deus conueniebat Moyſen, & poſtea alios ſacerdotes, vt eis iniungeret, quod ad regimen populi tum Eccleſiaſticum, tum politicum videbatur neceſſarium. Verum etiam Moyſes, & alij ſacerdotes Deum conueniebant in arduis, vt certe ſcirent, quid ſibi agendum foret. Nonne pollere debent prudentia & eruditione ſacerdotes, vt diſcernere poſſint, quæ amplectenda quæ ve fugienda? ad quid ergo oraculum conſulere debent? vt ſciremus quoſcumque doctiſſimos & ſapien-

tiſſimos , ſicut & alios in arduis conſulere Deum debere. *Dubitas de quæſtione aliqua* (inquit Pet. Abb. Cell 1. p. Taber.) *vade ad oraculum, vade ad propiciatorium, ad medium Cherubim; quia ibi eſt ſcientiarum Dominus: oppreſſus es à tribulatione? apprehende oraculum & propitiatorium, quia ibi eſt Deus noſtrum refugium, ecce de medio Cherubim conſolationes Dei lætificant animam tuam, quia Angelis ſuis Deus mandauit de te vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis, ecce deſuper propitiatorium præſumptionis noſtræ ſententia tollitur, & nomina noſtra in libro vitæ inſcribuntur.*

Abb. Cell.

Pſal. 4.

Non ineſt difficultas etiam in difficillimis Deum conſulendi.

173. *Inde præcipiam & loquar ad te de medio duorum Cherubim*, ex quonam loco, ô Deus tuos conuenies, & ipſi etiam te allocuturi ſunt? inde inquit, quid eſt inde? an è monte Sinai quem conſcendit Moyſes? nequaquam, ſed è propitiatorio: cum mons ille Sinai illuſtris fuerit propter varias Dei apparitiones, clarusque ex multis prodigiis, cur etiam in eo oracula diuina non excipiuntur? cur ſolum è propitiatorio? nonne difficultas maxima eſſet, quoties oraculum eſſet conſulendum, montem conſcendere, maximè cum in remotis ab eo partibus futuri eſſent Iſraelitæ? en vt propitiatorium in medio conſtituit, vt inde oracula & reſpunſa accipiant, vt nulla nobis ineſſet excuſatio, ſi Deum in arduis non conſuleremus. ab hac mente non eſt alienus Caiet. cum ait. *Specialiter dicit ibi, ac ſi apertius diceret, non oportebit te venire in hunc montem Sinai ad conſultandum me, ego enim facto propitiatorio ero ibi paratus ad audiendum te, humano more loquitur Deus more principis ſtatuentis locum audientiæ.*

Caiet.

Nihil eſt quod diuinæ prouidentiæ ſubſtrahi poſſit.

174. *Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim*, quibus inſidet eis ſuperior, vt ex plenitudine ſcientiæ per Cherubim deſignata, Deus reſponſa dare crederetur: verum nonne Cherubim illa dare potuerunt? cur ergo Deus ipſe omnium, de quibus interrogari deberet à populo, rationem redditurus eſt? præuidere ergo omnia & ſcire debet quis dubitat? nihil enim ſuæ prouidentiæ ſubtrahi poteſt. fauet Aug. explicans illud Pſal. 98. qui ſedes ſuper Cherubim, ita ſcribit. *Quia Deus ſuperat omnem ſcientiam ſuper plenitudinem ſcientiæ ſedere dicitur, vt intelligas ideo Cherubim in oraculum collocatos, vt ex plenitudine ſcientiæ Deus reſponſa dare credatur: eoque ipſo omnia ſcire, omnia videre, omnia curare ſolus appareat, tanta ſcilicet plenitudine, vt nihil ſit, quod prouidentiæ eius ſubtrahatur, nihil deinde ſit, quod non videat, quod non ſciat, id quod cum longe ab humano diſtet intellectu, nemo eſt mortalium imo nullus eſt etiam ſpirituum, qui diuinæ illi ſcientiæ accedat.*

S August. Pſalm 98

Per vtrumque teſtamentum erudimur de fidei veritate.

175. *Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim*, ſane myſterio non caret, quod Deus reſponſa dare, & oracula edere velit ex medio Cherubinorum, namque cum nullo loco ſit adſtrictus, cur hunc ſelegit, vt Moyſem & alios inſtitueret? nonne diximus duobus illis beatis ſpiritibus, vetus & nouum deſignari teſtamentū? bene ergo è medio duorum Cherubim, Deus ſuos inſtruit, quia ex vtroque teſtamento erudimur de fidei veritate. annuit Vene. Beda lib. de Tab. *De medio duorum Cherubim loquitur, quia per verba vtriuſque teſtamenti conſona nos voce ad fidem veritatis erudit.* Beda.

Super quietos & humiles requieſcit Dominus.

Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim, quibus inſidet tanquam in eis requieſcens, nonne aptior requiei locus à ſe eligi poteſt? aduerte quid de huiuſmodi ſpiritibus S. Dionyſius Areop. lib. de cœleſti hierarch. dicat, nominat eos diuinæ quietis hoſpites ſiue receptores: ne mireris ergo, cur in eis ſedeat? quia ſuper quietos & humiles noſter Dominus requieſcit. teſtem adhibeo noſtrum Seraph. Doctorem p. 1. de cœl. hier. *Qui per amorem & quietem conſcientiæ Deo deſuper venienti in ſuo affectu locum Deo præparant, Angelis Cherubin ſe conformant, ideo forſan dicitur ſedere ſuper Cherubim, quia quos quietos, humiles & manſuetos inueniret, in ipſis familiarius requieſcet, ſicut dicit Iſai. c. 11. requieſcet ſuper eum &c. ſuper quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper manſuetos?* 176.

Diony. Are.

S. Bonau. a.

Iſai 11.

Deus in cælo electis ſua pandit arcana.

Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim, ex quorum alis ſe mutuo tangentibus ſedem Deo præſtabant: aliqui ſunt qui hæc ad electos in cœlo exiſtentes referunt: verum quomodo accommodari poteſt, quod Deus reſponſa beatis reddat? nonne in verbo intuentur omnia? ad quid igitur eum interrogarent? tibi hæc ſciſcitanti reſpondet Franc. Ribera lib. 2. de temp. c. 7. *Ex ſede illa quam faciebant alæ Cherubim Deus reſponſa reddebat, quia Deus in cælo ſuper omnes creaturas eleuatus, beatis ſe præbet videndum, eoſque viſione ſua mirabiliter erudit, & cum eis conſilia ſua communicat.* 177.

Fran. Rib.

Vbi pax eſt & concordia, ibi Deus reſidet.

Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim, in quibus ſedebat, teſte regio vate: quid inuenit ſpecialiter Deus in his duobus ſpiritibus Cherubicis, quo ita delectetur, vt in eis ſedem ſuum eligat, & requiem conſtituat? nonne iam diximus ex B. Augu. q. 105. in Exod. duos fuiſſe, vt ſocietatem charitatis commendarent? cur ergo non dicemus, hanc ſedem in medio eorum ſelegiſſe, quia cum ſit pacis & concordiæ amator, inter pacis & concordiæ amatores vult manere. de eo cœleſtis ſponſa inquit, qui paſcitur inter lilia Cant. 1. S. Bern. ſerm. de Natiuit. Mar. in aquæductu, rectè obſeruat, lilia odore potius quam ſapore placere, & viſui magis apta eſſe quam eſui, & proinde ex liliis non fieri conuiuium, ſed dulce conſortium, inde tandem concludit. *Forte, in-* 178.

Cant. D. Bernard.

quit, *non cibo, ſed conſortio paſcitur liliorum, Deus enim hac animarum concordia præcipuè delectatur.*

Tales ſunt Cherubici ſpiritus, vt per eos Deus diſponat plurima.

179. *Inde præcipiam & loquar ad te, è medio duorum Cherubim*, qui ſedem Dei conſtituebant, licet enim omnia impleat Deus, & in quacumque parte ſancti ſanctorum eſſet, & loqui Moyſi nec non ſummo pontifici poſſet, quocumque modo & quocumque in loco vellet; nihilominus locum ad loquendum inter duos ſeligit Cherubinos, vt more imperatorio ac regio, de tribunali loqueretur, & medius inter illos ſederet. verum nonne pſalmographus canit, aſcendit ſuper Cherubim & volauit? cur ſi in eis tanquam in regio tribunali ſedet, illos B conſcendit vt volet? vt innueretur tales eſſe, vt per eos Deus plurima diſponat & perficiat, teſtem adhibeo noſtrum Georg. Venet. in ſua de mundo harm. Cant. 1. to. 4. c. 2. *Volauit ad omnia ſcilicet velociſſime diſponenda per ipſorum omnigenam cognitionem & virtutem, & hæc eſt illa prima operatrix virtus, qua repleti Cherubini ſunt, ad inferiora coaptanda diſpoſiti.*

Georg. Ven.

Non minor eſt virtus quam quærere, parta tueri.

180. *Inde præcipiam & loquar ad te, è medio duorum Cherubim*, ad hoc alludens Dauid ait, qui aſcendit ſuper Cherubin & volauit, ecce vt equitat, verum alibi dicitur, quod ſolum in eis ſedebat tanquam in throno regio, qui ſedes ſuper Cherubim: cur tanquam dux generoſiſſi- C mus, eques fortiſſimus conſcendit ſpiritus hos angelicos, & velociſſimo curſu ſuper pennas ventorum volat, deinde tanquam imperator in A eis tanquam in regio throno ſedet? cur non dicemus quod tempore Moſis, quo Deus habitauit non in templo, ſed in tabernaculo, quaſi proficiſcens, & armata manu ducens populum ſuum, per medios hoſtes in Chanaan dicebatur vehi, & equitare ſuper Cherubim tanquam dux belli contra Chananæos, & alios hoſtes, ex eis victoriam referens, & è regionibus ſuis eos expellens? poſtquam vero populum ſuum collocauit in Chanaan, & cum eo pacifice habitauit in templo, dictus eſt Deus ſedere ſuper Cherubim, quia in eis, parta iam victoria & quiete, quaſi victor & triumphans reſidere videbatur, vtque imperium quod ſua ſcientia & prouidentia aſſeruerat, eadem conſeruaret? nam non minor eſt virtus quam quærere, parta tueri.

Pſal. 93.

Cum quis ad regnum peruenit, ſuis ius dicat ſubditis.

181. *Inde præcipiam & loquar ad te è medio duorum Cherubim*, Regius vates etiam Deum in iis, ſedentem conſiderat, cum ait Pſal. 98. Dominus regnauit, qui ſedes ſuper Cherubim, quid. an quis regnum conſequitur vt ſedeat, vt otio indulgeat? nequaquam ſane, cur ergo regius Vates de Deo prædicat, quod regnet, & ilico ſubiungit, quod ſedeat? recte equidem vnum ſequitur ex alio, quia cum quis ad regnum peruenerit, ſedere debet, vt ius ſuis dicat ſubditis. non alienus ab hac mente Card. Caiet. in præf. Pſal. *In principio quo Deus incœpit habere populum Iſrael pro regno, deſcriptus eſt à Moyſe ſeſſor Cherubinorum, pro quanto fecit duas figuras Cherubinorum velut geſtantes tabellam quaſi ſedem Dei, & propterea hoc in loco propheta ſimul deſcribit initium regni & ſeſſionem ſuper Cherubim, hinc intelligas quod de regno tunc inchoante eſt ſermo*, ſubiunge & quod ſederit ſuis ius, dictu rus.

Pſal. 98.

Card. Caiet.

VARIET. LECT. *Verſ.* 23.

Vulg. Facies & menſam de lignis ſethim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac ſemiſſem.

Sept. Et facies menſam auri puri, duorum cubitorum longitudo, & cubiti latitudo, & cu D biti ac dimidij altitudo.

Aliq. Facies menſam ex lignis imputribilibus.

Mont. Facies menſam ligna ſethim &c. cubitus & dimidium ſtatura eius.

CONCORDIA.

IN Heb. habemus clare עצי שטים de lignis ſethim, vel vt habet Mont. ligna ſethim, Sept. tamen in romano codice verterunt τράπεζαν χρυσῆν χρυσίου καθαροῦ mensam auream, auri puri; in aliis tamen codicibus Græcis, vt annotat Nobilius, & regius codex exprimit, & quem in noſtro muſæo habeo, legitur ἐκ ξύλων ἀσήπτων ex lignis imputribilibus, Baſilienſ. codex ξύλα ἀσήπτυ.

EXPOSITIO.

FAcies menſam ex lignis ſethim, quæ ponenda erat in ea templi parte, quæ extra ſanctum ſanctorum extra velum eſt, locanda in ſancto iuxta altare thymiamatis: menſa Hebraicè dicitur שלחן ſeulchan quaſi miſſio vel emiſſio, quod in ea panes emitterent Deo, conſimili forte agnominatione inquit Villel. menſam quaſi miſſam vocarunt Latini, eo

q od menſa fercu'a mitterentur. vnde primam & ſecundam menſam dicebant, ſed & fercula ſingu miſſas vocabant: alij menſam dictam putant quaſi meſam, eo quod inter A duos media poneretu ,hæ menſa ex lignis erat, de quibus abunde ſuperius ſicut & de cubitis.

CONCEPTVS.

Scriptura ſacra quot dapibus referta ſpiritualibus?

182. *Facies & menſam de lignis ſethim*, non pauci menſa illâ ſacram intelligunt ſcripturam, ſed ſi ita eſt, vbinam fercula delicatiſſima? vbinam dapes guſtui gratiſſimæ? pauca in ea poſitos ſolum lego: ne vacuam refectione arbitreris, nec omnibus quæ guſtus ſpiritualis appetere poteſt, carentem, cum omnes in ſe cibos B delicatiſſimos contineat & fercula ſuauiſſima: audiendus eſt Venerab. Abb. Petrus Celle. lib. 2. de Tabern. *Menſa de lignis ſethim nunquam vacua refectione eſt, quia ſancta ſcriptura nec ſententiarum dapibus, nec ferculis exemplorum inanis.* deinde eius epulas enumerans ait, *epulæ conuiuantium inſtructiones legentium, quibus ſicut adipe & pinguedine repletur anima, taurina caro recitatio illorum, qui iugum legis ſub lege agentes ſuſtinuerunt, ſeruientes in cibis & potibus, & variis baptiſmatibus, vſque ad præfinitum tempus à patre, vt cultura tantum legis frumentum gratiæ meditantes. altilia iuxta cœlum euolantia aliud à tauris ferculum in menſa inferunt, quia contemplatiuorum vita & exempla, quomodo quæ ſurſum ſunt, quærere debeamus, innoteſcunt: omnia C poma noua & vetera dilectus dilecto in menſa apponit, quia ab initio mundi nomina fidelium & opera, & dicta & exempla, ſigillatim retinens in ſcriptura tota menſam antiquâ & noua patrum memoria reſpergit: huius menſæ delicias tam impoſſibile eſt explicare, quam vniuerſum abyſſi pelagus abſorbere.* — Abb, Cell,

In ſacra ſcripturæ menſa ſufficientes ſingulis epulæ.

183. *Facies & menſam de lignis ſethim*, quælibet menſa etiam abundantiſſime ferculis referta, plena dapibus pœne innumeris, aliquos ſolum conuiuas reficere poteſt. cur ergo ſcripturam ſacram menſâ denotari diximus? quid? an ſolum aliquibus vtilis erit? an eius dapes paucis D miniſtrabuntur? ne tibi hoc perſuadeas, licet enim illa menſa corporea ex lignis ſethim, ſolum haberet aliquot panes in paucorum alimentum, in hoc præſtat menſa ſpiritalis corporeæ, quod hæc vna paucos poteſt reficere, in hac quantæ delitiæ apponuntur, quæ vna omnium mentes replere poteſt, vna non hominibus ſolum, ſed ſaturandis Angelis etiam ſufficit in hac ſufficientiſſime pro omnibus apponuntur fercula. hinc S. Bernard. ſerm. 64. ex breuibus. *In Catholicæ, inquit, doctrinæ menſa, iuxta modulum intelligentiæ, ſufficientes ſingulis epulæ apponuntur;* nullus ab hac menſa excluditur, hic ciborum penuria nulla, imo pro omnibus ſufficientiſſima fercula. — S. Bernard.

Corporis afflictio & mentis contritio tibi neceſſaria, vt ad hanc ſcripturæ menſam ſpiritualem debite accedas.

Facies & menſam de lignis ſethim, aduerte hanc menſam non longe ab exteriori interiorique altari fuiſſe, licet non longe ab vtroque altari abſuerit, an ad rem pertinet? quis enim B connexus vtriuſque? hic ſane, quod per corporis afflictionem mentiſque contritionem, in vtroque altari deſignatam, adire debeamus ſacras litteras: premenda carnis laſciuia eſt, mens à peccatis per contritionis dolorem abſtergenda, vt ſacræ huic menſæ aſſideamus. optime hæc omnia nectit Richard. Victor. in alleg. Tabern. in hæc verba. *Altare exterius eſt afflictio corporis, altare interius contritio, mentis candelabrum gratia diſcretionis, menſa, doctrina Sacræ lectionis, per arcam fœderis intellige gratiam contemplationis*, probè locata eſt hæc menſa, & vtiliter ad eam pergit, qui in exteriori altari corpus Deo mactat, & in interiori animam Deo offert. — 184. — Rich, Vict.

Sacra ſcriptura ditiſſima.

C *Facies & menſam de lignis ſethim*, Sept. *facies menſam auream auri puri*, hæc menſa ſane ditiſſima, quæ aurea eſt auro puro ſecundum Sept. ſed illos omittamus adhærentes lectioni noſtræ, quæ dicit inaurabis ea auro puriſſimo; laminis aureis contecta erat, quod non exiguas opes indicat, an ditior menſa reperiri poteſt? vbi propono menſam ſacræ ſcripturæ nam cū ita aurum nobis comparare poſſumus, vt etiam ciborum delicias guſtare poſſimus. huc voco S. Theodori Studitæ verba ſerm 78. de audiendis ſerio ſacris litteris, ſic ſcribētis. *Nobis quidē ſeu opipara quædam menſa præbetur doctrina ſanctorum, vt hinc ſermonem quaſi quandam condiente cupedias, inde alio velut aurum moliente verba, ac ſerio aliis aliiſque hinc & inde acclamationum D delicias comparantibus.* Vides hanc menſam, non ſolum laminis aureis contectam, ſed & aurum verborum offerri, & ſermonum delicias quibus paſcaris. — 185. — Theodor.

In hac menſa ſacræ ſcripturæ dapes vitales.

Facies & menſam de lignis ſethim, Fercula quæ ei apponenda erant, nemini incognita, panes enim ſolum erant, panis autem non vitalis, frumentum enim ex quo conficitur, vita caret. quid miraris? an alia fercula menſis opponuntur? dapes enim quæ regulariter offeruntur vita deſtituuntur, verum hoc in menſis terrenis, ſed in hac ſpirituali ſacræ ſcripturæ cibos vitales comedes, ſiſto Petrum Damian. ſic enim opuſc. 12. c. 33. de lectionis ſacræ epulis loquitur. *Omnis ſenſus noſtros circa illas vitales epulas* — 186. — Petrus Damianus.

occupemini, vt cunctis cauſarum negotiis inſenſibiles facti, vere mortui mundo, ſoli viuamus Deo, quatenus ipſe auctor & inſtructor fœliciſſimi huius ferculi, illis ſuis conuiuis nos dignetur adſcribere, qui ea ore veritatis merebamus audire, ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit mihi pater regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. Vides has epulas vitales dici, ac mortis amuleta, ſed pende verba Damiani, *vire mortui mundo*, terrenum cibum ſi mortuus ſumat, nihil ruboris, nihil vitæ ab illo haurit, cœleſtem tunc vere talem ſenties, ſi tibi ſæculoque mortuus, illum comedas.

Sacra ſcriptura cibum ſalutis nobis ſuggerit.

187. *Facies & menſam de lignis ſethim*, ex auro fiat ſicut & propitiatorium, cur ex lignis ſethim? ad quid hæc menſa cum in ea non comedatur, ſed ſolum apponendi ſint in ea panes, qui in aliquo ſcamno ita aptè collocarentur? bene ex lignis ſethim ſit hæc menſa, inquit Venerab. Beda lib de Tabern. c. 6. *Quia eſt ſcriptura ſacra de ſortibus ſanctorum Patrum verbis actibuſque compacta, quæ dum nobis quæ ſunt æternæ gaudia beatitudinis, & quomodo ad hæc perueniatur oſtendit, cibum profecto [nobis] ſalutis ac vitæ ſuggerit.* Beda.

Menſa corporis Chriſti Domini in Euchariſtia, initium habens ab eiuſdem paſſione.

188. *Facies & menſam de lignis ſethim*, quænam eſt hæc menſa, poſt propitiatorium parata in tabernaculo Domini: cur non ante propitiatorium Domini fieri iubetur? nonne propitiatorio Chriſtum Dominum intelleximus, qui morte ſua nos patri reconciliauit, nobiſque propitium reddidit? dicamus ergo rectè hanc menſam poſt propitiatorium abſolutum, & perfectum factam fuiſſe, vt denotaretur, menſam corporis Domini in Euchariſtiâ initium habuiſſe ab eiuſdem paſſione: obſeruatio eſt Rupertus. Abbatis Tuicenſ. lib. 4 c. 7. *Quæ eſt hæc menſa poſt propitiatorium parata in tabernaculo Domini, niſi menſa corporis & ſanguinis Domini initium habens à paſſione eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti? ſiquidem dum anxiaretur iam venditus & tradendus, dum triſtis eſſet vſque ad mortem, dum factus in agonia prolixius oraret, & ſudor eius velut ſanguis in terram decurreret, interea propitiationis & redemptionis noſtræ opifex menſam parauit, accipiendo panem quem benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens, accipite & comedite hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* Matt. 26. Luc. 22.

Virtute Dei, conuertitur panis ſicut & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti Domini.

189. *Facies & menſam de lignis ſethim*, cum à populo offerenda ſit ſuperabundans auri copia, cur ita parcus erga menſam, vt eam non ex auro, ſed ſolum ex lignis fieri iubeas? & cur lignis apprimè elaboratis, vtriſque pulcherrimis aurum ſuperimponitur? cur non fuſilis aut ductilis tota ex auro puriſſimo deauratur? non eſt dubium quin auro diuinitas ſignificetur, quo poſito audiamus Rupert. ſic reſpondentem huic propoſitioni. *Quia ſpecies* (inquit) *vtræque panis & vini de terra ſumuntur, vtraque de cõmuni vel publico hæc granario illa de apothecis capiuntur, ſed accedit ſubſtantiarum atque ſpecierum creator Deus atque formator Spiritus ſanctus, aurumque verbi incarnati, aurum Chriſti crucifixi mortui & ſepulti, atque poſt glorioſam reſurrectionem aſſumpti in cœlum ad dexteram patris, non ſuperficie tenus inducit, ſed efficaciter hæc in carnem & ſanguinem eius conuertit, permanente licet ſpecie exteriori.* Rupert.

Sacra ſcriptura nulla vetuſtate corrupta, omnia ad ſalutem neceſſaria docens.

Facies & menſam de lignis ſethim, Si menſâ ſacra denotatur ſcriptura, cur de lignis ſethim? quæ enim connexio illius cum huiuſmodi lignis? tum, quo modo conuenire poteſt, quod duobus cubitis conſtet eius longitudo, cubito latitudo, & eius altitudo cubito & medio? nonne lignum ex ſethim omnis eſt expers corruptionis, neſciens putreſieri? quo notato ſic loquitur Hugo Victor. ſerm. 95. Quæ eſt hæc menſa, niſi ſcriptura ſacra, quæ quoties ad bene viuendum nos admonet, toties nobis vitæ panem præbet? menſa de lignis ſethim facta legitur, & veritas ſacræ ſcripturæ nulla vetuſtate corrumpitur; ad ſimilitudinem quoque menſæ ſcriptura ſacra in duos cubitos latitudinis habet, dum nos vtramque fidei partem, & illam ſcilicet qua in creatorem, & illam qua in redemptorem credimus docet: habet autem cubitum & ſemiſſem altitudinis, dum nos erudit quæ ſit latitudo charitatis, ſic ſacra ſcriptura ad modum menſæ habet longitudinem, altitudinem, latitudinem, dum nos perfecte docet fidem & ſpem cum initio contemplationis & charitatem. 190. Hugo Vict.

Non ſatis eſt te eſſe miſericordem opere, niſi etiam ſis ore.

Facies & menſam de lignis ſethim, miſericordes ſunt quaſi menſa quædam omnibus parati & expoſiti, qui nihil ſeruant, nihil condunt, omnibus patent, quia omnibus propter Deum benefacere cupiunt: menſa ſit de lignis ſethim, quia niſi eorum anima, ſit pulchra virtutibus & firma, ita vt non putreſcat, id eſt vt nullis iniuriis, nullis peccatorum illecebris diſſoluatur, non poterunt eum miſericordiæ & beneficentiæ curſum obtinere quem inſtituerant; occurrent enim plurima, quæ eos ab incœpto reuocent, & retrahant, tota tamen auro tegitur, quia niſi charitate Dei fuerint muniti facile cedent laboribus & difficultatibus. longitudo eius duorum cubitorum eſt, quia [a]micorum & inimicorum, alienorum [fide]lium & infidelium moleſtias tolerare debent: [l]atitudo cubiti eſt, quia in his omnibus charitas vnum reſpicit, & eius gratiâ perfert omnia; altitudo cubiti & medij, quia niſi ſupra communem menſuram aliorum, ſe ſe ſanctis deſideriis in cœleſtia bona leuent, oculatiſque quam multi beatam illam ſanctorum mercedem intuean- 191.

tur, quam Dominus quaſi procul indicat dicens, beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur, tantis ſe laboribus exerceri non ſinent; menſæ ſit limbus aureus, quo tota cingitur extrinſecus, ſed cur noſter interpres eam labium nominauit? quia non ſatis miſericordem te eſſe oorde & opere, niſi A etiam ore miſericors ſis, id eſt niſi labium aureum habeas, hoc eſt verba charitate plena & dulcedine, quibus & ædifices & conſoleris eos, erga quos miſericors es, & cum deerit vnde miſericordiam facias, verba tamen miſericordiæ non deſint, quæ miſericordem animum ad benefaciendum paratum oſtendunt.

VARIET. LECT. Verſ. 24 & 25.

VVlg. Et inaurabis eam auro puriſſimo, facieſque illi labium aureum per circuitum.

Sept. Et facies illi tortilia cymacia aurea in circuitu.

Aly. Facies illi vndulas volubiles.

Cald. Cooperieſque eam auro mundiſſimo, & facies ei circulum aureum per circuitum.

Onk. Facies ei coronam auream, *ſic Pag.*

Arias. Facies ei coronam auri vndequaque.

Caiet. Facies illi limbum circumcirca.

Vulg. Et ipſi labio coronam interaſſilem, alteram, quatuor digitis, & ſuper illam alteram coronam, aureolam.

Sept. Et facies ei coronam palmi in circuitu, & facies tortile cymacium coronæ in circuitu.

Cald. Facieſque ei coronam interaſſilem altam pugillo per circuitum, & facies circulum aureum ipſi coronæ interaſſili per circuitum.

Onk. Facieſque ei coronam auream clauB ſuræ eius per circuitum.

Mont. Et facies ei clauſuram palmæ circum.

Cajet. Et facies limbum auri clauſuræ eius in circuitu.

Oleaſt. Facieſque ei clauſuram paruæ menſuræ.

Interpres in regis bibliis vertit, coronam pugilis.

CONCORDIA.

LEgit noſter interpres facies illi labium, Hebraice זר zar coronam, Sept. metonymice τὰ στρεπτὰ κυμάτια, quod etiam alij ſimili metonymia verterunt vndulas volubiles, id eſt ſinuoſas & in ſe conuerſas, & ſic erat labium inſtar vndularum & fluctuum edolatum, habet interp. coronam interaſſilem Sept. στεφάνην παλαιστοῦ quod interpres in ſacris bibliis vertit coronam pugilis, cuius verſionis nulla idonea videtur poſſe reddi ratio: crediderim legendum παλαιστῆς vel παλαιστιαῖον ſignificat enim παλαιστὴ menſuram palmi minoris, ſeu quatuor digitorum, eamdem magnitudinem ſignificat vox Hebræa טפח tophach. vt docent Ariaſmont. lib. de menſuris, Villel. in apparatu, Mariana lib. de pondere & menſura, Ariaſmont. Villelp. Mariana. Oleaſt.
C licet Oleaſt. aſſerat ignotam eſſe illius ſignificationem. vnde ipſe vertit, facies ei clauſuram paruæ menſuræ, & ita Rabbi Dauid in lib. radicum, ait ſignificare menſuram quatuor digitorum ad inuicem iunctorum, quæ parua eſt. pro corona habent Hebræi מסגרת miſgareth id eſt clauſuram, סגר ſagar enim ſignificat claudere, dicunturque hæ coronæ clauſuræ, quia totum opus ambiunt & includunt, vel quia in ſeipſis quaſi includuntur.

EXPOSITIO.

ET *inaurabis eam auro puriſſimo*, veſtienda enim erat laminis aureis, aduerte arcam veſtitam fuiſſe auro intus & foris, nihil autem tale efferri de menſa, & ideo ambiguum eſſe an inferior ſuperficies menſæ auro veſtienda fuerit, crediderim omni ex parte auro contectam, *facieſque illi labium aureum per circuitum*, labium illud nihil aliud fuit quam limbus aureus, menſam ex omni parte terminans, quiquidem forte non æqualis fuit, ſed ad ornatum aliquem varie vndulatus & interciſus, vnde aliqui verterunt vndas volubiles, nam זר ſiue זר limbus qui ſupremam arcæ oram, & menſæ clauſuram ad modum circumquaque cingebat, κυμάτιον à Sept. dicitur, quod ſinuoſo flexu vndas fluctuantes referret, eſt enim κυμάτιον vnda parua, ſed in architectura κυμάτιος vocatur ſuprema pars epiſtilij, id eſt capitelli ſiue capituli.

Et ipſi labio coronam interaſſilem, per eam intellige limbum circumquaque alteri limbo & menſæ applicatum, & ſurſum aſſurgentem, & non vndique planum & æqualem, ſed hinc inD de cauitatibus per artem inciſis exornatum: *altam quatuor digitos*, hæc enim hac menſura ſupra aureum limbum priorem eminere debebat, ne quid è menſa forte decideret, ſed quo aliàs caſurum eſſet, hoc limbo retineretur, hic limbus autem vltra menſam non ſaliebat, ſed in eius extremitate aſſurgebat, *& ſuper illam alteram coronam aureolam*, erat hoc tertium & ſupremum coronæ ornamentum, à quo per allegoriam poſt modum theologi nomen hoc aureolæ, mutuati ſunt, ad exprimendum extraordinaria beatorum aliquorum præmia, beatitudini primariæ ſuperaddita. nam coronula hæc minor alteri maiori ſuperaddebatur labio, finiebat ergo illa coronula priorem illam coronam palmarem & interaſſilem.

CONCEPTVS.

Sacra ſcriptura non ſtibio delinita, ſed auro cooperta.

192. *Inaurabis eam auro puriſſimo*, Menſa enim laminis aureis contecta fuit, nonne ſatis erat vt omnium oculis pulchra appareret, quod variis coloribus pingeretur, vel quod lapillis ornaretur marmoreis? cur auro contegitur? erudite reſpondet Petrus Abbas Cellenſ. *Scriptura quaſi matrona quædam, grauis & grandæua, licet ſtibio, purpura, & ſeriſſo recuſet ornare genas ſuas, rubentes ſatis natura'i vigore, & decore: tamen illis philoſophorum ſtudiis & doctrinis, quæ tantummodo in facie verborum gloriantur, nequaquam inferior inuenitur, ſenſu namque maieſtas eius venuſtior, numeroſa ſententiarum, compactio validior, intellectus vtilior, fructus vberior, lectio modeſtior, hæc tam habitum quam vitium meretricum reſpuit, vt amplius placeat cortice, quam mendax fucus in vertice, inaurata itaque eſt, quia & facie pulchra, & ſenſu eſt bona.* (Petrus Cell.)

Sacra ſcriptura ſapientiæ cæleſtis ſenſu clara refulget.

193. *Inaurabis eã auro puriſſimo*, quę ſic nõ ita nuda manebit, ſed laminis aureis contecta cur inauratur, cum lignũ ſethim eximiæ ſit pulchritudinis, & omnis expers corruptionis, & ad ſuſtinenda quælibet fercula validiſſimum? nonne hâc menſâ ſacra denotatur ſcriptura? merito igitur deauratur, & non quolibet auro, ſed puriſſimo, quia ſacra ſcriptura ſapientiæ cœleſtis auro ſenſu refulget, verba ſunt Vener. Bedæ. (Ven. Bed.) *Menſa tabernaculi inauratur, quia & ſcriptura ſancta ſapientia cæleſtis ſenſu refulget, & ipſi qui eam condidere propheta, præclari vita ac ſermone fuerunt.*

Sacra ſcriptura per labia aurea diſpenſanda.

194. *Inaurabis eam auro puriſſimo, facieſque illi labium aureum per circuitum*, cur labium menſæ, & illud aureum? nam illi applicatum videtur obſtare, quominus cibi ex ea ſumantur, menſæ enim omnino planæ eſſe ſolent: non ſuperfluè tamen huic menſæ ſanctuarij, labium & non quodcumque, ſed aureum ponitur, quia ſacra ſcriptura hac menſa adumbrata non per quæcumque labia ſed verè aurea diſpenſanda eſt. *Qui habet immunda labia* (ait Petr. Cellenſ.) *non habet labia ſacerdotis, quæ cuſtodiunt ſapientiam, non pertinet ad menſam donec vnus Seraphim forcipe de altari tangat labia eius.* ſed expreſſius Rabanus Maurus, (Rab. Maur) *Labium aureum fit menſæ per circuitum, quia doctrina ſacri eloquij per mundiſſima nobis prædicatorum fidelium ora miniſtratur, neque illorum locutio qui diuina nobis arcana tradiderunt, humanæ confabulationis ſermonibus vllatenus contaminari conſentiebat, quin potius non tantum nociua, ſed & otioſa hominum verba grauiter ferre & redarguere curabant.*

Ex ſacra ſcriptura concionatores auditoribus ſuis gloriam pollicentur.

195. *Inaurabis eam auro puriſſimo*, cui apponitur labium aureum per circuitum, & illi labio adhuc corona: quis coronis præminentibus vidit menſas circumcingi, ne ornamenti quidem gratiâ? ecce tamen menſa ſanctuarij non labio aureo ſolum ſed & corona ambitur. quid hoc eſt? niſi ex ſacra ſcriptura quæ eſt mẽſa ciborum ſpiritualium labia concionatoris aurea, ſuis auditoribus gloriam nempe coronam polliceri. *Labio corona additur*, proſequitur præfatus Auctor, (Ach. Mag.) *quia lingua prædicantium ſuis auditoribus retributionem vitæ promittit æternæ* non diſcrepat Pet. Cellenſ. *Addit ipſi labio coronam interraſilem, vt corona exhibeat quod ſcriptura promittebat, & mordeat profeſſionem labium coronam brauij, tam fideliter ſoluens debitum, quam veraciter continuans promiſſum.*

Sacra ſcriptura labij eſt vnius & in omnibus ſemper concors.

196. *Inaurabis eam auro puriſſimo, facieſque illi labium aureum*, cur non labia, cum binum ſit in omnibus labium? vnum huic menſæ ſolum imponitur, ſacra enim ſcriptura vnius labij & aurei, & in omnibus ſemper ſibi cõcors eſt. (Abb. Cell.) Nõ labia ſed labium (inquit Petrus Abb.) aureum fit in menſa ſcripturæ diuinæ, quia non recipit hæreſes, & ſchiſmata, quæ garriunt Patre Filium, & Filium minorem Spiritu ſancto: aſſerit autem ſcriptura diuina vnitatem Trinitatis, & Trinitatem vnitatis, dicens, Iſrael Dominus Deus tuus vnus eſt, aureo itaque labio plenitudinem ferculorum, & ſummam dapum concordi prædicatione mẽſa eructans, non inflatione buccæ, & labiorum diſtenſione vtitur, loquens grandia, & magnificans labia ſua: quidquid ergo eloquium ſonat diuinum, & vnum eſt fidei vnitate, & aureum ſenſus profunditate, vnum ne dilanietur errore ſchiſmatico, aureum, ne vileſcat ſermone nudo & ruſtico.

Celſitudo noſtræ gloriæ in ſcriptura quatuor Euangeliorum deſcribitur.

197. *Inaurabis eam auro puriſſimo*, & facies illi labium cui imponitur corona quatuor digitis alta, cur potius quatuor, quam quinque vel ſolum tribus? ſuppono digitis libros deſignari poſſe, quia nimirum & tabulæ legis digito Dei ſcriptæ referuntur, & in Euangelio Dominus diſtrictionem legis temperaturus, digito ſcribebat in terra, dicens de adultera, quam accuſabant Phariſæi & Scribæ, ſi quis veſtrum ſine peccato eſt, primus in illam mittat lapidem Luc. 11. quo poſito, recte corona illa quatuor digitis alta iubetur eſſe, quia celſitudo noſtræ (Luc. 11.) gloriæ

gloriæ per coronam deſignata, in libris quatuor Euangeliſtarum deſcribitur. annuit Vene. Beda. *Bene ipſa corona quatuor digitis alta fieri præcipitur, quia celſitudo nobis coronæ perennis per quatuor ſancti Euangelij libros oſtenditur, vel quod per cuſtodiam euangelicæ fidei, & operationis ad coronam nos vitæ peruenire oportet.* Beda.

Gloria non omnibus æqualis, ſed vnicuique ſecundum merita datur.

198. *Inaurabis eam auro puriſsimo*, nō ſine labio cui imponitur corona, nō quælibet ſed interaſſilis, cur non pura & ſimplex? vocatur opus interaſſile quod non totum ſculptum aut cœlatum, ſed partim atque interiectis ſpatiis, ſicque non æqualis fuit hæc corona: ſed hinc inde cauitatibus per artem inciſis ornata, cur cum eſſet corona, & hæc vna per omnes partes non fuit ſibi æqualis? nonne eâ denotatur gloria? merito ergo interaſſilis eſt, quia beatitudo licet vna ſit in ſe, omnibus tamen non æqualiter confertur, ſed ex meritorum diuerſitate. *Animaduerte* (obſeruat Abb. Cell.) *coronam intranſilem propter meritorum & præmiorum diſcretionem, fomentum ſiquidem negligentiæ & alimentum eſſet iniuſtitiæ, ſi præmium coæquaret: quis vigilias excoleret, ſi vigiliarum fructum dormiens decerperet? quis corpus ſuum ignibus, ieiuniis, macerationibus, & innumeris paſſionibus contorqueret, & decoqueret, ſi tam bene ſonaret nudu & molle corium in do... ſuis, quam clare reſonat tympanum in diſtenſionibus aſſiduis? non ſtella differret à ſtella in claritate, ſi merita meritis præiudicarent in pondere ... na ergo intranſ... is eſt, quæ labio aurea ſuperponitur: quia in d... ſt... ctione mandatorum ſequi... d... ti remuner... num.* Sane corona Domini pura eſſet, & non ... aſſilis, ſi claritas fut... æ t... orum retributio ... æqualis omnibus pa... d... etur, corona menſæ Domini, variis diſtincta ſculpturis, ſed competenter ordinatis app... ta eſt, æterna e... vita futura omnibus iuſtis ... omi... a, ſed multiformis in illa pro diuer... te meritorum gloria eſt ſingulorum. Abb. Cell.

Præter gloriam eſſentialem, etiam aureola aliquibus conferuntur.

199. *Inaurabis eam auro puriſsimo*, fiat ei labium cum corona interaſſili, ſuper quam altera corona aureola, cur tot coronæ: nonne vna erat ſufficie... iſſima ad menſæ ornamentum? cum hæc enim vndi... circumcingeret menſam, quatuor digi..., variiſque ornata ſculpturis, altera videtur ſuperflua. ne ſuperfluam dixeris, hæc enim denotat aureolas quaſdam, quæ præter eſſentialem glo... m aliquibus conferuntur. ſic explicat toties ... it. Beda. *... e illorum poteſt præmio intelligi, qui generalia ſcripturæ ſanctæ mandata ſpontanea vita per... ctioris electione tranſcendunt; ideoque ſpecia... em præ... æt ... ris fidelibus ... ibutionem voluntariæ ... blationis expectant: corona aurea quatuor d... gitis alt..., lab... menſæ aureo apponitur, cum per ... uange... ium ... qui mandata legis cuſtodiunt, æterna vita promittitur, dicente Domino ad diuitem Matt. 15. ſi vis ad vitam ingredi ſeruat... mandata: ſ... d eidem coronæ altera corona aure... la ſuperponitur, cum protinus ſub infertur, ſi vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo & veni ſequere me.* Matt. 15.

Non ſolum retributio bonorum operum, in futuro corona eſt, ſed etiam ipſa bona in præſenti.

Inaurabis eam auro puriſsimo, quæ habet labium: corona nuncupari poſſunt ſanctorum videlicet ora doctorum, quod labium per circuitum ducitur, dum à ſanctis Doctoribus nihil vſpiam emendatum relinquitur, quaſi namque labium per circuitum menſæ ſancti Doctores ſunt, dum authoritate ſacræ ſcripturæ, vndique malos à malo redarguunt, & ad meliora bona erudiunt: duæ coronæ quæ ſequuntur, quorum vna dicitur interaſſilis, altera aureola, duo ſignificant iuſtorum bona, vnum in mundo, alterum in cœlo: prima ſignificat iuſtitiam, ſecunda remunerationem ſupernam, prima meritum, ſecunda prœmium, prima bonam conſcientiam, ſecunda ſequentem gloriam: verum licet gloria & retributio poſſit dici corona, an meritum ſic nuncupari non meretur? reſpondet Hugo Victor *Vtraque rectè corona comparatur, tum quia perfecta ſunt, tum quia bona conferunt.* 200. Præf Doct.

Sanctorum bona opera exercitio quatuor virtutum cardinalium extolluntur.

Inaurabis eam auro puriſsimo, cui præter labium addetur corona quatuor alta digitis: ſi vt diximus, huiuſmodi coronâ bona operatio ſanctorum intelligitur, quæ interaſilis dicitur, quia multiplex, & varius effectus eſt nunc bonæ operationis, cur alta hoc digitorum numero debuit eſſe? ad quid enim hæc determinata menſura? reſpondet præf. Hugo Victor. *Quatuor digitorum eſt alta, quia ſanctorum iuſtitia, operante virtute Spiritus ſancti, gratia ſuſtollitur exercitatione quatuor virtutum principalium; in digitis enim gratia Spiritus ſancti, in quatenario virtutes quatuor prudentia, fortitudo, iuſtitia, temperantia figurantur.* 201. Hugo Vict.

Corona ex operibus eſt.

Inaurabis eam auro puriſsimo. Cui præter labium, impones etiam coronam quatuor altam digitis alij, facies ei coronam palmi, neſcio cur palmum, aut digitos nominat? quis enim nexus digitorū & coronæ? nonne digitis opera ſignificantur? manu enim & digitis plura perficimus, tum digiti ſolent nominari, cum in opere aliquo potentia, ac præſtantia, ac denique perfectio commendatur. ſic Magi Pharaonis potentiam Dei admirati exclamauerunt, digitus Dei hic eſt Exod. 8. ſic Dominus dixit, Luc 11. porro ſi in digito Dei eiicio dæmonia: ſic ſanctus Dauid Pſal. 8. quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum, & cur corona illa dicitur quatuor alta digitis? quia corona datur non otio torpentibus ſed operantibus, non quieti vitioſæ indulgentibus, ſed bonis operibus. 202. Exod. c. 8. Luc. 11. Pſal. 8.

A

Exprimi ferè non poteſt, quo præmio remunerandi ſunt beati.

203. *Inaurabis eam auro puriſſimo*, cum labio & corona interaſſili, & ſuper illam alteram coronam aureolam facies, Cald. circulum aureum ipſi coronæ interaſſili, per circuitum, ſi Cald. vocat circulum aureum vel coronam auream, cur Vulg. interpres coronam aureolam ſolum vocauit? cur ita diminute loquitur? quoniam dum in hac vita ſumus, ſatis intelligere non poſſumus, quanta miſericordiæ merces ſit repoſita in cœlo, ignaris quidem & procul ſpectantibus coronula videtur, ſed eſt re vera maxima atque ampliſſima corona. annuit Richar.
Rich. Vict. Victor. in expoſit Tabern. *Quod corona dicitur aureola idem valet ac ſi diceretur modica & aurea, eſt autem modicum quid, quidquid vis humana capit de eo quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.*

B

Gloria obiectiua fine & principio caret, & formalis præcipue charitati debetur.

Inaurabis eam auro puriſſimo, quam labio circumcinges, cui & coronam impones auream, quâ gloriam electis debitam diximus denotari. ſed cur merces tali corona ſignificatur & hac aurea? nonne charitatis ſymbolum eſt aurum? ſicut enim inter omnia metalla præſtantiſſimum, ſic charitas omnibus aliis virtutibus ſupereminet: tum nonne corona principio & fine caret? quo poſito audiamus noſtrum Bernard. Senenſ. ſerm. 60. in quadrageſ. [illegible] de religione Chriſtiana art. 1. c. 1. *Comparatur talis merces coronæ aureæ, propter meritum & propter præmium: propter meritum, quia ſicut corona eſt aurea, ſic tale præmium non reſpondet generi operis, ſed radici charitatis & aliis virtutibus, gratiâ charitatis: nam ſi filialis charitas amittitur, illud præmium nulli datur [illegible] charitas in auro incorruptibili denotatur: & propter præmium, quia coronæ quantum in ſe eſt, non eſt reperire principium neque finem, ſic in præmio quod ſancti conſequuntur, qui eſt Deus, non reperitur principium nec finis.* 204.
S. Bernard. Senenſ.

VARIET. LECT. à Verſ. 26. ad 28.

Vulg. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiuſdem menſæ per ſingulos pedes.

Sept. Et facies quatuor annulos aureos, & impones quatuor annulos in quatuor partes pedum illius ſub corona.

Cald. Pones eos ſuper quatuor angulos, qui ſunt ad quatuor pedes eius.

Mont. Dabis annulos ſuper quatuor angulis, qui quatuor pedibus eius è regione clauſuræ.

C

Vulg. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur per eos, & poſſit menſa portari.

Sept. Et erunt annuli in thecis ipſis geſtatoriis, ad portandum in eis menſam.

Cald. Contra coronam interaſilem erunt annuli.

Onk. Ex aduerſo clauſuræ erunt circuli loco vectium, ad portandum menſam.

Mont. Erunt annuli in domos vectibus, *ſic Caiet.*

Pag. Contra clauſuram erunt annuli intra vectes.

Oleaſt. Erunt annuli iuxta clauſuram, aut coniuncti ad clauſuram.

Vatab. E regione clauſuræ erunt loca vectibus.

Vulg. Ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim, & circumdabis auro ad menſam ſubuehendam.

Sept. Et facies geſtatoria de lignis imputribilibus, & inaurabis ea auro puro, & portabitur in eis menſa.

Arias. Et facies vectes ligna ſethim.

CONCORDIA.

Vulg. habet ſubter coronam, Hebraice autem לְעֻמַּת הַמִּסְגֶּרֶת lehummath hamiſgeret, dictio autem lehumath & ſubter, & è regione, ſiue ex aduerſo, aut contra ſignificat, ſed Oleaſt. omnibus contradicens, ait, omnes noſtri hic vertunt contra, vel è regione, ſed meo iudicio non recte, nam radix leumat, quod hic vertunt contra vel è regione, eſt à mit, quod ſignificat ſocietatem, iuxta illud Leuit. 6. vel oppreſſerit, & amito, id eſt ſocium ſuum, & eodem cap. & negauerit beo mit, id eſt ſocio ſuo. vnde leumat putarem potius ſignificare ſocietatem: ſed non male vertiſſe teſtatur Sanctes Pagnin. in Theſauro linguæ ſanctæ in verbo
Leuit. 6.

D

לְעֻמַּת יַעֲמַת vim habet præpoſitionis iuxta, contra, ex aduerſo, è regione, Exod. 25. לְעֻמַּת contra clauſuram, vel è clauſuræ regione erunt annuli. & 1. Reg. 7. & capitella ſuper duas columnas etiam de ſuper לְעֻמַּת הַבֶּטֶן è regione ventris, id eſt loci medij; 2. Reg. 16. & ſimhi ambulauit in latere montis, לְעֻמָּתוֹ contra ipſum eundo, lapidabatque lapidibus לְעֻמָּתוֹ contra eum Ezec. 1. rotæ eleuabantur לְעֻמָּתָם contra ea, eu vt non male redditum eſt aduerbium contra vel è regione! recte reddit noſter interpres per hæc verba vt mittantur vectes per eos, hunc Hebraiſmum לְבָתִּים לְבַדִּים in domos vectibus, vel pro domunculis vectium. 1. Reg. 7. Ezech. 1.

EXPOSITIO.

QVatuor circulos aureos, in ſuperioribus veſtibus dicta ſunt de iis quæ pertinent ad ſuperiorem menſæ diſpoſitionem, nunc igitur de iis quæ reſpiciunt inferiorem: circulos ergo aureos iubentur fieri, ſcilicet opere fuſorio, *& pones eos in quatuor angulis*, eiuſdem menſæ, non quidem affigendo eos corpori menſæ, ſed pedibus, ita vt circuli ſinguli per ſingulos pedes ipſius menſæ diſtribuantur, an autem huiuſmodi circuli poſiti fuerint in lateribus, longitudinis vel latitudinis, adhuc ſub iudice lis eſt: qui tenent in lateribus latitudinis poſitos fuiſſe, ideo eſt vt menſa à quatuor viris portaretur, ſi enim poneretur, inquiũt, in lateribus longitudinis, non poſſet propter anguſtiam iſtorum laterum commode portari, niſi à duobus, oportebat autem vt à quatuor portaretur, propter pondus menſæ & panum qui ſemper erant coram Domino. qui contrarium aſſerunt, facile his fundamentis reſpondent dicentes, experientia conſtare, res etiam arctiſſimas à quatuor baiulis ferri poſſe, & menſam hanc non à quatuor, ſed à duobus portari ſolitam, neque enim tanti ponderis fuit, vt quatuor fuerint neceſſarij ad illam huc illucque deducendam.

Subter coronam erunt circuli aurei, ſignificat annulos hos non fuiſſe in inferiori parte, vel pedum vel menſæ, ſed fere iuxta ſummum pedum: ex vocula *ſubter* etiam non debet colligi hos anuulos poni in ipſo aſſere, ex quo menſa conſtabat, hoc enim ad vſum & ad deportationem fuiſſet incommodum, ſed vt dixi in pedibus, qui erant ſub corona & menſa, *vt mittantur vectes per eos*, quod verbum mittendi ſignificat traiectionem; non enim aſſentimur Ioſepho dicenti, vectes (ſeu vt ipſe vocat manubria) non fuiſſe, per annulos traiecto, ſed fibulato morſu internè menſæ labium, ſuperne vero pedes annulum comprehendiſſe, *ipſos quoque vectes facies de lignis ſethim*, laminis aureis tamen contectos.

CONCEPTVS.

In ſcriptura ſacra quatuor ſenſus inueniendi.

205. *Quatuor quoque circulos aureos præparabis*, quatuor circuli aurei, quatuor Euangeliorum ſont libri, per quorum fidem contigit, vt omnis ſcriptura ſancta per mundum legeretur & intelligeretur: verum cur quatuor pedibus cõſtat menſa: plures etenim tribus contentæ ſunt, vt experientia conſtat quotidiana: quatuor ei pedes aſſignantur, vel quia quadriformi ratione omnis diuinorum eloquiorum ſeries diſtinguitur, namque omnibus ſanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænuncientur, quæ agenda præcipiantur, vel moneantur: vel quia verba cœleſtis oraculi vel hiſtorico intellectu, vel allegorico vel tropologico, id eſt morali, vel anagogico ſolent accipi.

Cum quis dubius eſt de veritate, ſacram conſulat ſcripturam.

206. *Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis*, ſane vbi quis ambigit de eo quod proponitur, quodammodo quaſi annulum incurrit, ambiguitas & hæſitatio angulum facit, vbi quid eligendum ſit, non facile occurrit, ſæpe dubitatus de vero, vtrũ verum ſit, ſimiliter & de falſo. vtrum falſum ſit: ſæpe hæſitatur de faciendo iuſto, de faciendo vel non faciendo iniuſto. quid ergo nobis agendum? circulum menſæ ſanctuarij ponamus, noſtra dubia menſæ ſpirituali, nempe ſacræ ſcripturæ approximemus, & veritas fiet nobis manifeſta. neſcio ſi ad hoc reſpiciens D.
S. Baſil. Baſil Mag. in epiſt. 1. ad Greg. theologum ait, *Ab ſcriptura vnuſquiſque tanquam ab officina, medicinæ appoſitum ſuæ infirmitati medicamentum inuenire poterit: infirmitas eſt mentis dubium de his quæ ſunt agenda vel fugienda, menſæ ſpirituali ſacræ ſcripturæ appropinqua, & Deo dante, ab hac infirmitate curaberis*. Vnde D. Augu. lib. S. Auguſt.
9. confeſſ. c. 4. videns à Manichæis diuinas contemni litteras. *Quam vehementi* (inquit) *& acri dolore indignabar Manichæis, & miſerebar eos rurſus, quod illa ſacramenta, illa medicamenta neſcirent, & inſani eſſent aduerſus antidotum, quo ſani eſſe potuiſſent*: quaſi diceret, de rebus fidei dubitabant, & nihilominus ita mente obcæcati, vt conſulere diuina negligerent oracula.

Quo diuinis mandatis firmius innitimur, eo altius erigimur.

207. *Quatuor quoque circulos aureos præparabis*, qui in quatuor eiuſdem menſæ angulis ponentur, per ſingulos pedes: ſecundum numerum pedum, ait Richard. attende quadripartitum mandatum, pes primus præceptio, ſecundus prohibitio, tertius commonitio, quartus conceſſio: præceptio in his quorum perpetratio eſt ad meritum, declinatio ad reatum: prohibitio in his quorum perpetratio eſt ad reatum, declinatio ad meritum: commonitio in his quorum perpetratio, ſic eſt ad meritum, vt declinatio non ſit ad reatum: ceſſio in his quorum declinatio ſic eſt ad meritum, vt perpetratio non ſit ad reatum, in præceptis maximè opus eſt approbatione, in prohibitis improbatione, in commonitione opus eſt perſuaſione, in conceſſis diſſuaſione. verum cur mandata pedibus comparat? quid enim commune inter pedes & præcepta? optime reſpondet. *Pedibus totum corpus innititur & ad ſtatum erigitur, quanto autem diuinis mandatis firmius innitimur, eo perfectius ad ſtatum rectitudinis erigimur.* Rich. Vict.

Doctores vt aliis quæ recta ſunt ſuadeant, ab Euangelica lect[i]one non recedant.

208. *Quatuor quoque circulos aureos præparabis,* qui in quatuor angulis ponentur, ſed ſubtus coronam erant circuli aurei, vt immitantur vectes per eos. cur ſubter coronam erunt circuli? quia libris ſancti Euangelij in hac vita viuimus, coronam vero vitæ ſupernæ futuram in cœlis ſperamus, verum cur per hos circulus immittuntur vectes ad ſubuehendam menſam? reſ-

Beda. pondet Vener. Beda c.6. lib.1. de Tabern. *Quia doctores ſancti, vt verbis ſacri eloquij corda audientium reficiant, ipſi per omnia mentem ſuã neceſſe eſt in Euangelica lectione fixam teneant, quatenus ad fidem ſenſumque illius omnem interpretationis ac doctrinæ ſuæ intentionem dirigant: curentque ſedulo, ne quid aliud agendum, ſperandum, amandumue in ſcripturis omnibus, quam quod in Euangelij libris inuenitur, doceant. qui dum vniuerſa ſcripturarum eloquia ad eam, quæ in Euangelicis ſcripturis eſt, fidem ac dilectionem referunt, quaſi totam Domini menſã cum panibus ac vaſis ipſius in quatuor circulis portant.*

Quatuor virtutibus cardinalibus menſa ſpiritualibus fulcitur.

209. *Quatuor circulos aureos,* qui ponendi ſunt in quatuor angulis menſæ per ſingulos pedes, quinam ſunt pedes morales, quibus menſa ſpiritualis animæ fulciri debet? an obedientia vſque ad mortem? charitas vſque ad ſanguinem? caſtitas vſque ad carnalium deſideriorum mortificationem? humilitas vſque ad extremam dilectionem? an quatuor pedes, illius ſont ſenſus hiſtoricus, allegoricus, moralis, & anagogicus? perpoliti quidem pedes, ſed alios

Abb. Cell. inuenit Abb. Cell. 2.p. de Tabern. nempe quatuor virtutes Cardinales, ſic enim ait. *Vno pede iuſtus incedit prudenter, alio fortiter, tertio iuſte, quarto temperanter & ſobrie.*

In Prælatum vir iuſtus & bonus ſeligendus, omnia à ſe ſuperflua abiiciens.

Quatuor aureos circulos præparabis, nec non vectes de lignis ſethim, per vectes quibus ferenda eſt arca, non pauci Prælatos intelligunt. ſed quid commune inter vectes & Prælatos? vectes enim illi lignei eſſe debent. Præſul autem non ligneus non ſtupidus, ſed bene ſenſatus, ad vectem faciendum ferrum requiritur, vt ſcindatur & poliatur. Prælatus nihil ferreum debet habere, ſed ſummæ debet eſſe humanitatis, nonne in ſcriptura per lignum vir iuſtus frequenter ſignificatur? ſicut Ioan. 14. lignum ſi præciſum fuerit rurſum vireſcit, & pullulant

Ioan. 14. Luc. 23. Pſal. 1. rami eius, & Luc 23. Chriſtus ait, ſi hæc faciunt in viridi, ſubauditur in ligno, in arido quid fiat? & Pſalm. erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: nonne etiam ferro præſcindimus ſuperflua, & quæ nocere poſſunt? die ergo recte vectibus Præſules denotari, quia ſicut lignum ex quo fit vectis, denotat iuſtum, ita non ſeligendus Prælatus niſi ſanctus: & ſicut ad vectem, ferrum requiritur ad eius ſuperflua amputanda, ita in ſuperiore ferrum diſcretionis neceſſarium, ad præſciodenda quælibet in eo vitioſa & imperfecta.

Abſal. Abb. hæc mens eſt Abſalonis Abb. ſerm. 28. Ad vectem faciendum lignum neceſſarium eſt, quia in prælatum vir iuſtus & bonus eſt eligendus, vectes iſti nõ de quolibet ligno fiũt, ſed de ligno ſethim, lignum ſethim imputribile eſt & leue, albæ ſpinæ, vt dicitur, habens ſimilitudinem: ſic prælatus imputribilis eſſe debet per munditiam mentis. i. à corruptione vitiorum immunis: debet etiam eſſe leuis, vt à pondere peccatorum liberatus, ſurſum feratur deſiderio cœleſtis beatitudinis, prælatus etiam albæ ſpinæ comparatur: ſicut enim ſpina pungit, ita & ille ſeueritate diſciplinæ vitia pungere debet zelo iuſtitiæ, non liuore malitiæ, quod notatur in eo quod non cuilibet ſpinæ, ſed albæ comparatur: ferrum etiam ad vectem faciendum neceſſarium eſt, quo rami ſuperflui præcidantur, hoc ferrum iudicium diſcretionis accipiendum eſt, quo prælatus delicias & voluptates huius ſæculi, à ſe præcindere debet, puta luxum, ſuperfluitatem ciborum, verba & facta ſæcularium hominum vi[t]am redolentia, ne in iſtis tanquam in ramis quibuſdam à ſua conuerſatione procedentibus ſubditi ipſi offendant. nam ſi quis in via frequentata lignum ramoſum ex tranſuerſo poneret, tranſeuntes in illo pedibus offenderent & plerumque læſionem paterentur. ſic etiam prælatus, qui alios in via Dei præcedere debet, ſi voluntate ſæculari tanquam ramis, quibuſdam vita eius pullulauerit, offenſionem præſtant his qui eum debent imitari. ponamus exercitum cum duce ſuo, conſtitutos in acie, & cum hoſtibus congreſſuros, ſi dux belli forte aberrauerit, milites in fugam conuertuntur: ita etiam prælatis & ſubditis cum ſteterint in prælio Domini, contra ſpirituales nequitias pugnaturi, hinc Dominus in Euang. dicit: qui

Matt. 18. ſcandalizauerit vnum ex his puſillis, expedit ei vt mola aſinaria ſuſpendatur in collo eius, & demergatur in profundum maris.

Prælatus non eloquentia humana, ſed diuina ſapientia præcellat.

Quatuor circulos aureos præparabis, nec non vectes de lignis ſethim, quos tamen auro circumdabis. nonne ſatis eſt vt argento cooperirentur, cum ſolum inſeruire debent arcæ deuehendæ? aurum denotat ſapientiam diuinam, ſicut argentum eloquentiam humanam. bene ergo vectes quibus prælati deſignantur, auro non argento circumdantur, quia præſules non ſolum eloquẽtia humana, ſed diuina ſapiẽtia præcellere debent. ſic præfatus Abbas. Per arcam di- Abb. Abſal.
uina ſapientia deſignatur, per quam in præſenti vita erudimur ad ſanctitatem, & ad futuræ vitæ amorem accendimur, quam continet lex & prophetæ, & euangelia, & cætera ſacræ ſcripturæ de qua ſcriptum eſt, ſapientia quæ deſurſum eſt, primo quidem pudica, deinde pacifica. hac ſcientia prælatus quodammodo operiri debet, vt ſciens mandata Dei, faciat ea: quia intellectus bonus eſt facientibus eum:

vt autem Prælatum Eccleſiæ ratione ſimilitudinis auro comparemus, attende quod aurum in ſole poſitum lucet, flammaſcit, & ſcintillat: Sic Paſtor Eccleſiaſticus in ſole, hoc eſt, in euidenti ſupra Eccleſiam Dei conſtitutus, lucere debet exemplo bonæ operationis, ſicut ſcriptum eſt. Luceat lux veſtra coram hominibus, &c. flammaſcere debet intus igne charitatis, vt ſit lucerna non ſolum lucens, ſed etiam ardens, ſicut Propheta dicit, qui facit Angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos flammam ignis. Sic etiam & Prælatus ſcintillare debet, vt ſicut fomes ignis ſcintillas ex ſe emittit cum tangitur, ſic & ille de igne charitatis, ſcintillas ſanctæ deuotionis, & meditationis emittere debet, cum à Deo per gratiam viſitatur. Operies, inquit, eos auro puriſſimo, non dicit argento, ſed auro. Sicut enim per aurum ſapientia, ita per argentum eloquentia deſignatur, non enim debent Rectores Eccleſiarum vacare eloquentiæ, allegationibus ſtudere, tumultus cauſarum procurare, litibus à mane vſque ad veſperum intereſſe, totum ſe alijs impendere nil ſibi, quæ omnia magis Iuſtiniani quam Auguſtini decent imitatorem.

Matth. 5. Pſal. 103.

In Prælatis ſint maceratio carnis, virtutes igne charitatis accenſæ deprecationes quotidianæ pro populo, & pro ipſius ſalute deſiderium quodlibet patiendi.

210. *Quatuor circulos aureos præparabis*, Sept. quatuor annulos aureos, per quos vectes inducendi ſunt. Si vectibus Prælati denotantur, cur per quatuor annulos inducendi? nonne duo ſufficerent? ſic enim in arca, quæ non adeo grauis erat, defetri poſſet: quatuor in Leuitico legimus fuiſſe officia ſacerdotum, ſcilicet immolare carnes animalium, aromata accendere, orare pro populo, ſemel in anno cũ ſanguine intrare in Sancta ſanctorũ. Quo poſito ſic reſpondet Abſalon, Is ergo qui præeſt, primo debet carnes immolare per macerationem carnis, vt offerat corpus ſuum hoſtiam ſanctam, viuentem, Deo placentem, vt caſtiget corpus ſuum, & in ſeruitutem redigat, ne cum alijs prædicauerit, ipſe reprobus efficiatur. Ad hoc valet experiri diætam refectorij, duritiam lectuli in dormitorio, longos tractus matutinorum, aſſiduitatem clauſtri, veſtium aſperitatem, & cætera huiuſmodi quibus domatur corpus, & animæ ſubijcitur imperio: debet etiam Prælatus aromata accendere, hoc eſt, virtutes animi igne charitatis inflammare, vt dum omnes virtutes animi charitate mouentur interius, reddant odorem ſuauiſſimum quo delectetur Deus: & attende quoniam aromata, quandoque accenſa in altari, quandoque in manu geſtata, quandoque pilo contrita in puluerem, odorem reddunt. Igne accenſa reddunt odorem in altari, quando charitate cooperante, virtutes in mente mouentur affectu deuotionis: in manu geſtata, reddunt odorem cum foris mouentur ad fructum bonæ operationis. Pilo vero contrita reddunt odorem, quum homo virtutibus acceptis, ſeipſum paruulum, & humilem computat, & propria æſtimatione in puluerem ſe redigit, vt Paulus, Venit, inquit, Ieſus, in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum: & Propheta: Ego ſum vermis & non homo. Tertium officium eſt Prælati orare pro populo, vt ſit mediator Dei & hominum, & orando auertat indignationem illius ab eis. Talem ergo ſe exhibere debet is, qui præeſt, vt delectetur Deus in orationibus eius, & poſtulata tanquam delicato filio libenter tribuat, ſiue pro ſe, ſiue pro populo oranti. Nam ſcriptum eſt, ſi is qui diſplicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Quartum Prælati exercitium eſt, cum ſanguine intrare in Sancta ſanctorũ, quod eſt ſanguine fuſo pro Chriſto regnum cœlorum obtinere: ſicut enim ſcriptum eſt: bonus Paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis, vt tempore tentationis imminente ipſe magis velit mori in corpore quam permittat aliquem de ſubditis ſuis animâ perire. vnde B. Gregor. exponens illum locum Apoſtoli, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat, dicit per bonum opus ibi martyriũ deſignari. In primitiua enim Eccleſia tantæ perfectionis erant Prælati, vt in Eccleſiaſticis dignitatibus magis coronam martyrij quam culmen honoris affectarent. Prædictis ergo anulis aureis vectes inſeri iubentur, vt nunquam abſtrahantur ab eis: quia Prælato non ſufficit vita interaſſilis, id eſt, vita interciſa, vt modo bonus, modo malus ſit. Sed ſemper formam ſanctitatis, & bonorum operum debet habere, in quibus ſubditi eum imitentur.

Præfatus Abbas. 1. Timo 1. Pſalm. 21. Ioan. 10. 1. Tim. 3.

VARIET. LECT. Verſ. 29.

Vulg. Parabis & acetabula, & phialas eius, & thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina, ex auro puriſſimo.

Sept. Et facies catinos eius, & thuribula, & libatoria, & cyathos, in quibus libabis in eis ex auro puro facies ea.

Alij, Facies diſcus.

Cald. Facieſque & acetabula eius, & phialas eius, &c. ex auro puriſſimo facies ea.

Onk. Facies ſcutellas eius, & cochlearia eius, cantharos, & cyathos quibus libabitur.

Mont. Et facies medios calamos, & cyathos eius, quibus libabitur in eis, aurum mundum facies eos.

Cajet. Facies & mundatoria eius, in quibus offerenda ſunt libamina, quibus parabitur in eis.

Vatab. Facies opercula eius, & crateres eius, quibus tegatur, ex auro mundo facies ea.

Tiguri. Et facies mediatas fiſtulas, *alij*, ſemis fiſtulas, & purgatoria inſtrumenta.

Forſterus, Et facies patinas & cantharos.

CONCORDIA.

CVm valde obſcurum ſit ſignificatum horum inſtrumentorum, & difficile inueſtigatu, cuius generis, & formæ ſint: noſter interpres nomen Hebræum קערת keharoth vertit acetabula hîc, & alibi paſſim, præterquam Num. 4. vbi vertit thuribula, alij ex Hebræo ſcutulas, vel ſcutellas, vel patinas: Oleaſt. addit, non eſt coniectura certa ad inueniendam propriam ſignificationem. Sept. vero τρυβλία quod Latinus interpres catinos vertit, vel diſcos. Secunda vox eſt כפות, à ſingulari כף caph, id eſt vola manus aut planta pedis, quæ eſt à radice כפף quæ propriè ſignificat curuare, inde chippach, id eſt ramus, ſic à curuitate dictus, ſic & cochlear quod curuum ſit, ad modum volæ manus, vnde & cappot, id eſt palma, A quod modum manus, ſeu volæ habeat. Quod noſter interpres hîc, & alibi phialam, licet aliquando mortariolum interpretetur. Sept. vocem hanc vbicumque pro vaſculo ſumunt. Reddunt θυΐσκας, quod noſter interpres thuribulũ vertit, & alij mortariolum. Tertia vox eſt קשות à noſtro interprete hic & alibi crateres redditur, alij medios calamos, dimidiatas fiſtulas, vel cantharos vertunt. Oleaſt. dicit ignotæ eſſe ſignificationis. Sept. vbique σπονδεῖα, vel σπονδία, hoc eſt libatoria. Vltima vox eſt מנקית menakijot, quæ à noſtro interprete & Sept. vbique ciathos redditur, à Vatab. crateres, ſed ab alijs purgatoria inſtru- B menta. Verbum enim נקה nakah, à quo emenakijot, ſignificat mundare.

EXPOSITIO.

P*Arabis & acetabula, & phialas, &c.* Plures ſunt qui hæc omnia non ad menſam panum propoſitionis pertinere volunt, nimis anguſtam, vt hæc omnia contineret, cum duplici ordine panum: alij licet ad eius vſum ſpectare velint, tamen non in ipſa menſa, ſed alio in loco reponi defendunt. Verum c. 27. diſertè aſſeritur, hæc fuiſſe ad varios vſus menſæ, acetabula, vbi in Hebr. & Cald. habetur & vaſa quæ erant ſuper menſam: adde etiam non debilem rationem, quod hoc loco in Hebr. & Cald. ad horum ſingula addatur affixum, acetabula eius, phialas eius, quod aliud nihil referre poteſt, quam quod immediatè anteceſſit menſam ſcilicet, tum cur eorum hîc fieret mentio, ſi menſam eiuſque vſum non reſpicerent, maximè cum præcedens, & ſequens verſus ſint de menſa propoſitionis? exponamus ergo hæc omnia.

Acetabula, vaſis potius formam reſpexit quam magnitudinem interpres, illud enim nomen, paruum vas ſignificat, ſcilicet aceto reponendo, & intingendis eo in menſa obſonijs deputatum. Hoc tamen magnum fuit, vt ex vſu patet: nam huiuſmodi acetabula arbitror fuiſſe crateres aureos, quibus ſinguli panes imponebantur. *Et phialas*, per quas intellige vaſa quibus imponebatur thus ſupra panes ipſos, vas igitur illud fuit concauum puriſſimi incenſi granis plenum, panibus ipſis imponendum, & ſi Philoni fides adhibeatur, aliud quoque vas erat ſale plenum, quod iiſdem panibus imponebatur, id quod propter Dominicum præceptum factum videtur fuiſſe, in omni oblatione tua offeres ſal: *& thuribula*, oper- C cula quædam erant quibus tegebantur thus & panes propoſitionis ne à muſcis vel à puluere fœdarentur. *Et cyathos*, vaſa in quibus vinum pro panibus libabatur. Ait doctiſſimus Villelp. lib. 2. explan. p. 2. in Ezech. c. 41. lib. 4. textum voluiſſe forte indicare libationem hãc vini, ſingulis ſabbathis factam fuiſſe, tunc cum panes inferendi erant in ſanctum, atque conſummato vino, ne aceſceret vna cum panibus apponebantur in menſa, vaſa huiuſmodi libamentorum perpetuum memoriale, oblati ſimul panis & vini huius libationis, teſtis eſt Ioſephus 1. Bell. c. 5. Villelpan. Ioſeph.

CONCEPTVS.

Non idem eloquium diuinum auditoribus effundendum.

211. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* cur tot vaſa ad offerenda libamina iubentur fieri? nonne vnicum pluribus inſeruire poſſet? ne multiplicentur, cum ſecundum aliquos ea continere non valeat menſa; pondera ea ad vſum menſæ per quam ſcriptura diuina denotatur pertinuiſſe. Dic ergo varia vaſa ad offerenda libamina facta, quia variæ debent eſſe diſtinctiones eloquij diuini pro diſpari audientium capacitate. *Non enim vna*, inquit Vener. Beda lib. 1. de Tabern. c. 7. *eademque omnibus poteſt conuenire doctrina, aliter namque ſapientes, aliter inſipientes, aliter diuites, aliter pauperes, aliter ſani, aliter infirmi, aliter ſenes, aliter iuuenes,* D *aliter fœminæ, aliter cœlibes, aliter coniugati, aliter Prælati, aliter ſubditi docendi ſunt.* Venerab. Beda,

Licet concionator diuerſa pro audientium captu proponat, ex ſacra tamen ſcriptura accipere deberet.

Parabis & acetabula, & phialas, &c. quæ 212.
vaſa ad menſam tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinebant: cur non approbanda ſententia eorum qui aſſerunt hæc ad menſam non pertinere, ſed ſolum ad vtrumque altare, cuius vſibus deſeruiebant? non approbanda propter aſſignatas rationes in expoſitione, tum quia licet eſſent diuerſa, tamen vna menſa ea continebat, per quod denotatur quod licet concionator diuerſa pro auditorum captu

proponat ea ex menſa ſpirituali Sacræ ſcripturæ accipere debet. Fauet Rabanus Maurus, *Quæcumque prudens Doctor diuerſa pro diuerſitate audientium loquitur, vniuerſa in regula Sacræ ſcripturæ reperiuntur, atque ad offerenda Domino vota bonorum operum corda excitant auditorum, quæ videlicet oportuna diuerſitas ſanctæ prædicationis ipſius Domini ore deſignabatur, cum diceret, quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam vt det illis in tempore tritici menſuram? Matth. 24. Menſuram quippe* Matth. 24 *tritici conſeruis dat in tempore fidelis diſpenſator & prudens, quando diſcretus verbi miniſter, non ſolum tempus oportunum in dicendo obſeruat, verum etiam qualitatem ſenſumque auditorum diligenter exquirit, & iuxta diſtantiam huius modum ſui ſermonis temperat.*

Rabanus Maurus.

Qui in Eccleſia Dei auditoribus ſuis multa in eruditione ſatisfacere non poteſt, verba ſaltem ædificatiua proferat.

213. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* phialæ ſunt patulo ore, cyathum è contra oris eſt anguſtioris. Quid ergo per phialas niſi doctrina exuberans: quid per cyathos, niſi parua atque anguſta ſcientia deſignatur? cur in tabernaculo huiuſmodi vaſa diuerſa? vt inde ſcires quod ſi in Eccleſia Dei auditoribus tuis in multa eruditione ſatisfacere non potes, ſaltem verba ædificatiua, & inſtructiua proferas, eo modo quo valeas. Obſeruatio eſt Abbatis Tuic. c. 7. lib. 4. *Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat, per hoc ergo quod dicit phialam porrigit, alius explicare quod ſentit non poteſt. Sed quia hoc vtrumque denuntiat, profecto per cyathum guſtum præbet: in Dei ergo tabernaculo, ideſt in ſancta Eccleſia poſiti, ſi per doctrinæ ſapientiam minime porrigere poſſunt, in quantum pro diuinitatis largitate ſufficiunt proximis, ſuis boni verbi cyathos dare debent.*

Rupertus.

Aſſeruandæ in Eccleſiâ ſacræ Euchariſtiæ antiquus mos, iam inde ab initio legis indicatus.

214. *Parabis & acetabula, & phialas, & thuribula, & cyathos.* Cyathus erat vas quoddam vaſis illis perſimile, in quibus ſacra à nobis aſſeruatur Euchariſtia, cuius teſtis irrefragabilis, arcus Titi qui eſt Romæ, in quo menſa hæc parum ab iniuria temporum, non ſine Dei ſpeciali prouidentia vindicata, vſque ad hunc diem manet, & ſuper menſam vas quoddam affabre elaboratum, ſine vlla ſculptura, ac [illegible]tis magna, quod vt iam diximus vaſis illis perſimile eſt, in quibus à nobis ſacra aſſeruatur Euchariſtia. Hanc autem menſam cum candelabro, & lege, Romani ex ſpolijs templi Hieroſolymitani, cum vrna à Tito vi armorum capta, Romam adduxerunt, & in memoriam tantæ victoriæ, marmorea tabula ſolerti diligentia efformata eſt, quæ tabula eſt à ſiniſtris in arcu Titi, quam cum eſſem Romæ in comitijs generalibus, anno Domini 1625. mira attentione conſpexi, & quod vidi fideliter refero. Verum quid hoc denotat, quod in vaſis ſimilibus nunc aſſeruatur Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum? Religioſè & eruditè ſatisfacit Villelp. tom. 2. l. 4. c. 57. *Perpetuum ſane monumentum ſanctitatis & antiquæ laudabiliſque conſuetudinis, quam ſemper eſt amplexata Eccleſia Catholica, Apoſtolica, & Romana, vt in templis fidelium, in quibus panis & vinum omnipotenti Deo ſuper ſacra altaris menſa quotidie offertur & conſecratur, quibus in verum corpus & ſanguinem Chriſti conuerſis, ſanguis quidem ſub ſpecie vini conſecratus, totus abſumitur, aſſeruatis tantum huius ſanctiſſimæ libationis vaſis: idem vero ſanguis latens in corpore ſub ſpecie panis, in ſacra pixide diu aſſeruatur, vt præſignatum fuerat ab initio, aſſeruatis in vaſe panibus, & vini in menſa vacuis vaſis; quod ſanè exemplum vel vnum ſufficere potuiſſet, ad retundendam audaciam hæreticorum, qui impiè conantur conſuetudines ſacras ab Eccleſia Catholica piè ſemper atque vtiliter obſeruatas, Moſaicis olim vel potius diuinis inſtitutis, in magnam Eccleſiæ perniciem conuellere, quamuis fruſtra: fuit enim Eccleſiæ antiquum, & glorioſum ſacram Euchariſtiam in Eccleſiis aſſeruare, idque Apoſtolicis conſtitutionibus ſancitum, & poſt communionem, inquiunt, teſte Clemente Roman. lib. 8. Conſtit. c. 13. omnium tam virorum quam mulierum ſumant diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum.*

Villelpand. S Clemens Roman.

Eadem oblatio iam à populo ex Gentili, & Iudæo conflato offertur.

Parabis & acetabula, & phialas, &c. Cald. facies acetabula eius, & phialas eius, nempe menſæ, quæ vnica fuit in tabernaculo, vt in ea panes propoſitionis reponerentur. Verum cum vnam tantum menſam fabricauerit Moyſes, cur non vna contentus fuit Salomon ſimiliter? cur plures elaborare fecit? decem enim inuenio ab eo fieri iuſſas 2. Paralip. 4. necnon & menſas decem, & poſuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: reuoca in memoriam iam à nobis dictum tabernaculum Synagogam denotaſſe, ſicut & templum Salomonis Eccleſiam: quo poſito iam non vnica menſa, ſicut in tabernaculo, ſed plures factæ ſunt, vt eadem oblatio non ab vno populo ſolum, ſed ab omnibus offerenda denotaretur. Hanc rationem in medium adducit Villelpand. *Hic breui inſinuanda eſt huius diſpoſitionis ratio, quæ veritatem Eccleſiæ Catholicæ vniuerſa reſpicit, in qua vna eademque oblatio ab vno eodemque populo Chriſtiano ex Iudæis, & Gentibus conflato, vbique locorum ac gentium offertur, munda Deo, vt prædictum à Malach. 1. verſ. 11. fuerat, non quidem vt olim in figura ad vnum Hebraici populi parietem, vnamque menſam, ſed ad vtrumque, & ad denas, hoc eſt indefinitas menſas, ſiue altaria ſolemni ritu conſecrata.*

215. 2. Paral. 4. Villelpand. ſupra. Malach. 1.

Prudentia in omni ſacrificio; & bono opere neceſſaria.

216. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* Diximus in expoſitione præter ea vaſa, ſal fuiſſe impoſitum ſecundom Domini præceptum Leuit. 2. in omni oblatione offeres ſal. Cur ſal in hac menſa tabernaculi, cum præter panes nulla erant fercula, vel dapes ſale condiendæ? non enim erant cibi, quibus ſi ſal non adhiberetur, guſtui eſſent inſipidi. Nonne ſal denotat diſcretionem? merito ergo etiam ſal cum his omnibus vaſis, in quibus offerenda erant libamina, apponitur, vt ex eo diſceremus prudentiam in omni ſacrificio, omni oblatione, & in omni opere noſtro habendam. Annuit Serranus Doctor Complutenſ. in illud Leuit. 2. *Quam aptiſſimè*, inquit, *poſt* — Leuit. 2. — Doctor Serranus.

A *reprehenſionem voluntatis & guſtus, quæ ex corruptione peccati, omnem humanam actionem anteire ſolent, finem conſtituit, quem tota vita homo, Dei cultor, præ oculis habere debet: nempe diſcretionem eorum quæ placent Deo, ab his à quibus abhorret, diſcretionem ſpiritus à carne, vt cibus aptus menſæ Dei reddatur: ſi ſeparaueris inquit pretioſum à vili, quaſi os meum Ierem.15. diſcretionem item verbi Dei, vt in omni ſermone, omni doctrina, omni conſilio, in omni tua actione, & opere, in conuictu fratris, ſiue cum corripueris, ſiue quidpiam aliud egeris, voluntatem Dei eiuſque diuini verbi adimpletionem attendas: hæc enim omnia nomine ſatis hic diuinus ſpiritus intelligit, etenim vt ſal condi-* B *mentis ſaporem præſtat, & cibos guſtui aptos reddit, ita harum rerum prudentia, actionibus & operibus noſtris condimenti genus eſt, & tanquam cibos aptos eſui Domini præparas.* — Ierem.

VARIET. LECT. Verſ. 30.

V*ulg.* Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, *ita Symmach. eos appellat.*

Sept. Impones ſuper menſam panes præſentes coram me ſemper.

Pag. Et pones ſuper menſam panem facierum, *ita etiam Aquila, Onkelus, &c.*

Mont. Et dabis ſuper menſam panem facierum, ad facies meas.

Cajet. Faciebus meis.

Alij, Panes ſuper menſam, panes appoſitionis.

CONCORDIA.

HEbraicè eſt לחם פנים lechem panim, id eſt, panes facierum, quod à noſtro Vulg. interp. non diſcordat, nam panes facierum dicti ſunt panes aſſiſtentiæ, panes propoſiti, qui ſemper coram Deo reperirentur: quod certiſſimum eſt, quia mox vt dixit panes faciei, vel facierum intulit לפני lepbanai, id eſt faciei meæ, præſentiæ meæ; atque inde C videntur appellati, quod ſemper coram Domino ſtarent poſiti. Hoc idem ſentiont Sept. qui hos panes appellarunt ἐνωπίους præſentes, vel in conſpectu poſitos. Scio Hebræos panes facierum, ita dictos velle, quod quatuor angulis eſſent expreſſi, quos illi facies appellant, hocque genus panis ſacrum erat, & tantum ſacerdotibus licebat contingere.

EXPOSITIO.

E*T pones ſuper menſam panes propoſitionis,* hic primarius & finis huius menſæ, vt in ea ponerentur panes dicti propoſitionis, quia ante faciem Dei continuo in menſa propoſiti eſſent, vel coram arca, & propitiatorio, in quo ſe præſentem exhibet: de his panibus aliqua ſcitu digna non omittenda. Primo fuerunt azymi, quod ſatis patet ex generali lege, quæ excludit oblationem ex fermento: hi duodecim erant numero, ita diſpoſiti, & ſeni ſupra ſe inuicem poſiti, vt duos ordines conſtituerēt in menſa, forma autem plana fuerunt, vt facile ſe inuicem ſoſtentarent. Hi panes ſingulis Sabbatis manè ponebantur, ibi enim per ſeptem dies in alterum relinquebantur Sabbatum, recentibus autem appoſitis, veteres tollebantur, qui & ſacerdotibus in cibum cedebant, D nec vlli alteri fas fuit bis veſci, ex publico autem erogabantur, & ex duobus aſſeronibus, ſeu decimis farinæ, ſeu ſimilæ, ita vt 24 decimæ conſumerentur in duodecim panibus. Villel. tenet duas decimas continere 12. libras, alij 13. cum dimidia. Quamuis Rob. Cen. lib. de Pand. & menſ. minore quantitatē concedat. — Villelpand. Robertus Cenalis.

CONCEPTVS.

Deus perpetuam animorum præſentiam in ſuo conſpectu poſtulat.

217. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, Pag. & alij, ex Hebr. panes facierum nominati? cur ita dicti? licet in concordia dictum fuerit, tamen aliqui voluerunt ita nuncupatos, quia forte notati erant faciebus, ſeu caracteribus duodecim filiorum Iſrael, ita vt iugis eſſet quaſi aſſiſtentia filiorum Iſrael coram Domino, quaſi Deus eum illos panes ſingulis ſingularum tribuum faciebus ſignatos, ſeu inſcriptos exigebat, nihil aliud quam perpetuā animorum præſentiam

in

in conſpectu ſuo poſtularet, Verba Cajetani A
Cajetan. ſubiicio, *Duodecim panes iuxta numerum filio-*
rum Iſrael renouati appellantur panes facierum,
quia forte notati erant characteribus ſeu faciebus
eorum, ita vt iugis eſſet quaſi aſſiſtētia filiorum Iſ-
rael coram Deo, & forte denominatione extrinſe-
ca nuncupantur, panes facierum à diuina facie,
erant enim ſemper tanquam ante faciem Dei.

Facies Chriſti Domini in Eucharistia, bonis amabilis, impiis terribilis.

218. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, ex
Hebræo panes facierum, quod duas ad mini-
mum facies haberent, non eſt dubium panem
propoſitionis Chriſtum Dom. in Euchariſtia
Rupert. denotare, iuxta illud Rupert. lib. 4. c. 7. Panis B
propoſitionis, inquit, ipſe eſt Chriſtus, ſicut
Catholica tenet fides, quem in conſpectu Dei
ſancta ſemper proponit, nam ille panis propo-
ſitionis qui in typum huius panis poſitus eſt,
iam dudum ſcelere Iudæorum pollutus eſt, vn-
Malach. de per Malachiam cap. 1. offertis, inquit Do-
minus, ſuper altare meum, panem pollutum,
& deinceps, non ſuſcipiam de manu veſtra, ab
ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt
nomen eius in gentibus. Et in omni loco ſa-
crificatur & offertur nomini meo oblatio
munda.] ſed ſi ita ſe res habet, quomodo di-
cendus eſt ille panis Dominicus, duarum fa-
cierum? quia in Euchariſtia Chriſti Domini
facies eſt amabilis iuſtis, quæ illos recreat &
Pſal. 20. lætificat, iuxta illud Pſal. 20. lætificabis eum
Pſal. 66. in gaudio cum vultu tuo, & Pſalm. 66. illu- C
minet vultum ſuum ſuper nos & miſereatur
noſtri: altera facies terribilis ſed malis, iuxta
illud Pſalm. 20. pones eos vt clibanum ignis
Pſal. 33. in tempore vultus tui & Pſalm. 33. vultus au-
tem Domini ſuper facientes mala, vt perdat
de terra memoriam eorum, & ſic in hac menſa
iuſti viuunt, impij moriuntur, quod paucis cō-
S. Chryſ. firmat B. Chryſoſtom. hom. poſt. de cruce &
latr. *Non eſt ſanguis Chriſti deterior igne Baby-*
lonico, ille ſcit ſanctorum in camino honorare cor-
pora & Caldæos comburere, quanto magis ille pre-
tioſiſſimus ſcit perdere incredulos & ſaluare fi-
deles?

Commemoratio corporis & ſanguinis Domini maxime propitium facit hominibus Deum.

219. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con-*
ſpectu meo ſemper, de quibus Leuit. c. 24. erunt
Leuit. 24. panes in commemoratione appoſiti Domino,
quaſi exorantes Dominum pro filiis Iſrael,
vt eis foret propitius: ſed cum panis ille propo-
ſitus, myſticum panem referat, cur in com-
memoratione apponitur Domino? quia com-
memoratio præcipue corporis & ſanguinis D.
maxime eum facit hominibus propitium, *Si*
Origen. *referantur*, (inquit Origen. hom. 13. in Leuit.)
ad myſterij magnitudinem, inuenies cōmemoratio-
nem illam habere ingentis repropitiationis effectū,
ſi redeas ad illum panem qui de cœlo deſcendit &
dat huic mundo vitam, illum panem propoſitionis
quem propoſuit Dominus propitiationem per fidem
in ſanguine ipſius. & ſi reſpicias ad illam comme-
morationem, inuenies quod ita commemoratio eſt
ſola quæ propitium faciat hominibus Deum.

Si Corpus Domini offeras, ſimul puritatem orationis coniungas.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 220.
ſpectu meo, Leuit. 24. *& pones ſuper eos thus luci-* Leuit. 24.
diſſimum, non ſolum vt panes hi Deo accepti
eſſent, coram Deo proponendi erant, ſed ſu-
per eos thus lucidiſſimum imponendum, vel
vt habent Sept. thus mundum: nonne azymi
erant, & ideo Deo grati? cur ergo & thus ad-
hibetur cum eis? quis enim nexus panis &
thuris, & non cuiuſcumque ſed lucidiſſimi &
puri? nonne thure mundo ſignificatur oratio
munda & pura? bene ergo panibus propoſi-
tionis adhibetur & thus, quia cum panem my-
B ſticum Euchariſticum nempe corpus Domini
verum offerimus, ſimul & puritatem oratio-
nis cum eo coniungere debemus: annuit Ada- Adamant.
mantius. *Thuris ſpecies formam tenet oratio-*
num; oportet ergo panibus fidei orationum vigilan-
tiam, puritatemque coniungere, pura autem ora- 1 Thim. 2.
tio eſt ſicut Apoſt. ait 1. Timoth. 2. leuantes pu-
ras manus ſine ira, & diſceptatione, ſimiliter &
odoris ſuauitatem implere facit illud quod ſcri-
ptum eſt, dirigatur oratio mea ſicut incenſum in
conſpectu tuo Pſalm. 140. ſi quis orationes qui-
dam offerat Deo, non tamen habet puram conſcien- Pſal. 140.
tiam ab operibus malis, hic thus videtur panibus
ſuperponere, ſed non ponit thus mundum, nam ſi
omne thus mundum eſſet, non vtique addidiſſet
ſcriptura, thus mundum ſuper panes propoſitio-
nis ponendum ante Dominum: nec enim putes
C *quod Deus omnipotens hoc mandabat, & hoc lege*
ſanciebat, vt thus ei ex Arabia deferretur, ſed
hoc eſt thus quod Deus ab hominibus ſibi quærit
offerri, ex quo capit odorem ſuauitatis, oratio-
nes ex corde puro & conſcientia bona in quibus
vere Deus ſuſcepit flagrantiam ſuauitatis.

Sanctiſſima Virgo omnes quantum eſt ex ſe ad Euchariſtiam trahit.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 221
ſpectu meo ſemper, S. Epiphan. de laudibus
Virginis, putat hanc menſam eſſe beatam
Virginem: nonne panis arca concluditur? cur
ergo hic menſæ imponitur? panis ſane in arca
recluditur vt ſeruetur, panis vero menſæ im-
ponitur, & accumbentium aſpectui obiicitur
aſſumendus, & manducandus, ergo Eucha-
D riſtia eſt in Virgine tanquam in menſa
qua de cauſa? quia Deipara omnes ad Eucha-
riſtiam trahit, & hoc agit vt omnes ad hanc
menſam vocet, imo iuxta hanc menſam can-
delabrum accenditur, vt omnibus hic panis
pateat, vt omnium appetitum ad eſum ex-
citet, ſubiicio verba Epiph. *Fidei menſa in-*
tellectualis quæ panem vitæ, mundo ſuppedita- S. Epiphan.
uit, quæ vitæ panem calidum mundo attulit, de Matt. 26.
quo Saluator mundi Chriſtus ait, accipite & co-
medite hoc eſt corpus meum quod pro vobis fran-
gitur in remiſſionem peccatorum.

Corpus Chriſti Domini meritorie non recipitur, niſi in anima ab omni ſorde pura.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, qua- 222.
lis debeat eſſe hæc menſa, aperitur Leuit. 24. Leuit. 24.

Super menſam puriſſimam ſtatues eos in conſpectu Domini, cur puriſſimam addidit? nonne ſatis erat menſæ ex lignis ſetim imponi? nonne menſâ anima denotatur, ſicut & panibus ille qui de cœlo deſcendit nobis in cibum paratus? teſt. lib. S. Hieron. in cap. 1. Malach. Cyrill. Hieroſ. Cath. 4. Damaſc. l. 4. c. 14 Iſichio & alijs: ne ſciſciteris ergo, cur mẽſam puriſſimam requirat Deus, vt panes ſibi offerantur? quia panis Euchariſticus meritorie non recipitur, niſi in anima ab omni peccati læthiferi labe pura, *Anima Christiana*, inquit Petr. Cell. lib. de panibus c. 9. *baptiſmi trina immerſione ad plenum tam ab originali quam actuali peccato purificata mente Domini eſt puriſſima, ad hanc enim ſuperborum regum & omnium prædiuitum menſis deſpectis accedit Dominus., vt reficiat & reficiatur, vt miniſtret & miniſtretur, libamenta corporis & ſanguinis ſui prior in hac menſa repoſuit, ac deinde imitationem paſſionis pro recompenſatione multum dignanter reſumit.*

S. Hieron. S. Cyrill. Hieroſ. Iſichius Damaſc. Abbas Cellenſ.

B

Miſſa terminus & ſcopus quo omnia tendebant ſacrificia.

223\. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, qui aperte Euchariſtiæ ſacramentum deſignant, primum enim vt habetur Leuit. ex ſimila flore farinæ, & adipe frumenti conſtabant quibus Ieſum Chriſtum ſignificari conſtat. atqui quoniam corpus Chriſti nonniſi ſartagine crucis prius frixum, eſui fidelium coaptatum eſt, panes coctos hic ſibi apponi volebat Dominus, & ex duabus decimis ſimilæ, rurſus coctos petebat, quibus ſpeciebus panis totũ Chriſtum verum Deum & hominem continendum figurabatur, altera decima diuinitatem, altera humanitatem in ſuppoſito diuino ſignificãtibus: equidem denarius numerus totus eſt, & ita quælibet decima totam & integram vnam naturam referebat: præterea ſerenos & altrinſecus menſæ puriſſimæ ſuperponi iubet cum thure lucidiſſimo in monumentum oblationis Domino, etenim verbo Domini (quod & panis ſignificat, dicente ipſo, non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, Matth. 4.) in hoc myſterio panis conuertendus erat in corpus Chriſti. Et quoniam perfectiſſime prædicandum vniformiter erat ab Apoſtolis, numero ſenario qui perfectus eſt, è regione ſe reſpicientes diſponuntur, & in puriſſima menſa, & cum incenſo; proculdubio puritatem deſignans, quã fideles ad tantum ſacramentum acceſſuri erant & orationem inſuper, quæ communionem & ſumptionem tanti myſterij comitari debuiſſet: quippe nullo alio modo impenſius animæ munditia & deuotio ſumpturis commendari potuit, quam puritate menſæ & appoſitione thuris lucidiſſimi in eadem, non quidem propter menſam ea puritas & fragrantia thuris requirebatur (non enim de bobus cura eſt Deo 1. Corinth. 8.) ſed propter acceſſuros ad hanc cœleſtem Domini menſam, qui conſcientia nitidi & oratione virtutis odorem emittente, & igne charitatis ſplendeſcente Deum laudantes, & gratiam petentes conuenire debent, thus quippe Hieroglyficum

Leuit. 24. C Matth. 4. D

A orationis, & Dei laudationis eſt, dicente Propheta Pſalm. 140. aſcendat ad te Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: ſed in Leuit. additur, vt ſit panis in monumentum oblationis Domino, quid hoc eſt. niſi in pignus oblationis illustam gratæ Domino, quã vnigenitus eius filius in ſacrificio ſancto Miſſæ offerendus erat æterno Patri, quæ per Antonomaſiam oblationis nomine intelligitur: etenim tanti myſterij & pignus dare & eius memoriam futuris generationibus commendare oportuit, atque ita tempore accedente, rei figuratæ vt eius promiſſionis nos Dominus Ieſus Chriſtus admoneret, ſacramentum inſtituens, & primam Miſſam celebrando, idem in ſui commemorationem diſcipulis præcepit facere. tandem concluditur eodem cap. quia ſanctum ſanctorum eſt de ſacrificijs Domini. Iure inquiritur cur ſanctum ſanctorum de ſacrificiis Domini hæc oblatio nominatur? recte Serranus in Leuit. *Quia terminus & ſcopus eſt, quo omnia ſacrificia quæ offerebantur, tendebant; vt enim ſacrificium illud Ieſu Chriſti cruentum in cruce, omnia ſacrificia quæ effuſo ſanguine adolebantur ſignificabant: ita & ſacrificium panis hoc ſingulis Sabbatis, idem Chriſti ſacrificium ſed incruentum immediate ſignificabat.*

Pſalm. 140. Serranus.

Vult Deus ſuorum ſemper memoriam habere.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, Leuit. 24. ſecundum lectionem Sept. erunt panes in commemoratione, poſiti ante Dominum: in duodecim panibus duodecim tribuum Iſrael videtur commémoratio ante Deum fieri, & præceptum dari, vt ſine ceſſatione iſti duodecim panes in conſpectu Domini proponantur: cur ſine ceſſatione in conſpectu Domini proponendi? *Vt memoria*, inquit Adamantius, *duodecim tribuum apud eum ſemper habeatur, qui veluti exoratio quædam & ſupplicatio per hæc, ſingulis fieri videatur.* 224.

Adamant.

Virtus fœcundior in ſemine quam natura.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, qui ſingulis Sabbatis mutabantur, iuxta illud Leuit. 24. per ſingula Sabbata mutabantur coram Domino, ſuſcepti à filiis Iſrael fœdere ſempiterno: verum filij Iſrael ſuſcipientes panes illos, & illis veſcentes, minime inuenti ſunt poſt ruinam templi Ieroſolymitani: quomodo ergo in illis ſeruari potuit fœdus ſempiternum? non loquitur ibi ſpiritus S. carnaliter ſolum, ſed magis ſpiritualiter, vocans filios Iſrael, illos qui maiorum virtutibus & exemplis bonorum operum paſcuntur, qui paſtus adeo fœcundus eſt, vt nunquam non nutriat veri Iſraelis filios: ex quo ait Petrus Cellenſis libro de panibus capite 9. *Forte ij panes ſunt propoſitionis, quorum facta & dicta poſteris tanquam facta & exempla proponuntur imitanda, virtutis enim opera tam auctorem ſuum quam & auctoris imitatores ſufficienti pabulo inconſumptibili paſcunt, nam quo plures ſuperueniunt virtutis deguſtatores, & ſemper ſuper adhæreſcunt* 22.

Leuit. 24. Petrus Cellenſ.

reliquia vberiores, neſcit ſterileſcere ſemen virtutis ſed in dies augetur ſupra modum, natura quot venas aperit naſcentium, tot perdit, at qui virtutibus ſemina in mondum mittit, indefectibiles trahit ſegetes imitatorum, vt diuturniores appareant, & diuturniores familiæ, quæ maiorem virtutem æmulis concitant.

Veteres ſacrorum cæremonia extinguenda ſignrantur.

226. *Panes ſuper menſam panes propoſitionis*, qui vt diximus, ex diuino præcepto per ſingula mutabantur Sabbata, cur ita mutantur? nonne potuit eos conſeruare ſine corruptione? potuit ſed noluit, vt inde coniiceremus, veterea illos ritus & cæremonias, quibus in templo vſus erat, exoleuiſſe, & in eorum locum, vnicam oblationem firmam, ratam, ſtabilem, & vſque ad conſommationem ſæculi permanſuram, de qua re ſic eleganter Arnoldus tract. de vltumia verbis Domioi, *Vnum*, inquit, *habet panem & calicem vniuerſitas fidei, & multitudini credentium vnus cibus apponitur, idemque ſumitur nec conſumitur, & cum omnes impleuerit, ſupereſt & abundat: mutabantur panes propoſitionis per ſingula Sabbata, appoſitiſque calidis frigida tollebantur, quia veteres oblationes quaſi frigidas, & calorem ſpiritus non habentes, repudiandas tempore gratia ipſa panum mutatio intimabat: agnus noſter idem eſt, nec diuerſi per diuerſas familias immolantur, quia ſicut veritas Eccleſia nec ſcindi poteſt nec diuidi, ita neceſſe eſt vt vnum agatur ab omnibus & vniforme obſequium, deuotio communis exhibeat, totiuſque vniuerſitatis conſenſum ſacrificij ſingularitas ipſa commendas.*

Abbas Præfat.

De melioribus abundanter eleemoſynam tribue.

227. *Panes ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, reliqua ſacrificia certis quibuſdam temporibus lex fieri præcipit, hoc autem ſemper & iugiter inferri panes coram Domino, nam notante Orig. hom. in Leuit. panes propoſitioois deſignant eleemoſynam, qua pauperes dato froſto panis aluntur, hos autem nunquam abeſſe à conſpecto Domini lex patitor, quia nunquam ceſſare debemus à porrigenda eleemoſyna: tum etiam hos panes voloit eſſe duodecim iuxta numerum triboum filiorum Iſrael, quia nullus à danda eleemoſyna excipitur; verum cur ex ſimila iubet fieri Deus hos panes, & vnumquemque ex duabus decimis confici? ſane ſimila purior & melior eſt frumenti farina, decima quæ non eſt menſura exigua, quæ ſecundum aliquos continet octo libras ſiue 96. vncias frumenti Palæſtini: ex ſimila ergo fiebant huiuſmodi panes, & vnuſqoiſque ex duabus decimis, vt denotaretur non vilia ſed meliora pauperibus & ea larga manu porrigenda: vnde Ioannea Ruſbroch. lib. de ornatu Spirit. nuptiar. cap. 19. loquens de homine in pauperes miſericorde ait, *Vir largus ſemper eſt ſpiritu lætus, corde ſollicitus, affectu profuſus, & piis actibus vniuerſis communiter profuſus*; peode ſingula verba,

Ioannes Ruſbroch.

A ſpiritu lætus; hilarem enim datorem diligit Deus, corde ſollicitus, vt habeat vode & qoid pauperi conferat, affectu profuſus, vt abundantiſſime & meliora egeno eroget.

Deus ſuis neceſſaria præſtat.

Panes ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, in Hebr. panes facierum, ſic dicebantur eo quod Deus in ſuo conſpectu illos collocare iubebat, & ea ratione inquit Dominus in conſpectu meo ſemper, ſiue vt alij vertunt, ad facies meas iugiter: vnde Sept. dixerunt, panes præſentes & expoſitos: panis denique eis nunqoam defuturus erat in templo, & quem Deus voluit ipſe in ſuomet conſpectu collocatum intueri: verum cum Deus ſempiternus nullo pacto his panibus indigeret, cur in templo & io conſpectu ſuo voluit ſemper appoui? ſane vt perſpectum nobis eſſet, qua cura ac diligentia eſcam ac cibos ſuis procuraret, quod recte confirmat Reg. Propheta Pſal. 33. cum ait, *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*, Hebræos ait, leones depauperati ſunt, id eſt mundi potentes, qoi vt ferociſſimi leones egenos euiſcerant, ad ſeipſos enutriendos egebunt, eſurient, Dei autem ſectatores omnibus bonis affluent. 228.

Pſalm. 33.

Sanctorum interceſſio magis appeti debet quam panis.

Panes ſuper menſam panes propoſitionis, anima cum peragrarit omnem hanc regionem diuinarum plantarum, & corona aureola ex his omnibus compacta caput protulit redimitum apparebis, tanqoam menſa Domini puriſſima; beati ergo ſunt illa mēſa ſanctuarij: verū quinā panes erunt in ea proponendi? qoinam propoſitionis panes? cur non dicemus cum Abbate Cell. ſanctorum commemorationes & interceſſiones? *Quis enim* (inquit) *vtilior panis tibi ſatians ventrem, aut ſanctus ſatians mentem? quid appetibilius panis ſatiatio, an ſancti interceſſio? vnuſquiſque ſanctorum panis ex duabus decimis ſimilæ eſt, vel propter fidei & merum perfectionē, vel propter exempla perfecta ad aliorum eruditionem, & continuam pro nobis interceſſionem: panes itaque propoſitionis ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatuuntur, cum ſanctorum ſolemnitates ad Dei honorem à fidelibus in Eccleſia celebrantur.* 229.

Petrus Abbas.

Dei proximi dilectio, panis Deo gratiſſimus.

Panes ſuper menſam panes propoſitionis, quorum vnuſquiſque ex duabus ſimilæ decimis conficiebatur, panis quidem Deo gratus. Verum cur ex duabus decimis fieri debet? nonne decima ſufficiebat, cum ſecundum Villeſp. libris 6. conſtaret? panis aotem ſex librarum quantitatis eſt ſufficientis, imo non mediocris: duabus decimis quilibet ex his panibus confici debet, quia neceſſaria eſt Dei & proximi dilectio vt panem Deo acceptum offeras, annuit toties cit. Vener. Petr. *Neceſſe eſt vnūquēque eorū habere duas decimas, in omni enim homini propoſito, niſi dilectio Dei & proximi interuenerit, panis propoſitionis ex duabus decimis* 230.

Petrus Cell.

nequaquam exiſtis, eadem habet Radulph lib. 17. in Leuit. *Duæ decima hæc duo præcepta intelliguntur, per quæ legis decalogus adimpletur.* — Radulph Flaviacenſ.

Panis doctrinæ ſpiritualis in viſcera animæ traiiciendus.

231. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, per ſingula Sabbata mutabantur, cedebantque in alimentum ſacerdotum; ſi in conſpectu Domini debent eſſe iugiter, cur tandem cibo ſacerdotum inſeruiunt? ſuppono diuinam doctrinam panem eſſe, quo mens alitur & outritur, ſicut terreno corpus, teſte Germano Cõſtantinop. in expoſit. orationis dominicæ: *Panis, inquit, corporis hic ipſe eſt quo veſcimur, animæ vero panis verbum Dei eſt*, quam ſuauis hic panis, quam valide cor hominis confirmat, corruptionis neſcius: en cur non ſolum coram Deo proponi debet, ſed ſacerdotibus in cibum cedere, edi enim, non ſolum ſpectari hic panis debet, vt ſit vtilis ac ſalutaris: corruptibilis panis in arca ſeruatus auferri poteſt, poteſt expilari & à mure corrodi, vbi comeditur, nihil horum timetur: ſic & ſpiritualis animæ panis, quouſque extra morum viſcera manet, nec in animam eiuſque affectiones traiicitur, tolli à nobis poteſt, vt eius virtute ac viribus deſtituamur, quod eleganter habet B. Bernard. de aduentu Domini. *Panis terrenus dum in arca eſt poteſt à furo ſelli, poteſt à mure corrodi, poteſt à vetuſtate corrumpi, vbi vero comederis illum, quid horum timeas? hoc modo cuſtodi verbum Dei, beati enim qui cuſtodiunt illud: ergo traiiciatur in viſcera quædam animæ tuæ, tranſeat in affectiones tuas & in mores tuos*, bonus huius panis vſus, & ſalutaris, ſi ad hunc modum in mores honeſtos tranſeat, vt ex animæ affectione ſtatim colligatur quo quis doctrinæ pane veſcatur. — S. German. — S. Bernard.

B

C

In Eccleſia doctoribus laborum ſuorum mercedem recipientibus, alij in eorum locum ſubſtituuntur.

232. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, qui ſingulis, ex Dei præcepto, mutabantur Sabbatis, cur poſt ſex dies laboris, Sabbato panes mutantur? quoniam qui paſcunt gregem Dei, non vt dominantes in cleris, ſed forma facti gregi ex animo 1. Petri 5. (panes ſiquidem propoſitionis iſti ſunt) poſt completos labores ad requiem transferuntur, percepturi immarceſcibilem gloriæ doctrinam: panis ille ſanctus poſt multos agones deſudatos Sabbato propinquabat, qui dicebat, ego iam delibor, & tempus reſolutionis meæ inſtat, bonum certamen certaui, curſum conſummaui, in reliquo mihi repoſita eſt corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: ſi panes qui ſingolis Sabbatis mutantur, denotant Doctores, qui poſt completos labores ad requiem transferuntur, cur alij recentes conſtituuntur? quia in Eccleſia Dei doctoribus laborum ſuorum mercedem recipientibus, alij in locum eorum de nouo ſubſtituuntur. obſeruatio eſt præfat. Radulphi. *Panem recentem (inquit) qui ſibi ſuccederet parabat Paulus cum diſcipulum nem-* — 1. Petri 5. — Radulphus.

A *pe Timotheum admoneret dicens 2. Timoth. 4. tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple; Hieroſolymam quoque proficiſcens iunioribus natu Epheſi, loquebatur dicens, alligatus ergo ſpiritu vado in Hieruſalem Act. 20. & ſcio quoniam non videbitis amplius faciem meam vos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum Dei, attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo: hæc eſt mutatio panum per ſingula Sabbata, dum aliis deſcendentibus, & ad requiem tranſeuntibus ſubſtituuntur alij, qui ad ipſum officium videntur idonei.* — 2. Tim. 4. — Actu. 20.

Etiam ex Rabbinis contra Iudæos conuincitur panis conuerſio in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, ex Hebr. panes facierum, cur ita dicti? an quia in illis duodecim facies eſſent depictæ, iuxta quorum numerum duodecim erant panes? an quia ad modum literis erant, latere Hebræi appellant faciẽ: an quod rotundi eſſent panes, & in quibuſdam vaſis aureis coquebantur, ſic quod ex vtraque parte eiuſdem prorſus figuræ manerent: his de cauſis ita dictos plures arbitrantur Rabini, ſed R. Iudam qui pluribus annis Chriſtum anteceſſit, audiamus Catholicè ſatisfacientem, teſte noſtro Galat. lib. 10. de arcanis cap. 7. *Quare dicatur panis facierum ea ratio, quia tranſmutabitur ex ſubſtantia panis cum ſacrificabitur, in ſubſtantiam corporis Meſſiæ, qui de cælo deſcendit, & ipſe idem erit ſacrificium, ideo dicit Num. 28. reſpicietis ad offerendum mihi: id eſt offerri me, eritque inuiſibilis atque impalpabilis: & magiſtri aiunt eam ob rem dictum eſſe panem facierum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ diuinitas & humanitas*, hæc ille Rab. Iudas, idem teſtatur de hoc magiſtro Bozius l. 14. c. 1. n. 52. 233. — Noſter Galatinus. — Bozius.

Deus perpetuo noſtram indigentiam vult conſpicere, vt ei ſubueniat.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, quid tibi & panibus Domine? numquid manducabis carnes taurorum? aut panibus facierum veſceris? nequaquam, ſed vt ſuos ciber miniſtros. verum cur in conſpectu ſuo voluit ſemper habere, ſeu vt habent D Sept. ſibi præſentes iugiter? ad quid, cum omnia licet abſcondita, ſuis pateant oculis? rectè Oleaſt. *Voluit coram ſe ſemper panem habere, vt continuo noſtræ indigentiæ memor eſſet, quemadmodum pia mater, fruſta panis ante ſe ponit, vt paruulis frequenter egentibus ſubueniat.* 234. — Oleaſt.

A Deo vitam & nutrimentum habere fatendum eſt, non ab alijs.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, menſa hæc, cum panibus ponebatur ad partem Aquilonis, quia inquit Guillel. Pariſ. lib. de leg. c. 2. populatio ad partem Aquilonis eſt in mundo iſto, & propter hæc fertilitas terræ, quæ ſignificatur in panibus, pars enim auſtralis terræ noſtræ habitationi oppoſita, habitabilis eſt, ſed quid hæc 235. — Guillel. Pariſ.

proſunt? menſam & panes propoſitionis intuentibus, & ſitum eorum, non autem quid hæc ſignificat intelligentibus? quid ergo hæc denotant? reſpondeat idem Epiſcopus. *Hac cauſa fuit iuxta litteram, vt offerentes & adorantes in tabernaculo Dei, ab ipſo nutrimentum ſe habere cognoſcerent, & ex eius ſeruitio, quod in eodem tabernaculo fiebat, hoc ſperarent amplius* A *inter beneficia largitionis diuina exteriora, hoc maxime ſalubre eſt, eſca eius, ſe datorem per menſam propoſitionis deſignare voluit, & ottam polliceri, ac ſi diceret cultoribus & adoratoribus meis, ita polliceor, & largior, voluit hoc ipſo inſinuare, quia ipſo eſt datoreſcæ, non Ceres, & propter hoc non huic ſed ipſi ſoli ſeruiendum.*

VARIET. LECT. Verſ. 31. & 32.

Vulg. Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, & ſcyphos, & ſphærulas, & lilia ex ipſo procedentia.

Sept. Et facies candelabrum ex auro puro, tornatile, facies candelabrum, haſtile eius, & calamiſci, & crateres, & ſphærula, & lilia ex ipſo exiſtent.

Cald. Ductile facies candelabrum, haſtile eius & calamus eius.

Onk. Facies candelabrum ex auro mundo, ex ductili auro &c. lilia eius ex ipſo fiant.

Pag. Et flores eius ex ipſo erunt, *ita Symm. & Aquila.*

B *Mont.* Ductile ſit candelabrum, femur eius & calices eius, & poma eius, flores eius ex ipſo erunt.

Oleaſt. Graue fiat candelabrum.

Vulg. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.

Sept. Cald. & Hebr. Sex autem calami exeuntes è lateribus eius, tres calami candelabri è latere vno eius, & tres calami candelabri è latere ſecundo, vel altero.

Aly. Facies lucerniferum, ſcapus eius, & media ſtipes eius & cyathi eius.

CONCORDIA.

Dictio reſpõdẽs cãdelabro eſt מנורה menora à ניר nir vel נר ner quod lucernam ſignificat, & ita menora poſſet verti lucerniferum, verum nos per catachreſim voce vſitata candelabrum appellamus: neſcio cur Sept. dixerunt τορευτὴν tornatile, cum Hebraica dictio ſit מקשה mikſa quod metallum proprie malleo percuſſum, & induratum ſignificet, Oleaſt. ideo vertit graue, quia verbum chaſſah ſignificat durum & graue eſſe, quo denotatur, quod non ſit intus vacuum ſed plenum: dictio ירך iarech multa ſignificat, fæmur, latus, pedem, haſtile & ſtipitem, ſed ſi quis rectè expendat, deprehendet proprie ſignificare ſti- C pitem, & ex conſequenti omnia illa quæ formã ſtipitis habent: Hebraice eſt גביעה gebiha eſt autem gebiha ſcyphus in modum calicis factus, vnde hic ſcyphi eius aut cyathi eius aut calices eius reddi poteſt: quod nos dicimus ſphærulas, Hebr. habetur כפתורים caphtorim, quæ vox, poma rotundaque omnia formam pomi præferentia ſignificat: pro liliis in Hebræo eſt פרחים perachim, quod aliqui vertunt flores, à radice פרח parach quod florere ſignificat, dicamus ergo Hebræum in genere dixiſſe flores, ſed in ſpeciali interpretem declaraſſe quinam flores fuerint.

EXPOSITIO.

Facies & candelabrum, quod ad meridianum tabernaculi latus poſitum eſt è regione menſæ, ita vt medium haberet altare thymiamatis, *ductile*, non opere fuſorio ſed malleatione productum, *haſtile eius*, nempe primariam candelabri partem quæ à baſi ſurſum rectâ per modum haſtilis aut ſtipitis tectè protenditur, ſed laterales quaſi ramos ſuſtentabat, *& calamos*, qui ſunt ſex illi veluti rami, qui ab haſtili ſeu recto ſtipite egredientes, ſinguli ſuas lucernas ſuſtentabant, *& ſcyphos*, qui cum ſphærulis & liliis erant ornamenta ipſius haſtilis & calamorũ: porro ſcyphus prout hic ſumitur, eſt quid in modũ calicis factũ, & per ipſos ſcyphos quaſdam partes eminentes intelligere deberemus, quæ calicis formam habebant, & licet ipſi ſcyphi non appareant in quodam vetuſtiſſimo candelabro Romæ ſculpto, in arcu Titi imperatoris, forſan quod D in ſecunda templi conſtructione deſierit talis figura pro ornatu haberi, ſicut temporis viciſſitudinibus in multis contingit, & ſic conſtruxerint calamos cum ſphærulis & floribus ſolum, & loco ſcyphorum ſimplices calami fuerint pro illorum temporum præſtantiori ornatu, *& ſphærulas*, ſphærula vox græca eſt & ſphæræ diminutiua, latine globus dicitur, erantque veluti nodi rotundi in haſtilibus candelabri, *& lilia*, flores liliorum repræſentatiui ex haſtili procedentes.

Sex calami egredientur, haſtile enim medium candelabri habebat tres calamos ſiue ramos id eſt vniuerſim ſex, qui omnes cum haſtili æqualiter in altum aſſurgebant, hinc ſeptifidum erat candelabrum, & in ſummitate tam haſtilis quam cuiuſcumque calami habebat lucernam, ſicque ſeptem conſtabat lucernis.

CONCEPTVS.

Prælatus inter terrenos & peccatores conuerſans, nullam maculam ab illis contrahere debet.

235. *Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius & calamos &c.* Abſalon Abbas ait., ſicut per candelabrum Eccleſia, ſic & per haſtile candelabri Chriſtus homo, per calamos prælati recte figurantur, ſicut autem candelabrum & haſtile eius ex auro puriſſimo erant, ſic etiam & calami deſignantes prælatos qui aurum dicuntur propter ſplendorem ſanctitatis, ſicut in Ierem. Threnor. 4. ſcriptum eſt, quomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus? ſed cur auro comparantur? nonne aurum purum, fulgidum? purum, quoniam in terra depoſitum, neque rubiginem neque maculam è terra contrahit, ſed ſuam omnino ſeruat puritatem: eſt aurum fulgidum etiam adeo quod radio ſolis reuerberatum, res ſibi vicinas efficit, redditque fulgentes. recte ergo prælati auro puro comparantur, quia prælatus inter impios & terrenos conuerſans, nullam maculam ab illis contrahere debet: comparantur auro fulgido, quia luce diuinæ gratiæ illuminatus ſuperior, cæteros ad bene agendum illuminare & accendere debet, religio eſſet ſilentio obuoluere verba præf. Abbatis. *Prælatus Eccleſia in terra, id eſt inter terrenos & peccatores conuerſans, nullam maculam peccati ab illis contrahere debet, ſed omni diligentia ſeruans cor ſuum, munditiam mentis & puritatem conſcientiæ retinere: ſi enim manus quæ ſordes ab aliqua re extergere debet, munda non fuerit, ſed coinquinata, in eadem re potius ſordes auget, quam minuit: ſic & ille qui alijs prælatus eſt, ſi immundam gerat conſcientiam a ſubiectis immunditias tollere idoneus non eſt: prælatus etiam fulgere debet exterius bona operatione, ita tamen vt radio diuinæ gratiæ opera ipſius luceant, & tali luce illuminata, cæteros ad bene agendum illuminent & accendant.*

Abſalon Abbas ſerm. 30. Thren. 4. Abſalon Abbas.

Prælatus diuerſimode ſe habere debet erga ſubditos in iis inſtruendis.

236. *Facies candelabrum ductile ex auro puriſſimo, haſtile eius & calamos* [illegible] per calamos Prælati denotantur de [illegible] enim ipſius candelabri procedunt, & illi inhærent, ſic & illi qui præſunt, Chriſto inſerti eſſe debent, ſicut enim pes trūcatus, pes quidem, ſed inutilis & manus præciſa de corpore, manus quidem eſt, ſed inutilis, [illegible]que operis nullum habet: ſic & ille qui [illegible] Chriſti non habet, & fidem, in eo [illegible] eſt & omnino infructuoſus. Verum neſcio cur calamis ſuperiores denotentur, calamus enim muſicum inſtrumentum eſt, quis autem dicet muſicum inſtrumentum prælatorum figuram gerere? nihilominus affirmatiue id tenet cit. Abſalō, *Quoniā* (inquit) *voce prædicationis reſonare debent, ſicut de his dicitur Eſai. 40. ſuper montem excelſum aſcende tu qui Euangelizas, ſicut & cap. 58. clama ne ceſſes. quaſi tuba exalta vocem tuam, vtilis ergo paſtor Eccle-* A *ſiæ verbum vitæ denuntians, modo grauem, modo dulcem, modo ſubtilem, modo acutum ſonum reddere debet: grauem, aſpera voce increpationis corripiendo impios; dulcem lenis exhortatione conſolando iuſtos; ſubtilem, diligenti inueſtigatione perſcrutans angulos conſcientiarum; acutū, repromittens gaudia cœleſtium præmiorum*, ſed & nunc attende vim calamorum, paſtores non in vrbibus & frequentia hōminum, ſed in deſertis locis adinueniſſe, vt carentes hominum ſolatio, muſico modulamine ſeipſos ſolarentur, leuiuſque loci deſerti ferrent ſolitudinem: eodem modo vox paſtorum Eccleſiæ non in contentionibus cauſarum, non in curiis principum, non in ciuitatibus, vel plateis quantum eis poſſibile eſt, audiri debet, ſed in deſertis, id eſt clauſtris vocem ſuam emittere, quę & ſibi ipſi ſit ſolatium,
B & ſubditis ad profectum.

Abſalon Abbas. Iſai. 40. Iſai. 58.

Prælatus eruditus ſcyphus aureus eſſe debet, ſed non fæcem vitiorum continens.

Facies candelabrum ductile ex auro puriſſimo haſtile eius & calamos & ſcyphos, quibus viri eruditi in religione capaces verbi Dei, qui aliis ſcripturis diſſerendo, potum vitæ propinare tenentur, intelligendi ſunt; quod vtique faciunt, quando per mandata Dei accendunt cæteros ad charitatem, per præcepta erudiunt ad iuſtificationem, per conſilia promouent ad perfectionem, per teſtimonia quæ ſunt de futura vitâ, extollunt ad cœleſtium contemplationem, ſic cæteros, vino ſpiritualis doctrinæ 237.
C inebriante, operantur in eis obliuionem huius mundi: quicunque ergo aureus ſcyphus eſſe cupis, & verbū vitæ cōtinēs, ſemina verbū Dei, porrige potum fratri tuo ſitienti, & ſine inuidia communica quod gratis accepiſti, ſed quid ille ſcyphus continebat. an aquam, vel muſtum fæce mixtum, vel vinum puriſſimum? ſane non decet aureos ſcyphos ſolum aqua, vel muſto fæce mixto adimpleri, ſed vino optimo: quia nec prælatus ſolum ſcientiæ ſæcularis, quæ per aquam intelligitur, indulgere debet, ſed ſapientiæ diuinæ, vino comparatæ, ſed vino puro nulla fæce permixto, omnis enim ambitio & vana gloria, per fæcem deſignata, omnino ab eo debet eſſe aliena: iterum profero in medium huius veritatis teſtē Aſal. Abbatē. Non decet ſcyphum aureum aquam vel muſtum fæce
D mixtum, ſed vinum meraciſſimum continere, ad virum ſiquidem religioſum non pertinet litteris ſæcularis ſcientiæ vacare, quæ per aquā intelligitur, ſicut quibuſdam per improperium dicitur, vinum tuum mixtum eſt aqua, non ſit ergo clauſtralis ſolicitus quomodo Tullius perorat in cauſis, quid Plato ſcrutetur in aſtris, quid Euclides metiatur in [illegible], quid Boetius concordet in muſicis, [illegible] Donatus diſtinguat partes orationis, ſed potius in cellam vinariam ſacræ ſcripturæ ingreſſus, inde hauriat quo ſpiritualibus ſpiritualia comparare poſſit: ſed neque vinum fæce mixtum in aureo ſcypho decet cōtineri, quia vir religioſus [illegible]nem ambitionem, vanam gloriam, & laudem

" humanam, cum verbum Dei prædicat & do- A
" cet, debet exulare, ne ſimilis efficiatur illis qui
" vendiderunt filium Dei (quia verbum Dei fi-
" lius Dei eſt) & audiat hoc improperium à Do-
" mino, recepiſti mercedem tuam, vinum pu-
" rum ſcyphi aurei debent continere, vt illi qui
" litterati ſunt in clauſtris, ſimplici oculo, & pu-
" ra intentione doceant, & prædicent verba vi-
" tæ, illum ſolum fructum præſtolantes quem
" promiſit Deus diligentibus ſe.

Qui ſciunt obedire, digni ſunt qui aliis præluceant.

238. *Facies candelabrum ductile de auro, haſtile eius &c. & ſphærulas*, ſane ſphæra vel ſphærula obedientiæ imago eſt, ad omnia parentis animi characteres habituſq. ſphærulæ noſtri can- B delabri id tacite innuunt, docet enim volubilitatem iis eſſe neceſſariam, qui cœleſti lumine Abb. an Abbas. lucere debent: huc flexit præfat. Abbas. *Sphærulæ quæ ſunt in candelabro volubiles, & rotundam formam habent, & ſignificant ſimplices clauſtrales, qui Prælatorum ſuorum reguntur imperio, ſalubre ſibi æſtimantes, quidquid virtus obedientiæ inſerit faciendum*, quæ ad omnes traduci debent, qui ſub aliorum imperio viuunt, vt ſcilicet ad eorum nutum voluantur, ſed cur in candelabro hæ ſphærulæ? quia qui ita parent, digni ſunt qui aliis præluceant, non ſolum qui in domo ſed etiam extra.

Obedientes ſemper tendunt ad anteriora.

239. *Facies candelabrum ductile ex auro, haſtile eius, & calamos & ſcyphos & ſphærulas*, quibus C propter volubilitatem diximus denotari obedientes, ſed cur ſphærulis denotantur? nonne cum ſphæra vel globus proiicitur, recta tendit in ſcopum via, neque ad dextram vel læuam flectens? cur ergo ſphærulis vere obediens non denotaretur, cum accepto à ſuperiore mandato, tendit ad eorum executionem quæ ſibi iuſſa Præfatus Abbas. fuere? innuit præfat. Abbas. *verè volubiles ſunt ſphærulæ neque ad ſiniſtram neque ad dextram ſunt retortæ, ſed ante ſe directæ voluuntur, quia boni clauſtrales qui in ſimplicitate ſua confidenter ambulant, obliti eorum quæ retrorſum ad anteriora ſemper ſe extendunt.*

Lucem aliis præferre non poteſt qui non eſt caſtus.

240. *Facies candelabrum ductile ex auro, haſtile eius* D *&c. lilia de ipſo procedentia*, quis nexus liliorum & candelabri? ſi oliuas diceret vel nuces non mirarer, oleum enim neceſſarium erat ad lucernarum in hoc candelabro alimentum & conſeruationem, ſed lilia ad quid poſſunt inſeruire? quæ vtriuſque connexio? hæc equidem, quia qui caſtus (per lilia deſignatus) poteſt aliis lucere. inde recte prius Dominus di- Luc. 12. xit Luc. 12. *Sint lumbi veſtri præcincti* per continentiam & caſtitatem, deinde addit, *& lucernæ ardentes in manibus veſtris*, quia ſcilicet lucem aliis præferre non poteſt, qui prius caſtitatem & puritatem vita & moribus non cuſtodierit.

Dei filius caſtiſſimæ virginis lilium ſuſtinuit, non violauit.

Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius &c. & lilia ex ipſo procedentia can- 241. delabrum hoc lilia non premit, ſed ſuſtinet, eſtque illorum baſis ac firmamentum, quodnam repræſentat huiuſmodi candelabrum? Chriſtum D. teſte Petro Riga in lib. ſuo de aurora dicente,

Facis in hoc opere ſignatur luminis auctor,
Cereus Eccleſiæ Chriſtus vbique micans. Petrus Riga.
Chriſti maieſtas, mundo ſignatur in auro,
Qui ſuit in mundo, mundus & abſque nota.

Lilium autem nonne deſignat ſanctiſſimam virginem, ipſomet cœleſti ſponſo teſte? ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias Adæ: en cur candelabrum lilia non premit ſed ſuſtinet? Chriſtus enim hoc deſignatus, matris virginitatem non violauit, ſed cuſtodiuit, ſed muniuit: candelabrum dicitur Chriſtus non fuſile ſed ductile, quia non ſemine hominis transfuſum eſt, ſed Spiritus ſancti opere deductum, in- Richard. à S. Laur. de laudibus virginis, nectenda hic quæ habet Richard. à S. Laurent. lib. 1. cap. 9. qui de hoc ductili candelabro ita loquitur. *Chriſtus recte dicitur candelabrum, quia Ioann. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ductile non fuſile, quia non ſemine hominis transfuſum, ſed opere ſancti Spiritus deductum ex auro mundiſſimo, id eſt ex puriſſimo virginis ſanguine*, cum igitur ductili candelabro Chriſtus comparetur, cum illud lilia ſuſtinuerit non preſſerit, non læſerit, iure aſſirmare poſſumus, partu virginis integritatem violatam non fuiſſe, ſed auctam ac firmatam, robur maius virgineus candor à filii productione accepit, & maius decus.

Chriſtus Dominus à peccato immunis, & tamen à pœnis non liber.

Facies candelabrum ductile ex auro mundiſſimo, 242. quis in candelabro, niſi redemptor humani generis deſignatur? qui in natura humanitatis habuit lumen diuinitatis, vt mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris videret, qui pro eo quod naturam noſtram ſine culpa ſuſcepit, candelabrum tabernaculi ex auro puriſſimo fieri iubetur, ſed cur ex auro ductili? cur non fuſorio? ſatis enim erat dicere facies candelabrum ex auro mundiſſimo, nulla mentione facta an deberet eſſe ductile? reſpondet B. Greg. Magn. hom. 6. in Ezech. *Ductile feriendo producitur, quia redemptor noſter qui ex* S. Greg. Magnus *conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo extitit, paſſionum dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit: ex auro* [illegible] *puriſſimo candelabrum ductile fuit, quia* [illegible] *non habuit, & tamen eius corpus pe*[illegible] *contumelias ad immortalitatem profe*[illegible] *iuxta virtutes animæ quibus percuſſioni*[illegible] *iſſe proficere omnino non habuit, in membris autem ſuis (quod nos ſumus) quotidie percuſſionibus proficit, quia nos dum tundimur, & afficimur,* [illegible] *pus eſſe mereamur, ipſe proficit.*

CONCORDIA.

CVm valde obſcurum ſit ſignificarum horum inſtrumentorum, & difficile inueſtigatu, cuius generis, & formæ ſint: noſter interpres nomen Hebræum קערת keharoth vertit acetabula hîc, & alibi paſſim, præterquam num. 4. vbi vertit thuribula, alij ex Hebræo ſcutulas, vel ſcutellas, vel patinas: Oleaſt. addit, non eſt coniectura certa ad inueniendam propriam ſignificationem. Sept. vero τρύβλια quod Latinus interpres catinos vertit, vel diſcos. Secunda vox eſt כפת, à ſingulari כף caph, id eſt vola manus aut planta pedis, quæ eſt à radice כפף quæ propriè ſignificat curuare, inde chippach, id eſt ramus, ſic à curuitate dictus, ſic & cochlear quod curuum ſit, ad mo- B dum volæ manus, vnde & cappot, id eſt palma, A quod modum manus, ſeu volæ habeat. Quod noſter interpres hîc, & alibi phialam, licet aliquando mortariolum interpretetur. Sept. vocem hanc vbicumque pro vaſculo ſumunt. Reddunt θυΐσκας, quod noſter interpres thuribulũ vertit, & alij mortariolum. Tertia vox eſt קשות à noſtro interprete hic & alibi crateres redditur, alij medios calamos, dimidiatas fiſtulas, vel cantharos vertunt. Oleaſt. dicit ignotæ eſſe ſignificationis. Sept. vbique σπόνδια, vel σπονδεῖα, hoc eſt libatoria. Vltima vox eſt מנקיות menakijot, quæ à noſtro interprete & Sept. vbique ciathos redditur, à Vatab. crateres, ſed ab alijs purgatoria inſtrumenta. Verbum enim נקה nakah, à quo emenakijot, ſignificat mundare.

EXPOSITIO.

PArabis & acetabula, & phialas, &c. Plures ſunt qui hæc omnia non ad menſam panum propoſitionis pertinere volunt, nimis anguſtam, vt hæc omnia contineret, cum duplici ordine panum: alij licet ad eius vſum ſpectare velint, tamen non in ipſa menſa, ſed alio in loco reponi defendunt. Verum c. 27. diſerte aſſeritur, hæc fuiſſe ad varios vſus menſæ, acetabula, vbi in Hebr. & Cald. habetur & vaſa quæ erant ſuper menſam: adde etiam non debilem rationem, quod hoc loco in Hebr. & Cald. ad horum ſingula addatur affixum, acetabula eius, phialas eius, quod aliud nihil referre poteſt, quam quod immediate antecesſit menſam ſcilicet, tum cur eorum hîc fieret mentio, ſi menſam eiuſque vſum non reſpicerent, maximè cum præcedens, & ſequens verſus ſint de menſa propoſitionis? exponamus ergo hæc omnia.

Acetabula, vaſis potius formam reſpexit quam magnitudinem interpres, illud enim nomen, paruum vas ſignificat, ſcilicet aceto reponendo, & intingendis eo in menſa obſonijs deputatum. Hoc tamen magnum fuit, vt ex C vſu patet: nam huiuſmodi acetabula arbitror fuiſſe crateres aureos, quibus ſinguli panes imponebantur. *Et phialas*, per quas intellige vaſa quibus imponebatur thus ſupra panes ipſos, vas igitur illud fuit concauum puriſſimi incenſi granis plenum, panibus ipſis imponendum, & ſi Philoni fides adhibeatur, aliud quoque vas erat ſale plenum, quod iiſdem panibus imponebatur, id quod propter Dominicum præceptum factum videtur fuiſſe, in omni oblatione tua offeres ſal: *& thuribula*, opercula quædam erant quibus tegebantur thus & panes propoſitionis ne à muſcis vel à puluere fœdarentur. *Et cyathos*, vaſa in quibus vinum pro panibus libabatur. Ait doctiſſimus Villelp. lib. 2. explan. p. 2. in Ezech. c. 41. lib. 4. textum voluiſſe forte indicare libationem hãc vini, ſingulis ſabbathis factam fuiſſe, tunc cum panes inferendi erant in ſanctum, atque conſummato vino, ne aceſceret vna cum panibus apponebantur in menſa, vaſa huiuſmodi libamentorum perpetuum memoriale, oblati ſimul panis & vini huius libationis, teſtis eſt Ioſephus 1. Bell. c. 5.

Villelpan.

Ioſeph.

CONCEPTVS.

Non idem eloquium diuinum auditoribus effundendum. D *aliter fœminæ, aliter cœlibes, aliter coniugati, aliter Prælati, aliter ſubditi docendi ſunt.*

211. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* cur tot vaſa ad offerenda libamina iubentur fieri? nonne vnicum pluribus inſeruire poſſet? ne multiplicentur, cum ſecundum aliquos ea continere non valeat menſa; pondera ea ad vſum menſæ per quam ſcriptura diuina denotatur pertinuiſſe. Dic ergo varia vaſa ad offerenda libamina facta, quia variæ debent eſſe diſtioctiones eloquij diuini pro diſpari audientium capacitate. *Non enim vna*, inquit Vener. Beda lib. 1. de Tabern. c. 7. *eademque omnibus poteſt conuenire doctrina, aliter namque ſapientes, aliter inſipientes, aliter diuites, aliter pauperes, aliter ſani, aliter infirmi, aliter ſenes, aliter iuuenes,*

Venerab. Beda.

Licet concionator diuerſa pro audientium captu proponat, ex ſacra tamen ſcriptura accipere deberet.

Parabis & acetabula, & phialas, &c. quæ vaſa ad menſam tabernaculi, & ad offerenda libamina pertinebant: cur non approbanda ſententia eorum qui aſſerunt hæc ad menſam non pertinere, ſed ſolum ad vtrumque altare, cuius vſibus deſeruiebant? non approbanda propter aſſignatas rationes in expoſitione, tum quia licet eſſent diuerſa, tamen vna menſa ea continebat, per quod denotatur quod licet concionator diuerſa pro auditorum captu 212.

Rabanus Maurus. Matth. 24

proponat ea ex menſa ſpirituali Sacræ ſcripturæ accipere debet. Fauet Rabanus Maurus, *Quæcumque prudens Doctor diuerſa pro diuerſitate audientium loquitur, vniuerſa in regula Sacræ ſcripturæ reperiuntur, atque ad offerenda Domino vota bonorum operum corda excitant auditorum, quæ videlicet oportuna diuerſitas ſanctæ prædicationis ipſius Domini ore deſignabatur, cum diceret, quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam vt det illis in tempore tritici menſuram? Matth. 24. Menſuram quippe tritici conſeruis dat in tempore fidelis diſpenſator & prudens, quando diſcretus verbi miniſter, non ſolum tempus oportunum in dicendo obſeruat, verum etiam qualitatem ſenſumque auditorum diligenter exquirit, & iuxta diſtantiam huius modum ſui ſermonis temperat.*

Qui in Eccleſia Dei auditoribus ſuis multa in eruditione ſatisfacere non poteſt, verba ſaltem ædificatiua proferat.

213. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* phialæ ſunt patulo ore, cyathum è contra oris eſt anguſtioris. Quid ergo per phialas niſi doctrina exuberans? quid per cyathos, niſi parua atque anguſta ſcientia deſignatur? cur in tabernaculo huiuſmodi vaſa diuerſa? vt inde ſcires quod ſi in Eccleſia Dei auditoribus tuis in multa eruditione ſatisfacere non potes, ſaltem verba ædificatiua, & inſtructiua proferas, eo modo quo valeas. Obſeruatio eſt Abbatis

Rupertus.

Tuic. c. 7. lib. 4. *Alius doctrina veritatis plenus audientium mentes inebriat, per hoc ergo quod dicit phialam porrigit, alius explicare quod ſentit non poteſt. Sed quia hoc vtrumque denuntiat, profectò per cyathum guſtum præbet: in Dei ergo tabernaculo, id eſt in ſancta Eccleſia poſiti, ſi per doctrinæ ſapientiam minime porrigere poſſunt, in quantum pro diuinitatis largitate ſufficiunt proximis, ſuis boni verbi cyathos dare debent.*

Aſſeruandæ in Eccleſiâ ſacræ Euchariſtiæ antiquus mos, iam inde ab initio legis indicatus.

214. *Parabis & acetabula, & phialas, & thuribula, & cyathos.* Cyathus erat vas quoddam vaſis illis perſimile, in quibus ſacra à nobis aſſeruatur Euchariſtia, cuius teſtis irrefragabilis, arcus Titi qui eſt Romæ, in quo menſa hæc parum ab iniuria temporum, non ſine Dei ſpeciali prouidentia vindicata, vſque ad hunc diem manet, & ſuper menſam vas quoddam affabre elaboratum, ſine vlla ſculptura, ac ſatis magna, quod vt iam diximus vaſis illi perſimile eſt, in quibus à nobis ſacra aſſeruatur Euchariſtia. Hanc autem menſam cum candelabro, & lege, Romani ex ſpolijs templi Hieroſolymitani, cum vrna à Tito vi armorum capta, Romam adduxerunt, & in memoriam tantæ victoriæ, marmorea tabula ſolerti diligentia efformata eſt, quæ tabula eſt à ſiniſtris in arcu Titi, quam cum eſſem Ro-

A mæ in comitijs generalibus, anno Domini 1625. mira attentione conſpexi, & quod vidi fideliter refero. Verum quid hoc denotat, quod in vaſis ſimilibus nunc aſſeruatur Sacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum? Religiosè & eruditè ſatisfacit Villelp. tom. 2. l. 4. c. 57. *Perpetuum ſane monumentum ſanctitatis & antiquæ laudabiliſque conſuetudinis, quam ſemper eſt amplexata Eccleſia Catholica, Apoſtolica, & Romana, vt in templis fidelium, in quibus panis & vinum omnipotenti Deo ſuper ſacra altaris menſa quotidie offertur & conſecratur, quibus in verum corpus & ſanguinem Chriſti conuerſis, ſanguis quidem ſub ſpecie vini conſecratus, totus abſumitur, aſſeruatis tantum huius ſanctiſſimæ libationis vaſis: idem vero ſanguis latens in corpore ſub ſpecie panis, in ſacra pixide*

Villelpand.

B *diu aſſeruatur, vt præſignatum fuerat ab initio, aſſeruatis in vaſe panibus, & vini in menſa vacuis vaſis; quod ſanè exemplum vel vnum ſufficere potuiſſet, ad retundendam audaciam hæreticorum, qui impiè conantur conſuetudines ſacras ab Eccleſia Catholica piè ſemper atque vtiliter obſeruatas, Moſaicis olim vel potius diuinis inſtitutis, in magnam Eccleſiæ perniciem conuellere, quamuis fruſtra: fuit enim Eccleſiæ antiquum, & glorioſum ſacram Euchariſtiam in Eccleſiis aſſeruare, idque Apoſtolicis conſtitutionibus ſancitum, & poſt communionem, inquiunt, teſte Clemente Roman. lib. 8. Conſtit. c. 13. omnium tam virorum quam mulierum ſumant diaconi reliquias, & inferant in tabernaculum.*

S Clemens Roman.

C *Eadem oblatio iam à populo ex Gentili, & Iudæo conflato offertur.*

215. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* Cald. facies acetabula eius, & phialas eius, nempe menſæ, quæ vnica fuit in tabernaculo, vt in ea panes propoſitionis reponerentur. Verum cum vnam tantum menſam fabricauerit Moyſes, cur non vna contentus fuit Salomon ſimiliter? cur plures elaborare fecit? decem enim inuenio ab eo fieri iuſſas 2. Paralip. 4. necnon & menſas decem, & poſuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: reuoca in memoriam iam à nobis dictum tabernaculum Synagogam denotaſſe, ſicut & templum Salomonis Eccleſiam: quo poſito iam non vnica menſa, ſicut in tabernaculo,

2. Paral. 4.

D ſed plures factæ ſunt, vt eadem oblatio non ab vno populo ſolum, ſed ab omnibus offerenda denotaretur. Hanc rationem in medium adducit Villelpand. *Hic breui inſinuanda eſt huius diſpoſitionis ratio, quæ veritatem Eccleſiæ Catholicæ vniuerſa reſpicit, in qua vna eademque oblatio ab vno eodemque populo Chriſtiano ex Iudæis, & Gentibus conflato, vbique locorum ac gentium offertur, munda Deo, vt prædictum à Malach. 1. verſ. 11. fuerat, non quidem vt olim in figura ad vnum Hebraici populi parietem, vnamque menſam, ſed ad vtrumque, & ad denas, hoc eſt indefinitas menſas, ſiue altaria ſolemni ritu conſecrata.*

Villelpand. ſupra. Malach. 1.

Prudentia in omni ſacrificio, & bono opere neceſſaria.

216. *Parabis & acetabula, & phialas, &c.* Diximus in expoſitione præter ea vaſa, ſal fuiſſe
Leuit. 2. impoſitum ſecundum Domini præceptum Leuit. 2. in omni oblatione offeres ſal. Cur ſal in hac menſa tabernaculi, cum præter panes nulla erant fercula, vel dapes ſale condiendæ? non enim erant cibi, quibus ſi ſal non adhiberetur, guſtui eſſent inſipidi. Nonne ſal denotat diſcretionem? merito ergo etiam ſal cum his omnibus vaſis, in quibus offerenda erant libamina, apponitur, vt ex eo diſceremus prudentiam in omni ſacrificio, omni oblatione, & in omni opere noſtro habendam. Annuit Serranus Doctor Complutenſ.
Doctor Serranus. in illud Leuit. x. *Quam aptiſſimè*, inquit, *post*

A *reprehenſionem voluntatis & guſtus, quæ ex corruptione peccati, omnem humanam actionem anteire ſolent, finem conſtituit, quem tota vita homo, Dei cultor, præ oculis habere debet: nempe diſcretionem eorum quæ placent Deo, ab his à quibus abhorret, diſcretionem ſpiritus à carne, vt cibus aptus menſæ Dei reddatur: ſi ſeparaueris inquit pretioſum à vili, quaſi os meum Ierem. 15. diſcretionem item verbi Dei, vt in omni* Ierem. 15 *ſermone, omni doctrina, omni conſilio, in omni tua actione, & opere, in conuictu fratris, ſiue cum corripueris, ſiue quidpiam aliud egeris, voluntatem Dei eiuſque diuini verbi adimpletionem attendas: hæc enim omnia nomine ſatis hic diuinus ſpiritus intelligit, etenim vt ſal condi-* B *mentis ſaporem præſtat, & cibos guſtui aptos reddit, ita harum rerum prudentia, actionibus & operibus noſtris condimenti genus eſt, & tanquam cibos aptos eſui Domini præparas.*

VARIET. LECT. Verſ. 30.

V*Vlg.* Et pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, *ita Symmach. eos appellat.*

Sept. Impones ſuper menſam panes præſentes coram me ſemper.

Pag. Et pones ſuper menſam panem facierum, *ita etiam Aquila, Onkelus, &c.*

Mont. Et dabis ſuper menſam panem facierum, ad facies meas.

Caiet. Faciebus meis.

Alij, Panes ſuper menſam, panes appoſitionis.

CONCORDIA.

HEbraicè eſt לחם פנים lechem panim, C id eſt, panes facierum, quod à noſtro Vulg. interp. non diſcordat, nam panes facierum dicti ſunt panes aſſiſtentiæ, panes propoſiti, qui ſemper coram Deo reperirentur: quod certiſſimum eſt, quia mox vt dixit panes faciei, vel facierum intulit לפני lephanai, id eſt faciei meæ, præſentiæ meæ; atque inde videntur appellati, quod ſemper coram Domino ſtarent poſiti. Hoc idem ſentiunt Sept. qui hos panes appellarunt ἐνωπίους præſentes, vel in conſpectu poſitos. Scio Hebræos panes facierum, ita dictos velle, quod quatuor angulis eſſent expreſſi, quos illi facies appellant, hocque genus panis factum erat, & tantum ſacerdotibus licebat contingere.

EXPOSITIO.

ET *pones ſuper menſam panes propoſitionis*, hic primarius & finis huius menſæ, vt in ea ponerentur panes dicti propoſitionis, quia ante faciem Dei continuo in menſa propoſiti eſſent, vel coram arca, & propitiatorio, in quo ſe præſentem exhibet: de his panibus aliqua ſcitu digna non omittenda. Primo fuerunt azymi, quod ſatis patet ex generali lege, quæ excludit oblationem ex fermento: hi duodecim erant numero, ita diſpoſiti, & ſeni ſupra ſe inuicem poſiti, vt duos ordines conſtituerēt in menſa, forma autem plana fuerunt, vt facile ſe inuicem ſuſtentarent. Hi panes ſingulis Sabbatis manè ponebantur, ibi enim per ſeptem dies in alterum relinquebantur Sabbatum, recentibus autem appoſitis, veteres tollebantur, qui & ſacerdotibus in cibum cedebant, D nec vlli alteri fas fuit his veſci, ex publico autem erogabantur, & ex duobus aſſeronibus, ſeu decimis farinæ, ſeu ſimilæ, ita vt 24 decimæ conſumerentur in duodecim panibus. Villel. tenet duas decimas continere 12. libras, Villelpand. alij 13. cum dimidia. Quamuis Rob. Cen. lib. Robertus de Pand. & menſ. minore quantitatē concedat. Cenalis.

CONCEPTVS.

Deus perpetuam animorum præſentiam in ſuo conſpectu poſtulat.

217. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, Pag. & alij, ex Hebr. panes facierum nominari? cur ita dicti? licet in concordia dictum fuerit, tamen aliqui voluerunt ita nuncupatos, quia forte notati erant faciebus, ſeu caracteribus duodecim filiorum Iſrael, ita vt iugis eſſet quaſi aſſiſtentia filiorum Iſrael coram Domino, quaſi Deus eum illos panes ſingulis ſingularum tribuum faciebus ſignatos, ſeu inſcriptos exigebat, nihil aliud quam perpetuā animorum præſentiam

in

in conſpectu ſuo poſtularet, Verba Cajetani A
Cardin. Caiet. ſubiicio, *Duodecim panes iuxta numerum filio-
rum Iſrael renouati appellantur panes facierum,
quia forte notati erant characteribus ſeu faciebus
eorum, ita vt iugis eſſet quaſi aſſiſtētia filiorum Iſ-
rael coram Deo, & forte denominatione extrinſe-
ca nuncupantur, panes facierum à diuina facie,
orans enim ſemper tanquam ante faciem Dei.*

Facies Chriſti Domini in Eucbariſtia, bonis amabilis, impiis terribilis.

218. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, ex
Hebræo panes facierum, quod duas ad minimum facies haberent, non eſt dubium panem
propoſitionis Chriſtum Dom. in Euchariſtia
Rupert. denotare, iuxta illud Rupert. lib. 4. c. 7. Panis B
propoſitionis, inquit, ipſe eſt Chriſtus, ſicut
Catholica tenet fides, quem in conſpectu Dei
ſancta ſemper proponit, nam ille panis propo-
ſitionis qui in typum huius panis poſitus eſt,
tam dudum ſcelere Iudæorum pollutus eſt, vn-
Malach. de per Malachiam cap. 1. offertis, inquit Do-
minus, ſuper altare meum, panem pollutum,
& deinceps, non ſuſcipiam de manu veſtra, ab
ortu enim ſolis vſque ad occaſum magnum eſt
nomen eius in gentibus. Et in omni loco ſa-
crificatur & offertur nomini meo oblatio
munda.] ſed ſi ita ſe res habet, quomodo di-
cendus eſt ille panis Dominicus, duarum fa-
cierum? quia in Euchariſtia Chriſti Domini
facies eſt amabilis iuſtis, quæ illos recreat &
Pſal. 20. lætificat, iuxta illud Pſal. 20. lætificabis eum
Pſal 66. in gaudio cum vultu tuo, & Pſalm. 66. illu- C
minet vultum ſuum ſuper nos & miſeraatur
noſtri: altera facies terribilis ſed malis, iuxta
illud Pſalm. 20. pones eos vt clibanum ignis
Pſal. 33. in tempore vultus tui & Pſalm. 33. vultus au-
tem Domini ſuper facientes mala, vt perdat
de terra memoriam eorum, & ſic in hac menſa
iuſti viuunt, impij moriuntur, quod paucis cō-
S. Chryſ. firmat B. Chryſoſtom. hom. poſt. de cruce &
latr. *Non eſt ſangnis Chriſti deterior igne Baby-
lonico, ille ſcit ſanctorum in camino honorare cor-
pora & Caldæos comburere, quanto magis ille pre-
tioſiſſimus ſcit perdere incredulos & ſaluare fi-
deles?*

Commemoratio corporis & ſanguinis Domini maxime propitium facit hominibus Deum.

219. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con-
ſpectu meo ſemper*, de quibus Leuit. c. 24. erunt
Leuit 24. panes in commemoratione appoſiti Domino,
quaſi exorantes Dominum pro filiis Iſrael,
vt eis foret propitius: ſed cum panis ille propo-
ſitus, myſticum panem referat, cur in com-
memoratione apponitur Domino? quia com-
memoratio præcipue corporis & ſanguinis D.
maxime cum facit hominibus propitium, *Si
Origen. referantur*, (inquit Origen. hom. 13. in Leuit.)
*ad myſterij magnitudinem, inuenies cōmemoratio-
nem illam habere ingentis repropitiationis effectū,
ſi redeas ad illum panem qui de cælo deſcendit &
dat huic mundo vitam, illum panem propoſitionis
quem propoſuit Dominus propitiationem per fidem
in ſanguine ipſius. & ſi reſpicias ad illam comme-
morationem, inuenies quod ita commemoratio eſt
ſola quæ propitium faciat hominibus Deum.*

Si Corpus Domini offeras, ſimul puritatem orationis coniungas.

*Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 220.
ſpectu meo*, Leuit. 24. *& pones ſuper eos thus luci- Leuit 24.
diſſimum*, non ſolum vt panes hi Deo accepti
eſſent, coram Deo proponendi erant, ſed ſu-
per eos thus lucidiſſimum imponendum, vel
vt habent Sept. thus mundum: nonne azymi
erant, & ideo Deo grati? cur ergo & thus ad-
hibetur cum eis? quis enim nexus panis &
thuris, & non cuiuſcumque ſed lucidiſſimi &
puri? nonne thure mundo ſignificatur oratio
munda & pura? bene ergo panibus propoſi-
tionis adhibetur & thus, quia cum panem my-
B ſticum Euchariſticum nempe corpus Domini
verum offerimus, ſimul & puritatem oratio-
nis cum eo coniungere debemus: annuit Ada- Adamant.
mantius. *Thuris ſpecies formam tenet oratio-
num; oportet ergo panibus ſidei orationum vigilan-
tiam, puritatemque coniungere, pura autem ora- 1 Thim. 2.
tio eſt ſicut Apoſt. ait 1. Timoth. 2. leuantes pu-
ras manus ſine ira, & diſceptatione, ſimiliter &
oderis ſuauitatem implere facis illud quod ſcri-
ptum eſt, dirigatur oratio mea ſicut incenſum in
conſpectu tuo Pſalm. 140. ſi quis orationes qui-
dam offerat Deo, non tamen habet puram conſcien-
tiam ab operibus malis, hic thus videtur panibus Pſal 140.
ſuperponere, ſed non ponit thus mundum, nam ſi
omne thus mundum eſſet, non vtique addidiſſet
ſcriptura, thus mundum ſuper panes propoſitio-
nis ponendum ante Dominum: nec enim putes
C quod Deus omnipotens hoc mandabat, & hoc lege
ſanciebat, vt thus ei ex Arabia deferretur, ſed
hoc eſt thus quod Deus ab hominibus ſibi quærit
offerri, ex quo capit odorem ſuauitatis, oratio-
nes ex corde puro & conſcientia bona in quibus
vere Deus ſuſcepit fragrantiam ſuauitatis.*

Sanctiſsima Virgo omnes quantum eſt ex ſe ad Eucbariſtiam trahit.

*Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 221
ſpectu meo ſemper*, S. Epiphan. de laudibus
Virginis, putat hanc menſam eſſe beatam
Virginem: nonne panis arca concluditur? cur
ergo hic menſæ imponitur? panis ſane in arca
recluditur vt ſeruetur, panis vero menſæ im-
ponitur, & accumbentium aſpectui obiicitur,
aſſumendus, & manducandus, ergo Eucha-
D riſtia eſt in Virgine tanquam in menſa
qua de cauſa? quia Deipara omnes ad Eucha-
riſtiam trahit, & hoc agit vt omnes ad hanc
menſam vocet, imo iuxta hanc menſam can-
delabrum accenditur, vt omnibus hic panis
pateat, vt omnium appetitum ad eſum ex-
citet, ſubiicio verba Epiph. *Fidei menſa in-
tellectualis quæ panem vitæ, mundo ſuppedita- S. Epiphan.
uit, quæ vitæ panem calidum mundo attulit, de
quo Saluator mundi Chriſtus ait, accipite & co- Matt. 26.
medite hoc eſt corpus meum quod pro vobis fran-
gitur in remiſſionem peccatorum.*

Corpus Chriſti Domini meritorie non recipitur, niſi in anima ab omni ſorde pura.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, qua- 222.
lis debeat eſſe hæc menſa, aperitur Leuit. 24. Leuit. 24

S. Hieron. S. Cyril. Hieron. Iſichius Damaſc.

Super menſam puriſſimam ſtatues eos in conſpectu Domini, cur puriſſimam addidit? nonne ſatis erat menſæ ex lignis ſetim imponi? nonne mensâ anima denotatur, ſicut & panibus ille qui de cœlo deſcendit nobis in cibum paratus? teſtib. S. Hieron. in cap. 1. Malach. Cyrill. Hieroſ. Cath. 4. Damaſc. l. 4. c. 14 Iſichio & alijs: ne ſciſciteris ergo, cur mēſam puriſſimam requirat Deus, vt panes ſibi offerantur? quia panis Eocheriſticus meritorie non recipitur, niſi in anima ab omni peccati læthiferi labe pura, *Anima Chriſtiana*, inquit Petr. Cell. lib. de panibus c. 9. *baptiſmi trina immerſione ad plenum tam ab originali quam actuali peccato purificata mente Domini eſt puriſſima, ad hanc enim ſuperborum regum & omnium prædiuitum menſis deſpectis accedit Dominus, vt reficiat & reficiatur, vt miniſtret & miniſtretur, libamenta corporis & ſanguinis ſui prior in hac menſa repoſuit; ac deinde imitationem paſſionis pro recompenſatione multum dignanter reſumit.*

Abbas Celleuſ.

Miſſa terminus & ſcopus quo omnia tendebant ſacrificia.

223. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, qui aperte Euchariſtiæ ſacramentum deſignaut, primum enim vt habetur Leuit. ex ſimila florc farinæ, & adipe frumenti conſtabant quibus Ieſum Chriſtum ſignificari conſtat. atqui quoniam corpus Chriſti nonniſi ſartagine crucis prius frixum, eſui fidelium coaptatum eſt, panes coctos hic ſibi apponi volebat Dominus, & ex duabus decimis ſimilæ, turſos coctos petebat, quibus ſpeciebus panis totū Chriſtum verum Deum & hominem continendum figurabatur, altera decima diuinitatem, altera humanitatem in ſuppoſito diuino ſignificātibus: equidem denarius numerus totus eſt, & ita quælibet decima totam & integram vnam naturam referebat: prætereà ſerenos & altrinſecus meñſæ puriſſimæ ſuperponi iubet cum thure lucidiſſimo in monumentum oblationis Domino, etenim verbo Domini (quod & panis ſignificat, dicente ipſo, non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod procedit de ore Dei, Matth. 4.) in hoc myſterio panis conuertendus erat in corpus Chriſti. Et quoniam perfectiſſime prædicandum vniformiter erat ab Apoſtolis, numero ſenario qui perfectus eſt, è regione ſe reſpicientes diſponuntur, & in puriſſima menſa, & cum incenſo; proculdubio puritatem deſignans, quâ fideles ad tantum ſacramentum acceſſuri erant & orationem inſuper, quæ communionem & ſomptionem tanti myſterij comitari debuiſſet: quippe nullo alio modo impenſius animæ munditia & deuotio ſumpturis commendari potuit, quam puritate menſæ & appoſitione thuris lucidiſſimi in eadem, non quidem propter menſam ea puritas & fragrantia thuris requirebatur (non enim de bobus cura eſt Deo 1. Corinth. 8.) ſed propter acceſſuros ad hanc cœleſtem Domini menſam, qui conſcientia nitidi & oratione virtotis odorem emittente, & igne charitatis ſplendeſcente Deum laudantes, & gratiam petentes conuenite debent, thus quippe Hieroglyficum orationis, & Dei laudationis eſt, dicente Propheta Pſalm. 140. aſcendat ad te Domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: ſed in Leuit. additur, vt ſit panis in monumentum oblationis Domino, quid hoc eſt? niſi in pignus oblationis illuſtam gratæ Domino, quâ vnigenitus eius filius in ſacrificio ſancto Miſſæ offerendus erat æterno Patri, quæ per Antonomaſiam oblationis nomine intelligitur: etenim tanti myſterij & pignus dare, & eius memoriam futuris generationibus commendare oportuit, atque ita tempore accedente, rei figuratæ vt eius promiſſionis nos Dominus Ieſus Chriſtus admoneret, ſacramentum inſtituens, & primam Miſſam celebrando, idem in ſui commemorationem diſcipulis præcepit facere. tandem concluditur eodem cap. quia ſanctum ſanctorum eſt de ſacrificijs Domini. Iure inquiritur cur ſanctum ſanctorum de ſacrificiis Domini hæc oblatio nominatur? recte Serranus in Leuit. *Quia terminus & ſcopus eſt, quo omnia ſacrificia quæ offerebantur, tendebant; vt enim ſacrificium illud Ieſu Chriſti cruentum in cruce, omnia ſacrificia quæ effuſo ſanguine adolebantur ſignificabant: ita & ſacrificium panis hoc ſingulis Sabbatis, idem Chriſti ſacrificium ſed incruentum immediate ſignificabat.*

Leuit. 24. Matth. 4. Pſalm. 140. Serranus.

Vult Deus ſuorum ſemper memoriam habere.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, Leuit. 24. ſecundum lectionem Sept. erunt panes in commemoratione, poſiti ante Dominum: in duodecim panibus duodecim tribuum Iſrael videtur commémoratio ante Deum fieri, & præceptum dati, vt ſine ceſſatione iſti duodecim panes in conſpectu Domini proponantur: cur ſine ceſſatione in conſpectu Domini proponendi? *Vt memoria*, inquit Adamantius, *duodecim tribuum apud eum ſemper habeatur, qui veluti exoratio quædam & ſupplicatio per hæc, ſingulis fieri videatur.* 224.

Adamant.

Virtus fœcundior in ſemine quam natura.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, qui ſingulis Sabbatis mutabantur, iuxta illud Leuit. 24. per ſingula Sabbata mutabantur coram Domino, ſuſcepti à filiis Iſrael fœdere ſempiterno: verum filij Iſrael ſuſcipientes panes illos, & illis veſcentes, minime inuenti ſunt poſt ruinam templi Ieroſolymitani: quomodo ergo in illis ſeruari potuit fœdus ſempiternum? non loquitur ibi ſpiritus S. carnaliter ſolum, ſed magis ſpiritualiter, vocans filios Iſrael, illos qui maiorum virtutibus & exemplis bonorum operum paſcuntur, qui paſtus adeo fœcundus eſt, vt nunquam non nutriat veri Iſraelis filios: ex quo ait Petrus Cellenſis libro de panibos capite 9. *Forte ij panes ſunt propoſitionis, quorum facta & dicta poſteris tanquam facta & exempla proponuntur imitanda, virtutis enim opera tam auctorem ſuum quam & auctoris imitatores ſufficienti pabulo inconſumptibili paſcunt, nam quo plures ſuperueniunt virtutis deguſtatores, & ſemper ſuper adhæreſcunt* 225.

Leuit. 24. Petrus Cellenſ.

reliquia vberiores, neſcit ſterileſcere ſemen virtutis ſed in dies augetur ſupra modum, natura quot venas aperit naſcentium, tot perdit, at qui virtutibus ſemina in mundum mittit, indefectibiles trahit ſegetes imitatorum, vt diuturniores appareant, & diuturniores familiæ, [illegible] maiorem virtutem æmulis concitant.

Veteres ſacrorum cæremoniæ extinguenda figurantur.

226. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, qui vt diximus, ex diuino præcepto per ſingula mutabantur Sabbata, cur ita mutantur? nonne potuit eos conſeruare ſine corruptione? potuit ſed noluit, vt inde coniiceremus, veteres illos ritus & cæremonias, quibus in templo B vſus erat, exoleuiſſe, & in eorum locum, vnicam oblationem firmam, ratam, ſtabilem, & vſque ad conſummationem ſæculi permanſuram, de qua te ſic eleganter Arnoldus tract. de vltimis verbis Domini, *Vnum*, inquit, *habet panem & calicem vniuerſitas fidei, & multitudini credentium vnus cibus apponitur, idemque ſumitur nec conſumitur, & cum omnes impleuerit, ſupereſt & abundat: mutabantur panes propoſitionis per ſingula Sabbata, appoſitiſque calidis frigida tollebantur, quia veteres oblationes quaſi frigidas, & calorem ſpiritus non habentes, repudiandas tempore gratia ipſa panum mutatio intimabat: agnus noſter idem eſt, nec diuerſi per diuerſas familias immolantur, quia ſicut veritas Eccleſiæ nec ſcindi poteſt nec diuidi, ita neceſſe eſt vt vnum agatur ab omnibus & vniforme obſequium, deuotio communis exhibeat, totiuſque* C *vniuerſitatis conſenſum ſacrificij ſingularitas ipſa commendat.* Abbas Præfat.

De melioribus abundanter eleemoſynam tribue.

227. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper*, reliqua ſacrificia certis quibuſdam temporibus lex fieri præcipit, hoc autem ſemper & iugiter inferri panes coram Domino, nam notante Orig. hom. in Leuit. panes propoſitionis deſignant eleemoſynam, qua pauperes dato fruſto panis aluntur, hos autem nunquam abeſſe à conſpectu Domini lex patitur, quia nunquam ceſſare debemus à porrigenda eleemoſyna: tum etiam hos panes voluit eſſe duodecim iuxta numerum tri- D buum filiorum Iſrael, quia nullus à danda eleemoſyna excipitur; verum cur ex ſimila iubet fieri Deus hos panes, & vnumquemque ex duabus decimis confici? ſane ſimila purior & melior eſt frumenti farina, decima quæ non eſt menſura exigua, quæ ſecundum aliquos continet octo libras ſiue 96. vncias frumenti Palæſtini: ex ſimila ergo fiebant huiuſmodi panes, & vnuſquiſque ex duabus decimis, vt denotaretur non vilia ſed meliora pauperibus & ea larga manu porrigenda: vnde Ioannes Ruſbroch. lib. de ornatu Spirit. nuptiar. cap. 19. loquens de homine in pauperes miſericorde ait, *Vir largus ſemper eſt ſpiritu lætus, corde ſollicitus, affectu profuſus, & piis actibus vniuerſis communiter profuſus*; perpende ſingula verba, Ioannes Ruſbroch.

A ſpiritu lætus; hilarem enim datorem diligit Deus, corde ſollicitus, vt habeat vnde & quid pauperi conferat, affectu profuſus, vt abundantiſſime & meliora egeno eroget.

Deus ſuis neceſſaria præſtat.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper, in Hebr. panes facierum, ſic dicebantur eo quod D[illegible] in ſuo [illegible]nſpectu illos collocare iubebat, & ea ratione inquit Dominus in conſpectu meo ſemper, ſiue vt alij vertunt, ad facies meas iugiter: vnde Sept. dixerunt, panes præſentes & expoſitos: panis denique eis nunquam defuturus erat in templo, & quem Deus voluit ipſe in ſuomet conſpectu collocatum intueri: verum cum Deus ſempiternus nullo pacto his panibus indigeret, cur in templo & in conſpectu ſuo voluit ſemper apponi? ſane vt perſpectum nobis eſſet, qua cura ac diligentia eſcam ac cibos ſuis procuraret, quod recte confirmat Reg. Propheta Pſal. 33. cum ait, *Diuites eguerunt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*, Hebræus ait, leones depauperati ſunt, id eſt mundi potentes, qui vt ferociſſimi leones egenos euiſcerant, ad ſeipſos enutriendos egebunt, eſurient, Dei autem ſectatores omnibus bonis affluent. 228. Pſalm. 33.

Sanctorum interceſſio magis appeti debet quam panis.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, anima cum peragrarit omnem hanc regionem diuinarum plantatum, & corona aureola ex his omnibus compacta caput protulit redimitum apparebit, tanquam menſa Domini puriſſima; beati ergo ſunt illa mēſa ſanctuarij: verū quinā panes erunt in ea proponendi? quinam propoſitionis panes? cur non dicemus cum Abbate Cell. ſanctorum commemorationes & interceſſiones? *Quis enim* (inquit) *vtilior panis tibi ſatians ventrem, aut ſanctus ſatians mentem? quid appetibilius panis ſatiatio, an ſancti interceſſio? vnuſquiſque ſanctorum panis ex duabus decimis ſimilæ eſt, vel propter fidei & morum perfectionē, vel propter exempla perfecta ad aliorum eruditionem, & continuam pro nobis interceſſionem: panes itaque propoſitionis ſuper menſam puriſſimam coram Domino ſtatuuntur, cum ſanctorum ſolemnitates ad Dei honorem à fidelibus in Eccleſia celebrantur.* 229. Petrus Abbas.

Dei proximi dilectio, panis Deo gratiſſimus.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis, quorum vnuſquiſque ex duabus ſimilæ decimis conficiebatur, panis quidem Deo gratus. Verum cur ex duabus decimis fieri debet? nonne decima ſufficiebat, cum ſecundum Villeſp. libris 6. conſtaret? panis autem ſex librarum quantitatis eſt ſufficientis, imo non mediocris: duabus decimis quilibet ex his panibus confici debet, quia neceſſaria eſt Dei & proximi dilectio vt panem Deo acceptum offeras, annuit toties cit. Vener. Petr. *Neceſſe eſt vnūquēque eorū habere duas decimas, in omni enim hominis propoſito, niſi dilectio Dei & proximi interuenerit, panis propoſitionis ex duabus decimis* 230. Petrus Cell.

nequaquam exiſtit, eadem habet Radulph lib.
Radulph Flaniacenſ. 17. in Leuit. *Duæ decima hæc duo præcepta in-
telliguntur, per quæ legis decalogus adimpletur.*

Panis doctrinæ ſpiritualis in viſcera ani-mæ traiiciendus.

231. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis*, per
ſingula Sabbata mutantur, cedebantque in
alimentum ſacerdotum; ſi in conſpectu Do-
mini debent eſſe iugiter, cur tandem cibo ſa-
cerdotum inſeruiunt? ſuppono diuinam do-
ctrinam panem eſſe, quo mens alitur & nu-
S. German tritur, ſicut terreno corpus, teſte Germano Cõ-
ſtantinop. in expoſit. orationis dominicæ: *Pa-
nis*, inquit, *corporis hic ipſe eſt quo veſcimur, ani-
B mæ vero panis verbum Dei eſt*, quam ſuauis hic
panis, quam valide cor hominis confirmat,
corruptionis neſcius: en cur non ſolum coram
Deo proponi debet, ſed ſacerdotibus in cibum
cedere, edi enim, non ſolum ſpectari hic panis
debet, vt ſit vtilis ac ſalutaris: corruptibilis pa-
nis in arca ſeruatus auferri poteſt, poteſt expi-
lari & à mure corrodi, vbi comeditur, nihil ho-
rum timetur: ſic & ſpiritualis animæ panis,
S. Bernard. quouſque extra morum viſcera manet, nec in
animam eiuſque affectiones traiicitur, tolli à
nobis poteſt, vt eius virtute ac viribus deſtitua-
mur, quod eleganter habet B. Bernard. de ad-
uentu Domini. *Panis terrenus dum in arca eſt
poteſt à fure tolli, poteſt à mure corrodi, poteſt à
vetuſtate corrumpi, vbi vero comederis illum, quid
C horum timeas? hoc modo cuſtodi verbum Dei, bea-
ti enim qui cuſtodiunt illud: ergo traiiciatur in
viſcera quædam animæ tuæ, tranſeat in affectio-
nes tuas & in mores tuos*, bonus huius panis
vſus, & ſalutaris, ſi ad hunc modum in mo-
res honeſtos tranſeat, vt ex animæ affectione
ſtatim colligatur quo quis doctrinæ pane veſ-
catur.

In Eccleſia doctoribus laborum ſuorum merce-dem recipientibus, alij in eorum lo-cum ſubſtituuntur.

232. *Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con-
ſpectu meo ſemper*, qui ſingulis, ex Dei præce-
pto, mutabantur Sabbatis, cur poſt ſex dies
laboris, Sabbato panes mutantur? quoniam
qui paſcunt gregem Dei, non vt dominantes
in cleris, ſed forma facti gregi ex animo 1. Pe-
1. Petri 5. tri 5. (panes ſiquidem propoſitionis iſti ſunt)
D poſt completos labores ad requiem transfe-
runtur, percepturi immarceſcibilem gloriæ
doctrinam: panis ille ſanctus poſt multos ago-
nes deſudatos Sabbato propinquabat, qui
dicebat, ego iam delibor, & tempus reſolutio-
nis meæ inſtat, bonum certamen certaui, cur-
ſum conſummaui, in reliquo mihi repoſita eſt
corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus
in illa die iuſtus iudex: ſi panes qui ſingulis
Sabbatis mutantur, denotant Doctores, qui
poſt completos labores ad requiem transfe-
runtur, cur alij recentes conſtituuntur? quia
in Eccleſia Dei doctoribus laborum ſuorum
mercedem recipientibus, alij in locum eorum
Radulphus. de nouo ſubſtituuntur. obſeruatio eſt præfat.
Radulphi. *Panem recentem* (inquit) *qui ſibi
ſuccederet parabat Paulus cum diſcipulum nem-*

A *pe Timotheum admoneret dicens 2. Timoth. 4. tu* 2. Tim. 4.
*vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euange-
liſtæ, miniſterium tuum imple; Hieroſolymam
quoque proficiſcens iunioribus patri Epheſi, lo-
quebatur dicens, alligatus ergo ſpiritu vado in
Hieruſalem Act. 20. & ſcio quoniam non videbi-* Actu. 20.
*tis amplius faciem meam vos omnes, per quos tran-
ſiui prædicans regnum Dei, attendite vobis & vni-
uerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſco-
pos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſangui-
ne ſuo: hæc eſt mutatio panum per ſingula Sabba-
ta, dum aliis deſcendentibus, & ad requiem tran-
ſeuntibus ſubſtituuntur alij, qui ad ipſum officium
videntur idonei.*

Etiam ex Rabbinis contra Iudæos conuincitur panis conuerſio in ſubſtantiam corporis Chriſti Domini.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 233.
ſpectu meo ſemper, ex Hebr. panes facierum, cur
ita dicti? an quia in illis duodecim facies eſ-
ſent depictæ, iuxta quorum numerum duode-
cim erant panes? an quia ad modum lateris
erant, latere m Hebræi appellant faciẽ: an quod
rotundi eſſent panes, & in quibuſdam vaſis au-
reis coquebantur, ſic quod ex vtraque parte
einſdem prorſus figuræ manerent: his de cauſis
ita dictos plures arbitrantur Rabini, ſed R. Iu-
dam qui pluribus annis Chriſtum anteceſſit,
audiamus Catholicè ſatisfacientem, teſte no- Noſter Galatinus.
ſtro Galat. lib. 10. de arcanis cap. 7. *Quare di-
catur panis facierum ea ratio, quia tranſmutabi-
C tur ex ſubſtantia panis cum ſacrificabitur, in ſub-
ſtantiam corporis Meſſiæ, qui de cælo deſcendit,
& ipſe idem erit ſacrificium, ideo dicit Num.
28. reſpicietis ad offerendum mihi: id eſt offerri
me, eritque inuiſibilis atque impalpabilis: & ma-
giſtri aiunt eam ob rem dictum eſſe panem facie-
rum, quia in ipſo ſacrificio erunt duæ ſubſtantiæ
diuinitas & humanitas*, hæc ille Rab. Iudas, idem Bozius.
teſtatur de hoc magiſtro Bozius l. 14. c. 1. n. 12.

Deus perpetuo noſtram indigentiam vult con-ſpicere, vt ei ſubueniat.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 234.
ſpectu meo ſemper, quid tibi & panibus Domi-
ne? numquid manducabis carnes taurorum?
aut panibus facierum veſceris? nequaquam,
ſed vt ſuos cibet miniſtros. verum cur in con-
ſpectu ſuo voluit ſemper habere, ſeu vt habent
D Sept. ſibi præſentes iugiter? ad quid, cum om
nia licet abſcondita, ſuis pateant oculis? rectè
Oleaſt. *Voluit coram ſe ſemper panem habere, vt* Oleaſt.
*continuo noſtræ indigentiæ memor eſſet, quemad-
modum pia mater, fruſta panis ante ſe ponit, vt
paruulis frequenter egentibus ſubueniat.*

A Deo vitam & nutrimentum habere fatendum eſt, non ab alijs.

Pones ſuper menſam panes propoſitionis in con- 235.
ſpectu meo ſemper, menſa hæc, cum panibus po-
nebatur ad partem Aquilonis, quia inquit
Guillel. Pariſ. lib. de leg. c. 2. populatio ad par- Guillel.
tem Aquilonis eſt in mundo iſto, & propter Pariſ.
hæc fertilitas terræ, quæ ſignificatur in pani-
bus, pars enim auſtralis terræ noſtræ habita-
tioni oppoſita, habitabilis eſt, ſed quid hæc

proſunt? menſam & panes propoſitionis intuentibus, & ſitum eorum, non autem quid hæc ſignificat intelligentibus? quid ergo hæc denotaur? reſpondeat idem Epiſcopus. *Hac cauſa fuit iuxta litteram, vt offerentes & adorantes in tabernaculo Dei, ab ipſo nutrimentum ſe habere cognoſcerent, & ex eius ſeruitio, quod in eodem tabernaculo fiebat, hoc ſperarent amplius*

A *inter beneficia largitionis diuina exteriora, hoc maxime ſalubre eſt, eſca eius, ſe datorem per menſam propoſitionis deſignare voluit, & etiam polliceri, ac ſi diceret cultoribus & adoratoribus meis, ita polliceor, & largior, voluit hoc ipſo inſinuare, quia ipſe eſt dator eſcæ, non Ceres, & propter hoc non huic ſed ipſi ſoli ſeruiendum.*

VARIET. LECT. Verſ. 31. & 32.

V*Vlg.* Facies & candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius, & calamos, & ſcyphos, & ſphærulas, & lilia ex ipſo procedentia.

Sept. Et facies candelabrum ex auro puro, tornatile, facies candelabrum, haſtile eius, & calamiſci, & crateres, & ſphætula, & lilia ex ipſo exiſtent.

Cald. Ductile facies candelabrum, haſtile eius & calamus eius.

Onk. Facies candelabtum ex auro mundo, ex ductali auro &c. lilia eius ex ipſo fiant.

Pag. Et flores eius ex ipſo erunt, *ita Symm. & Aquila.*

Mont. Ductile ſit candelabrum, femur eius & calices eius, & poma eius, flores eius ex ip-
B ſo erunt.

Oleaſt. Graue fiat candelabrum.

Vulg. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & ttes ex altero.

Sept. Cald. & Hebr. Sex aureni calami exeuntes è lateribus eius, tres calami candelabri è latere vno eius, & tres calami candelabti è latere ſecundo, vel altero.

Aly. Facies lucerniferum, ſcapus eius, & media ſtipes eius & cyathi eius.

CONCORDIA.

DIctio reſpōdēs cādelabro eſt מנורה menora à ניר nir vel נר ner quod lucernam ſignificat, & ita menora poſſet verti luceruiferum, verum nos per catachreſim voce vſitata candelabrum appellamus: neſcio cur Sept. dixerunt τορευτὴν tornatile, cum Hebraica dictio ſit מקשה mikſa quod metallum proprie malleo percuſſum, & induratum ſignificet, Oleaſt. ideo vertit graue, quia verbum chaſſah ſignificat durum & graue eſſe, quo denotatur, quod non ſit intus vacuum ſed plenum: dictio ירך iatech multa ſignificat, fæmur, latus, pedem, haſtile & ſtipitem, ſed ſi quis rectè expendat, deprehendet proprie ſignificare ſti-
C pitem, & ex conſequenti omnia illa quæ formā ſtipitia habent: Hebraice eſt גביעה gebiha eſt autem gebiha ſcyphus in modum calicis factus, vnde hîc ſcyphi eius aut cyathi eius aut calices eius reddi poteſt: quod nos dicimus ſphærulas, Hebr. habetur כפתרים caphtorim, quæ vox, poma rotundaque omnia formam pomi præferentia ſignificat: pro liliis in Hebræo eſt פרחים perachim, quod aliqui vertunt flores, à radice פרח parach quod florere ſignificat, dicamus ergo Hebræum in genere dixiſſe flores, ſed in ſpeciali interpretem declaraſſe quinam flores fuerint.

EXPOSITIO.

F*Acies & candelabrum*, quod ad meridianum tabernaculi latus poſitum eſt è regione menſæ, ita vt medium haberet altare thymiamatis, *ductile*, non opere fuſorio ſed malleatioue productum, *haſtile eius*, nempe primariam candelabri partem quæ à baſi ſurſum recta per modum haſtilis aut ſtipitis rectè protenditur, ſed laterales quaſi ramos ſuſtentabat, *& calamos*, qui ſunt ſex illi veluti rami, qui ab haſtili ſeu recto ſtipite egredientes, ſinguli ſuas lucernas ſuſtentabant, *& ſcyphos*, qui cum ſphærulis & liliis erant ornamenta ipſius haſtilis & calamorū: porro ſcyphus prout hîc ſumitur, eſt quid in modū calicis factū, & per ipſos ſcyphos quaſdam partes eminentes intelligere deberemus, quæ calicis formam habebant, & licet ipſi ſcyphi non appareant in quodam vetuſtiſſimo candelabro Romæ ſculpto, in arcu Titi imperatoris, forſan quod
D in ſecunda templi conſtructione deſierit talis figura pro ornatu haberi, ſicut temporis viciſſitudinibus in multis contingit, & ſic conſtruxerint calamos cum ſphærulis & floribus ſolum, & loco ſcyphorum ſimplices calami fuerint pro illorum temporum pręſtantiori ornatu, *& ſphærulas*, ſphærula vox græca eſt & ſphæræ diminutiua, latine globus dicitur, erantque veluti nodi rotundi in haſtilibus candelabri, *& lilia*, flores liliorum repræſentatiui ex haſtili procedentes.

Sex calami egredientur, haſtile enim medium candelabri habebat tres calamos ſiue ramos id eſt vniuerſim ſex, qui omnes cum haſtili æqualiter in altum aſſurgebant, hinc ſeptiſidum erat candelabrum, & in ſummitate tam haſtilis quam cuiuſcumque calami habebat lucernam, ſicque ſeptem conſtabat lucernis.

humanam, cum verbum Dei prædic t & docet, debet exulare, ne ſimilis efficiatur illis qui vendiderun filium Dei | quia verbum Dei filius Dei eſt & udiat hoc improperium à Domino, recepiſti mercede n tuam, vinum purum ſcyphi aur i debent continere (vt illi qui litterati ſunt in claoſtri, ſimplici oculo, & pura intentione doceant, & prædicent verba vitæ, illum ſolu n fructum præſtolantes quem promiſit Deus diligentibus ſe.

Qui ſciunt obedire, digni ſunt qui aliis præluceant.

238. *Faciet candelabrum ductile de auro, haſtile eius &c. & ſphærulas*, ſane ſphæra vel ſphærula obedientiæ imago eſt ad omnia parentis animi characteres habituſq. ſphærulæ noſtri candelabri id tacite innuunt, docet enim volubilitatem iis eſſe neceſſariam, qui cœleſti lumine lucere debent: huc flexit præfat. Abbas. *Sphærulæ quæ ſunt in candelabro volubiles, & rotundam formam habent, & ſignificant ſimplices clauſtrales, qui Prælatorum ſuorum reguntur imperio, ſalubre ſibi æſtimantes, quidquid virtus obedientiæ inſerit faciendum*, quæ ad omnes traduci debent, qui ſub aliorum imperio viuunt, vt ſcilicet ad eorum nutum voluantur, ſed cur in candelabro hæ ſphærulæ? quia qui ita parent, digni ſunt qui aliis præluceant, non ſolum qui in domo ſed etiam extra. — Abbas.

Obedientes ſemper tendunt ad anteriora.

239. *Facies candelabrum ductile ex auro, haſtile eius, & calamos & ſcyphos & ſphærulas*, quibus propter volubilitatem diximus denotari obedientes, ſed cur ſphærulis denotantur? nonne cum ſphæra vel globus proiicitur, recta tendit in ſcopum via, neque ad dextram vel læuam flectens? cur ergo ſphærulis vere obediens non denotaretur, cum accepto à ſuperiore mandato, tendit ad eorum executionem quæ ſibi iuſſa fuere? nnuit præfat. Abbas. *verè volubiles ſunt ſphærulæ neque ad ſiniſtram neque ad dextram ſunt retorta, ſed ante ſe directæ voluuntur, quia boni clauſtrales qui in ſimplicitate ſua confidenter ambulant, obliti eorum quæ retrorſum ad anteriora ſemper ſe extendunt.* — Præfatus Abbas.

Lucem aliis præferre non poteſt qui non eſt caſtus.

240. *Facies candelabrum ductile ex auro, haſtile eius &c. lilia de ipſo procedentia*, quis nexus liliorum & candelabri? ſi oliuas diceret vel nuces non mirater, oleum enim neceſſarium erat ad lucernarum in hoc candelabro alimentum & conſeruationem, ſed lilia ad quid poſſunt inſeruire? quæ vtri que c nnexi ? hæc equidem, quia qui caſtus (per lilia deſignatus) poteſt aliis lucere. inde rectè prius Dominus dixit Luc. 12. *Sint lumbi veſtri præcincti* per continentiam & caſtitatem, deinde addit, *& lucernæ ardentes in manibus veſtris*, quia ſcilicet lucem his præferre non poteſt, qui prius caſtitatem & puritatem vita & moribus non cuſtodierit. — Luc. 12.

Dei filius caſtiſſimæ virginis lilium ſuſtinuit, non violauit.

Faciet candelabrum ductile de auro mundiſſimo, haſtile eius &c. & lilia ex ipſo procedentia candelabrum hoc lilia non premit, ſed ſuſtinet, eſtque illorum baſis ac firmamentum, quodnam repræſentat huiuſmodi candelabrum? Chriſtum D. teſte Petro Riga in lib. ſuo de aurora dicente, 241.

Lucis in hoc opere ſignatur luminis auctor,
Cereus Eccleſiæ Chriſtus vbique manens. Petrus Riga.
Chriſti maieſtas, mundo ſignatur in auro,
Qui fuit in mundo, mundus & abſque nota.

Lilium autem nonne deſignat ſanctiſſimam virginem, ipſomet cœleſti ſponſo teſte? ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias Adæ: en cur candelabru lilia non premit ſed ſuſtinet? Chriſtus enim hoc deſignatus, matris virginitatem non violauit, ſed cuſtodiuit, ſed muniuit: candelabrum dicitur Chriſtus non fuſile ſed ductile, quia non ſemine hominis transfuſum eſt, ſed Spiritus ſancti opere deductum, innectenda hic quæ habet Richard. à S. Laurent. lib. 1. cap. 9. qui de hoc ductili candelabro ita loquitur. *Chriſtus rectè dicitur candelabrum, quia Joann. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, ductile non fuſile, quia non ſemine hominis transfuſum, ſed opere ſancti Spiritus deductum ex auro mundiſſimo, id eſt ex puriſſimo virginis ſanguine*, cum igitur ductili candelabro Chriſtus comparetur, cum illud lilia ſuſtinuerit non preſſerit, non læſerit, iure affirmare poſſumus, partu virginis integritatem violatam non fuiſſe, ſed auctam ac firmatam, robur maius virgineus candor à filii productione accepit, & maius decus. — Richard. à S. Laur. de laudibus virginis.

Chriſtus Dominus à peccato immunis, & tamen à pœnis non liber.

Facies candelabrum ductile ex auro mundiſſimo, quis in candelabro, niſi redemptor humani generis deſignatur? qui in natura humanitatis habuit lumen diuinitatis, vt mundi candelabrum fieret, quatenus in eius lumine omnis peccator, in quibus iaceret tenebris videret, qui pro eo quod naturam noſtram ſine culpa ſuſcepit, candelabrum tabernaculi ex auro puriſſimo fieri iubetur, ſed cur ex auro ductili? cur non fuſorio? ſatis enim erat dicere facies candelabrum ex auro mundiſſimo, nulla mentione facta an deberet eſſe ductile? reſpondet B. Greg. Magn. hom. 6. in Ezech. *Ductile feriendo producitur, quia redemptor noſter qui ex conceptione & natiuitate perfectus Deus & homo extitit, paſſionum dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit: ex auro er[illegible]puriſſimo candelabrum ductile fuit, quia [illegible] non habuit, & tamen eius corpus pe[illegible]nis contumelias ad immortalitatem profe[illegible] iuxta virtutes animæ quibus percuſſioni[illegible]iſſet proficere omnino non habuit, in membris autem ſuis (quod nos ſumus) quotidie percuſſionibus proficit, quia nos dum tundimur, & afficimur, [illegible] pus eſſe mereamur, ipſe [illegible]cis.* 242. — S. Greg. Magnus.

A Chriſto Domino omnes ſuum lumen receperunt.

243. *Faciet candelabrum ductile ex auro mundiſſimo*, ſine ſynagoga ſua habebat candelabra, nimirum Patriarchas & Prophetas, quorum doctrinâ & ſcientiâ populus ille illuminabatur, quando cæteræ nationes in tenebris ſedebant, & in caligine vmbræ mortis: cur ergo Moyſes non candelabra, vt eos denotaret ſed ſolum vnum poſuit in tabernaculo? quia Christus eo intelligitur, qui vnus eſt, & à quo omnes ſuum lumen recipiunt, & à quo cuncti qui ſuæ doctrinæ luce alios illuſtrant, procedunt. id obſeruat S. Bruno Carthuſ. in expoſit. de laudib.
S. Bruno Carthuſ. Eccleſ. cap. 3. *Moyſes quidem non candelabra, ſed candelabrum poſuit, Chriſtum, videlicet verum lumen ſignificans, de quo quaſi vno haſtili cuncta alia candelabra prodeunt, hoc igitur candelabrum vnum & multa eſt, vnum quidem in haſtili, multa vero in calamis, de vno haſtili procedentibus.*

Deus vult vt ipſum agnoſcamus veri luminis auctorem.

244. *Faciet candelabrum ductile ex auro mundiſſimo*, erectum autem erat à parte meridiei, contra aquilonem ſecundum Ioſephum, quia fons vitalis caloris & luminis in parte cœli meridionali eſt, & ideo in deſignationem huius, candelabrum ignis & luminis ſtare præcepit ad illam partem: ſed qua de cauſa hæc poſitio candelabri ita à Deo ordinata? cur candelabrum in Sanctuario poſitum, cum ipſe ſit lux illuminans omnem hominẽ venientem in hunc mũdum? vt offerentes & adorantes in ſuo tabernaculo & in ſuis altaribus, ab ipſo vitam & lucẽ ſe obtinere cognoſcerent, ſuffragatur Guil-
Guillel. Pariſienſ. lelmus Epiſcop. Pariſ. lib. de legib. c. 2. *Inter largitionis diuinæ beneficia exteriora, illud maxime (al. hæc) neceſſarium eſt; lumen huius ſe datorem per candelabrum luminis deſignare voluit Dominus, voluit etiam oſtendere, quia in domo eius iſta ſunt & abundant. ſicut legitur Baruch 3 diſce vbi*
Baruch. 3 *ſit longiturnitas vitæ, vbi ſit lumen oculorum, & pax, lumen in candelabro luminis facile erat intelligi.*

Nihil mali agitur quod non reueletur.

245. *Faciet candelabrum ductile ex auro mundiſſimo*, & illud cum ſeptem lucernis, cur tot lucernæ in domo Dei? nonne vna ſufficeret vel ſaltem duæ? tum nõne ſat luminoſus erat locus in quo menſa propoſitionis aderat? cur ergo cãdelabrum cum tot lucernis? an Deus indiget lumine vt aliquid intueatur cum ipſe habitet lucem inacceſſibilem? tot lucernæ ſunt in domo Dei, vt [illegible] mali egeris, nec te poſſe occultari perſ[illegible]habes. *Ad quid Domine in domo*
Oleaſt. *tua (in[illegible] Oleaſter) vis candelabrum cum lucernis ſe[illegible]abere? ne putares homo poſſe male conuerſari [illegible] occultari, ſiue enim diu ſiue noctu male egeris, ab eo videris, dixi* (ait homo ſecun-
Pſalm. dum cor Dei) *forſitan tenebræ conculcabunt me,* [illegible] *mea in deliciis meis? quia tene-* [illegible] *nox ſicut dies illu-* [illegible] *& lumen eius.*

Virgo ſanctiſſima illuſtrans tenebris inuolutos.

Faciet candelabrum ductile ex auro mundiſſimo, 246.
candelabrum ſit cum lucernis, vt luceat; licet aliqui Chriſtum Dominũ cãdelabro vel Eccleſiam, ſicut Abſalon Abbas intellexere, tamen non immerito etiã ſanctiſſimã Virginẽ eo denotari dicemus, ipſa enim eſt quæ ſplendidam lucernam relucentem in cœlo & in terra geſtauit Chriſtum, ſed an ex hac ſola ratione candelabrum dicitur? nequaquam, ſed quia etiam tenebris inuolutos, vt eas diſcutiant, illuminat, ſic enim in encomium eius exclamat B. Epiph. S. Epiphan.
de laudibus eius, *O candelabrum virgineum quod illuſtrauit tenebris inuolutos! ô candelabrum virgineum, repellens tenebras, & lucem ſplendere faciens! ô candelabrum virgineum, quod ignem & oleum inſeparabile ad illuminandum intulit! ô candelabrum virgineum, quod & ad illuſtrandam terram reſplenduit.*

Si recte & debite prædicaueris, æternum te manet præmium.

Faciet candelabrum ductile ex auro mundiſſimo haſtile eius, ſicut & per candelabrum intel- 247.
leximus Chriſtum redemptorem, ſic per haſtile Eccleſiam, quæ corpus eius eſt, *Calamos & ſcyphos & ſphærulas & lilia & flores*, cur flores & lilia non poſuit ante ſcyphos & ſphærulas? cum enim hæc eſſent ornamenta candelabri, non videtur potior ratio cur vnum altero prius, cur vnum altero poſterius: aduerte per calamos qui de haſtili procedunt, prædicatores eſſe, qui dulcem ſonum in mundo edi- Pſal. 31.
derunt, videlicet canticum nouum, dicente Pſal. 30.
Propheta Pſal. 31. cantate canticum nouum laus eius ab extremis terræ, & Pſalm. 30. & direxit greſſus meos, & immiſit in os meum canticum nouum: ſcyphi autem vino repleri ſolẽt, quid ergo mentes auditorum niſi ſcyphi ſunt, quæ ſanctis prædicantibus vino ſcientiæ replentur? ſphærula autem quid aliud eſt niſi volubilitas prædicationis? ſphæra autem ex omni parte voluitur, & prædicatio quæ nec aduerſitate retineri poteſt, nec proſperitatibus eleuatur, ſphæra eſt, & inter aduerſa & inter proſpera humilis, nec timoris habet angulum, nec elationis: in curſu ergo ſuo figi non valet quia per cuncta ſe volubiliter trahit: nonne per lilia vel flores beatitudinem intelligere poſſumus? per virorem quippe, figuram immarceſcibilem æternitatis, per candorem decorem immortalitatis: bene ergo poſt calamos, ſcyphos & ſphærulas, lilia vel flores ponuntur, quia cum quis debite prædicauerit floribus gloriæ immarceſcibilis coronabitur, mens eſt Venerab. Bedæ cap. 8. de tabern. *Bene* Venerab. Beda.
poſt calamos, ſcyphos, & ſphærulas in candelabro, lilia deformantur, quia poſt gratiam prædicationis, poſt inebriationem potus ſpiritualis, poſt irreuocabilem ſanctæ operationis procurſum, illa virens patria ſequitur, quæ animabus ſanctis, id eſt floribus vernat æternis.

Etiam ſanctiſſimi, non liberi à perſecutionibus & anguſtiis huius ſæculi.

Faciet candelabrum ductile ex auro puriſſimo, 248.

haſtile eius, ſcilicet erit etiam ex auro ductili; nonne ſolet candelabrum hoc modo fieri? cur etiã quæ de eo procedunt, imo & haſtile? per illud quod conſtat eſſe fortiſſimum, maximum, non rectum ſolum ſed & erectum, conuenienter intelligere poſſumus viros in ſancta Eccleſia, in operibus fortiſſimos, in virtutibus præcipuos, interioribus deditos, ad ſuperna contemplanda ſublimiter erectos, & eleuatos, nec ad exteriora negotia tractanda, læua dextraue A deflexos, hi autem ſunt coram diuinis aſpectibus præcipui & optimi, qui optimam partem elegerunt quæ non auferetur ab eis: cur etiam haſtile ex auro ductili iubetur fieri? quia etiam perfectiſſimi non erunt liberi à perſecutionibus, & anguſtiis huius ſæculi: ſuffragatur Hugo Victor. *Candelabrum & quæ de ipſo procedebant erant ductilia, quia quicumque volunt pie in Chriſto viuere perſecutionem patientur.* Hugo Victor. ſerm. 81.

VARIET. LECT. Verſ. 33. ad 35.

V*Vlg.* Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulaque ſimul & lilium: & tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulaque ſimul & lilium hoc erit opus ſex calamorum. qui producendi ſunt de haſtili.

Sept. Et tres crateres reddentes formam nucum in vno calamo, ſphærula & lilium, ſic ſex calamis exeuntibus è candelabro.

Aquila. Sculpti in modum amigdalæ, & tornati ad modum amygdalæ.

Cald. Tres ſcyphi figurati in calamo vno, ſphærula & lilium, &c. tres ſcyphi figurati in calamo vno, ſphærula & lilium, ſic facies in ſex calamis qui egrediuntur de candelabro.

Pag. Tres calices amygdalati in calamo vno, ſphærula & flos, & tres calices amygdalati in calamo altero, ſphærula & flos, ſic ſex calamis è candelabro egredientibus.

Oleaſt. Medium amygdalorum præ ſe ferentes

Tig. Formam amygdalati habentes.

Mont. Pomum & flos.

Vulg. In ipſo autem candelabro erunt qua- B tuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos, & lilia.

Sept. Et in candelabro quatuor crateres reddentes formam nucum in vno calamo, ſphærulę, & lilia eius.

Onk. In candelabro erunt quatuor ſcyphi figurati.

Pag. In candelabro erunt quatuor calices amygdalati, ſphærulæ eius & flores.

Arias. Poma eius & flores eius.

Vatab. In candelabro erunt quatuor calices, in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati.

Vulg. Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca: qui ſimul ſex fiunt, procedentes de haſtili vno.

Sept. Sphærula ſub duobus calamis ex eo, & ſphærula ſub quatuor calamis ex eo, ſic ſex calamis exeuntibus è candelabro, quatuor crateres formati in modum nucum. C

Cald. Sphærulæque ſub duobus calamis eius, & ſphærula ſub duobus calamis eius, *ſic in Heb.*

Mont. Et pomum ſub duobus calamis eius.

CONCORDIA.

QVod generatim cum vulg. interprete dixerũt, Sept. quaſi in nucis modũ, vel reddentes formã nucum, Heb. ſpecialiter expreſſit quæ nux eſſet ipſa, cum ait משקדים meſchakadim quod Pag. amygdalati reddidit, Vat. in ſpeciem amygdali deformati, ſed iam ante Aquila pulchre vocem in græco ab amygdalo diſerat, ἐξ ἀμυγδαλωμένα quod deinde explicans ſubdit, ἐκ τετορνευμένα ἀμύγδαλον effigiatũ in amygdalum, qui omnes non generatim accipiunt nucem aut cuiuſuis nucis formam, ſed amygdalinæ dumtaxat, quod משקדים ſchekodim non quaſuis nuces ſignificant ſed amygdalinas tantum, quæ etiam inter nuces cenſentur. Cur autem aliqui vbi habemus lilia & ſphærulas, legant flores & lilia, diximus in præcedenti Concordia, Sept. legunt καὶ ἐν τῇ λυχνίᾳ τέσσαρες κρατῆρες ἐκτετυπωμένοι καρυΐσκοις & in candelabro quatuor crateres formati in typum nucum, ſed hæc abſunt à Complut, & videri poſſunt per errorem D ex ſuperiore loco huc irrepſiſſe: abbreuiauit interp. hunc verſum ex Hebr. & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo &c. quod ter repetita haberentur eadem verba.

EXPOSITIO.

T*Res ſcyphi*. ſecundum proportionem debitam à ſe diſtantes conſtituentur, *quaſi in nucis modum*, conſtat nucis nomen non ſolum ſpecialem quemdam fructum ſignificare, qui communi nomine dicitur nuces, ſed eſſe generale nomen omnibus fructibus, qui duro operimento teguntur, vt ſunt caſtaneæ, amygdala, & huiuſmodi: & ideo vt nobis dubium non relinqueretur, quænam nux eſſet, Hebr. habet, tres calices amygdalatæ vel in modum amygdalorum, ſcyphus erat ergo forma oblonga, vel formam amygdalæ, à qua ſuperior quaſi pars detracta appareat, cùm amygdalæ integræ forma ſcyphum non poſſit reddere, *Per calamos ſingulos ſphærulaque ſimul & lilium*, non ita intelligas vt in vnoquoque ca-

ſtamio eſſent tres ſcyphi, & vnica ſphærula, vniĉumque lilium, nam illa particula *ſimul* denotat hæc diſtributiuè ſumenda, ita vt hunc ſeoſum reddat: tres ſcyphi per calamos ſingulos ſphærulaque ſimul & lilium, hoc eſt cum totidem ſphærulis & liliis.

In ipſo autem candelabro erunt quatuor ſcyphi, nomine candelabri, haſtile quod primaria eius pars eſt, intelligit, aliàs contrarietas inuenire tur, in haſtili ergo quatuor erant ſcyphi, quatuor ſphærulæ & lilia, in calamis vero eorum ternarius ſolum numerus, *ſphærula ſub duobus* A *calamis*, tres ſphærulæ hic deſcribuntur ſic diſpoſitæ, quod ex qualibet illarum duo calami hinc, & inde egrederentur, non per lineam rectam ſed quaſi circularem, ita vt illi calami viderentur à ſphærula illa quaſi nati, & per tria loca, quia duo calami educendi erant è prima figurà haſtilis, quaſi baſi viciniori; erant deinde alij duo calami intermedij è ſuperiore vicina ſphærula, duo vltimi à tertia altiore erumpebant, quarta autem ſphærula nihil producebat, ſex enim tantum erant calami.

CONCEPTVS.

Non ſolum poſt Incarnationem Chriſti fuere ſanctiſſimæ Trinitatis prædicatores, ſed antequam facta fuiſſet.

149. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos*, quorum tres ex vno latere haſtilis & tres ex altero egrediebantur, cur hic ordo in calamis procedentibus ex haſtili ſeruatur? & cur tres in vno latere & tres in alio? nam ex haſtili tereti aliter potuerunt egredi: per calamos diximus prædicatores intelligi, qui dulcem ſonum in mundo ediderunt, tres ex vnoquoque latere haſtilis (quo Chriſtus Dom. denotatur) voluit eſſe, non enim ſolum poſt Incarnationem Saluatoris fuerunt prędicatores ſanctiſſimæ Trinitatis myſterium annuntiantes, ſed etiam antequam facta fuiſſet. id obſeruat Venerab. Beda cap. 8. de tabern. *Tres calami* C *de vno latere haſtilis & tres egrediuntur de altero, quia fuerunt doctores ante aduentum Domini in carne, qui fidem ſanctiſſimæ Trinitatis myſtica voce deſignarent: & quantum rudes adhuc capere poterant, prædicarent: vnde eſt illud Regij Vatis Pſalm. 32. verbo Domini cœli firmati ſunt & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum: nomine etenim Domini Patrem, nomine Verbi Filium, Spiritum vero ſanctum ipſo ſuo nomine ſpiritum oris eius appellat, cuius videlicet ſanctæ Trinitatis vnam voluntatem eſſe potentiam, & operationem deſignat, cum & cœlos verbo Domini & omnem virtutem eorum ſpiritu oris eius eſſe firmatam aſſeuerat: ſunt modo doctores qui fidem ſanctæ Trinitatis aperte prædicent, ita vt omnes qui ad Chriſtum pertinent debeant fide conſecrari, dicente Apoſtolis Domino, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Venerab. Beda.

Pſalm. 32.

Tres ſunt gradus iuſtorum ante & poſt incarnationem.

150. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos*, quorum tres egrediebantur è latere vno, & tres ex alio, haſtile in medio erat quaſi fundamētum eorū: cū poſſent in modum trianguli ſex huiuſmodi calami egredi, ita vt duo ex vna parte, duo ex alia, & alij duo ex alia, cur ergo tres ex vno latere illius, & tres ex alio? an hic ternarius numerus reſpiciens haſtile candelabri aliquod indicat myſterium? non incongruè dicemus tres calamos ex vna parte prodire, & tres ex alia, quia ante & poſt Incarnationem dominicam terni fuerunt gradus eorum, qui fideliter in Eccleſia Domino B ſeruirent, coniugatorum videlicet, continentium, & rectorum, quorum diſcrimen Ezech. Propheta myſtice deſcribit cap. 14. cum veniente plagarum articulo, tres tantum modo viros, Noe videlicet, Danielem, & Iob liberandos eſſe prædixit; in Noe namque qui arcam rexit in vndis, Eccleſiæ præpoſitos, in Daniele qui in aulâ regis continenter viuere ſtuduit, continentes ſiue virgines, in Iob qui in coniugali vita poſitus, mirandum cunctis patientiæ exemplar præbuit, bonorum vitam coniugatorum oſtendit: item eorumdem in nouo teſtamento diſcrimen Dominus inſinuat ſub figura eorum qui in lecto, in agro & in mola reperiendi ſunt in die iudicij, è quibus ſingulos aſſumendos, & ſingulos dicit eſſe relinquendos: namque in lecto, quies continen- C tium, in agricultura induſtria prædicantium, in agro molæ, labor exprimitur coniugatorum: & quia in his gradibus quidam eligendi quidam vero reprobandi, rectè de ſingulis dicitur, quia vnus de duobus aſſumetur, & alter relinquetur, quia vero in parte electorum ſublimius eſt meritum prædicantium, quam eorum, qui ſolummodo continentiæ, & non etiam operi doctrinæ ſtudent; item ſublimior continentium quam coniugatorum conuerſatio, recte ſupremi calami, qui hinc & inde de haſtili procedebant, eos qui in vtroque teſtamento inter virtutes alias doctrinæ ſtudiis ſeſe ſubdidere, deſignant, recte inferiores calami qui æque ex vtroque haſtilis latere prodeunt, vitam continentium Deo denotam, recte infimi calami, & ipſi ex eodem D vnius candelabri ſtipite orti, bonorum vitam coniugatorum, in vtriuſque teſtamenti tempore vni eidémque Domino fideliter ſeruientem typice demonſtrant: diuerſis ergo locis calami procedunt de haſtili, qui tamen omnes ſuo quique loco & ordine reflexi in altum, ad vnam perueniunt ſummitatem, quatenus æqualem ſupra ſe poſitionem lucernarum valeant conſeruare, quia nimirum electi, & ſi meritorum ſunt gradibus diſcreti, vna ſunt fide veritatis imbuti, ad vnam in cœlis lucem æternæ veritatis peruenturi: & quanto quiſquis altius in hac vita Chriſto adhærere curauerat, tanto vicinior in illa vita eius viſione fruetur, ita vt de quibuſdam pro magnæ merito virtutis dicatur: hi ſunt qui ſequuntur agnum quocunque abierit, de quibus paulo ante quaſi de proximis candelabro calamis præmiſſum eſt, & cantabant quaſi

Ezech. 14.

Matth.

canticum nouum ante ſedem & ante quatuor animalia & ſeniores, vbi oſtenditur, quod omnes ſancti per plateas ſupernæ illius ciuitatis, canticum lætitiæ nonum Domino cantant, ſed illi præ cæteris ibi ſpecialis gaudio carminis ſublimantur, qui hic generalem vitam fidelium priuilegio ſacræ Virginitatis tranſcenderunt.

Quidquid boni faciunt iuſti, ex Chriſto Domino percipiunt.

250. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per ſingulos calamos*, qui ex haſtili procedebant, nonne in vnoquoque candelabro, diuerſæ potuerunt ſeparatim lucernæ conſtitui, vt fit in noſtris altaribus? ad quid ergo ex eodem haſtili, diuerſi procedunt rami? ſi per haſtile Chriſtus D. deſignatur, cur omnes calami ab eo non procederent? quidquid enim boni faciunt iuſti, qui per eos adumbrantur, à Chriſto percipiunt. Hugo Victor. *Poſſumus per haſtile* (ait Hugo à S. Vict. ſerm. 81.) *quod eſt in candelabro fortiſſimum, principale, & medium & ex quo cætera procedunt, & in quo habent fundamentum, Chriſtum intelligere, qui ſanctorum omnium eſt fortitudo, principium, & fundamentum, & in quorum medio eſt ſicut ipſe teſtatur, vbi fuerint duo congregati in nomine meo ibi ſum in medio eorum: ex quo veraciter procedunt, quicquid boni faciunt, ex ipſo percipiunt, hinc eſt quod ipſe dicit, ego ſum vitis & vos palmites, quaſi dicat. ego ſum haſtile & vos calami, ſicut non poteſt palmes fructificare niſi manſerit in vite, & ſicut calamus non poteſt ſe erigere ad ſupportandam lucernam, niſi manſerit in candelabri ſtipite, ſic & vos niſi in me manſeritis, non poteſtis lucem veritatis & fidei habere.*

Ex Chriſti plenitudine nos omnes accipimus.

251. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per ſingulos calamos*, en vt ſuſum tres ſcyphos quilibet, calamus habeat? cum in haſtili quaternarius calamorum, ſphærularum, & liliorum numerus, ſit, cum hæc ſint ſolum ornamenta, cur calami eadem non habent? ſi Chriſtus haſtili denotetur & calamis fideles, dicemus merito infuiſſe haſtili omnium eorum quaternarium numerum, calamis autem ſolum ternarium, vt inde colligeremus nos omnes ex plenitudine Chriſti accepiſſe, ſubiicio verba præf. Doctoris. Hugo Victor. *In haſtili quaternarius ſcyphorum & aliorum quæ ſequuntur deſcribitur numerus, cum in calamis nonniſi ternarius reperiatur, vt per hoc manifeſte pateat, quod bonum quod in Chriſto eſt per plenitudinem, in eius fidelibus non eſſe niſi per ſolam plenitudinis participationem deinde: Chriſtus non ſolum electis ſuis virtutum ſcientiam, operationem, & remunerationem tribuit, ſed etiam in ſe ipſo figuram oſtendit, cum ſe plenum Spiritu ſancto oſtendit.*

Dona Chriſti Domini omnem noſtram tranſcendunt capacitatem.

252. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per ſingulos calamos*, qui ex ſcyphis candelabri ſiue haſtilis, procedebant, quod quidem quatuor conſtabat ſicus & liliis, & ſphærulis: verum in altiſſimo illius loco erant ſcyphus, lilium, & ſphærula, quæ calamis ſuperiores erāt, cur hæc ornamenta omnibus aliis, quæ inſunt calamis, ſunt eminentiora: quia dona Chriſti quæ ſunt animæ illius ſanctiſſimæ ornamenta, in tantum alia ſuperant, vt omnem noſtram trāſcendāt capacitatem Præfat Doctor. *Vltimus adeſt ſupremus* (inquit Hugo) *ſcyphus, ſphærula, lilium haſtili altiora calamis eminent, quia dona quæ Chriſto Deus contulit, omnem tranſcendunt modum humanæ capacitatis. vnicuique enim noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti, in ipſo autem habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter Epheſ. 4.* Epheſ. 4

Non percipimus in hac vita, quantâ iuſti fruantur gratiæ dulcedine.

253. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per ſingulos calamos*, nucem in figura præſentis Eccleſiæ poni ſolere teſtatur Salomon Cant. 4. cum ait, Cant. 4. deſcendi ad hortum nucum, vt viderem poma conuallis: ſed quid commune inter nuces & Eccleſiæ fideles? quis vtriuſque nexus: nux dulcem quidem fructum habet internus, ſed hunc foris oſtendere niſi fracta teſta duritia non poteſt: dic ergo in hoc nucem cum iuſtis conuenire, quod eorum gratiæ dulcedo, niſi ſoluti corporis domicilio ſentiri, & exprimi non poteſt: hanc vtriuſque conuenientiam vidit Venerab. Beda cum ait, Venerab. beda de tabern. *Iuſtorum vita præſens, ita ſuauitatem gratiæ ſpiritalis intimo corde conſeruat, vt hæc à proximis quanta ſit nullatenus valeat perſpici, donec ſoluto corporis domicilio, liberè ſe animæ ipſorum alterutrum in cœleſti luce conſpiciant, & quanta ſingulæ gratia ſancti Spiritus fulgeant, quantum vnaquæque diligatur ab altera, nulli prorſus remaneat occultum.*

Doctor & concionator ſe vacuum credat, nihilque ex ſe habere quod aliis annunciet.

254. *Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per ſingulos calamos*, qui ſex, præter haſtile, erant in candelabro, qui quidem magiſtros & concionatores deſignant, qui omni tempore fuerunt & erunt in Eccleſia: nam ſex diebus omnia facta ſunt, & ideo tempus durationis rerum huius ſæculi per hos deſignatur, poſt quem relinquitur Sabbatiſmus populo Dei, quia poſt laborem huius ſæculi, ſeptimo die perpetuum & fæliciſſimum Sabbatum celebrabimus, quod nunc ſperamus: & quia quidam ex illis in vna eademque Eccleſia ab exordio mundi vſque ad aduentum Chriſti fuerunt alij ab aduentu Chriſti ad finem mundi erunt, tres calami cum tribus lucernis, hinc totidem cum aliis tribus lucernis erunt in haſtili, & in calamis certis interuallis ſunt ſcyphi, vel vt Sept. ſunt crateres: nonne hi vino ſolent impleri? quomodo ergo in candelabro vacui conſtituuntur? reſpondet Franciſc. Rib. l. 2. de temp. Salom. Ribera cap. 13. *Vt memineris magiſter ſe quidem cum in Eccleſia laboras vas eſſe vtile Domino, ſed nihil ex ſe habere quod aliis propinet, niſi à Deo & ab eius Eccleſia doctrinæ acceperit: ſemper iſte vacuum ſe conſideret, ſitiat anima eius ad Deum* Pſalm. 41.

quibos omnibus anteponendus eſt noſter Vulg. pauculis verbia id exprimens, vt luceant ex aduerſo, nempe *menſæ*, contra quam ponendum eſt candelabrum, cum habeant Sept. tornatile, & nos ductile, conſulendum quid ſuperius diximus in Coocordia verſ. 31.

EXPOSITIO.

ET *ſphærula, &c. ex ipſo erunt*, egredientur, *vniuerſa ductilia de auro puriſſimo*, ita vt percuſſione mallei omnes partes candelabri hac & illac protrahantur, non enim fuſoria erunt, *facies lucernas ſeptem*, diffundentes lumen non circumquaque, ſed ad certam partem, *& pones eas ſuper candelabrum*, voum in ſummitate haſtilis, & ſex in ſummitatibus calamotum, *vt luceant ex aduerſo*, nempe menſæ, habentes roſtrum verſus illam plagam, in qua debet eſſe menſa propoſitionis. Hanc enim ex æquo reſpiecre debent omnes ſeptem lucernæ. Pones igitur menſam propoſitionis in latere tabernaculi Aquilonari, & ex oppoſito latere pones candelabum habens faciem verſam ad menſam; cuius autem formæ fuerint huiuſmodi lucernæ, quamuis dicat Arias Mont. ſimiles fuiſſe oculo humano, certius eſt boc nobis ignotum, ſicut certum eſt non habuiſſe formam lampadis, quæ æque lumen diffundit circumquaque, ſed potius fuiſſe quaſi habentes roſtra in vna parte in qua ardebant, aliàs non perciperetur lumen diffundere verſus vnam partem, ſi æque verſus omuem lucere potuiſſent.

CONCEPTVS.

In Chriſto Domino ſeptem dona Spiritus ſancti.

258. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum*, Scio B. Iſid. Hiſpal. c. 44. in Exod. aſſerere candelabrum Spiritus ſancti geſtaſſe imaginem, qui ſeptiformi gratia illuſtrat omnem Eccleſiam in vnitate fidei conſiſtentem. Verum cum eo denotatum diximus Saluatorem, cur in candelabro ſeptem lucernæ? nonne ſex ſufficerent ad diffundendum lumen verſus menſam? recte in candelabro ſeptem lucernæ, quia in Chriſto Domino ſeptem fuere dona Spiritus ſancti, quæ in eo ſemper manſerunt, & in membris eius, hoc eſt omnibus electis pro eius voluntate diſtributa: Iſaj. 11. quod teſtatur Eſaias c. 11. requieuit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilij, & fortitudinis, ſpiritus ſcieotiæ, & pietatis, & impleuit eum ſpiritu timoris diuini, & Iſai. 61. ipſemet per eumdem vatem cap. 61. loquitur, ſpiritus Domini ſuper me, eo quod duxerit Procop. me. In quæ verba Procop. *Eſt tibi animaduertendum, quod Dominum à Domino Spiritu ſancto vnctum eſſe affirmat, vt in Trinitate deitatem agnoſcas, cum enim natura Dominus, & Deus ſit, humanitatis ratione à patre inungitur: non eſt igitur homo tantum ſi Dominus, nec carne deſtitutus, ſi vngitur, ſed idem Deus & homo, non eadem ratione, quo fit vt tanquam ex Dauide ſit, vngi dicatur, iam enim & ante ſuper eum qui de radice Ieſſe produſſet, id eſt ſuper Chriſtum Spiritum Domini requieturum dixerat: non enim ſimili cum veteribus ratione vnctione vnctus eſſe dicitur, alioqui nihil præter cæteros haberet eximiũ, quẽ tamen Dauidis teſtimonio, propterea vn-* Pſalm. *xit te Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.*

Chriſtus Dominus cuncta gubernans, reſpiciens, & luce ſua gratia illuſtrans.

259. *Facies lucernas, & pones eas ſuper candelabrum*, diximus in candelabro Chriſtum Dominum denotari, & in ſeptem lucernis ſeptem dona Spiritus ſancti, conſonat huic lucernarum numero & poſitioni, quod in Apocal. c. 5. dicit Ioan. & vidi, & ecce in medio throni quatuor animalium, & in medio ſeniorum, agnum ſtantem tanquam occiſum, habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, miſſi in omnem terram. Apoc. 5. Si autem ſeptem cornua ibi, ſiue ſeptem oculi agni, ſeptem dona ſancti Spiritus inſinuare poſſunt, quare non eadem etiam ſeptem lucernæ candelabri deſignare credentur? verum quis connexus inter cornua & lucernas? inter oculos & eaſdem, vt his omnibus idem ſignificetur? imo vt optimè ſatisfacit Venerab. Beda c. 9. de Tabern. *Sicut in cornibus & oculis, rectè ſignatur propter potentiam virtutis, qua cuncta regit, & plenitudinem ſcientiæ, qua cuncta perſpicit, ita etiam ſpiritus idem ſeptiformis apte per figuram lucernarum exprimitur, propter lucem gratiæ, qua in nocte huius ſæculi tenebras noſtræ cæcitatis illuſtrat.* Venerab. Beda.

Chriſtus Dominus nobis illuxit infidelibus.

Facies lucernas ſeptem, & ponet eas ſuper candelabrum, cuios rei gratia? vt luceant ex aduerſo, id eſt contra menſam. Hoc enim poſtmodum exprimit, cum ait & contra menſam candelabrum pones in latere tabernaculi meridiano, menſa enim ſtabit ex parte Aquilonis, lucem ergo emittebant lucernæ verſus Aquilonem, vbi erat menſa. Cur verſus Aquilonem, & non verſus Meridiem, aut partem Orientalem? locus quem eligit diabolus eſt verſus Aquilonem, ſedebo, inquit, apud Iſaïam cap. 14. in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis, id eſt requieſcam apud eos, qui infidelitate frigidi ſunt. Ne ſciſciteris ergo, cur Deus velit lucernas candelabri ex aduerſo, id eſt verſus partem Aquilonarem lucere, ſignificabat enim Chriſtum Dominum nobis adhuc 260. Iſai. 14.

inſidelibus lucem gratiæ ſuæ ſparſurum. Suffragatur Rupertus cap. 8. lib. 4. *Per hoc myſtice innuitur, quia lux candelabri noſtri, id eſt Euangelica gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti filij Dei, ab auſtro, id eſt à magna charitate Dei patris nobis effulſit qui eramus in parte Aquilonis, illius videlicet de quo diabolus, ſedebo inquit in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis: nobis inquam qui eramus Aquilonarij, id eſt inſidelitate frigidi, menſa prædicta propoſita eſt, & à meridiana charitate Dei, cæleſtis ſanctuarij candelabrum Chriſtus effulſit.*

Abbas Tuicens.

Iſai. 14.

Summa Chriſti Domini erga miſeros etiam charitatis ſuæ diffuſio.

261. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum, vt luceant ex aduerſo*, quid eſt, vt luceant ex aduerſo? lucernis ſeptem candelabri ſeptem dona Spiritus ſancti, quæ erant in Chriſto, intelligimus. Nonne illuminat omnem hominem venientem in mundum? non ergo lucernæ eius lucem ex aduerſo, ſed verſus omnem partem: aduerte per illud ex aduerſo poſſe intelligi miſeros, captiuos, afflictos, &c. bene ergo dicitur lucernas ipſius candelabri lucere ex aduerſo, vt ſumma Chriſti Domini etiam ergo miſeros & afflictos charitatis ſuæ diffuſio declararetur. Siſto Rabanum Maurum hic, Quod autem dicitur vt luceant ex aduerſo, hoc eſt quod Propheta nempe Iſai. adiecit, ad annuntiandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem, vt prædicarem annum placabilem Domini, & diem vltionis Deo noſtro: lucernæ namque candelabri lucebant ex aduerſo, & tabernaculum Domini illuſtrabant, cum Dominus exiſtens plenus gratia & veritate, nobis omnibus de plenitudine ſua tribuit, & gratiam pro gratia cum manſuetis & pauperibus ſpiritu verbum Euangelij commiſit, cum pœnitentibus medelam indulgentiæ contulit, cum nunc tempus placendi Domini, futurum vero eſſe diem iudicij vniuerſalis declarauit.

Rabanus Maurus.

Iſai. 61.

Prælati luceant verbo & exemplo.

262. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum*, ſicut ſeptenario numero vniuerſitas declaratur, ſic & lucernis, Prælati: Vos eſtis lux mundi. Sed cur iubentur lucere ex aduerſo? an ſolum nati ſunt ſuperiores ad lucendum verſus aliquam partem? Deo qui aduerſantur, nonne ſunt peccatores? bene ergo dicitur de huiuſmodi lucernis, quod lucere debeant ex aduerſo, quia Prælati licet omnibus lucere debeant verbo & exemplo, ſed præcipuè peccatoribus, vt eos à peccatorum reuocent tenebris, ad veram gratiæ claritatem. *Septem lucernæ*, inquit Hugo Victorinus ſermone 81. *quæ ſuper candelabrum ponebantur, vt lucerent ex aduerſo, vniuerſi Prælati ſunt qui ſanctæ Eccleſiæ propoſiti ex aduerſo lucent, dum verbo & exemplo peccatoribus iuſtitiæ lumen præbent.*

Hugo Vict.

Occaſio idololatriæ amouetur.

263. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum*, has ſeptem planetarum ſymbolum fuiſſe, volunt Ioſeph. lib. 3. antiq. c. 7. Philo lib. 3. de vita Moyſ. Verum cur hoc candelabrum cum ſuis lucernis in parte auſtrali, vt ſic adorantes in tabernaculo illud à ſiniſtris habeant? cur non ante faciem adorantium? Rectè Guillelmus Pariſienſis tract. de Legib. cap. 2. Septem lucernæ in candelabro, quod erat ad partem auſtralem, euidenter ſeptem planetas deſignant ſatis congruenter. Has ergo noluit eſſe à ſiniſtris adorantium & immolantium, ne ſi ſtarent ante eos, adorationes & immolationes quæ Deo fiebant, in idololatriam ſeptem planetarum fieri viderentur: non decebat autem, vt adorantes & immolantes lucernas haberent poſt dorſum, inutiliter enim lucerent eis. Voluit ergo ſapientiſſimus Deus, vt eſſent lucernæ à ſiniſtris eorum in parte auſtrali: quia ipſi planetæ ad auſtrum rotabiter ſunt, cum zodiaci latitudinem, qui totus auſtralis eſt, nũquam exeant: tum propter hæc vt congruentius lucerent immolantibus, & adorantibus, & per hanc poſitionem ſeu ſitum candelabri, non idololatria ſolum, ſed idololatriæ ſpecies declinabatur: nihil eis enim venerationis impendi videbatur, nec eis ſeruiri, ſed magis ipſæ lucernæ ſeruire.

Ioſephus. Philo. Guill. Pariſ.

Sol, mundi, candelabrum, diuina ſapientia libratus, ſua luce, omnia illuſtrans.

264. *Facies lucernas ſeptem, & pones eas ſuper candelabrum*, Gennad. ait, candelabrum puro ſydera quæ videntur in cœlo denotari. Ioſephus autem, inquit, in candelabro lucernæ ad imaginem accendebantur planetarum. Hiſcunus cit. à Nouat. lib. 1. Scediaſm. ſacro prop. c. 15. n. 79. ait ſeptem lucernæ reſpectu ſeptem dierum hebdomadæ, & reſpectu ſeptem planetarum ſunt. Sed Clemens Alexand. ſicut per ſeptem lucernas ſeptem planetas, ſic & per candelabrum ipſum ſolem intelligit. Candelabri autem nomine, illius haſtile ſumendum verum cur haſtili ſol comparatur? haſtile enim candelabri erectum erat, & ex ſe immobile: ſol autem formæ orbicularis, qui perpetuo agitur motu. Verum comparatio haſtilis in hoc cum ſole non claudicat, quod ſicut medium, tenet in candelabro, ſic ſol inter planetas medius eſt, diuina ſapientia libratus, vt luce ſua illuſtret omnia. Subijcio verba Clement. in Cat. Græca, *Candelabrum quod ad auſtralem partem adſtabat altaris, ſeptem planetas referebat, qui per meridianam regionem circumagi nobis videntur, cui terni vtrimque rami conſurgunt, quoniam ſol quaſi candelabrum, medius inter alios planetas diuina ſapientia libratus, ſua luce ſuperiores illuſtrat, & inferiores.*

Gennad. Hiſcunus. Clemens Alexand.

VARIET. LECT. Verſ. 38. & 39.

V*Vlg.* Emunctoria qnoque, & vbi quæ A emuncta ſunt extinguantur, fiant de auro puriſſimo.

Sept. Et emunctorinm eius, & ſuppoſitoria eius, ex auro puro facies.

Cald. Et forcipes eius, & thuribula eius, ex auro mundiſſimo. *Ita Onk.*

Arias Mont. Et forcipes & receptacula eius auro mundo.

Oleaſt. Et acceptabula eius: *alij*, & acerræ eius.

Vulg. Omne pondos candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis, habebit talentũ auri puriſſimi.

Sept. Omnia vaſa, hoc talentum, auri puri.

Cald. Ex talento auri mundiſſimi facies illud, & omoia vaſa hæc.

Mont. Talentum auri mundi faciet illud, & cum omnibus vaſis iſtis.

Oleaſt. Ex fruſto ſeu portione auri mundi, facies illud.

Aliqui Hebr. Omne pondus candelabri, centenarium auri.

CONCORDIA.

EMunctoria Hebraicè מלקחים melkachaim dicuntur, & ſunt forcipes, quibus accipiuntur prunæ, & reperitur in Hebr. B tantum in oumero duali, quia ex duobus conſtant, ſed hic accipiuntur pro emunctorijs lucernarum. Porro vaſa vbi quæ emuncta ſunt ponuntur ad extinguendum, hoc eſt fauillæ ellychniorum Hebraicè dicuntur מחתה machta, ſignificat enim vas in quo portatur, vel ſuſtentatur ignis, id eſt thuribulum. Vnde Cald. & forcipes eius, & thuribula.

Septuag. καὶ τὰ ὑποθήματα αὐτῆς, & ſuppoſitiones eius, id eſt vaſa quæ ſupponuntur ad ea ſuſcipienda, quæ emuncta ſunt. Alij, & acceptabula eius, quæ omnia eadem ſunt cum littera noſtra. Licet dictio ככר chiççar, fruſtum vel portionem ſigoificet, non tamen ita ſtricte, vt ad ſignificationem talenti extendi non poſſit. Vtrnmque enim comprehendit, & licet Hebr. & aliæ lectiones in verbis diſcrepent à Vulg. non tamen vlla eſt contrarietas, vt patebit in expoſitione.

EXPOSITIO.

E*Munctoria quoque*, ſcilicet forcipes parui, quibus emungi debent lychni, *& vbi quæ emuncta ſunt extinguantur*, ne macula ſit, vel fœtor in ſanctuario, *fiant de auro pu-* C *riſſimo*, omnia enim hæc inſtrumenta debent eſſe lucida & magnifica.

Omne pondus candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis, quæ ſuperius nominata ſunt, & cum ornamento ſuo, nempe ſciphis, lilijs, & ſphærulis, habebit certam & determinatam menſuram, videlicet talentum. Quod cum duplex eſſet apud Hebr. vulgare ſcilicet, & ſacrum, ſacrum quo in templo vtebantur Iſraelitæ, duplum erat (iuxta aliquos) ac vulgare, ſeu prophanum: cuius autem quantitatis eſſet, variant auctores, nam aliqui tenent habuiſſe ſex millia ſiclorum, id eſt viginti quatuor millia aureorum, alij tantum tria ſiclorum millia continuiſſe, cumque ſiclus cõtineat quatuor drachmas atticas, id eſt quatuor aureos, dicunt D talentum Hebræum continens tria millia ſiclorum appendiſſe, & valuiſſe duodecim ſolum millia aureorum.

Aliqua notatu digoa circa candelabri ſtructuram non omittenda, nempe diſſolubilem fuiſſe, vt ita deponi & componi facile poſſet, diſſoluebantur iungebantque illius partes, quoties ab inuicem alibi transferendum eſſet. Altitudinem caodelabri quamuis ex ſacris litteris colligere non poſſimus, tameo de maieſtate candelabri fabricæ ea ratione ſentimus, vt nihil vile & depreſſum in eo aduertamus. Sed candelabrum duplo maius fere qnam altare, & menſam extitiſſe putamus, trium enim cubitorũ geometricorum ad minus illius erat altitudo: quamobrẽ cum ignis in altari poſitus in cõbuſtione thymiamatis, tectũ tabernaculi non offenderet, vtique nec à luminibus ſacrarum lucernarum in ſublimi candelabri poſitarũ aliquid detrimenti tecto pertimeſceodum.

CONCEPTVS.

Deus maximam in his, quæ cultu ſuo dicata ſunt, munditiam requirit.

265. *Emunctoria qnoque, &c. fiant ex auro puriſſimo*, quid vilius & abiectius emũctoriis, & vaſis in quibus lychni extinguũtur? fiant ergo ex vili materia, non autẽ ex quocumque auro, ſed puriſſimo? nam licet fiant ex vili materia, eodẽ modo emungent, ac ſi de pretioſiori eſſent: nõne diuino cultui dicata? ne conquerαris ergo Deũ iuſſiſſe, vt fierent ex auro puriſſimo, quæ enim diuino cultui dicata, maximã requirunt munditiam. *Minima*, inquit Seraph. Por. con- Seraphin. cl. 6. *quæ in vtenſilibus reperiri ſolent ſunt emunctoria, & ea in quibus extinguuntur emuncta, & tamen hic ſpecialem & nobilem, & attentam de his Deus mentionem facit: hinc habet quod Deus maximum zelum tenet de his omnibus quæ ad cultum templorum etiam externum pertinent: quod vt melius noueris inferas, ſi ſic de his minimis in cultu ſuo requiſitis adeo zelat Altiſſimus, ergo vbique à fortio-*

ri alijs quibuſcumque zelabit, ergo ſollicitè curent, & templa, & altaria, & cruces, & mappas, & omnia ad Dei cultum attinentia, & multum ſollicitè curent hi, ad quorum officium pertinet, &c. ſed compendioſius Abulenſ. *Volebat Deus puritatem in miniſterio ſuo, vt eſſet magnæ reuerentiæ.*

Abulenſ.

Diuina ſunt verba quæ ceſſationem legalium prædicant.

266. *Emunctoria quoque, &c. fiant de auro puriſſimo*, emunctoria non ſolum inſeruiunt vt lychni candelarum emungantur, ſed etiam vt candelæ extinguantur, quibus rectè legalium ceſſatio cæremoniarum denotari poteſt: ſicut enim lucernæ candelabri extinguebantur, ſic cæremoniæ legales, quæ his denotabantur, tandem finiendæ erant: ſed cur huiuſmodi emunctoria ex auro puriſſimo? quia verba quæ extinctionem legalium annuntiatura erant, verè diuina cenſenda. Mens eſt Vener. Bedæ lib. 1. de Tabern. cap. 9. *Emunctoria ergo & vaſa, vbi quæ emuncta ſunt extinguuntur, fiant de auro puriſſimo, quia & diuina ſunt verba quibus ceſſatio cæremoniarum legalium prædicatur, & Dei gratia ſunt illuſtrata eorum corda, in quibus eadem figura legis adumbratio finem accepit, vt ſuccedens Euangelij veritas, clarius mundo luceret: conſtat enim primos Apoſtolos in Euangelio ante Paſſionem Dominicam ſoluiſſe Sabbatum, & poſt Aſcenſionem Domini, & aduentum Spiritus ſancti penitus hoſtijs finem impoſuiſſe legalibus: ac pleraque legis litteræ decreta Euangelica gratia libertatis mutaſſe: in his ergo lychni quæ emuncta ſunt, extinguebantur, in quibus litteralis obſeruatio completa exordium gratiæ, mundo clarius fulgens exhibuit.*

Ven. Beda.

Corda beatorum verè aurea ſunt.

267. *Emunctoria quoque, &c. fiant de auro puriſſimo*, Hugo Victorinus ſerm. 81. finita mortali vita, inquit, & ſuccedente immortali, ceſſabunt maxima ex parte opera, vel dona lucis, quibus nunc vtimur, vt ſequantur præmia æterna in præſentia diuinæ viſionis: ſiue enim prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur.] Sed ad quid emunctoria, quibus hoc denotatur, debent eſſe aurea? nam quamuis eſſent ex viliſſima materia, idem ſignificarent. Reſpondet præf. Doctor, verba Sacræ ſcripturæ quæ hæc ita fieri teſtantur, emunctoria ſunt aurea, quia ſpe futuræ claritatis eximia.] Sed cur vaſa in quibus quæ emunguntur, extincta ſunt, debent etiam eſſe ex auro puriſſimo? *Quia corda ſanctorum ſunt*, proſequitur, *in quibus iſtæ mutationes fiunt, quæ & ipſa ſunt aurea, quia luce ſapientiæ, & flamma charitatis ſunt clara.*

Hugo Victor.

Longè maior lux doctrinæ in Eccleſia quam in Synagoga.

268. *Emunctoria quoque, &c. fiant ex auro puriſſimo*, quæ tamen cum candelabro, & alijs vaſis vnius erant talenti. Verum à nobis inquirendum, cum Iſraelitæ diuitias ſuas profunderent libentiſſime, vt Deo tabernaculum fieret, cur plura talenta ab eis non accepit Moyſes, vt plura fierent candelabra? cur ſolum vnicum, cum in templo decem fuerint poſita à dextris quinque, & tot à ſiniſtris? vt habetur 2. Paralip. 4. decem autem candelabrorum millia fabricaſſe deſcribit Ioſeph. lib. 8. Antiq. cap. 2. quo loco nec eſt mendum, nec legendum eſt decem candelabra, ſed decem millia: nam ex Græco codice conſtat eſſe veram hanc Ioſephi lectionem. Fecit candelabra decem millia, Græcè λυχνίας μυρίας, ſed quidquid ſit de hoc candelabrorum numero, certum eſt ab eo decem in templo poſita fuiſſe. Cur ſolum vnum in tabernaculo, decem in templo? non eſt dubium quod ſicut tabernaculo Synagoga intelligitur, ſic & templo Salomonis Dei Eccleſia, & candelabris illius Doctores ac concionatores, iuxta illud Chriſti Domini, *Vos eſtis lux mundi*, quo poſito: dicimus, quoniam multo maior lux doctrinæ, clariorque diuinorum myſteriorum cognitio eſt in Eccleſia, quam olim fuit in Synagoga, in tabernaculo vnicum fuiſſe candelabrum, in templo autem Salomonis decem, quæ maximum perfectumque magiſtrorum numerum deſignat, per quos omnia luce plena ſunt: denarius enim perfectiſſimus numerus eſt, & omnes numeros continet, quoniam ſiue læta ſint tempora Eccleſiæ, ſiue triſtia, ſiue regnet, ſiue triumphet, ſiue perſecutione prematur, ſemper eſt luce plena, nec ſucceſſibus erigitur, nec perſecutionibus deijcitur, quinque candelabra ſunt ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram.

Concionator ſi aliqua imperfectione immundus ſit, à ſe præſcindat, vt ſua ſit accepta doctrina.

Emunctoria quoque, &c. fiant de auro mundiſſimo, iam diximus candelabrum, concionatores, & magiſtros referre, iuxta illud Chriſti Domini vos eſtis lux mundi, & candelabrum tabernaculi factum ex auro puriſſimo, quia puriſſimam decet eſſe concionatoris vitam: ductile eſt, id eſt mallei ictibus fabricatum, quia perſecutionum & laborum ictus fidei promulgatores ſequuntur. In calamis huius candelabri ſunt ſcyphi ſiue crateres, quia concionatorum eſt omni vino ſuauius Dei verbum auditoribus propinare. Concionatorum quoque eſt calicem Domini, id eſt Paſſionem in concionibus commemorare, eorum eſt amarum calicem ſuppliciorum Dei, in memoriam hominibus reuocare: de quo Pſal. 74. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. Sphærulas habet præterea candelabrum, quo illud à Domino diſcipulis indicant dictum, euntes in vniuerſum mundum prædicate Euangeliũ omni creaturæ; ſphærula enim ſiue globus, mundum ſignificat, per quem concionator diſcurrere, nec vno in loco debet conſeneſcere, iuxta illud Pauli ad Rom. 1. Græcis ac barbaris, ſapiẽtibus & inſipientibus, debitor ſum. Verum ſi hæc omnia quæ in candelabro ſunt, perfectum adumbrent concionatorem, cur in eo emunctoria quæ inſeruiunt vt ſuperflua, imo quæ fœtorem poſſunt parere, auferantur? quia nihil ita ex omni parte beatum, nihil 269.

Pſalm. 74.

Rom. 1.

ita omnibus ſuis abſolutum numeris, vt non A
deſit ei aliquod perfectionis complementum,
imoquin ei non inſit aliqua labes, macula, aut
imperfectio,& ideo emunctoria in candelabro
concionatoris repræſentatiuo ſunt neceſſaria,
vt ſuæ emungantur imperfectiones, & ſi quæ
abſcindantur, vitia, vt populo clarius verbo &
exemplo fulgeat.

Concionatorum ſiue prælatorum vitia non euulganda.

Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta ſunt
270. *extinguuntur, fiant ex auro purißimo*, quod emun-
gantur candelæ vel lucernæ, vt clarius luceant,
rationi conſonum. ſed id quod emunctum eſt B
extinguatur in vaſe aureo, ad quid? nonne pro-
iici poteſt tanquam claritati nociuum? non im-
merito iubet Deus vt fungi, vel lychni extin-
guantur ne fumum exhalent, fœtorem pariant,
quia cōcionatoris prælatique vitia correctione
extinguēda ſunt, non è vulganda, non ſpargen-
da, ne ſcandalum præbeant. Vtinā omnes dictū
S. Greg. lib. 12. regiſt. epiſt. 32. memoria effica-
S. Greg. Ma. citer tenerent. *Scimus*, inquit, *quia à nullis vita*
præſulum perturbari debet, quoniam ſi Dauid in
Saul quem conſtabat iam a Domino reprobatum
& abiectum eſſe, manum non præſumpſit, quanto
magis cauendū eſt, ne manum detractionis aut vi-
tuperationis, quidam mittant in vnctum Domini?
vel in prædicatores ſanctæ Eccleſiæ? quia eorum
vexatio, ſiue detractio, ad Chriſtum pertinet, cuius
vice in Eccleſia legatione funguntur vnde ſummo-
pere cauendum omnibus fidelibus, ne clanculo aut C
publice Epiſcopum ſuum, id eſt vnctum Domini
detractionibus, aut vituperationibus dilanient,
Pſal. 104. *perpendentes illud Pſal. 104. nolite tangere Chri-*
ſtos meos, & in prophetis nolite malignari, dein-
de concludit, *valde prouidendum eſt ſubditis tam*
clericis quam laicis, ne Epiſcoporum & prepoſi-
torum vitam temere reprehendant, ſi quid forte
eos agere reprehenſibiliter vident, &c. quid per
Saul niſi mali rectores, quid per Dauid niſi boni
ſubditi ſignificantur? quem tamen Dauid ferire me-
tuit, quia pia ſubditorum mentes ab omni ſe peſte
obtrectationis abſtinentes, præpoſitorum vitam
nullo linguæ gladio percutiunt, quando minus qua
in iis reprehendenda coram omnibus non aperiunt.

A *Iuſtus Dominus in omnibus viis ſuis.*

Emunctoria quoque, & vbi quæ emuncta ſunt 271.
extinguuntur, fiant ex auro purißimo. Quod ta-
men in pondere talentum continebit: omne
pondus candelabri cum vniuerſis vaſis ſuis,
omne corpus Chriſti eſt cum ipſo capite noſtro
mediatore Dei & hominum, vniuerſi electi ſui
à ſummis vſque ad infimos, ab iis à quibus ma-
ior inter natos mulierum, nemo eſt vſque ad
eos de quibus dicit Matt. 18. videte, ne condem-
netis vnum de puſillis iſtis qui in me credunt;
qui nimirum omnes in diuerſis licet gradibus,
ætatibus, ſexibus, conditionibus, ingeniis, tem-
poribus, vni eidemque auctori ac doctori per-
B petuæ lucis ſuo quique tempore ac loco, can-
delabro aureo fixa radice mentis inhærent, quo
eiuſdem participes lucis fieri poſſunt. verum
cur hoc candelabrum talentum auri puriſſimi
debet habere nonne talentum pondus plenum
& perfectum eſt? cur igitur hoc non conſtaret
pondare? quia iuſtus Dominus in omnibus viis
ſuis, & ſuam gratiam in hac vitā fidelibus, vt
bene operentur, tribuit, ipſe coronam iuſtitiæ,
in illa vita, bonis eorum reddit operibus. ſed di-
ces, nonne talento etiam impij comparantur?
ita ſane, ſed non aureo, ſed plumbeo, ſic enim
Zachar. c. 5. iniquitatem ſuper talentum plum- Zachar. 5.
bi ſedere deſcribit, quia & reprobis in eodem
iuſto examine, iuxta actus ipſorum reſtituet,
quia tu reddes, inquit regius vates Pſal. 61. ſin- Pſal. 61.
gulis, ſecundum opera ipſorum. ſed diſtat vtrū
quis, aurum an plumbum præſentet examini di-
C uino, qui enim inſtar auri, bonis fulgent operi-
bus, candelabri Domini ſunt, quia gloriæ ſui
conditoris participes exiſtunt: at qui peccatis
grauea apparent, examinandi demerguntur
tanquam plumbum in aqua validiſſima, quia
merito ſcelerum in abyſſum pœnæ grauantea
decidunt, vtrumque tamen & plumbum ſcili-
cet & aurum, talenti habet menſuram, quia in
damnando impios, & iuſtos coronando, iuſta
eſt noſtri conditoris & iudicis ſententia, paucis
id verbis aperit Hugo Victor. ſer. 81. *Per pondus*
candelabri menſuram doni, meriti, & præmij, in-
tellige talentum quod eſt maximum in ponderibus
perfectionem ſignificat.

VARIET. LECT. Verſ. 40.

Vulg. Inſpice & fac ſecundum exemplar D quod tibi in monte monſtratum eſt.

Sept. Vide facies iuxta typum oſtenſum tibi in monte.

Cald. Fac ſecundum ſimilitudinem eorum, quæ tibi monſtrata ſunt in monte.

Mont. & Pag. Quam tu factus es videre in monte.

Vatab. Vide autem vt facias iuxta ſimilitudinem ſuam, quæ tibi oſtenſa eſt in monte.

Oleaſt. Secundum ædificationem eorum.

Greg. Naz. Facies omnia iuxta figuram tibi in monte oſtenſam.

CONCORDIA.

Dictio Hebraica תבנית tabuith & ſimilitudinem ſignificat, & exemplum, Oleaſt. extendit ad ædificationem, Sept. κατὰ τὸν τύπον iuxta typum, vel figuram, quod tibi in monte monſtratum eſt, & paulo aliter Hebraica habent, verum ſenſus eſt idem אשר אתה מראה בהר quam tu videre factos es, eſt enim מראה mare participium præteritum hyphil à verbo ras.

EXPOSITIO.

INſpice, diligenter attende, *& fac ſecundum* A *exemplar quod in monte tibi monſtratum eſt*, quod non ſolum ad candelabrum immediate dictum, ſed & ad alia quæ præceſſerunt, extendendum, imo hoc comprehendit aliqua quæ ſcripta non ſunt, exemplar autem omnium Deus oſtendit Moyſi, ne humanum cenſeretur commentum.

CONCEPTVS.

In præſtantibus viris non plebeiorum, ſed clariſſimorum hominum exempla ſpectanda.

272. *Inſpice, & fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt*, cur de montis cacumine, voluit prælucere exemplar diuini tabernaculi? cur non de populorum domibus cum Moyſi eſſent notiſſimæ? potuit enim ei iubere Deus, fac mihi tabernaculum, ſecundum ſimilitudinem talis vel talis domus tibi cognitæ: voluit vt ſecundum exemplar, quod ſibi in monte monſtratum fuerat, ſibi fabricari tabernaculum, vt B innueret vnde diuini ædificij præſtantia in te ſurgere poſſit, nimirum ſi nihil in te gregale, nihil vile & plebeium appareat, ſed ad præſtantiſſimum & egregium, & à vulgo remotum aſpicias in omnibus. hinc recte conſulebat S. Bernard. epiſt. de vita ſolit. ad fratres de monte Dei. D.Bernard. *Quid reſponſum eſt Moyſi, cum fabricaturus eſſet tabernaculum? vide*, inquit, *omnia facito ſecundum exemplar, quod oſtenſum eſt tibi in monte, non à ſæculi hominibus decet fieri tabernaculum Dei cum hominibus, ipſi quibus in altitudine montis oſtenditur exemplar domus Dei, ipſi ædificent ſibi, ipſi quibus ſolicitudo interiorum ſuorum contemptum & negligentiam indicit omnium exteriorum; ipſi ædificent ſibi formam paupertatis, ſanctæ ſimplicitatis ſpeciem, & paternæ frugalitatis lineamenta.* Qui ſeſe accingit ad cœleſtem fabricam, non ad deiectorum hominum mores, non ad plebeias conſuetudines aſpiciat, ſublimia ſpectet, & egregia virtutũ cacumina ſpeculetur, de quorum exemplari diuini tabernaculi fabrica commendari, & exurgere poteſt: ex quo monebat D. Ambr. epiſt. 6. ad Irenæum, S.Amb. ſacerdotem. *Nihil in ſacerdotibus plebeium requiritur, nihil populare, nihil commune cum ſtudio, atque vſu & moribus inconditæ multitudinis: quomodo enim obſeruari debet à populo, qui nihil habet ſecretum à populo? diſpar à multitudine? quid in te miretur, ſi ſua in te recognoſcat, ſi nihil in te aſpiciat, quod vltra ſe inueniat, ſi quæ in ſe* D *erubeſcit, in te, quem reuerendum arbitratur, offendat? ſupergrediamur igitur ſtrata quædam gregalis conuerſationis, ac detritæ viæ orbitas declinemus, ac vulgaris ſemitæ ſolum, quod currit, ille cuius vita leuior curſore, de quo dicitur Iob 9.* Iob,9 *tranſiuit & non vidit.* Hæc ille, vt oſtendat quam alieni à plebeis moribus debeant eſſe viri egregij.

Iugiter in virgineum exemplum inſpiciendum.

273. *Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, nonne Maria ſanctitatis exemplar, & omnium virtutum idæa? teſte S. Greg. Thaumaturgo ſer. 2. de Annunt. B. Mariæ ſic dicente, hæc credentium firmamentum, & piorũ perfectum exemplum: & S. Idiota, virtutum exemplar eam appellat. quid ergo? an in eam aſpiciendum & iuxta exemplar à Deo nobis exhibitum, operandum? quis dubitat? cum Maria nobis proponatur tanquam exemplum ſanctitatis, virtutiſque omnis exemplar, & idea. ſed aduerte non ſolum dixiſſe Deum Moyſi inſpice, ſed etiam fac. habet Vatab. vide vt facias, quia non ſatis eſt inſpicere, niſi etiam opereris. nihil fere prodeſt inſpectio nuda, opere perficienda ſunt, quæ in virgine velut in exemplari inſpexerimus. alioquin ludorum theatralium inſpectoribus erimus ſimiles, qui ita ludos ſpectant, vt imitari nolint, quæ fieri ab aliis vident, id quod attigit Abſalon Abb. ſer. 28. qui eſt de Natiuit. Virg. ſic autem ille loquitur. *Omnibus animi votis amplectenda ſunt gaudia, quæ Mariæ natiuitatem feſtiuam faciunt, vt non ſolum portemus ea in corpore, ſed & mentis affectu interius foriſque atteſtatione bonorum operũ proſequamur, ne ſimiles illis inueniamur, qui ludos & geſtus theatrales libenter aſpiciunt, quos tamen iudicio rationis improbantes, eo quod merito in reprehenſionem veniunt, minime cupiunt imitari,* C quod de vniuerſo in omni virginis cultu, deque cunctis eius virtutibus dicendum eſt.

S Greg.
S.Idiota,
Abſal.abb.

Vt Mariæ montis excelſi virtutes imitemur, humilitatem ſectemur.

Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, an virgo hoc monte poteſt adumbrari? quidni? de ea enim ſic loquitur noſter S. Anton. Padua. Dominic. 2. Quadrag. 274.
Beata Virgo eſt mons, quia ſicut montes ſunt ſuperius luminoſi, inferius ſpatioſi, interius onoroſi, exterius paſcuoſi. ſic B. Virgo fuit ſuperius luminoſa charitate, quam cum Angelis participat, inferius ſpatioſa charitate, qua maxime ad humanum genus afficitur, interius onoroſa pietate, quæ continuo in eius corde D ſcaturit, exterius paſcuoſa ſanctitate, quia ibi poteris paſci omni fructu virtutum, omni flore honeſtatis, & reuerentiæ] verum ſi Virgo ſanctiſſima montis proprietates habet, & faciendum eſt, ſicut in hoc monte nobis oſtenſum eſt, etiam eum montem imitatione conſcendere debemus, quomodo hunc atringemus? quid de ſe ipſa teſtatur? reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, tu ſimiliter humillimus eſto, & Mariæ mõtis excelſi virtutes imitaberis. *Ne ſtes in omni loco circa regionem* (inquit præf. Antonius) *ſed fac* S.Ant.Pad. *ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt, & licet iſte mons ſit excelſus, ad illum tamen non poſſumus niſi per ſcalas humilitatis aſ-*

cendere, 1. Machab. 6. per humilia loca ibat caute & ordinate.

Deus populum antiquum per typos ad veritatem erudit.

275 *Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, quid tibi curæ vt tabernaculum conſtruatur? vt menſa fiat ex lignis ſethim, laminis aureis cooperta? & candelabrum aureum, cum tot calamis, ſcyphis, liliis? an his omnibus indiges tibi & aliis ſufficientiſſimus? quis Deum omnia profuſe largientem dicet egenum in aliquo, eoque indigere, ſi tabernaculum fieri præcipit ſecundum exemplar, quod Moyſi in monte oſtenſum fuerat? non ob ſuam indigentiam, ſed ob noſtram vtilitatem, & vt populum rudem per typos ad veritatem erudiret: nobis ſuffragatur S. Irinæus lib. 4. c. 28. per totum, ſed pluribus omiſſis finem illius ſubiiciam. (S. Irinæus.) Sic & populo tabernaculi factionem & ædificationem, & leuitarum electionem, ſacrificia quoque, & oblationes & monitionem, & reliquam omnem legis ſtatuebat deſeruitionẽ; ipſe quidem nullius horum eſt indigens, eſt enim plenus ſemper omnibus bonis, omnemque odorem ſuauitatis & omnes ſuaueolentium vaporationes habens in ſe, etiam antequã Moyſes eſſet; facilem autem ad idola reuerti populum erudiebat per multas aduocationes, præſtruens eos perſeuerare & ſeruire Deo, per ea quæ erant ſecunda ad prima aduocans, hoc eſt per typica ad vera, & per temporalia ad æterna, & per carnalia ad ſpiritalia, & per terrena ad cœleſtia, quemadmodum eſt dictum Moyſi omnia facies iuxta typum eorum quæ vidiſti in monte: quadraginta enim diebus diſcebat tenere ſermones Dei, & characteres cœleſtes, & imagines ſpiritales, & præfigurationes futurorum, quemadmodum & Paulus ait, bibebant enim (Corint. 10.) de ſpiritali petra, petra autem erat Chriſtus, (1. Cor. 10.) *rurſum prædictis his quæ in lege erant intulit*, omnia autem hæc in figura veniebant illis.

Chriſtus innuitur nobis imitandus.

276. *Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, ſed quid nobis in monte oſtenſum? quid æternus pater ſuis dixit in monte diſcipulis? ipſum audite, ipſis enim exemplar proponitur ſequendum, & imitandum. *Propoſitus eſt*, inquit Orig. hom. 7. in Ezech. (Origen.) *nobis ad imitandum, Ieſus Chriſtus, illud exemplum firmum eſt propoſitum, illud ſolidum quod qui ſequi capit, ſecurus ingreditur.* Et B. Leo ſer. 14. de Paſſ. c. 4. *Saluator noſter Dei Filius, vniuerſis in ſe credentibus & ſacramentum condidit, & exemplum, vt vnum apprehenderent renaſcendo, alterum ſequerentur imitando*, ſed expreſſius noſter S. Antonius de Padua (S. Anton.) Domi. 2. quad. ſer. 2. de Aſcenſ. Chriſti, *eſt dilectus filius meus ipſum audite, igitur audiamus qui dicit nobis, fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.*

Idem conceptus confirmatur.

Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in
277. *monte monſtratum eſt*, monte inquam non lapideo non terreno, ſed qui fuit exciſus ſine manibus, impleuitque vniuerſam terræ latitudinem, de quo propheta Pſal. 67. (Pſalm 67) mons Dei, mons pinguis, mõs coagulatus, vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: & ne quicquam materialiter ſuſpicaretur de hoc monte, tot encomiis commendato, ſubiecit, currus Dei decem millibus, multiplex millia lætantium, Dominus in eis, in Sina, in ſancto: ad aſcenſum mõtis huius Iſai. c. 2. (Iſai 2) omnes hortatur dicens, venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit vos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. an ſuper alium montem aſcendere debemus? nequaquam ſed ſuper hunc, in quo eſt cunctarum forma virtutum, & exemplar bene viuendi. ſic conſulit S. Laurent. Iuſt. (S. Laurent. Iuſtin.) lib. de perfectionis gradibus c. 10. *Quicumque perfectè vult renunciare ſæculo, & tanquam peregrinus in hoc mundo conuerſari, & eſſe deſiderat, imitetur exemplum exaratum in monte hoc, in humanitate videlicet Chriſti; ipſe namque mediator non agros, neque domos voluit poſſidere in terra, ſed tãquam aduena pauperrimus, ſuſtentari dignatus eſt ære vel eleemoſynis alienis, hoſpitium nullũ habuit, ita vt diceret Luc. 6.* (Luc. 6.) *vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet: quamobrem nunc in iſta nunc in illam corporalem & ſpiritualem impertiebatur alimoniam animæ, &c.* deinde concludit, *in hoc ſpeculo præclariſſimo veræ peregrinationis perfectioniſque virtutum cognoſcendo proficientes & aſcendentes incipiant, componant, & erigant imitenturque non de pari, ſed pedetentim, & quantumcumque, noſtri veſtigia redemptoris.*

In monte contemplationis diſcendum, quomodo bene operandum.

Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in 278.
monte monſtratum eſt, an in montem conſcendendum, vt debet Moyſes, quomodo tabernaculum conſtruendum? nonne in valle doceri potuit? in monte oſtendit Deus, quomodo perficienda erat tabernaculi ſtructura, in monte enim contemplationis inſtruimur, quo modo bene operandum. audiamus B. Ælredum Abb. (S. Ælredus.) ſer. 28. in c. 16. Iſaiæ ſic dicentem. *Purgatus à vitiis ornatuſque virtutibus, ad indagationem tranſeat ſcripturarũ, vt ſicut informatus eſt ad vitam, ita quoque illuminetur ad ſcientiam, cumque didicerit in ſcripturis omne quod viuit & ſapit ad Dei dilectionem referri, & proximi, duabus pennis ſcientiæ, ſcilicet & charitatis ſubuectus ad montem contemplationis conſcendens, diſcat ſecundum exemplar tabernaculi cœleſtis, terreni huius tabernaculi formare ſtructuram, audiatque cum Moyſe, vide omnia fac ſecundum exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.*

Qui vult beatam Hieruſalem poſſidere, ſit pacificus, verax, & charitatiuus.

Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in 279.
monte monſtratum eſt, per contemplationem (inquit noſter Seraph. doctor opuſ. de incendio amoris) tranſit mens noſtra ad cœleſtem Hieruſalem, ad cuius inſtar Eccleſia formata eſt,

ſecundum illud Exodi, inſpice & fac ſecundum A
exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt,
ſed quid faciendum iuxta illius exemplar, vt
eam poſſidere poſſimus? nonne ſumma pax in
ea habeatur? eſſentialis veritas conſpicitur? &
ſumma charitas fruitione acquiritur? fac ergo
ſecundum illud exemplar, debes enim eſſe pa-
cificus verax, & charitatiuus, & Dei manda-
tum adimplere, *Neceſſe eſt Eccleſiam militantem*
(proſequitur S. Doctor) *conformari triumphan-*
S. Bonauen. *ti, & merita præmiis, & viatores beatis, ſecundum*
quod poſſibile eſt; in gloria autem triplex eſt dos in
qua conſiſtit perfectio præmij, ſcilicet ſummæ pa-
cis tentio, ſummæ charitatis viſio, & fruitio ſum-
mæ vnitatis, & ſecundum hoc diſtinguitur triplex
ordo in ſuprema hierarchia cæleſti, ſcilicet Thro-
norum, Cherubim & Seraphim; neceſſe eſt igitur,
vt qui vult ad illam beatitudinem per merita per-
uenire, iſtorum trium ſimilitudinem ſecundum B
quod poſſibile eſt, in via ſibi comparare, ſcilicet vt
habeat ſoporem pacis, ſplendorem veritatis, & dul-
corem charitatis; in his enim tribus requieſcit
Deus & habitat tanquam in ſolio proprio.

Non deflectemur à recto, ſi Deum regulantem ſequamur.

180. *Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in*
monte monſtratum eſt, nonne illi duo taberna-
culi artifices Ooliab & Beſeleel in arte ſua ex-
pertiſſimi? nonne eis quomodo tabernaculum
magnifice conſtruendum, compertum? ergo
eos ſequatur Moyſes, non autem exemplar,
quod ei in monte oſtenſum eſt. imo ad eius
exemplaris rationem omnia operetur, non
S. Anton. enim deflectet à recto, ſi Deum ſequatur regu-
lantem. fauet noſter Anton. Paduan. ſer. 3. de
Transf. *Si quis vellet perfecte in ſuis operibus re-*
gulari, primam regulam debet aſpicere; hac autem
prima regula data eſt ſic, inſpice & fac ſecundum
exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.

A *Omnia quæ in veteri lege continebantur, erant exemplaria futurorum.*

Inſpice & fac ſecundum exemplar, quod tibi in
monte monſtratum eſt, S. Greg. iuxta figuram 281.
tibi in monte oſtenſam. quid? an ſolum ea quæ
locutus eſt Deus Moyſi in monte, & ei oſtenſa,
fuerunt exempla eorum, quæ deinde Moyſe re-
ferente, perfecta ſunt, à duobus artificibus, à
Deo nominatis & electis? ne hoc tibi perſuaſum
habeas, omnia enim quæ in veteri lege conti-
nebantur, fuerunt futurorum exemplaria. au-
diamus B. Greg. Naz. ſer. 2. de Paſchate dicen- S. Greg.
tem, ſacrificia & feſta veteris legis eſſe exem- Nazianz.
plaria noſtrarum feſtiuitatum, eſſeque vmbras
illarum, ideoque noſtras ſpirituales feſtiuitates
ab eorum ſpiritu & myſtica ſignificatione eſſe
auferendas, ſic autem loquitur. Enimuero le-
B gem totam futurorum atque eorum quæ ani-
mo & ratione intelliguntur, vmbram fuiſſe di-
uinus Apoſtolus ante nos pronuntiauit, ac Deus
qui ante cum Moyſe oracula dedit, cum de illis
rebus leges præſcriberet, vide inquit vt omnia
facias ſecundum exemplar, quod tibi in monte
monſtratum eſt, ea nimirum quæ aſpectu ſen-
tiuntur, quaſi adumbrationem quandam &
præſculpturam earum rerum, quæ oculorum
ſenſum fugiunt eſſe oſtendens; atque illud per-
ſuaſum habeo, nihil temere nec inconſiderate,
nihilque Deo legiſlatore ac miniſtro Moyſe
parum dignum & indictum atque conſtitu-
tum eſſe, tametſi difficile factu ſit, vt ſuam cui-
que vmbræ figuram & allegoriam, cogitemus
ſubtiliter ad ea omnia deſcendentes, quæ ſunt
de arca, de modo, & materia, ac miniſtris eam
geſtantibus, tum etiam de ſacrificiis, luſtra-
tionibus, atque oblationibus, lege ſancitę ſunt.
D allegoricè feſti paſchatis myſteria explicatu-
rus, in genere loquitur, atque illas, non modo
veteris teſtamenti de paſchæ feſto leges futuro-
rum adumbrationem fuiſſe, ſed vniuerſam
quoque legem vmbræ rationem habere.